MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM RERVM MEROVINGICARVM
TOMVS VII.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MCMXX.

PASSIONES
VITAEQVE SANCTORVM
AEVI MEROVINGICI
CVM SVPPLEMENTO ET APPENDICE.

EDIDERVNT

B. KRVSCH ET W. LEVISON.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MCMXX.

W

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

SUPPLEMENTUM.

APPENDIX.

Scripsit B. Krusch.

Tomus I.

Tomus II.

Tomus III.

Tomus IV.

Tomus V.

Scripserunt B. Krusch et W. Levison.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Scriptorum rerum Merovingicarum septimum eumque ultimum tomum post sexennium demum emittimus, cum bello crudeli haud mediocriter impediremur ipseque diutius abfuissem difficilibus legis Salicae negotiis distractus, in quae repente ex inopinato et fere invitus incideram. Vela ventis iam permittimus oramque solventibus precamur! Ultimi autem aevi Merovingici sancti ante medium saeculum VIII. W. Levison sodalis mei industria recogniti sunt, non solum Pardulfus Eucheriusque auctores sortiti vetustos fideque dignos, sed etiam alii, quorum acta deterioris notae sunt aut omnino ficta.

In Supplemento Vitarum Passionumque Afrae nostrae Augustanae martyris vetustiorem Passionem latinam denuo edidi armeniamque nuper repertam accuratius excussi, quam illa non posteriorem, sed antiquiorem esse nunc probasse mihi videor. Succedunt Vitarum abbatum Acaunensium et Richarii novae recensiones, Vitae utriusque Germani et Autissiodorensis a sodali meo iam integra edita et Parisiaci apparatu plenissimo nunc instructa una cum eiusdem Translatione vetusta interpolationibus purgata, denique aliquot minoris aut nullius auctoritatis opuscula, nec in Lonoghylio fraudes illae sodalem meum latebant, quibus in castigandis ille adiutor mihi surrexit. Libellus de ecclesiis Claromontanis ab eodem commentario amplissimo instructus interpretandis Gregorii scriptis utilis erit. Ipse Catalogos regum Francorum collegi computationesque annorum, scilicet subsidia Chronologica, quae una cum tabula annorum, quot quisque rex regnaverit,

historiae Merovingicae studiosis grata acceptaque fore spero. Ex Aethici Cosmographia Originem Francorum adieci, sermonem auctoris fabulosi saec. VIII. medii priscae rusticitati restituens.

Conspectum codicum hagiographicorum fere nongentorum quibus usi sumus W. Levison elucubravit, historiam litterarum illarum a primis exordiis per medium aevum persecutus, scilicet quot legendariorum genera in diversis monasteriis exorta sint qualisque inter ea necessitudo vertatur. Studia vero illa solis hisce nostri muneris fontibus fundata omnibus numeris perfecta esse non posse per se patet, sed elementa iam praesto sunt, ab aliis amplius excolenda.

In Appendice additamenta tomorum praecedentium collegi, quae progrediente codicum adhibitorum numero accreverunt, plura gravioraque priorum tomorum quam posteriorum, pretiosissimisque Gregorii Miraculorum libros instruere potui, duobus eiusdem generis codicibus prioris partis repertis, cuius ad posteriorem edendam unicum habueram. Haec omnia oblivioni neutiquam tradenda erant, successoribus nostris felicioribus fortasse profutura. Arbeonis vero Vitam Haimhrammi inter Scriptores rerum Germanicarum denuo editurus, ea quae ad eam accesserunt novae editioni reservavi prelo iam traditae.

Longinquum iter emensus sum, per quadraginta annos hoc onus sustinens, quod iuvenis a praeceptore meo susceperam, indeque ex anno 1899. per sodalem strenuum adiutus viribus unitis corpus Scriptorum rerum Merovingicarum iam absolvimus, quo historiae Francorum scriptores praeclari inde a Gregorio nostro novis fundamentis restituuntur, fideque hagiographorum plerumque ignotorum primum acriter expensa, etiam historia ecclesiastica altius explorata et inprimis origines episcopatuum vel monasteriorum Galliae Germaniaeque illustratae sunt. Metam iam feliciter tenentes grato animo virorum doctorum reminisci nos iuvat, qui studiis nostris indefesse subvenerunt, cum aliorum tum Alberti Poncelet e sociis Bollandianis amici praematura morte nobis erepti, Henrici Lebègue Parisiaci per tot annos nobiscum coniuncti belloque exorto P. I. Blok Leidensis, G. Schnürer Friburgo-Helvetii, O. Oppermann Ultraiectensis. Pace restituta tomus noster utriusque populi rebus gestis inserviens utrobique evolvi potest, faxitque Deus, ut Musae vincula iterum conectant saeviente Marte crudeliter disrupta!

Dabam Hannoverae die 14. Decembris 1919.

BRUNO KRUSCH.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM RERVM MEROVINGICARVM
TOMI VII. PARS I.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MCMXIX.

PASSIONES VITAEQVE SANCTORVM AEVI MEROVINGICI.

EDIDERVNT

B. KRVSCH ET W. LEVISON.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MCMXIX.

VITA ET MIRACULA LEUTFREDI ABBATIS MADRIACENSIS.

Monasterium, quod Crux sancti Audoini vocabatur, in dioecesi Ebroicensi et pago Madriacensi ad Aucturam fluvium (hodie Eure) situm erat[1], *quo loco Audoinum episcopum Rotomagensem (*641—684*) visionem crucis habuisse posteri voluerunt*[2], *cum non dubitari possit, quin nomen loci fabulae visionis originem dederit neque vice versa. Monasterium aliquot annis post obitum Audoini Leutfredus condidisse fertur*[3], *a quo locus postea nomen accepit (hodie La Croix-Saint-Leufroy, dép. Eure, arr. Louviers, cant. Gaillon)*[4], *idemque, munere abbatis functus, die* 21. *Iunii obiisse dicitur*[5]. *In monasterio, cuius ingrediendi facultas mulieribus omnino negabatur*[6], *duae ecclesiae extabant ad conditorem relatae, altera 'in honorem vivificae Crucis et sanctorum apostolorum ac praecipui confessoris Christi Audoeni pontificis' constructa*[7], *altera Paulo apostolo dedicata*[5]. *Saeculo nono coenobii saepius mentio fit, cuius fratres una cum Purcharto abbate c. a.* 830. *libro confraternitatum Augiensium illati sunt*[8], *eidemque Ansegisus abbas Fontanellensis (*† 833*) libras duas legavit*[9]. *Eodem aevo sive ante sive post Purchartum Iohannes episcopus Dolensis dignitate abbatis fungebatur, qui corpus Leutfredi in ecclesia Pauli apostoli sepultum in basilicam S. Crucis et S. Audoini transtulit*[10]. *Neque vero ossa diu quiete fruita sunt, sed ob metum Nortmannorum in 'profundo hiatu terrae' posita, unde corpora Leutfredi et Agofredi fratris a.* 851. *a Gunt-*

1) *De loco egit Renault, 'Essai historique sur la paroisse et l'abbaye de la Croix-St.-Leufroi' ('Mémoires de la Société des Antiquaires de Normandie' XXV,* 1863, *p.* 648 *—*701*). Non vidi Lebeurier, 'Notice sur l'abbaye de la Croix-Saint-Leufroy', Évreux* 1866. 2) *Vita II. Audoini* § 28. 29 *(AA. SS. Aug. IV,* 816*); cf. SS. R. Merov. V,* 549. 3) *V. Leutfredi c.* 10. 4) *Ordericus Vitalis, Hist. eccl. IV,* 8 *(ed. Le Prevost II,* 226*; Migne CLXXXVIII,* 335*) tertium nomen coenobii attulit:* quod Crux Heltonis dicitur, *quod nomen etiam in nota codicis Parisiensis Lat. n.* 12131, *saec. XII, legitur:* Hunc libellum sapiens Witmundus de Cruce Heltonis monachus ad Erfastum Lirensium abbatem edidit de sancta Trinitate *(G. Morin, 'Revue Bénédictine' XXVIII,* 1911, *p.* 98*). Cf. Renault l. l. p.* 662. 5) *V. Leutfredi c.* 25. 6) *Mir. Leutfredi c.* 4: nullum aditum feminis illuc ingrediendi patere; *cf. V. Leutfredi c.* 4. 7. 7) *V. Leutfredi c.* 10. 25. 8) *MG. Libri confraternitatum p.* 280: Crux sancti Audoweni. 9) *Gesta abb. Fontanell. c.* 17 *(ed. Loewenfeld p.* 58*):* ad Crucem sancti Audoeni libras duas. 10) *V. Leutfredi c.* 25*; de aevo Iohannis cf. infra p.* 2, *n.* 1. *Continuator Aimoini V,* 41 *(ed. Du Breul,* 1602, *p.* 348*) rettulit, monachos*

berto episcopo Ebroicensi in basilicam restituta sunt[1]. Anno 860. Nibelungus comes Calliacum 'alodem indominicatum' concessit ad monasterium vocatum Cruce beati Audoeni, quod est constructum in pago Madriacensi[2]. Carolus rex eandem 'abbatiolam' a. 871. coenobio S. Medardi Suessionensi tradidit[3], quam donationem Odo rex a. 893. confirmavit[4]. Quo tempore monasterium a Nortmannis eversum iacebat aut paulo post succubuit[5], atque monachi, cum corpora Leutfredi et Agofredi 'in quibusdam partibus Franciae circumquaque' detulissent, in coenobium S. Germani a Pratis sese receperunt[6]. Tum Rotbertus marchio, qui hanc congregationem loco abbatis regebat, a. 918. a Carolo rege impetravit, ut abbatia Crucis sancti Audoeni monachis Sangermanensibus concederetur, ea parte excepta, quae Rolloni duci Nortmannorum iam pacatorum eiusque comitibus a. 911. attributa esset[7]. Neque vero monachi S. Germani monasterium deinceps tenuerunt; sed cum metus Nortmannorum desiisset, fratres Leutfrediani, Sangermanensibus consentientibus regressi, coenobium proprium sibi ipsi vindicaverunt, corpore patroni apud hospites relicto[8].

Leutfredianos corpus 'sanctissimi Turiavi Dolensis ecclesiae archipraesulis' ad coenobium S. Germani secum detulisse, quod nescio an per Iohannem ad eos pervenerit. 1) Nota de translatione a. 851, infra p. 18. Utramque translationem distinguendam esse atque translationem Iohannis altera anteriorem fuisse, inde patet, quod Iohannes corpus Leutfredi ex ecclesia Pauli, in qua post obitum conditum erat, in basilicam S. Crucis et S. Audoini 'seniorem' (i. e. principalem) transtulit, sed de ossibus antea remotis nihil narratur, cum Guntbertus corpora in ecclesiam 'praecipuam' (scilicet eandem) transvexerit, quae ob Nortmannos imminentes in 'profundo hiatu terrae' posita erant, sicque Iohannem episcopum Dolensis ecclesiae ante a. 851. monasterio Leutfredi praefuisse statuendum mihi videtur. Ex contrario A. de la Borderie, 'Histoire de Bretagne' II, 1898, p. 327. coniecit, Iohannem c. a. 880. a Nortmannis ex episcopatu expulsum in coenobium pervenisse, itemque L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II[2], 1910, p. 389 sq. eundem saeculi IX. exeunti attribuit; cf. etiam W. Vogel, 'Die Normannen und das Fränkische Reich' ('Heidelberger Abhandlungen zur Geschichte' 14), 1906, p. 352, n. 1. Atqui si R. Merlet ('La chronique de Nantes', 1896, p. LII sqq.) recte exposuit, episcopatum Dolensem a. 848. a Nomenoio non institutum, sed in sedem metropolitanam conversum esse, nulla ratio obstat, ne Iohannem parti priori saeculi IX. adscribamus. Et quamquam ut Duchesne ita L. Levillain, 'Les réformes ecclésiastiques de Noménoé' ('Le Moyen Age' XV, 1902, p. 221 sqq.), Indiculum de episcoporum Britonum depositione (Bouquet VII, 288 sq.) secutus, negavit ante a. 848. dioecesem Dolensem extitisse, tamen ea de causa Iohannes aevo posteriori minime attribuendus erat, cum, etsi dioecesis Dolensis certis limitibus distincta a. 848. constituta est, iam antea episcopos coenobiales in monasterio Dolensi resedisse etiam Duchesne l. l. p. 387. et Levillain concesserint, adstipulante et confirmante F. Lot, 'Mélanges d'histoire bretonne', Parisiis 1907, p. 23 sq. 84, atque ex horum numero Iohannem fuisse crediderim. 2) Du Bouchet (v. infra p. 6, 38), 'preuves' p. 222. Donatio 'anno XX. regni domni nostri Karoli' (Mart. 23) data est, neque vero de a. 788. cogitaverim, quo chartam a Nibelungo filio Childebrandi comitis (cf. SS. R. Merov. II, 8. 182) editam esse conici possit, sed de comite eiusdem nominis agi videtur, qui aevo Caroli Calvi occurrit: Carolus a. 843. cuidam fideli nomine Nivelongo donationem concessit (Bouquet VIII, 435), alteram a. 864. monasterio S. Dionysii consentiente Nivelongo comite (ib. p. 589; Tardif, 'Monuments historiques', 1866, p. 125), atque a. 868. Nivelungus (Nivelongus) comes inter optimates placito regio interfuit et diplomati subscripsit (Tardif p. 130 sq.). 3) Bouquet VIII, 628 sq.: abbatiolam Crucis sancti Audoeni. 4) Ib. IX, 460 sq.: abbatia de Cruce sancti Audoeni. 5) Membra Leutfredi a. 918. 'diu officio divino' caruerant; v. chartam a. 918. infra n. 7. allatam. Cf. Guilelmi Gemetic. Historiam Nortmannorum VII, 22 (Migne CXLIX, 862): Monasterium vero sancti Taurini et sancti Leufredi — — inter antiquiora computanda sunt; unde constat illa prius fuisse destructa et iterum reaedificata. 6) Continuatio Aimoini V, 41 (l. l.). 7) Bouquet IX, 536; Tardif l. l. p. 143. 8) Du Breul, Chro-

Vitam Leutfredi et Miracula ad sepulchrum eius patrata unus idemque auctor, qui monasterio sancti adscriptus erat[1], *saeculo fere post obitum eius litteris mandavit*[2]. *Carolum enim maiorem domus 'seniorem' vocans*[3], *se non ante aevum Caroli M. nepotis scripsisse ostendit, cumque miraculo 'diebus magni et gloriosissimi principis Caroli' facto*[4] *alia subiunxerit, quae 'nuper' et 'recenti tempore' contigissent*[5], *aetati Ludowici Pii eundem attribuerim, cum opusculum post medium saeculum nonum conscriptum esse nequeat, cuius auctor translationem Leutfredi a Iohanne episcopo Dolensi institutam 'nostris temporibus' attribuit*[6] *neque translationis posterioris a.* 851. *factae mentionem fecit, quo Guntbertum episcopum Ebroicensem corpora Leutfredi et Agofredi fratris ob metum Nortmannorum abscondita sustulisse supra dixi.*

Auctoritas igitur opusculi multo post tempora sancti compositi exigua est, atque se sola fama ex parte niti ipse auctor confessus est, se ea referre testatus, quae 'ex antiquariis monumentis partimque relatione maiorum' comperta haberet[7]. *Inter monumenta illa siquidem charta Leutfredi ad xenodochium institutum spectans re vera extitit neque in mentione eius auctor sola coniectura nititur*[8], *certe eam accuratius non adhibuit, neque monumenta eiusmodi indagavi nisi Vitas Audoini posteriores, e quibus de visione crucis ab episcopo visa eum instructum esse existimaverim. Quae et in V. Leutfredi*[9] *et a biographo altero tertioque Audoini*[10] *simili modo enarratur, ita tamen ut biographus Leutfredi fabulam rebus quibusdam levioris momenti uberiorem exhibeat. Ut autem tertiam Vitam Audoini ex altera pendere constat*[11], *ita V. Leutfredi verbis nonnullis modo cum hac, modo cum illa magis convenit, cuius rationis exempla pauca attulerim:*

Vita II. Audoini.	*Vita III. Audoini.*	*V. Leutfredi* c. 10.
§ 28. nimio senio fessus.	§ 41. aetate iam fessus.	gravi senio confectus.
§ 29. Deinde confluebat illuc multitudo populorum — — ibique — — sanitatem pristinam receperunt.	§ 43. turbae — eo confluunt, — — languores curantur.	ut adventantium illuc miserorum multitudo pristinae sanitati restitueretur.
§ 28. praedicando.	§ 41. divini verbi semina spargens.	verbum Dei disseminare.
—	*ib.* Hoc enim vehiculo — — utebatur.	usus est vehiculo.
—	*ib.* Dum igitur locum transiret eundem.	accidit, ut transiret.
ib. muli — — subito substiterunt. Quos cum auriga flagello percutiens iter coeptum peragere compelleret, nullo modo ab ipso loco avellere potuit. Sentiens autem vir Dei animalia nutu Dei manere immobilia — —.	*ib.* muli — — subito substiterunt. Cumque eos auriga flagello ad solitum monuisset incessum nec tamen loco movere potuisset, intellexit vir Dei divino animalia nutu fixa detineri — —.	tamquam terrore divino animalia substiterunt nec a loco moveri potuerunt. Tunc vir Domini — — sentiens — — — — — — — —.

nica S. Germani (Du Breul, Supplementum antiquitatum urbis Parisiacae p. 81; *Barralis, Chronologia Lerinensis II,* 210; *AA. SS. Iunii IV,* 113); *Bouillart, 'Histoire de l'abbaye royale de Saint Germain des Prez',* 1724, *p.* 62; *Renault l. l. p.* 661 *sq.* 1) *Cf. V. Leutfredi c.* 11. 17 *(p.* 14, 9. 24): patronus noster. 2) *Vitam et Miracula ab uno auctore conscripta esse, e Mir. c.* 1. *intellegitur.* 3) *V. Leutfredi c.* 25. 4) *Mir. Leutfredi c.* 2. 5) *Ib. c.* 3. 5. 6) *V. Leutfredi c.* 25. 7) *V. Leutfredi, prol.* 8) *Ib. c.* 24:

Quae cum ita sint, biographum Leutfredi et alteram et tertiam Vitam Audoini legisse statuerim, quas auctori paulo ante medium saeculum nonum scribenti praesto esse potuisse[1] *non est quod negetur.*

*Relatio autem maiorum, quam praeter monumenta illa attulit, non magis valuisse videtur neque fidem meretur nisi perparvam. Nam auctor de rebus gestis aevi Merovingici minus instructus erat, ita ut Carolum maiorem domus sub Dagoberto rege (*711 —715*) regnum gubernasse voluerit eidemque tempori Grifonem filium Caroli post a.* 725. *natum attribuerit*[2], *neque annis Childeberti (*694/5 —711*) et Chilperici (*715 —721*) regum tempora sancti satis congrue circumscripsit*[3], *qui, si ipsi fidem haberemus, monasterium aliquot annis post obitum Audoini (*684*) conditum*[4] *c.* 48 *annos rexisset*[3], *ita ut ad annum c.* 735. *pervenisset. Magnam partem Vitae miracula exigui momenti occupant, e quibus duo ab auctore ad exemplum Dialogorum Gregorii M. enarrata sunt*[5], *eiusdemque verba ei de obitu Leutfredi referenti in mente versabantur*[6]. *Quae de Desiderio episcopo Ebroicensi invido rettulit, qui abbatem 'quasi in dioecesi' agentem secum in civitatem abducere voluisset, ut ibi maiore licentia in eum uteretur, sed 'levitate' propria cognita confusus recessisset*[7], *ea ad episcopos dioecesanos coercendos usui esse poterant, atque exemplum Baterici oeconomi*[8] *successores monebat, ne nimis parcos se in monachos praeberent. Auctor quamvis arte enarrandi haud exigua praeditus esset, tamen inter 'se' et 'eum' distinguere nequibat (p.* 11, 9*).*

In codicibus 1*a.* 2*a brevis nota de translatione a.* 851. *facta cum Vita coniuncta legitur (infra p.* 18*), quae certe pro coaeva habenda est*[9].

Vita Leutfredi Usuardo[10] *et Orderico Vitali*[11] *praesto erat; eandem exscripsit, qui V. Sidonii non ante saeculum XII. compilavit*[12], *codice fortasse usus nostro* 2*b*[13]. *Vincentius Bellovacensis epitomen Vitae Speculo Historiali XXIV (XXIII),* 128 *inseruit*[14].

*Codices Vitae praestantiores e monasteriis S. Medardi (*2*a) et S. Germani (*1*a) originem ducunt, quibus coenobium Leutfredi a.* 871. *et* 918. *concessum erat, eoque aevo etiam Vita sancti sine dubio in illa delata est.*

ut opus misericordiae semper inviolatum permaneat, testamento corroborare decrevit. 9) *Ib. c.* 10. 10) *Vita II. Audoini* § 28. 29 *(AA. SS. Aug. IV,* 816*); Vita III.* § 41 —43 *(ed. Sauvage, Analecta Bolland. V,* 119 *sqq.).* 11) *Cf. SS. R. Merov. V,* 551.

1) *Cf. SS. R. Merov. V,* 548 *sqq.* 2) *V. Leutfredi c.* 17. 3) *Ib. c.* 25. 4) *Ib. c.* 10. 5) *Cf. ea quae, ipsis capitibus omissis, p.* 8. *ad titulos* 13. *et* 21. *indicis adnotavi.* 6) *Cf. V. Leutfredi c.* 25: Cumque iam omnipotens Deus fidelem militem suum vellet a labore quiescere et — — cursum eius remunerare decrevisset, *cum Dialog. II,* 1. *I,* 8, *et paulo infra:* exitum suum sacramentorum perceptione munivit et inter verba orationis — — ultimum diem clausit, *cum Dialog. II,* 37. 7) *V. Leutfredi c.* 11. 8) *Mir. Leutfredi c.* 2. 9) *E verbis:* In isto etenim vasculo conditum est venerabile corpus *intellegitur, hunc quoque auctorem in coenobio sancti degisse.* 10) *Martyrologium ad diem* 21. *Iunii (ed. Sollerius p.* 351*):* In pago Madriacensi sancti Leutfredi confessoris, qui in monumentum eximiae sanctitatis orationibus suis fontem produxisse fertur de terra; *cf. V. Leutfredi c.* 16. 11) *Historia ecclesiastica IV,* 8. *V,* 9, 20 *(ed. Le Prevost II,* 226. 347; *Migne CLXXXVIII,* 335. 395*).* 12) *V. Sidonii c.* 5. 7 *(ed. Legris, Analecta Bolland. X,* 1891, *p.* 430. 432*).* 13) *Cf. V. Leutfredi c.* 7: ut ipse, in quo sperabat, intentionem et opus suum — — dirigeret] ut i. in quo sp. *versu ineunte om.* 2*b,* ipse in quo sp. *om. V. Sidonii c.* 5; *V. Leutfredi c.* 8: voto se ipse constrinxit] voto *om.* 2*b et V. Sidonii c.* 5. 14) *Codices Carthusiensium Ultraiectinorum, hodie* Ultraiectini *n.* 391, *vol. II (Eccl.* 21*), a.* 1424, *fol.* 60—60′, *et n.* 392 *(Eccl.* 132*), saec. XV, fol.* 95′—96, *epitomen Vincentii continent, verbis Usuardi praemissis (inc.* Leufredus abbas in monimentum eximie sanctitatis orationibus suis fontem produxisse fertur de terra. Qui pago Ebroicensi exortus).

1*a) Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 11750 *(S. Germani a Pratis n.* 462, *postea* 495*), saec. XI, fol.* 114—125, *Vitam et Miracula Leutfredi continet, inter quae nota ad translationem a.* 851. *factam spectans inserta est*[1]. *Folium, quod olim post fol.* 114. *extabat, periit et saec. XV/XVI. a librario quodam suppletum est, qui etiam verba nonnulla adnotavit ab editoribus quasi genuina in textum recepta.*

Reliqui codices laterculo capitum destituti sunt.

1*b) Codex* R o m a n u s *Vaticanus Reginae Christinae Lat. n.* 571 *(*1336*), saec. XII, olim (fol.* 31′, *saec. XIII/XIV) liber 'de Longuaponte ordinis Cluniacensis, Parisiensis dyocesis', fol.* 16—21, *Vitam absque Miraculis continet. Folium* 20. *ante fol.* 19. *collocandum est, a glutinatore transpositum.*

2*a) Codex Romanus Vaticanus Reginae Christinae Lat. n.* 1864 *(*1314*), saec. XII. in., olim S. Medardi Suessionensis, deinde a.* 1647. *Alexandri Petavii senatoris Parisiensis, fol.* 27—38′, *Vitam et Miracula exhibet, nota illa de translatione subiuncta.*

2*b) Codex* R o t o m a g e n s i s *n.* 1380 *(U.* 55*), saec. XI, olim Gemeticensis, fol.* 91′—104′, *Vitam et Miracula continet.*

2*b*) Codex* R o t o m a g e n s i s *n.* 1388 *(U.* 32*), saec. XII, fol.* 51—51′, *tres lectiones continet e V. Leutfredi c.* 1—8 *(p.* 9, 6—12, 9*) excerptas (praescr.* In natale sancti Leutfredi abbatis, *inc.* Beatus vir Leutfredus, *des.* nolle adquiescere*), multis contractis aut omissis, pendens e libro aut ipso* 2*b aut simillimo; cf.*

c. 1. inveniuntur] inveniret 2*b. b*.* 4*a. b;*

c. 8. voto *om.* 2*b. b*.*

2*c) Codex* L i n c o l n i e n s i s *bibliothecae cathedralis B.* 1. 9, *saec. XII, fol.* 171′—175, *Vitam continet, omissis prologo et c.* 20. *et parte posteriore c.* 23, *et e Miraculis solum c.* 2. *adest.*

Librarius vocabula praetermisit aut immutavit, quibus auctor monasterio sancti se ipsum vindicaverat (cf. p. 14, *l.* 9, *n.* g; *ib. l.* 24, *n.* c; *p.* 16, *l.* 8, *n.* q*).*

3*) Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 15437, *saec. XII, olim 'ecclesiae sancti Marcelli Parisiensis' (saec. XV), quem librum 'emptum ex capitulo S. Marcelli Parisiensis Petrus de Blanger, doctor et socius Sorbonicus, domus Sorbonae procurator et S. Marcelli canonicus, dono dedit bibliothecae Sorbonicae* 1667′, *fol.* 28—30, *Miracula non exhibet, itemque magna pars Vitae (a verbis c.* 4. Cum autem fama *ad finem c.* 20*) omissa est.*

4*a) Codex* C a n t a b r i g i e n s i s *bibliothecae universitatis Ii.* 3. 30 *(n.* 1794. *in Catalogo impresso, antea* ♯ *D. II.* 18. *et* 109*), saec. XII, fol.* 218′—222, *et*

4*b) codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5296 *(Colb.* 53, *Regius* 3593/9*), saec. XIII, fol.* 66′—68′, *Vitam continent, capitibus* 14—24. *et Miraculis omissis.*

Codex L o n d i n i e n s i s *Musei Britannici inter Cottonianos Tiberius D. III, saec. XIII, a.* 1731. *incendio valde affectus, fol.* 230′—231′, *miracula e Vita excerpta atque haud raro contracta continet, quae incipiunt (praescr.* Incipit vita sancti Leufredi abbatis, XI. Kl. Iulii*):* Salvator mundi, qui doctrina ęuangelica mundum irradiavit, beatum Leufredum abbatem insigniter miraculorum donis decoravit. Nam inter signa, que gesserat, hoc principium fuit. *Sequitur caput* 12 *(*Quidam igitur monachorum suorum tanta antiqui hostis malitia percussus est, *etc.), compluribusque miraculis descriptis (Vita c.* 12. 14—16. 18—21*; Miracula c.* 3—5*), textus desinit, addita clausula Vitae c.* 25: in retributione iustorum existere mereamur per

1) *Notam ex eodem codice Iacobus Du Breul compertam habebat (cf. excerpta 'ex Chronicis fratris Iacobi Du Breul': Supplementum antiquitatum urbis Paris. auctore eodem p.* 79; *Barralis p.* 209; *AA. SS. Iunii IV,* 112*). Partem posteriorem ediderunt socii Bollandiani, Catalogus codicum hagiograph. Latin. bibliothecae Nationalis Parisiensis III,* 1893, *p.* 46; *integram notam ex* 1*a publici iuris fecit B. Krusch, 'N. Archiv' XVIII, p.* 595.

eum, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen (*subscr.* Explicit vita sancti Leufredi abbatis)[1].

Codex Ebroicensis L. 37, *saec. XIII, olim sine dubio Carnotenus, postea coenobii Lirensis*[2], *fol.* 14, *nihil nisi Vitae Leutfredi c.* 22. *et, parte posteriore omissa, c.* 23. *in octo lectiones divisa ita continet, ut numeri III—IX. adsint, una lectione praecedente (praescr.* Sancti Leufredi abbatis, *inc.* Reticendum non est, quod famulus Dei Leufredus emulatione christiane religionis stimulatus, *des.* in alia regione et ligare possunt et absolvere).

Praeterea commemorantur codices:

Bruxellensis n. 3234, *vol. III, antea n.* 982, *saec. XVI, ab Antonio Gentio canonico Rubeaevallensi* († 1543) *exaratus;*

Parisiensis bibliothecae Arsenalis n. 1032 (42 *H. L*), *saec. XIV;*

Parisienses bibliothecae Nationalis n. 5333, *saec. XIV, et n.* 5356, *saec. XII, et n.* 15030, *saec. XV, olim S. Victoris;*

Rotomagensis n. 1411 (*U.* 64), *saec. XIII.*[3]

Libros 1*a.* 2*b.* 3 *B. Krusch v. c.,* 2*a partim O. Holder-Egger b. m., partim A. Müller v. c. tum sodalis noster contulerunt, epitomas* 2*b* et Londiniensem et lectiones Ebroicenses ipse perlustravi, qui etiam libros* 1*b.* 2*c.* 4*a contuli, postquam specimen* 1*b Holder-Egger iam ante exscripsit; denique* 4*b Krusch examinavit. Magna pars Vitae et Miraculorum quae denuo ederetur indigna visa est.*

Editio princeps, quae mihi praesto non erat: Vita S. Leufredi abbatis, *Parisiis* 1598[4], *p.* 5—29, *e codice Sangermansi* (1*a*) *fluxit; quam editionem, ut videtur, iteraverunt*

Vincentius Barralis, Chronologia sanctorum insulae Lerinensis II, Lugduni 1613, *p.* 198—209, *et*

Iacobus Du Breul, Supplementum antiquitatum urbis Parisiacae quoad sanctorum Germani a Pratis et Mauri Fossatensis coenobia, Parisiis 1614, *p.* 59—79, *textum codicis* 1*a exhibentes.*

Laurentii Surii, De probatis sanctorum vitis, operi nonnisi in editione quarta (vol. VI), Iunius, Coloniae Agrippinae 1618, *p.* 279—283, *Vita Leutfredi accessit, ex editione Barralis deprompta.*

Benedictus Gononus, Vitae et sententiae patrum occidentis, Lugduni 1625, *p.* 271—274, *e codice* 1*a vel editione quadam Vitam Leutfredi in breve coactam edidit, Miraculis omissis, sed sermone auctoris ubique fere servato.*

Franciscus du Chesne, Historiae Francorum scriptores III, Lutetiae Parisiorum 1641, *p.* 375, *caput* 17. *Vitae iteravit. Qui cum omnes e codice* 1*a aut ipsi aut per alios pendeant,*

Du Bouchet, 'La veritable origine de la seconde et troisiesme lignee de la maison royale de France, Paris 1646, *preuves' p.* 224, *particulas perparvas capitis* 10.

1) *Etiam codices S. Victoris, iam bibliothecae Nationalis, Parisienses n.* 14363, *saec. XII, et n.* 14365, *saec. XV, ex hoc descriptus, partes excerptas continent (Catalogus codicum hagiograph. Latin. Paris. III,* 226. 249). 2) *Cf. H. Omont, 'Catalogue général des mss. des bibliothèques publiques de France, Départements'* (8⁰) *II,* 1888, *p.* 419 *sqq.; 'N. Arch.' IX,* 238. 3) *Cf. Analecta Bolland. XXIII,* 200. 4) *Lelong, 'Bibliothèque historique de la France' I*[2], 1768, *p.* 741 (*n.* 11899); *Bibliotheca hagiographica Latina II, n.* 4899. 4901. *Cf. Du Breul l. l. ad a.* 1598 (*Supplementum p.* 84; *Barralis p.* 212; *AA. SS. Iunii IV,* 114): *'Vita nuper nostro impulsu typis cusa'.*

e legendario ms. dioecesis Ebroicensis excerpsit. Partem prologi a prioribus editoribus omissi Vitae praemisit

Iohannes Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, saeculum III, pars I, Lutetiae Parisiorum 1672, *p.* 583—593, *praeter editionem Brulianam 'variis' codicibus usus, inter quos 2b fuisse videtur; Mabillonius ipse codicis Compendiensis mentionem fecit, qui desinebat in verbis c.* 25 *(infra p.* 16, *l.* 2*):* quam ipse in honore beati Pauli fundaverat. *Prologum Vitae integrum unus publici iuris fecit*

Godefredus Henschenius, Acta sanctorum Iunii IV, Antverpiae 1707, *p.* 105—112, *adhibitis codicibus 'pervetusto' Aroasiensi in Artesia et Reginae Christinae n.* 1466 [1], *inspecto quoque codice Parisiensi bibliothecae Mazarineae. Denique*

Martinus Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis 1741, *p.* 644—645, *particulas editionis Mabillonianae iteravit.*

W. Levison.

I.

INCIPIT[a] PROLOGUS IN VITA SANCTI AC BEATISSIMI LEUTFREDI ABBATIS.

Scriptum legimus in libro[b] Ecclesiastici: *Laudemus viros gloriosos et parentes* (Eccli. 44, 1.) *nostros in generatione sua, qui in diebus gentis suae gloriam adepti sunt, et nomen* (Ib. v. 7. 13.) *eorum non derelinquetur.* Qui enim apertis oculis fidei[c] videre[d] promeruit, quam gloriosus Dominus noster in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciens prodigia, (cf. Ps. 67, 36.) totis viribus ad investigandam venerabilium[e] virorum vitam accingitur[f], ut in eis[g] ille laudetur, qui munere gratiae suae eos ad tantam gloriam[h] provexit, ut et animas audientium[i] imbre[k] verbi Dei inrigarent[l] et corporalibus[m] molestiis virtute miraculorum mederent[n]. De huiuscemodi viris per[o] prophetam Domino[p] dicitur: *In lumine iacula tua ibunt, in fulgore armorum tuorum.* Fulgor namque (cf. Zach. 9, 14.) armorum est claritas miraculorum. Armis quippe nos tuemur, iaculis adversa destruimus; arma ergo cum iaculis sunt miracula cum praedicamentis. Sancti enim viri verbis suis quasi quibusdam iaculis corda adversantium transfigunt[q]; armis autem, id est miraculis, semet ipsos tuentur, ut et[r], quantum sint[s] audiendi, sonent per impetum iaculorum et, quantum sint reverendi[t], ostendant[u] per arma miraculorum. Tandem igitur opera magni Dei pronuntiantes, proponamus nobis[v] virum reverentissimum beatum Leutfredum[w], in quo Spiritus sanctus mundam[x] sibi sedem praeparavit, et de ipso loqui instituamus. Cuius etsi facta prosequi[y] non sumus idonei,

I. Prol. 1*a. b.* 2*a. b.* 3. 4*a.*

Prol. a) *ita* 1*a; praescr.* Inc. vita vel actus sancti ac beat. peculiaris patroni nostri Leutfredi confessoris Christi. Quod celebratur XI. Kl. Iulii 2*a*; Inc. pr. in v. sancti (beati 4*b*) Leutfredi (Leuffredi 4*a*; Leufredi 1*b*) abbatis 1*b*. 4*a*. *b*; Inc. vita sancti Leutfredi confessoris (quae est XI. Kl. Iulii *add.* 3) 2*b*. 3; *prologus deest* 2*c*. b) *ita* 2*b*; l. ecclesiastico 1*a*. *b*. 3. 4*a*. *b*; libris ecclesiasticis 2*a*. c) *om.* 2*b*. d) valere 1*b*. e) venerabilem 4*a*. f) accingetur 2*a*; accingi : tur, *ras.* n(?) 3. g) in ::: laudetur ille 3; ille *om.* 2*b*. h) gtos : m *m. al. corr.* gloriosam 3. i) auditium 3, *corr.* k) inue ::: re *m. al. corr.* munere 3. l) inrigaret 3. m) corporibus 2*a*. n) *ita* 2*a*; mederentur *rell.* o) *sequuntur* 6 *litt. ras.* 3. p) *bis scr. erat* 2*b*. q) tranfigunt 3. r) *om.* 3. s) sunt 3; sint — et quantum *om.* 4*a*. t) revertendi 2*b*, *corr.* u) ostendunt 2*b*. v) vobis 2*b*. w) Leuthfr. 3; Leufr. 1*b*. 4*a*. x) mundum *pr. m.* 2*a*. y) persequi 2*b*. 3.

1) *Codex iam latet, atque nescio an de numero falso agatur et de libro nostro 1b sive 2a cogitandum sit.*

auxilio tamen omnipotentis[a] et tanti viri[b] meritis fulti, quae[c] ex antiquariis monumentis[d] partimque relatione maiorum nobis comperta sunt, enarranda suscepimus.

EXPLICIT[e] PROLOGUS.

INCIPIUNT[a] CAPITULA.

I. Prol. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3. 4*a*. *Index*. 1*a*.

Prol. a) *ita* 1*b*. 2*a*. 3. 4*a*; Dei *add.* 1*a*. 2*b*; *sed cf. p.* 11, 18. b) m. v. 1*b*. c) *versu exeunte om.* 4*a*. d) monimentis 1*b*. 4*a* (*ubi* partrumque *corr.* patrumque). e) *subscr. om.* 2*a*. *b*. 3.

Index. a) *indicem habet* 1*a*, *om. rell.* b) Call. — retrusit *evanida m. rec. restauravit* 1*a*. c) ti *m. rec. restauravit* 1*a*. d) *sequentia folio perdito exciderunt, quae manus saec. XV/XVI. in folio inserto supplevit,* 1*a*.

1) *Auctor in capite a nobis praetermisso Gregorium M. (Dialog. I, 6) de incendio Anconitano referentem expilaverat; cf. Gregor.:* ut flamma — — refrigesceret et contingere ulterius quicquam aedificii non auderet, *et V. Leutfredi c.* 13: ut nihil ulterius contingere posset. 2) *In quo miraculo describendo auctor Gregorium M. (Dialog. II, 6) secutus est, qui etiam vocem 'falcastrum' interpretatur:* ei dari ferramentum iussit, quod ad falcis similitudinem falcastrum vocatur *(cf. Du Cange s. v.)*.

23. De proprietario[1] monacho, quem post XL dies a morte absolutum ab excommunicatione vir sanctus cognovit et christianae sepulturae tradi mandavit.

24. De xenodochio[2] a sancto viro constructo et dotato.

25. De obitu et sepultura sancti Leufredi].

INCIPIT[a] VITA.

1[b]. Beatus[c] vir Leutfredus[d] infra Gallias pago Ebrocensi[e, 3] exortus est, sanguinis nobilitate conspicuus, parentibus christianissimis natus. Hic[f] in[g] adolescentia sua, cum in vana mundi[h] huius gloria excrescere[i] posset, totam militiam suam Domino vero regi devovit, magis cupiens pauper[k] Christum nudus ipse sequi, quam, divitiis saeculi[l] vestitus[m], ad tempus sicut flos feni florere. Mox ergo adhuc (cf. Iacob. 1,10.) puerulus, divino[n] spiritu tactus, aestuabat animo, assidue parentes deprecans, ut accessum posset habere ad aliquem locum, ubi exercitia litterarum in scolis invenirentur[o]. Ad haec cum pater nullo modo assentiret[p] et unici filii diceret se non[q] posse absentiam sustinere, puer ille Deo[r] devotus occasionem invenit, qua id quod desiderabat perficeret. Petivit namque[s] a patre, ut liceret sibi cognatos et adfines suos[t] visitare, qui in castro Ebrocensi[u] morabantur, cumque visionis[v] mutuae et adlocutionis eis impendisset officium, continuo ad propriam[w] reverteretur[x]. Postquam itaque obtinuit quod poscebat, ad suburbanum[y] praefatae[z] civitatis tetendit, ubi venerandus confessor Christi Taurinus, praesul quondam eiusdem loci, requiescit[4], veniensque ad locum[a], aedituum domus Dei allocutus[b], voluntatis suae intentionem[c] reseravit. At ille libenter eum[d] audiens, unanimo affectu tractavit, et quia mente sincerus et corpore pulcher esset[e], fraterna dilectione ei ministrare[f] curavit. Ut autem magistrum repperit, qui sibi operam in litterarum eruditione impenderet, cum documento linguae morum[g] probitate coepit[h] alios anteire.

2[a]. Interea cum[b] ibidem diutius moraretur, parentes quos reliquerat ab-

I. Index. 1*a*. *Capp.* 1. 2. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*. 3. 4*a*.

Cap. 1. a) *ita* 1*b*. 4*a*; Incipit vita sancti Leudfredi abbatis, X̂ Kl. Iul. *praescr.* 2*c*; *praescr. om. rell.* b) *numerus deest codd.* c) Beatus — *l.* 25. reliquerat absen| *m. saec. XV/XVI. suppl.* 1*a*. d) Leudfr. 2*c*; Leuthfr. 3; Leufr. *semper* 1*b*, *hoc loco* 4*a*. e) Ebroicensi 2*b*. *c*. 4*a*. f) Hinc (?) *pr. m.* 3. g) ab 1*a*. h) h. m. 2*c*. 3. i) gl. se exercere 4*a*. k) Chr. pauper 2*c*. l) *om.* 2*c*. m) *om.* 1*b*. n) t. d. sp. 3. o) inveniret 2*b*. 4*a*. *b*. p) consent. 2*c*. q) abs. non posse 2*c*; non p. abs:enciam (*ras.* c?) 3. r) *om.* 1*a*. s) ergo 1*a*. t) *om.* 2*c*. u) Ebroicensi 2*b*. *c*. 4*a*. v) visitationis 4*a*. w) *ita* 2*a*; propriam *corr.* propria 3; proprio *corr.* propria 2*b*, *et ita rell. et infra p.* 15, 2. *omnes.* x) revertitur *corr.* revertetur 4*a*. y) *m. al. corr.* suburbium 1*a*. z) prefatum 2*c*. a) et *add.* 2*c et m. al.* 1*a*; locum, cum edituo 4*a*. b) locutus 4*a*; ei *m. al. in litura add.* 1*a*. c) (int. *om.*) reser. (arcanum *m. al. in marg. add.*) 1*a* (*cf. p.* 12, 3); int. ei reser. (revelavit 4*a*) 2*c*. 4*a*. d) eum *post* affectu *ponit* 2*c*. e) erat 4*a*. f) monstrare 3. g) que *add.* 4*a*. h) prob. plurimos cepit anteire 2*c*.

Cap. 2. a) *numerus deest codd.* b) *versu ineunte bis scr., sed del.* 4*a*.

1) *I. e. qui conversus res proprias contra regulam clam retinuerat.* 2) Ad suscipiendos pauperes *addit Vita c.* 24. 3) *Circa Évreux civitatem (dép. Eure).* 4) *Taurinus primus episcopus Ebroicensis fuisse dicitur (cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II*[2], 1910, *p.* 226*), a quo ecclesia et postea monasterium S. Taurini in suburbio civitatis sita nomen acceperunt. Cf. L. Debidour, 'Essai sur l'histoire de l'abbaye bénédictine de Saint-Taurin d'Évreux' ('Recueil des travaux de la Société libre d'agriculture, sciences, arts et belles-lettres de l'Eure', 6. series V, Ebroicis* 1908, *p.* 1—158*).*

sentiam[a] eius graviter ferentes et in exteris[b] regionibus ad aliquam heremi[c] vastitatem profugisse credentes, mox ceperunt circuire[d] loca diversa, si forsitan eum[e] alicubi repperire possent[f]. Et cum dies et noctes in quaerendo[g] eo agerent, in memorato loco inventus est. Cumque ei vehementius instarent, ut parentum dolo- Luc. 9, 62. rem reversione sua relevare debuisset, euangelica voce respondit: *'Nemo'*, inquit, *'mittens manum suam in*[h] *aratrum et aspiciens*[i] *retro, aptus est regno Dei.* Nam[k] postquam me Dominus meus Iesus Christus ad sibi[l] serviendum adsumere dignatus est, indecens[m] omnino est, si ab eius nunc[n] militia ad carnis et sanguinis transeam Matth. 10, 37. amicitias, praesertim cum ipse dicat: *Qui*[o] *amat patrem aut matrem plus quam me,* Luc. 14, 26. *non est*[p] *me dignus*, et: *Si quis venit ad me et non odit patrem suum*[q] *aut*[r] *matrem*[s] *aut*[r] *uxorem aut*[r] *filios aut*[t] *fratres aut*[r] *sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse*[u] *discipulus'*. Tali ac tanto pondere dictorum[v] victi parentes, cum resistere non possent, in proposito suo eum manere passi sunt. Illisque abscedentibus[w], coepto operi[x] magis ac magis insistere coepit, quousque, omnibus sodalibus transcensis, magistrum quoque suum[y] aequiperare videretur.

3[a]. Cumque omnia[b] epotasset, in quibus idonei doctores erant, quos in eodem vico invenerat, ad alium vicum, cui Condatus[1] vocabulum est, festinus[c] migravit. Sed cum nec ibi virum inveniret, qui sibi satisfaceret ad omnia quae quaerebat, quam citissime[d] loco recessit et ad urbem Carnotensem quae in vicino erat convolavit, ubi diversorum[e] studiorum doctrinam abundare cognoverat. Quo[f] cum pervenisset, iuvante se[g] Christi gratia, ita ad plenum eruditus est, ut omnes eum[h], cum adtendunt[i], discipulum mirarentur factum esse magistrum. — — — — —

4. Porro vir Dei[a] cum contra se venena antiqui hostis et invidiam hominum crassari[b] conspiceret, velociter inde digressus, ad propriam possessionem remeavit. Cum[c] autem[d] fama reversionis eius ad vicinos pervenisset, cognoscentes in eo divinarum litterarum sapientiam coruscare, filios suos ab eo edocendos[e] offerebant; quos ille et litterarum peritia imbuebat et religionis[f] modestia informabat. Denique dum spiritalibus[g] studiis occuparetur, inter cętera semper memor verborum Matth. 25, 40. Domini, quibus[h] in iuditio fideles alloquetur[i], dicens: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis,* necessaria indigentibus, viduis ac[k] pupillis et[l] orfanis pro-

I. Capp. 2—4. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*. 3 (*ad l.* 24). 4*a*.

Cap. 2. a) *in* (absen)tiam *vetusta manus redit* 1*a*. b) externis 3. c) hieremi *pr. m.* 3; ad aliquem locum vel heremi vast. perfugisse 4*a*; her. vast. eum prof. 2*c*. d) circumire l. 2*b*. *c*; l. c. 3. e) *om.* 2*b*. f) potuissent 2*c*. g) in inquirendo eo ag., immemor. 4*a*; in qu. eum ag., tandem in memor. 2*c*. h) ad 4*a* *cum Vulg.* i) respiciens 2*c* *cum Vulg.* k) Namque 2*c*; *sequuntur* 3 *litt. ras.* 3. l) *om.* 1*b*. m) i. o. est *m. al. suppl.* 3. n) *om.* 1*b*. o) quia *pr. m.* 3. p) *m. al. suppl.* 3. q) *om.* 3. r) et 2*b* *cum Vulg.* s) suam *add.* 2*b*. t) et 2*b*; aut fr. *om.* 2*c*. u) esse *ante* meus *suppl.* 2*b*. v) supradictorum 2*a*. 3. w) sui *add.* 2*c*; *sequuntur* 3 *litt. ras.* 3. x) opere 2*b*, *corr.*; operis magis magisque 2*c*. y) *om.* 4*a*.

Cap. 3. a) *ita* 1*a*; *numerum om. rell., et sic deinceps.* b) iam *add.* 2*c*. c) *om.* 2*c*. d) cit. a loco rec. (reressit *pr. m.* 4*a*) 2*c*. 4*a*. e) stud. div. 2*c*. f) Quo:, *ras.* d (?) 3. g) se gr. Chr. 3; semper (Dei *m. rec. add.*) gr. 1*a*. h) cum eum 2*c*. i) attenderent (ut *add.* 2*c*) 2*c*. 4*a*.

Cap. 4. a) Dei cum *in litura* 4*a*. b) grassari 2*c*; *om.* 1*b*. c) Cum *sequentiaque ad finem capitis* 20. *om.* 3. d) remearet et *add.* 2*c*. e) ei *add.* 2*c*. 4*a*. f) legionis 2*a*. g) spiritual. 2*c*. h) dixit *add., sed del.* 1*b*. i) alloquitur 2*c*. k) ac *versu exeunte om.* 1*b*; ac pup. *om.* 2*c*. l) et orf. *om.* 2*b*.

1) *Condé-sur-Iton vicus (dép. Eure, arr. Évreux, cant. Breteuil) ad Iton fl. supra Ebroicensem urbem situs est.*

curabat, et in domum suam[a] introducens, ciborum satietate reficiebat et, prout poterat, abscessuris viaticum tribuebat. In eodem[b] loco possessionis suae oratorium statuit, quod etiam[c] reliquiis diversorum sanctorum exornavit, ubi nullus introitus neque[d] accessus feminis dabatur. Sane quamvis adhuc in laico habitu detineretur, opus tamen[e] veri monachi assidue Domino persolvebat, pernox in vigiliis et oratione perseverans, in ieiuniis promptus, in elemosinarum largitate benignus.

— —

7. Pervenitque ad monasteriolum, quod vocatur[a] vulgo Varenna[1]. Cumque[b] caritate se illic habitantes aliquantum temporis detinere vellent, nullo modo[c] adquievit, quia[d] feminarum habitaculum illud erat. Egressus itaque petivit locum, qui dicitur Calliatus[e, 2], ubi Dei hominem Bertramnum[f] invenit, cuius in rebus divinis indefessa mentis agilitas ferebatur. Qui dum sermone mutuo invicem de spiritalibus[g] agerent, visum est eis, ut aspectibus hominum se subducerent, et quasi catena[h] conligati, intra claustra[i] domus usque ad finem vitae in hymnis et precibus permanerent. Sed vir Domini[k] Bertramnus[l], relictis omnibus quae habuit, peregre profectus est; devotus vero miles Domini Leutfredus[m], in ceptis[n] persistens, ibidem se velut in specum[o] retrusit. Ibi die noctuque orationibus et vigiliis intentus, fonte lacrimarum ora suffusus[p], pietati omnipotentis se ipsum commendabat, ut[q] ipse, in quo sperabat[q], intentionem et opus suum usque in finem feliciter dirigeret[r].

8. Evoluto autem tempore, cum iam dispensatio divina per eum plures lucrandos decerneret, audita fama beati Sydonii[a], vir Dei Leutfredus Rotomagensem[b] urbem protinus advenit[c], ubi praedictus homo[d] Dei Sydonius[e], Hibernia[f] Brittaniae[g] insula ortus[3], virtutum splendore venerabilis habebatur. Postquam

I. Capp. 4. 7. 8. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*. 4*a*.

Cap. 4. a) eos *add.* 2*c*. b) vero *add.* 2*c*. c) et 1*b*. d) nec 2*c*. e) *in litura* 1*b*.

Cap. 7. a) vulgo voc. Werenne 2*c*; vulgo *versu ex. om.* 1*b*. b) Cū : que, *ras.* n 4*a*. c) nullomo 2*a*. d) et *add.* 2*c*. e) Galliatus 2*a*. *c*; Calliacus 1*b*. f) Bertrānum 2*a*; Bertrannum 1*b*. 4*a*; nomine *add.* 2*c*. g) spiritual. 2*c*. h) collig. cathena 1*b*; una *add.* 2*c*. i) septa *add.* 2*c*. k) Dei 2*c*. l) *ita* 2*b*. *c*; Bertrānus 2*a*; Bertrannus (1*a*). *b*. 4*a*. m) Leudfr. 2*c*, *et sic deinceps*. n) cepto 4*a*. o) *m. al. corr.* specu 1*a*, *et ita* 1*b*. 2*c*. p) suffosus 2*b*, *corr.*; perfusus 1*b*. q) ut — sperabat *versu in. om.* 2*b*. r) erigeret 2*c*.

Cap. 8. a) Sidon. 1*b*. 2*c*. b) Rothom. 4*a*. c) adivit 1*b*. d) vir 2*c*. e) Sidon. 1*b*. 2*a*. *c*. f) Hybernie *corr.* Hybernia 1*b*, *et ita* 4*a*. g) Brittanniae 1*b*. 2*b*; Britannie 4*a*; *om.* 2*c*.

1) Warinnam monasteriolum *in pago Tellau situm Carolus Calvus ecclesiae Rotomagensi confirmavit (Legris, Analecta Bolland. X, p.* 450, *n.* 2*). Warinnam fiscum ibidem ad Warinnam fl. (la Varenne sive l'Arques, dép. Seine-Inférieure) situm Childericus II. a.* 673. *coenobio Fontanellensi concesserat (V. Landberti Lugd. c.* 3, *SS. R. Merov. V,* 611; *Gesta abb. Fontanell. c.* 10, *ed. Loewenfeld p.* 30*). Mabillon de vico Notre-Dame-de-la-Garenne (dép. Eure, arr. Louviers, cant. Gaillon) cogitavit.* 2) *Cailly vicus paulo infra Croix-Saint-Leufroy ad Eure fl. situs est (dép. Eure, arr. Louviers, cant. Gaillon), idem ut videtur atque Calliacus possessio in pago Madriacensi sita, quam Nibelungus comes coenobio Crucis S. Audoeni a.* 860. *dono dedit (Du Bouchet l. l. 'preuves' p.* 222*). Alter Calliacus 'vicus non longe distabat a monasterio S. Sidonii, quo postea Leutfredus concessit' (Mabillon), et ipse hodie Cailly (dép. Seine-Inférieure, arr. Rouen, cant. Clères).* 3) *Ita Ionas, V. Columbani I,* 2: ortus Hibernia insula. *Biographo altero Audoini* § 32 *(SS. R. Merov. V,* 560, *n.* 1*) teste,* sanctus Sydonius, genere Scottus, aedificator monasterii, quod nunc per metonymiam sanctum Sydonium dicunt *(Saint-Saëns, dép. Seine-Inférieure, arr.*

autem venerabilis[a] vir Dei Leutfredus vera esse comprobavit, quae fama ad eum detulerat, homini Dei artius se coniuncxit[b] et[c] per ordinem voluntatis suae patefecit archanum; satisque ab eo in[c] regulari tramite ac[d] monastica conversatione edoctus, habitu[e] corporis inmutatus, accepit signum capitis, quo milites Christi a populari coetu discernuntur, et sub ipso patre voto[f] se ipse[g] constrinxit[h], omnem
1.Reg. 15,22. oboedientiae disciplinam servaturum, sciens scriptum: *Oboedire*[i] *magis placet Deo quam victimae et auscultare*[k] *magis quam offerre adipem pacificorum;* et Samuhel[l]
ib. 23. ad Saul ait[m]: *Quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatriae nolle adquiescere.*

9. In diebus illis domnus[a] Ansbertus[b] Rotomagensi[c] urbe pontificatum gerebat[1]. Hic frequenter egregium virum[d] Sydonium[e] et sanctum Leutfredum ad familiare colloquium invitans, de adquirendis Deo animabus cum eis tractabat. Factum est interea, ut hortatu praesulis et beati Sydonii[e] ad natale solum vir Domini reverteretur, ut[f] in patria sua homines[d] in via erroris ambulantes ad lumen veritatis reduceret; cuius rei ipse magis quam alius sufficiens esset.

10. Egressusque urbe, Spiritu sancto duce devenit in fines Madriacensis[a]
V.II.Audoini § 28; V. III. Audoini § 41. pagi[2] ad locum virtutibus[b] quidem insignem, nullis tamen habitaculis adornatum. Dudum namque cum[c] vir Domini Audoenus, Rotomagensium[d] antistes, Spiritu sancto plenus diversas provintias[e, 3] peragrans, verbum Dei disseminare[f] non cessasset, iamque gravi senio confectus equitare non valeret, usus[g] est vehiculo, in quo iacentem eum duo muli vehebant. Quodam igitur tempore[h], cum sic incederet, accidit, ut transiret per vallem inlustrem iuxta fluvium Aucturam[i, 4], ubi[k] via erat ab occasu[l] in orientem; porro alia via ducebatur a meridie in septemtrionem. Dumque super ipsum locum, ubi viae in similitudinem crucis iungebantur, vehiculum sancti viri pervenisset, ilico tamquam terrore divino animalia substiterunt nec a loco moveri[m] potuerunt. Tunc vir Domini, non absque mysterio rem tantam fieri sentiens, familiare cum Domino secretum iniit. Et ecce! respiciens in caelum, vidit signum sanctae crucis, miro fulgore radians[n]; statimque animadvertit vir Deo plenus,

I. Capp. 8—10. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 4*a.*

Cap. 8. a) vir D. ven. 2*b.* b) *ita* 1*b*; coniuxit 2*a.* c) *om.* 2*c.* d) *om.* 4*a.* e) abitu 2*a.* f) *om.* 2*b.* g) ipsum 4*a.* h) construxit om̄e ob. 2*a.* i) Obedientia 2*c cum Vulg.* k) *corr.* ascult. 4*a.* l) *ita* 1*a (pr. m.).* 2*b;* Samuel 1*b.* 2*a. c.* 4*a.* m) dixit 4*a.*

Cap. 9. a) donnus 4*a.* b) in *add.* 2*b. c, m. al.* 4*a, m. rec.* 1*a.* c) Rothom. 4*a.* d) *om.* 2*c.* e) Sidon. 1*b.* 2*c.* f) et 2*c.* 4*a.*

Cap. 10. a) Mariac. 2*c.* b) q. v. *pr. m. corr.* v. q. 1*a.* c) cum *om.*, dum *post* plenus *in marg. add.* 4*a.* d) Rothom. 4*a.* e) *versu ex. om.* 1*b.* f) disseminaret non c. (non c. *om.* 2*b*) 1*b.* 2*b*; seminare 4*a*; diss. non cessaret 2*c.* g) uisus 4*a, corr.* h) die dum sic 2*c.* i) Acturam 4*a.* k) una *add.* 1*b.* l) hoc casu 4*a, corr.* m) moneri 4*a, corr.* n) radiens 2*a, corr.;* radiare 2*c.*

Neufchâtel), cum Audoino Romam profectus est. Lando abbas Fontanellensis (731—734) cellam sancti Sidonii quae est in Warinna *iure beneficii tenuit (Gesta abb. Fontanell. c.* 9, *ed. Loewenfeld p.* 28*). Vita Sidonii non ante saec. XII. composita (ed. Legris l. l. p.* 425 —432*) cum ex aliis Vitis tum e V. Leutfredi (cf. supra p.* 4*) pendet.* 1) *De Ansberto cf. SS. R. Merov. V,* 613 *sqq.* 2) *Pagus circa Eure fl. situs erat; cf. A. Longnon, 'Atlas historique de la France, Texte' I,* 99. 3) *Vita II. Audoini § 28*: parochiam suam; *Vita III. §* 41*:* dioecesim suam. 4) *Hodie l'Eure. Cf. chartam Caroli regis a.* 918 *(Bouquet IX,* 536*; Tardif p.* 143*) de abbatia Leutfrediana:* cuius caput est in Madriacensi pago super flumen Auturae.

resplendente[a] caelo ad terram et terra[b] ad caelum, quod locus ille futuris temporibus crucifixi domini Iesu Christi veros cultores habiturus[c] esset, qui crucis mortificationem et in corde et in corpore suo evidenter gestaturi essent. Tali igitur visione gloriosus Domini pontifex laetificatus, iussit sibi[d] afferri lignum, unde signum ipsius vivificae crucis effigiare posset. Sed cum minister non inveniret, a rustico quodam, in eodem loco terram exarante[e], partem stimuli pretio comparavit; de qua vexillum crucis figuravit, et cespite congesto[f], desuper illud composuit[g] sanctorumque reliquias ibidem conligavit[h]. Quo facto, iter quod coeperat prosecutus est, ipsoque itinere[i, 1] perductus est ad praedium[k], quod vocatur Clippiacus[l], in quo finem vitae praesentis accepit et ad aulam regni caelestis translatus est[m], vitam aeternam indeptus[n]. Locus autem suprascriptus[o] crebris miraculis resplendebat[p], ita ut adventantium illuc miserorum multitudo[q] pristinae sanitati restitueretur; quin etiam continuis noctibus nubes[2] splendidissima[r] super ipsum locum videbatur, pertingens a caelo usque ad terram. Vicinis ergo in circuitu commanentibus[s] tantae rei novitate stupefactis, quidam eorum casulam horrei sui super[t] pignera[u] sanctorum, quae[v] praefati sumus, stabilire curavit. V. II. Audoini § 29; V. III. § 41. 43.

Hunc denique locum vir Dei Leutfredus post aliquot[w] annos decessionis[x] sancti Audoeni archiepiscopi[y] invisere temptavit, visoque[z] loco[a], amoenitate eius, eo quod esset aquarum nemorumque et vinearum fertilitate iocundus, miraculorum quoque prodigiis, quae ibi fiebant, plurimum laetificatus, domum sacram domino Deo ibi construere acceleravit[b], in honorem[c] scilicet vivificae crucis et sanctorum apostolorum ac praecipui[d] confessoris Christi Audoeni pontificis, atque in eo[e] loco altare statuit, ubi crux semitarum apparuerat. Sed et post modicum tempus congruentibus habitaculis eandem cellulam[f] cinxit atque monachorum conversatione nobilitavit. Siquidem ex diversis partibus ad eum confluebant, qui possessiones agrorum suorum vendentes precia ante pedes eius secundum morem primitivae ęcclesiae deferebant[g], cf. Act. 4, 34. 35. ut distribueretur omnibus, prout cuique opus esset[h]. Alii autem de facultatibus suis eundem locum ditare certabant, ut de reditibus rerum suarum per[i] futura tempora servi Dei inibi habitantes necessaria[k] acciperent. Dici non potest, quanta

I. Cap. 10. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*. 4*a*.

Cap. 10. a) resplendentem (e *m. al. add.*) 4*a*. b) terrā 1*b*. 2*a et pr. m.* 1*a*. 2*b*; et a terra 4*a*. c) habitarus 2*b*, *corr.* d) ibi 1*b*. e) exarantē *pr. m.* 2*b*. f) cesp. desuper cong. desuper 1*b*. g) *in litura* 1*b*. h) collocavit 2*c*. i) perd. it. 2*c*. k) suum *add.*, quod voc. *om.* 2*b*. *c*. l) *ita* 1*a*. *b*. 4*a*; Clipiacus 2*a*; Clippiacum 2*b*. *c*. m) est *om.* (*sed* et *fortasse eras.* 1*a*) 1*a*. 2*b*. *c* (*ubi* introductus *pro* transl.). n) : : deptus *m. rec. corr.* est adeptus 1*a*; in : : : ptus *m. al. corr.* adeptus 4*a*, *et ita* 2*c*; est *add.* 2*b*. *c*. o) supradictus 2*c*. p) respendebat 1*b*. q) multitudines — restituerentur 2*c*. r) splendida 4*a*. s) manentibus 2*c*. t) supra 2*c*. u) *corr.* pignora 4*a*, *et ita* 2*b*. *c*. v) qui *m. al. corr.* quos 4*a*. w) aliquod 2*a*, *corr.* x) descensionis *m. al. corr.* descessionis 4*a*. y) *om.* 2*c*. z) que *om.* 4*a*. a) et *add.* 1*b*. 2*c*. b) accelavit 2*a*. c) honore 1*b*. 2*c*. d) pr(a)ecipue 2*b* (*corr.*). 4*a*. e) eodem 2*c*. f) ecclesiam 2*c*. g) perferebant, ut distribuerentur 2*c*. h) erat 1*b*. i) post 2*c*. k) hab. consolationem acc. aliquam. Dici vero non 2*c*.

1) *Et in altera et in tertia Vita Audoini, e quibus biographus Leutfredi pendet, multa alia ab episcopo gesta narrantur, priusquam ad obitum eius, qui in Clippiaco villa contigit (V. Audoini c.* 15, *SS. R. Merov. V*, 563*), auctores calamum vertunt.* 2) *Vita II. Audoini* § 29 *et Vita III.* § 41*:* columna ignea.

celeritate locum suum Dominus exaltaverit[a], ita ut in brevi spatio multi, pompa seculari abdicata[b], conversi sunt[c] ad Dominum.

11. Per idem tempus pontificatum Ebrocensis[a] ęcclesiae Desiderius agebat[1], a qua non longe* ipse[b] locus distabat. Qui cum opinionem viri Dei audisset, et quia plures[c] ab ipso lumine veritatis accensi[c*] vitam apostolicam sequerentur, zelo invidiae superatus, quod quasi[d] in diocesi[e] talia agere praesumpsisset, quadam die, conscenso equo, assumptis officialibus suis, ad cellam viri Dei ire[f] perrexit. Ventum est ad locum, et subito virum Dei iniuria verborum exacerbavit. Sed cum ad haec patronus noster[g] immobilis perduraret et pacientiam fortiter conservaret, magis ac magis episcopus exagitatus furore, imperat suis[h], ut eum in equum levarent, cum ipse vir Domini apud se iam[i] decrevisset ne[k] umquam equum ascendere. Cumque pariter ambularent et eum[l] episcopus ad civitatem perducere conaretur, ut ibi in eum quaecumque vellet liberius exerceret, necdum miliarium a cella hominis[m] Dei compleverant, cum subito equus, cui vir Dei sedebat[n], in terram concidit, et disrupta[o] sunt omnia viscera eius. Mirantibus cunctis, episcopus nimio terrore consternatus est atque levitatem suam admodum reprehendit, quod[p] virum Dei ledere praesumpserit[q]; sicque ad genua eius provolutus, indulgentiam postulavit. cf. Matth. 6, 12. Cui vir Domini memor orationis[r] dominicae placide omnem iniuriam remisit[s]. Pontifex autem cum summa veneratione et obsequio eum ad cellam suam redire fecit[t], ubi postea, divino adiutorio comitatus[u], per multa annorum[v] curricula et verbo fidei claruit et miraculis coruscavit[w]. — — — — — — — — — — — —

17. Praeterea cum optime[a] in coenobio suo turba monachorum in lege Dei floreret et grandi fervore ad supernam patriam anhelarent[b], pro quibusdam necessariis negotiis evenit, ut reverentissimus patronus[c] noster nobilissimum principem Karolum** maiorem domus adiret, qui eo tempore, quo Dagobertus rex, Childeberti gloriosissimi et aequissimi regis[2] filius, regnum Francorum tenebat, curam rei publicae nobiliter administrabat[3]. A quo honorifice[d] susceptus est[e] et humane tractatus et[f], quaecumque suggessit, consecutus est. Nam et pro merito[g] sanctitatis eius isdem[h] princeps familiarissime eo usus est et, gavisus occasionem

*) duabus scilicet leucis *m. saec. XVI. in marg. add.* 1*a*.

**) Martellum *add.* 1*a*.

I. Capp. 10. 11. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 4*a*. *Cap.* 17. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 10. a) exaltavit 4*a*. b) abdita 1*b*, *corr.* c) *ita* 1*b*. 2*b*; sint *rell.*

Cap. 11. a) *m. rec. corr.* Ebroicensis 1*a*, *et ita* 2*b. c.* 4*a*. b) locus ipse 2*a. c.* 4*a*. c) ab ipso pl. 4*a*. c*) accendit 2*a*, *corr.* d) casi 2*a*. e) sua *add.* 2*b. c et m. rec. in ras.* 1*a*. f) *eras.* 1*a*; *om.* 4*a* (*ubi* Dei *in litura*). g) ille 2*c*. h) ore *add.* 1*b*. i) *om.* 1*b*. 2*c*. k) *m. rec. corr.* numquam 1*a*, *et ita* 2*b. c*; nunquam 4*a*. l) ep. eum 4*a*. m) viri 2*c*. n) insederat 2*c*. o) dirupta 2*c*. 4*a*. p) videlicet *add.* 2*c*. q) presumpsisset 2*b. c.* r) dom. orat. 2*c*. s) dimisit 1*b*; dimittimus *Vulg.* t) facit 2*a*. u) comitatur 2*a*. v) curr. ann. 2*b. c.* w) *c.* 14—24 (Alio quoque — corroborare decrevit) *om.* 4*a. b.*

Cap. 17. a) *om.* 1*b*. b) anhelaret 2*c*. c) pater (noster *om.*) 2*c*. d) honorificen 1*b*, *corr.* e) *om.* 2*c*. f) *pr. m. superscr.* 2*a*; *om.* 2*c*. g) meruito 1*b*, *corr.* h) idem 2*c*.

1) *In catalogis Desiderius Aquilinum subsequitur (Duchesne l. l. II², 225), qui a.* 683. *et* 688/89. *instrumentis subscripsit (cf. SS. R. Merov. V,* 631 *sq.* 789*).* 2) *Cf. Lib. hist. Franc. c.* 50 *(ib. II,* 324*):* gloriosus domnus Childebertus rex iustus. 3) *Dagoberto III. regnante (*711—715*) Carolus nondum rerum potitus erat.*

se[a] invenisse, de animae suae salute cum eo diutius tractavit. Iamque cum reverteretur ad propria, devenit ad castrum Laudunense[a*], quod Clavatum vocant[1]. Post quem[b] praefatus princeps festinanter direxit, qui eum ad se celeriter[c] reducerent; nam filius eius Grippho[d, 2] gravissimis febribus torquebatur, cui[e] mortem vicinam adesse credebant. Propter quod princeps multis precibus virum Dei flagitabat, ut ei sanitatem pristinam orationibus[f] suis reformaret. Cumque ille negare non posset, quod paterna devotio extorquebat, iussit, ut a ministris sibi offerretur. Igitur manibus ministrorum puer ad eum delatus, noctem[g] illam cum eo fuit. Cum autem aquam sanctificasset et membra pueri ex ea superfunderet[h], signo crucis eum muniens, in divinis laudibus et officiis noctem illam[i] exegit; inter quae coepit puer melius habere et humores febrium per os effundere. In crastinum autem[i] servus[k] Dei Christique sacerdos missarum sollempnia celebrans, puero corporis dominici[l] sacramentum tradidit. Post haec optime convaluit puer et sibi salutem se reportare gavisus est et patri gaudium. Porro vir[m] venerabilis, postquam[n] innotuit populis, cuius esset[o] meriti, reversus est in sua. Venerabantur hunc principes[p], diligebat manus plebeia, atque ad imitandum[q] eum non solum sui, sed etiam externi de aliis monasteriis properabant.

18. Quodam[a] vero tempore, cum a reclamationibus[b] rerum ecclesiasticarum, quas apud iudices seculares deposuerat, reverteretur[c], hospitium cuiusdam propinqui sui ingressus est. Ubi cum ferventi sole muscarum insolentiam pateretur et minister iam lassaretur, non praevalens abigere[d] muscas[e], vir Domini manus[f] conserens super oculos, Deum exoravit[g], ut requiescerent iam membra, hac[h] fatigatione lassata. Tunc subito omnis illa inquietudo muscarum cessavit, nec ultra visa est musca in eadem domo. — — — — — — — — — — — — — — — — —

20[a]. Denique etiam per idem tempus puella quaedam Guntharii comitis[3] maligno spiritu infestabatur, in tantum ut et linguae officium amitteret. Cumque in praesentia[b] viri Dei deducta fuisset, ille aqua[c] benedicta eam[d] aspersit et crucis sanctificatione[e] signavit. Deinde digitos suos in os mulieris componens exspuensque in faciem eius, in nomine domini nostri[f] Iesu Christi inmundum ab ea spiritum expulit; et continuo[g] solutum est vinculum linguae eius, et ad imperium viri Dei mox loqui coepit recte, sicque sana facta est mulier ex illa hora[h]. — —

I. Capp. 17. 18. 1*a. b.* 2*a. b. c.* *Cap.* 20. 1*a. b.* 2*a. b.*

Cap. 17. a) *om.* 2*c.* a*) Laudonense, quod Cl. vocatur 2*c.* b) quæ 2*a.* c) celerrime 2*a. b*; festinanter reduceret 2*c.* d) *ita* 1*a*; Grippo 2*a (pr. m. corr.). c;* Gryppho 2*b*; Gripho 1*b.* e) et *add.* 2*c.* f) suis orat. 2*c.* g) *ita* 2*a*; nocte illa c. eo fuit 1*a. b*; noctem illam c. eo fecit 2*b. c.* h) perfunderet 1*b.* i) *om.* 2*c.* k) *ita* 1*a. b*; sacerdos Dei *pro* servus Dei Christique sac. 2*a. b. c.* l) Domini 2*c.* m) *om.* 2*a.* n) sic *add.* 2*c.* o) esset *om.*, erat *m. saec. XIV/XV. post* meriti *in spatio vacuo relicto suppl.* 1*b.* p) et *add.* 2*c.* q) ad admirandum 2*c.*

Cap. 18. a) Quadam 2*b*, *corr.* b) reclamatibus 2*a*, *corr.* c) reveraretur 2*a.* d) abicere 2*b.* e) eas 2*c.* f) cons. manus 1*b.* g) oravit 2*c.* h) a 2*c.*

Cap. 20. a) *caput* 20. *deest* 2*c.* b) praesentiam 2*a. b.* c) aquā benedictā *pr. m.* 2*b.* d) *versu ex. om.* 1*b.* e) sign. sanctificationem (*corr.* sanctificatione) 2*b.* f) *om.* 2*b.* g) cūtinuo 2*a.* h) *in c.* 21 (Alio tempore) *redit* 3*; pars posterior c.* 23 (O quantum possunt — placare studuit) *deest* 2*c; in initio c.* 25. (Postquam igitur) *redeunt* 4*a. b.*

1) *Laon.* 2) *Grifo, adversarius ille Pippini et Carlomanni, matre Sunnichilde vel Swanahilde natus erat (Ann. Einhardi a.* 741, *ed. Kurze p.* 3*), quam Carolus a.* 725. *e Baiuvaria secum duxerat (Fredegarii contin. c.* 12*); cf. SS. R. Merov. VI,* 587, *n.* 1. 3) *Guntecharius, filius Nordeberti et*

25. — — Sepultus vero[a] est in ęcclesia[b], quam ipse in honore beati Pauli apostoli[c] fundaverat, indeque nostris temporibus translatus est a Iohanne venerabili episcopo Dolensis[1] ęcclesiae et[d] abbate loci ipsius[e] in seniorem[f] basilicam, quae edificata est[g] in honore[h] vivificae Crucis et sancti Audoeni praecipui confessoris Christi. Militavit autem vir Domini[i] Leutfredus[k] bonam militiam sub principibus[l] Francorum Hildeberto[m, *], Hilperico[n, 2], iunioribus scilicet regibus. Quo tempore Grimoldus[o, 3] et Karolus senior[p] per successiones maiores domus palatii curam regni administrabant. Praefuit huic[q] monasterio per[r] annos circiter quadraginta et[s] octo et requievit in pace undecima[t] Kalendarum Iuliarum[4]. Cuius patrociniis nos apud omnipotentem Deum[u] ac dominum nostrum[v] credimus adiuvari, ut et in saeculi[w] transeuntis excursu[x] recte et[y] pie conversemur[z] et post coheredes[a] illius[b] in retributione iustorum existere mereamur, praestante[c] domino nostro[d] Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat[e] nunc et semper et[f] in saecula saeculorum. Amen.

Iun. 21.

EXPLICIT[g] VITA SANCTI LEUTFREDI**.

II.

INCIPIUNT[a] MIRACULA, QUAE AD EIUS SEPULCHRUM GESTA SUNT.

1[b]. Explicuimus ea, quae de vita et actibus beati viri[c] Dominus donavit posse describere; nunc dicamus paucis, quae post excessum eius virtutum insignia ad memoriam[5] illius omnipotentia sanctae Trinitatis operari dignata est. Nam ad

*) Dagoberto et *m. saec. XV/XVI. add.* 1*a*.
**) *Notam de translatione a.* 851. *facta (infra p.* 18*) hoc loco inserit* 1*a*.

I. Cap. 25. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3. 4*a.* *II. Cap.* 1. 1*a.* 2*a. b.*

Cap. 25. a) est vero 3. b) ecclesiam 3. c) *om.* 4*a*. d) ab *add.* 2*c*. e) illius 1*b*. 4*a. b*. f) seniorum 2*c*. g) edificatur in 1*b*. h) honorem 4*a*. i) Dei 3. k) Leuthfr. 3. l) principibus 3. m) Childeb. et Hilp. *solus* 2*c*. n) Chilperico 4*b*; Childerico 4*a*. o) *m. rec. corr.* Grimoaldus 1*a*. p) seniores 3. 4*b*. q) suo *pro* huic 2*c*. r) (per *om.*) circ. a. 3. s) *om.* 2*c*. t) *ita* 2*a*. (*b*). 4*a*; undecima *corr.* undecimo 3, *et ita* 1*a*; XI 1*b*; XI. Kl. Iulii 2*c*. u) dominum ac deum 1*b*. 2*b*. v) Iesum Christum *add.* 2*c*. w) *corr.* sclo 3; (presenti *add.* 2*c*) s(a)eculo transeunte (transeunti 2*c*) 2*c*. 4*a. b*. x) *ita* 1*a. b*; *om.* 2*a. b. c.* 3. 4*a*. (*b*). y) et pie *om.* 2*c*. z) conversamur *pr. m.* 4*a*; vivemus *m. al. corr.* vivamus 2*b*. 3. a) cohedes 2*a*. b) ipsius 1*b*. c) eodem *add.* 2*c*. d) *om.* 1*b*. e) Deus *add.* 2*c*. f) *eras.* 2*b*; *om.* 1*b*. 4*b*. g) *ita* 2*a*; Expl. v. sancti Leudfredi (beati Leutfredi 4*b*) abbatis *subscr.* 2*c*. 4*b*; *subscr. om.* 1*a (?) cum rell.*; *desinunt* 1*b*. 3. 4*a. b*.

Cap. 1. a) *ita* 1*a*; Incipiunt miracula post obitum eius *praescr.* 2*c*; *praescr. om.* 2*a. b*. b) *ita* 1*a*; *om.* 2*a. b*; *caput* 1. *om.* 2*c*. c) Leufredi *add.* (1*a*).

frater inlustris viri Ermentei, a. 726. *in charta Theuderici IV. commemoratur (MG. Diplom. Merov. p.* 84*).* 1) *Dol (dép. Ille-et-Vilaine, arr. Saint-Malo). De aevo episcopi cf. supra p.* 2, *n.* 1. 2) *Inter Childebertum III (*694/5—711*) et Chilpericum II (*715—721*) Dagobertus III (*711—715*) regnavit, cuius auctor supra c.* 17. *mentionem fecerat.* 3) *Grimoaldus, filius Pippini, inter a.* 697. *et* 703. *maior domus factus (cf. Pertz, Dipl. Merov. p.* 62. 64, *n.* 70. 73; *SS. R. Merov. II,* 323, *n.* 6*) et a.* 714. *interemptus est; cf. Lib. hist. Franc. c.* 49. 50. 4) *Ad diem* 21. *Iunii nomen Leutfredi illatum est Martyrologio Usuardi (ed. Sollerius p.* 351; *supra p.* 4, *n.* 10*) et Kalendariis Anglicis saec. XI (Hampson, Medii aevi Kalendarium I,* 1841, *p.* 427. 440; *Gasquet et Bishop, 'The Bosworth Psalter',* 1908, *p.* 92. 168*) et sacramentario S. Ebrulfi saec. XI/XII (Delisle, 'Mémoire sur d'anciens sacramentaires, Mémoires de l'Académie des Inscr. et Belles-Lettres' XXXII,* 1, 1886, *p.* 306*).* 5) *I. e. sepulchrum.*

cineres ipsius, si petentium adsit fides integra, ceci inluminantur, surdi auditum recipiunt, claudi gressum, obsessi a demonio liberantur; superbi quoque, qui servos Dei ante memoriam eius die noctuque excubantes infestatione tyrannidis suae opprimere non metuunt, terribili ultione feriuntur.

2[a]. In diebus igitur[b] magni et gloriosissimi principis Karoli[1] Hucboldus[c] abba non parvae ad saeculum[d] dignitatis ipsi monasterio praeerat. Hic quendam ex domesticis suis nomine Batericum[e] eidem loco praefecerat, ut eius cura res ipsius ęcclesiae administrarentur et alimenta ibidem Deo famulantibus secundum ritum institutionis monasticae[f] praeberentur; qui coepit in eos ferus et austerus[g] apparere. Accidit autem[h], ut, adveniente die, quo sollempniter transitus sancti Iun. 21. confessoris Christi Leutfredi abbatis erat excolendus, cum nihil praeter solitum ad usus servorum Dei de[i] lautioribus cibis praepararet, Offa decanus memorati loci ad eundem echonomum[k] accederet et, ut mitius[l] cum eis ageret, gratia tantae festivitatis persuaderet. Ille autem, ut nomen sancti viri Leutfredi audivit, blasphemavit et superbiae[m] spiritu tumidus sprevit, dicens: 'Leutfredum nominas? Quis est ille[n] Leutfredus? Sic et subulcus patris mei vocatur. Sed[o] scito, quia pro eius memoria nullus vobis[p] apparatus a me exhibebitur'. Postera autem die surgens venatum abiit et, cervam[q] albicolorem[r] insecutus[s], cum post eam nimium fatigaretur, nequivit comprehendere. Monachi vero laetaniis et precibus Dominum totis viribus in commune deprecabantur, ut super eos tandem clementer intenderet et indignaretur super tantis blasphemiis nomini suo inrogatis. Et ecce! cum[t] sederet ad mensam cum uxore et necessariis amicis[t], inter cetera allatus est piscis, et ait: 'Omnino ex isto non manducabunt clerici Leutfredi'. Cui[u] subito apparuit ei[v] quidam monachus ex eadem congregatione nomine Hercus, dudum vita perfunctus[w], habens baculum in manu sua. Ait autem Batericus[x]: 'Video Hercum baculum tenentem et contra me venientem; certe, ut[y] video, in malum meum festinat'. Cumque uxor eius et omnes qui aderant stupefacti essent, utpote qui nihil tale viderent, ille affirmabat sic se habere. Sed his[z] qui videbatur terribiliter in eum impetum faciens, baculo eum in pectore percussit; qui statim exiliens, mensam[a] proiecit in terram et, sanguinem ore et naribus excreans, concidit et ilico mandavit ad monasterium, omnia necessaria de suo fratribus honestissime praeparari. Ipse autem, ipso vulneris[b] dolore ingravescente, post modicum humanis rebus excessit[c]. —

5[a]. Plurima[b] omisimus, quae etiam recenti tempore ad memoriam eius facta referuntur, timentes, ne forte, cum religiosorum virorum paremus voluntati, legentibus fastidium gigneremus. Sed respiciat omnipotens Deus devotionem servorum

II. Cap. 1. 1*a*. 2*a*. *b*. *Cap.* 2. 1*a*. 2*a*. *b*. *c*. *Cap.* 5. 1*a*. 2*a*. *b*.

Cap. 2. a) *ita* 1*a*; *om*. 2*a*. *b*. *c*. b) denique 2*c*. c) Huboldus abbas 2*c*. d) scđm (*i. e.* secundum) 2*a*. e) Bautericum 2*c*. f) monastecae 2*b*, *corr*. g) austeris 2*b*. h) *om*. 2*b*. i) *om*. 2*b*. k) econ. 2*c*. l) cum eis m. 2*c*; m. cum ei 2*a*. m) superbia 2*b*. n) iste 2*c*. o) Et 2*c*. p) *om*. 2*c*. q) cervum 2*a*, *corr*. r) albi coloris (*at* is *m. rec. in ras.* 1*a*) 1*a*. 2*c*. s) secutus 2*c*. t) cum — amicis *om*. 2*a*. u) Cum 2*a*. *c*. v) *eras*. 1*a*. w) defunctus 2*c*. x) Bauter. 2*c*. y) *bis scr. erat* 2*b*. z) *ita* 2*a*; is 1*a*. 2*b*. *c*. a) mensa pr. (se *m. rec. add.*) in t. 1*a*. b) vulnere d. 2*b*, *corr*.; doloris vulnere 2*c*. c) *in* excessit *desinit* 2*c*.

Cap. 5. a) *om. codd.* b) Plura 2*b*.

1) *Potius Caroli Magni quam Martelli (cf. V. Leutfredi c.* 17. 25*)*.

suorum et oboedientiam nostram et ad eius nos societatem, de cuius meritis, etsi imperito sermone, sed devoto disputamus, pervenire faciat, ubi est gloria omnibus sanctis eius per infinita saecula saeculorum. Amen.

III.

851. In[a] anno dominicae incarnationis octingentesimo quinquagesimo primo, indic-
cf. 2. Par. 36, 22. tione XIIII. duodecimoque anno[b] Karolo regnante, suscitavit Dominus spiritum reverentissimi Gunberti Ebrocensis episcopi[1], ut transferret corpora sanctorum germanorum Leutfredi atque Agofredi[2] in loco celeberrimo de profundo hiatu terrae, ubi posita fuerant propter metum Marcomannorum[c, 3]. Quod et[d] mirifice et in magna veneratione hoc[d] peregit cum innumerabili multitudine populi et
Iun. 21. canticis angelicis undecimo Kl. Iulii[4]. In isto etenim vasculo conditum est venerabile corpus egregii atque eximii confessoris Christi Leutfredi abbatis eiusdem monasterii et in ęcclesia praecipua[5] iuxta honorem congruum collocatum[e].

II. Mirac. c. 5. 1*a.* 2*a. b.* *III. Translatio.* 1*a.* 2*a.*

Transl. a) *haec inter Vitam et Miracula inserit* 1*a, post Miracula addit* 2*a.* b) *om.* 2*a.* c) *m. rec. corr.* Nortmannorum 1*a.* d) *eras.* 1*a.* e) *dimidia pars paginae vacat* 1*a.*

1) *Subscriptio Guntberti episcopi Ebroicensis a.* 850—862. *occurrit (Gallia christiana* XI^{2}, 1874, *col.* 569; *Duchesne l. l.* II^{2}, 229*).* 2) *Carolus rex a.* 918. *in charta Sangermanensibus data (Bouquet IX,* 536; *Tardif p.* 143*)* beatorum confessorum Leutfredi fratrisque eius Agofredi *mentionem fecit, quorum corpora ad illos delata essent; cf. Aimoini Gesta Francorum continuata V,* 41 *(ed. Du Breul,* 1602, *p.* 348*).* 3) *I. e. Danemarcae incolarum, Nortmannorum; cf. e. gr. Hrabanum Maurum, De inventione linguarum (Migne CXII,* 1581*):* Marcomanni, quos nos Nordmannos vocamus; *chartam Odonis a.* 893 *(Bouquet IX,* 460*); Translationem Medardi a.* 901 *(ib. p.* 150*); V. Pauli Aureliani auct. Vurmonoco c.* 21, 66 *(Analecta Bolland. I,* 254*):* Marcomannos, id est Normannos; *Falconis Chronicon Trenorchiense c.* 17 *(ed. R. Poupardin, 'Monuments de l'histoire des abbayes de Saint-Philibert',* 1905, *p.* 82*). Cf. C. de Smedt, AA. SS. Novembris II,* 1, *p.* 272 *sq.; W. Vogel, 'Die Normannen und das Fränkische Reich' ('Heidelberger Abhandlungen zur Geschichte'* 14*),* 1906, *p.* 21. 201, *n.* 4. 395, *n.* 1. 4) *I. e. die emortuali Leutfredi.* 5) *I. e. principali, scilicet basilica S. Crucis et S. Audoini; cf. V. Leutfredi c.* 25*:* in seniorem basilicam.

VITA PARDULFI
ABBATIS WARACTENSIS.

Saeculo VIII. ineunte, cum Aquitania, regno Francorum ex parte dissoluto, libertate ferme fruebatur, Lantharius comes Lemovicinus[1] *Waracti (hodie Guéret, dép. Creuse) prope fontes Vartampae fluvii (hodie Gartempe) monasterium Petro apostolo dicatum condidit*[2], *quod primus abbas Pardulfus regendum suscepit*[3], *filius agricolarum, e Serdino vico oriundus*[4]. *Regula Benedicti in coenobio vigebat*[5], *cui sub abbate praepositus praeerat*[6]. *Octoginta fere annos natus*[7], *Pardulfus anno ut videtur 737.*[8] *defunctus et in basilica sancti Albini sepultus est*[9]; *memoriam eius posteri die 6. Octobris celebrabant*[10]. *Cuius cultus inprimis in Aquitania propagabatur*[11], *ita ut satis multa loca adhuc ibidem nomine Pardulfi vocentur*[12].

Vitam Pardulfi anonymus quidam Aquitanicus[13] *composuit et Bertemaro patri, fortasse abbati Waractensi, inscripsit*[14], *sermone quam maxime barbaro usus atque rusticitatem propriam ipse confessus*[15]. *Primo annos ante regimen monasterii susceptum transactos et initia coenobii enarravit (c. 1—6), deinde vitam austeram sancti (c. 7. 8) et miracula ab eodem patrata (c. 9—20) descripsit*[16], *denique, obitu eius uberius relato (c. 21—24), miraculum ad sepulchrum factum subiunxit (c. 25). Opusculo etiam non-*

1) *De Lanthario egit R. de Lasteyrie, 'Étude sur les comtes et vicomtes de Limoges' ('Bibliothèque de l'École des Hautes Études XVIII), 1874, p. 11 sq.* 2) *V. Pardulfi c. 4.* 3) *Ib. c. 5. 6.* 4) *Ib. c. 1. 6.* 5) *Cf. ea quae ad c. 7. 18. adnotavi.* 6) *Ib. c. 18.* 7) *Ib. c. 21.* 8) *Cf. infra p. 40, n. 2.* 9) *V. Pardulfi c. 18.* 10) *Codex martyrologii Wandalberti interpolati Parisiensis n. 5251, saec. X (d'Achery, Spicilegium II², 53), et sacramentarium Lemovicinum, saec. XI (Delisle, 'Mémoire sur d'anciens sacramentaires, Mémoires de l'Académie des Inscr. et Belles-Lettres' XXXII, 1, 1886, p. 301):* Sancti Pardulfi confessoris; *Gaufredi Vosiensis Chronicon I, 15 (Labbe, Nova bibliotheca mss. II, 285):* Eius memoria recolitur pridie Nonas Octobris. *Kalendaria et breviaria posteriora attulerunt Bollandiani, Catalogus codicum hagiograph. Latin. Paris. III, 700.* 11) *Cf. Gaufredum l. l. I, 2—4. 9. 15. 27. 29. 31. 32. 62. 64. 67. 69. 73.* 12) *Hodie Saint-Pardon, -Pardoult, -Pardoux, -Perdon, -Perdoux; cf. P. Joanne, 'Dictionnaire géogr. et admin. de la France' VI, 1902, p. 4261 sqq.* 13) *Cf. V. Pardulfi, prol.:* hic in Aequitania. 14) *De Bertemario abbate S. Petri Vivi Senonensis, cuius Clarius ad a. 804. mentionem fecit (Duru, 'Bibliothèque historique de l'Yonne' II, 1863, p. 470), cogitare non licet.* 15) *V. Pardulfi, prol.* 16) *Cf. ib. c. 8:* Set cum iam eius vitam vel abstinenciam digessimus ordine, de eius virtutibus aliquid ennarare debemus; *c. 21:* De miraculis beati viri scribendo pauca perstrinximus; nunc de eius transitu — — dignum est, ut aliquid dicamus *(haec codd. 2 desunt).*

nulla utilia insunt ad historiam Chunoaldi ducis Aquitanici (735 — c. 745) *et Karoli maioris domus spectantia* (c. 9. 15. 17. 21), *neque minus nomen Audelandi abbatis S. Martini Turonensis ab auctore commemoratum* (c. 14) *ad idem aevum pertinet, quo memoria Eudonis ducis bellicosi* († 735) *vigebat* (c. 21). *Auctor de miraculo quodam Pardulfi testes multos vivos attulit, 'qui ipsum viderunt miraculum'* (c. 20), *atque vastationem pagi Biturigi a.* 742. *a Francis factam 'moderno tempori' attribuit* (c. 20), *neque ratio fidei denegandae adest, ita ut Vitam non post priores annos Karoli M. et potius aevo Pippini compositam esse iudicaverim*[1].

Vitam Pardulfi aut hanc aut posteriorem quandam saec. XII. Gaufredus prior Vosiensis, qui miracula sancti enarrare sibi proposuerat[2], *et in Chronico*[3] *et in epistula citavit, quam Turpini qui dicitur Historiae Karoli M. praefixit*[4].

1) *Codex Parisiensis n.* 5240, *saec. XI, olim S. Martialis Lemovicensis n.* 107, *deinde Regius* 2802. 5, *fol.* 140—146'.

2a) *Codex Londiniensis Musei Britannici Addit. n.* 18356, *saec. XI, olim ut fertur St. Georgenberg monasterii in Tirol siti*[5], *sed item potius e regione Lemovicensi oriundus, fol.* 85 — 93'.

2b) *Codex Romanus Vaticanus Lat. n.* 9668, *saec. XII, olim S. Salvatoris Rotonensis*[6], *deinde Iacobi Sirmondi*[7], *postea in* bibliotheca cardinalis Angeli Maii *signatus* Bb. V. 27, *pag.* 257—272. *Ex hoc codice non absque mendis peculiaribus descriptus est*

2b*) *codex Parisiensis collectionis Chesnianae*[8] *n.* 85, *saec. XVII, fol.* 170 —174', *praescripta nota:* Ex veteri cod. qui est penes Sirmundum.

3) *Codex Bruxellensis Musei Bollandiani, saec. XVII, formae minoris, foliorum* 8, *quae numeris* 151—158. *signata sunt, V. Pardulfi continet, cui ad modum editionis Labbeanae praescriptum est:* Author anonymus de vita sancti Pardulphi abbatis Waract. ad Berthemarium abbatem. Ex veteribus membranis et apographo R. P. Iacobi Sirmundi Societatis Iesus. *Bueus, qui Vitam ex hoc exemplari publici iuris fecit, de origine eius haec adnotavit*[9]: *'Debemus illam Pardulpho Bourgeois, Societatis Iesu, qui, patroni sui amore ductus, diligentem praestitit operam, ut eam in patria sua, forte Lemovicensi, inveniret, inventamque ope R. P. Possini Antverpiam misit anno* 1684, *ut in eius litteris Auriliaco, Arverniae superioris oppido, ubi litteras humaniores docebat, ad Possinum datis et ab hoc ad nos transmissis legitur'.*

Vitae Pardulfi textus genuinus ne restituatur, obstat, quod codices 1 *et* 2a. b *passim dissentiunt, id quod quam maxime in c.* 16 — 25. *apparet. Librarius, qui exemplar e quo libri* 2a. b *pendent exaravit, brevitati studens capita ultima contraxit et sententias*

1) *Post obitum Pardulfi aliquantum tempus elapsum fuisse, e c.* 18. *efficitur:* Unde usque in presens tempus — — mira redditur salus. 2) *Chronicon I,* 64 (*Labbe l. l. p.* 316): Sed ista latius in libro miraculorum sancti Pardulphi narrabo, ubi multa de sacrosancto mysterio ad correctionem multorum, si Deus permiserit, proposui tractare. 3) *Ib. I,* 15 (*p.* 285): Huius sancti Gesta praeclara habentur; *cf. c.* 32 (*p.* 297). 4) *Ed. Bollandiani, Catalogus codicum hagiogr. Latin. Paris. II,* 466. 5) *Ut testatur nota manuscripta, quae exemplari catalogi codicum in Museo Britannico extanti illata est ('Catalogue of additions to the Mss. in the British Museum* 1848—1853', 1868, *p.* 103): *'Belonged to St. Georgenberg monastery,* 1652'. 6) *A. Poncelet, Catalogus codicum hagiograph. Latin. bibliothecae Vaticanae,* 1910, *p.* 240. 7) *Cf. cod.* 2b*. *Convenit, quod in libro* 2b *pag.* 173 —181. *Vita Eparchii extat, cuius exemplar in codice Parisiensi collectionis Chesnianae n.* 84, *saec. XVII, fol.* 217—219'. *legitur praescriptis verbis:* Ex antiquo cod. qui est penes Iac. Sirmondum. 8) *Cf. R. Poupardin, 'Bibliothèque Nationale, Catalogue des mss. des collections Duchesne et Bréquigny',* 1905, *p.* 100. 9) *AA. SS. Oct. III,* 423.

vocesque singulas non semel omisit. Atque in universum spectanti codex 1 *saepe praestare videtur, cum in reliquis duobus hic illic menda grammatica sublata, vocabula usitatiora pro rarioribus substituta sint; cuius rationis exempla aliquot afferantur:*

c. 2. in caput sauciavit] *ita* 1; eum in capite s. 2*a. b;*
c. 5. lenis sermonibus] *ita* 1; lenibus s. 2*a. b;*
c. 7. silencium studebat] *ita* 1 *(Regula Benedicti c.* 42*:* silentium — studere*);* silentium faciebat 2*a. b;*
c. 10. quod vir Dei Pardulfus eum — elevatus esset] *ita* 1; elevasset *pro* el. e. 2*a. b;*
prol. meri] vini 2*a. b;*
c. 2. rogum] ignem 2*a. b;*
ib. in arvam] in terram (terra 2*a*) 2*a. b; cf. SS. R. Merov. IV,* 798 *s. v.* arva;
c. 5. delegavit] misit 2*a. b; cf. c.* 4. delegaret;
c. 6. sepe fatus] *ita m. pr.,* s. praefatus *m. al.* 1; saepe dictus 2*a. b;*
c. 7. ubi aestuaretur] *ita* 1; ubi est Waretus 2*a. b;*
c. 16. supra torum] s. lectulum 2*a. b;*
c. 18. saltum] silvam 2*a. b;*
c. 16. ex Arvernico pagum] ex A. territorio 2*a. b;*
c. 20. ex pago Biturico] ex territorio (terrio 2*b*) B. 2*a. b.*

Neque vero loci multi desunt, quibus ex contrario textus 2*a. b alterum superet, id quod vel e nominibus propriis cognosci licet:*

c. 14. Audelando] *ita* 2*a. b;* Aulando 1. *Idem abbas in chartis infra ad locum citatis* Audolandus *(ita scribendum pro* Widolandus*) et* Autlandus *vocatur.*
c. 25. Bertericus] *ita scripsi;* Berthericus 2*a. b;* Bertricus 1; Berthricus 3; *cf. M. Prou, 'Les monnaies mérovingiennes de la bibliothèque nationale',* 1892, *p.* 201, *et testamentum Erminethrudis (Tardif, 'Monuments historiques',* 1866, *p.* 33*):* Berterico.
c. 9. Chunoaldi] *ita* 2*a (superscr.* n*). b cum contin. Fredegarii c.* 25; Unaldi 1;
c. 17. Chunoaldi] *ita* 3; Chunaldi 2*a. b;* Hunaldi 1;
c. 21. Chunoaldus] *ita* 3; Chunaldus 2*a;* Chunoldus 2*b;* Unaldus 1.
c. 13. Domolinus] *ita* 2*a (sed* omo *in litura). b;* Demolenus 1; Domolenus *Vita III, c.* 9; Dolomenus *Vita II; cf. Prou l. l. p.* 16. 187 *sq.* 379: Domulino, Domolenus.
c. 4—6. Lantharius] *ita* 3; Lantarius 2*a. b;* Lanthaerius *et* Lanterius *(Germ. 'umlaut')* 1. *Cf. e. gr. Marii Chronicon a.* 548 *(Auct. ant. XI,* 236*):* Lanthacarius; *Pardessus II, p.* 438: Lantcharius, *p.* 446*:* Lantheri; *in Libro confraternitatum Augiensium (ed. Piper, MG. Libri confratern.) iam simul extant* Lantharius *(p.* 220. 223*),* Lantarius *(p.* 167. 240*),* Lantheri, Landeri, Lanthere, Lanther *(p.* 162. 179. 186. 194. 203. 220. 270. 314*).*
c. 9. Ragnaricus] *ita* 2*a. b;* Regnaricus *('umlaut')* 1.
c. 24. Theodenus] *ita* 2*a. b;* Theodemus 1; *cf. Prou l. l. p.* 75. 202*:* Theudenus, Teodeno,

atque ut lapsus nonnulli leviores librarii 1 *comparatis codicibus* 2*a. b tolluntur:*

prol. turbulentum] turbentum 1;
c. 1. genealogia] graciae (*ortum e* grãe) Alogia 1;
c. 5. cum macie] cum acie 1,

ita libri 2*a. b non semel elocutionem pristinam in* 1 *expolitam servaverunt, velut locis similibus collatis patet:*

c. 2. ut omnes — fugam arriperent, n i s i — Pardulfus — remansit] *ita* 2*a. b;* sed *pro* nisi 1;
c. 15. omnes — fugati sunt, n i s i vir Dei (Hic *add.* 2*b*) solus remansit] *ita* 2*a. b;* sed *pro* nisi 1;
c. 5. nullum alium — delegavit, n i s i ipse concitus venit] *ita* 2*a. b;* sed *pro* nisi 1; *cf. c.* 3. hoc — erogabat, n i s i paululum [quod *add.* 1] in usum vite suae reservabat;

c. 1. dum puerili degeret vita] *ita* 2*a. b;* dum puerilem ageret vitam 1;
c. 3. dum — degeret vitam] *ita* 2*a. b;* duceret 1 *(sed cf. p.* 27, 10*)*;
c. 21. cum — degeret annos] *ita* 2*a. b;* ageret 1;
c. 10. amplexatus est] *ita* 2*a. b*; amplectitur 1; *cf. ib. infra:* complexatus sit;
c. 16. roboratam detulit] *ita* 2*a. b (cf. p.* 34, 31*)*; r. accepit 1;
c. 24. defunctum] *ita* 2*a. b cum Gregorio;* mortuum 1,

itemque barbaries rerum grammaticarum primigenia haud paucis locis in 2*a. b legitur, cum in* 1 *correcta sit:*

casus mutatus: prol. gestas miraculorum — aures fidelium — inculcare] *ita* 2*a. b;* gesta m. — auribus f. — pandere 1 *(cf. c.* 18. et cum ei gestum indicasset rei 2*a. b*, cuncta que acciderant indicavit 1*)*;
ib. gesta miraculorum — praenotare lectorem] *ita* 2*a. b;* lectori 1;
c. 5. Et duos puerulos praecipiens] *ita* 2*a. b;* Duobus etiam pueris praecepit 1;

pass. pro act.: prol. ut, qui ex uno manantur fonte vitis, uno sapore sacientur sicientes] *ita* 2*a. b;* manant *et* sacient 1;

accus. absol.: c. 18. et inmensuratum locum basilicae ipsius, — perrexit] *ita* 2*a. b;* Mensura autem longitudinis accepta, — p. 1;

ablat. absol. pro participio coniuncto: c. 7. surgente autem eo — requiescebat] *ita* 2*a. b;* surgens 1;
ib. exeunte autem eo — saciabat] *ita* 2*b;* saciabat *om.* 2*a;* exiens autem — saciabat 1;
c. 20. Elevatoque infante ab eo — deosculans] *ita* 2*a. b;* Quem susceptum — d. 1;

enim *et* namque *adversative: prol.* Valde enim] *ita* 2*a;* enim *om.* 2*b;* Sed valde 1;
c. 7. quadragesimis namque temporibus] 2*a. b;* qu. vero t. 1; *cf. c.* 15: Alio namque tempore, *c.* 20: Genitrix namque illius;

vel *copulative: c.* 16. reverencia vel timore] *ita* 2*a. b (cf. p.* 35, 20*)*; r. simul et t. 1,

neque minus 2*a. b interdum cum institutis aevi illius magis conveniunt, immutato libro* 1*:*

c. 9. 17. inlustris viri Chunoaldi principis] *ita bis* 2*a. b (ubi c.* 17. inlustri*) et semel (c.* 9*)* 1; *c.* 17. inl. v. *om.* 1;
c. 21. praecelsus atque inluster maiorum domus Karolus] *ita* 2*a. b;* excellentissimus dominus K. 1;
c. 9. praecelsi maiorum domus Francorum Caroli] *ita* 2*a. b;* Fr. regis Kar. 1; *cf. c.* 15: precelsus maior domus Carolus;
c. 6. Lantharius per ostium cellulae ipsius virum (= *viro*) Dei tradidit ad regendum] *ita (sed* viro) *recte* 2*a. b (de traditione aedificii 'per ostium' facta cf. ea quae ad locum adnotavi)*; Lanterius cellulam predictam v. D. tr. ad r. 1,

atque etiam vocabulum ad patriam auctoris spectans in 2 *recte extare existimaverim:*

prol. hic in Aequitania] *ita (sed* Aqu.) 2*a. b;* cum in Aequ., *contextu sententiae mutato,* 1.

Itaque in Vita recensenda neque 1 *neque* 2*a. b neglegendi sunt atque satis lugendum, quae lectio praeferenda sit, haud semel vix certo diiudicari posse, neque loci desunt, quibus de pristino sermone restituendo desperandum esse videtur, utroque textu admodum discedente, etsi hic illic Vita II. subvenit, e libro* 1 *simili pendens (cf. infra p.* 23*).*

Quae cum ita sese haberent, postquam perspexi, textui Buei codices utriusque generis subesse, sperans exemplar magis idoneum me nacturum esse, Iosephum Van den Gheyn tum socium Bollandianum b. m. rogavi, ut schedas a Bueo adhibitas mihi transmitteret, easque vir reverendissimus officiosissime ut assolebat excutiendas mihi concessit. At spe omnino frustratus sum; neque enim Bueus textus utriusque generis commiscuit, sed

iam in schedulis, quae ei praesto erant (nobis 3), libri duo conglutinati sunt, e quibus alter codicis 1, alter 2a. b similis erat, iique ita in unum rivum 3 fluxerunt, ut modò lectiones 1, modo 2 compareant, multae autem lectiones adulterinae ab utroque recedentes insertae sint, quae ex parte e Vita III. fluxerunt, neque schedae quicquam fructus ferant nisi locis perpaucis. Unde exemplar 3 ubique fere neglexi; 1 B. Krusch v. c. contulit, 2a. b ipse adhibui, 2b* examinavi. In rebus orthographicis in universum librum 1 secutus sum, etsi hic illic dubitari potest, utrum barbaries eius auctori an librario attribuenda sit.

Philippus Labbe, Novae bibliothecae manuscript. librorum tomus II, Parisiis 1657, p. 599—604, primus V. Pardulfi 'ex veteribus nostris membranis et apographo R. P. Iacobi Sirmondi Societatis Iesu theologi' publici iuris fecit, textu ubique fere cum exemplari 2b* conveniente, quod e codice Sirmondiano 2b pendet (cf. c. 3. reservabat] erogabat Labbe cum 2b*; c. 7. aestuaretur] est Warecus Labbe cum 2b*; c. 9. in silva om. Labbe cum 2b*)[1]. A qua editione paucissimis verbis dissentit

Iohannes Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, saeculum III, pars 1, Lutetiae Parisiorum 1672, p. 573—581, praeter textum praedecessoris item codice Chesniano (2b*) usus.

Martinus Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis 1741, p. 654, frustula editionis Mabillonianae iteravit.

Iacobus Bueus, Acta sanctorum Octobris III, Antverpiae 1770, p. 433—438, Vitam e schedis 3 deterrimis edidit, textum 'multo emendatiorem' se nactum esse opinatus. Denique

J. Coudert de Lavillatte, 'Vie de saint Pardoux', Guéret 1853, p. 58—92, textum codicis 1 inprimendum curavit[2]; quem librum non vidi.

Opusculum sermone barbaro conscriptum a compluribus auctoribus retractatum est[3]. Unus textus (Vita II), cuius auctor Vitam primam expoliens, verba praedecessoris passim servavit[4], sed caput 16. omisit, integer adhuc non prodiit, sed in codicibus latet (inc. Beatus Pardulfus territorio Lemovicensis urbis extitit oriundus), etsi eundem a se ipso contractum e codice S. Cornelii Compendiensis[5] exhibuit Hugo Menard, Martyrologium sanctorum ordinis divi Benedicti, Parisiis 1629, p. 728—732. Integrum autem eum continent codices Montepessulanus n. 1, vol. II, saec. XIII. in., fol. 189'—192, et Parisienses n. 5353, saec. XIV, fol. 181—182', et n. 17006, fol. 181—184, saec. XIV; duos priores B. Krusch v. c. inspexit, tertium ipse contuli atque lectiones, quae usui esse videbantur (= II), infra adnotavi.

Tertiam Vitam (prologus incipit: De vita et gestis, Vita: Fuit itaque beatus Pardulphus), item e prima haustam neque discrepantem nisi sermone omnino immutato et expolito[6], post Coudert de Lavillatte (l. l. p. 100—146) ediderunt socii

1) Etiam loci singuli (c. 6. 9), quos Du Cange in Glossario s. v. investitura et lemiga (ed. Favre IV, 416. V, 63) attulit, e libro 2b* pendent. 2) Cf. J. F. Bladé, 'Eudes duc d'Aquitaine' ('Annales du midi' IV, 1892, p. 187); A. Leroux, 'Les sources de l'histoire du Limousin' ('Bulletin de la Société archéol. et histor. du Limousin' XLIV), 1895, p. 46; Bibliotheca hagiogr. Latina II, n. 6459. 3) Nescio, de qua Vita Pardulfi agatur in Historia monasterii Usercensis (St. Baluzius, Historia Tutelensis, 1717, col. 825; Bouquet XIV, 334): In tantum autem firma et munita haec (Usercensis) civitas fuit, ut quodam tempore, ut dicitur, ab Hunis, qui et Ismaelitae dicebantur, obsessa per septem annos fuerit. Quod etiam legitur in Vita beati Pardulphi, neque vero in Vitis mihi compertis (cf. c. 15. de Ismaelitis, infra p. 33). 4) Codex, quo usus est, generis 1 erat. 5) Eandem Vitam Mabillonius e codice Compendiensi cognitam habebat, Bueus ex apographo, quod Ludowicus Nicque bibliothecarius Coelestinorum Suessionensium a. 1666. Bollandianis transmiserat, eodem fortasse atque exemplari, quod inter collectanea Bollandiana in codice Bruxellensi n. 3480 (8911—12), saec. XVII, fol. 83—88, legitur (cf. J. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque royale de Belgique' V, 1905, p. 487). 6) Exemplar ab auctore adhibitum codicis 1 similis erat.

Bollandiani, Catalogus codicum hagiographicorum Latinorum bibliothecae Nationalis Parisiensis II, Bruxellis 1890, *p.* 366—377, *adhibitis codicibus Parisiensibus n.* 5365, *saec. XII, et n.* 5363, *saec. XIII*[1]. *Qui libri cum olim S. Martialis Lemovicini (n.* 204 *et* 9*) fuerint, nescio an Vita III. c. a.* 1100. *ab Ivone priore Cluniacensi composita sit, qui Gaufredo priore Vosiensi teste*[2] *Lemovicas veniens, a monachis S. Martialis rogatus, Vitam Pardulfi, 'quae veraci fide quidem, sed inculto stilo conscripta erat, luculenter exarare studuit', hymno in honorem Pardulfi addito (inc.* Fideles cuncti gaudeant*)*[3].

Denique Bernardus Guidonis monachus ordinis Praedicatorum, episcopus Lodovensis († 1331*)*[4], *cum Berengario magistro ordinis adhortante Speculum Sanctorale compilaret*[5], *quartae parti a.* 1329. *Iohanni XXII. papae transmissae*[6], *cui 'Vitae ac Legendae sanctorum confessorum et virginum utriusque sexus' insunt*[7], *Vitam Pardulfi e tertia haustam inseruit*[8]. *Quam e codice fratrum Praedicatorum Avenionensium (hodie Avenion. n.* 297, *olim* 230, *saec. XIV) aut descriptam aut abbreviatam (inc.* Beatus et inclitus Christi servus Pardulphus*) edidit Benedictus Gononus, Vitae et sententiae patrum occidentis, Lugduni* 1625, *p.* 210—211.

W. Levison.

INCIPIT PREFACIO[a] IN VITA SANCTI PARDULFI[b].

Plerumque, dum, antiqua[c] patrum priscorum laudantes gesta miraculorum, nova que nuper gesta sunt omittunt, quasi vinum vetustum cum suavitate vel claritate auriunt, mustum nempe quasi turbulentum[d] scamosum[e] rennuentes in austum[f] et rudis miraculis ruda corda deserentis. Set melius[g] utrobique, ut opinor, uterque[h] comiscere in[i] haustum, vinum scilicet et mustum, ut[k] dulcedo quoque musti foveat ac temperet austeritatem meri[l], similiter autem[m] austeritas falerni dulcedinem exacuit[n] musti, videlicet ut, qui ex uno manantur[o] fonte vitis[p], uno sapore sacientur[q] sicientes. Idcirco, mi pater Bertemaris[r], non minimas omnipotenti opifici gracias agimus, quia hic[s] in Aequitania[t], superna inlustrante gratia, per sancti infusionem Spiritus quam plures philosophos et retores repperis[s],

Prol. 1. 2*a*. *b*.

Prol. a) prologus de vita 2*a*. b) *ita* 2*b*; abbatis *add.* 1; episcopi et confessoris *add.* 2*a*; Praefatio *praescr.* 3. c) prisc. patr. ant. 2*a*. *b*. d) turbentum 1. e) *ita* (*sed* squamosum) 2*a*. *b*; scamosumque rennuunt austum et nova miracula quasi nova deserunt corda. Set 1. f) haustum 2*a*; haustu 2*b*. g) est *add.* 1. h) *ita* 2*a*. *b* (*cf. SS. R. Merov. II,* 574*)*; utrumque 1. i) in h., v. sc. et m. *om.* 1. k) in dulcia (quoque *om.*) m. 2*a*. *b*. l) vini 2*a*. *b*. m) sim. vini aust. dulc. 2*a*. *b*. n) evacuet 1. o) manant 1. p) vitae 2*a*. *b*. q) sacient 1. r) *ita scripsi;* Berthemaris 2*a*. *b*; Berthemari 3; Bertemare 1. s) quia cum in — repperias 1 *(non 3)*. t) Aqu. 2*a*. *b*.

1) *Textus breviarii Lemovicini (inc.* Beatus Pardulfus in territorio Lemovicensi*), cuius frustula nonnulla Mabillonius notis Vitae I. inseruit, e Vita III. fluxisse videtur.* 2) *Chron. I,* 32 *(Labbe l. l. p.* 297*).* 3) *Chevalier, Repertorium hymnologicum I, n.* 6292. 4) *De quo cf. L. Delisle, 'Notice sur les mss. de Bernard Gui' ('Notices et extraits des mss. de la bibliothèque nationale' XXVII,* 2, 1879, *p.* 169—455*).* 5) *Ib. p.* 273—292. 436 *sq.; A. Poncelet, 'Le légendier de Pierre Calo' (Analecta Bollandiana XXIX,* 1910, *p.* 26—28*).* 6) *Delisle l. l. p.* 424 *sq.* 7) *Speculum Sanctorale, prol. (ib. p.* 423*).* 8) *Ib. p.* 286. *Vita Pardulfi III. hic illic contracta, cui prologus deerat et verba e Bernardi Guidonis tractatu de sanctis Lemovicinis (Labbe l. l. I,* 629 *sqq.) hausta subiuncta erant (cf. Biblioth. hagiogr. Lat. II,* 933, *n.* 6461*), e codice Pragensi descripta a.* 1642. *Bollando transmissa erat; quae Vita, cuius Bueus p.* 423. *mentionem fecit, fortasse eadem erat atque epitome Bernardi, cuius Sanctoralis partem adhuc exhibet codex Pragensis n.* 1844, *saec. XIV (cf. I. Truhlář, Catalogus codicum manu scriptorum Latinorum qui in C. R. bibliotheca publica atque universitatis Pragensis asservantur II,* 1906, *p.* 48*).*

qui vitam vel gestas[a] miraculorum beati Pardulfi[b] confessoris suo stilo emendare queant et luculento sermone aures[c] fidelium liquidissime inculcare, et me tantillum et modicum et a[d] nonnullis dispicabilem[e] vel ineloquentiosum[f] et rusticum hoc poscis opus. Valde[g] enim onustum mihi est, quia non est mihi[h] facultas in perfectione, nisi omnipotens inspiret et emittat[i] Spiritum sanctum suum, veritate dicente, que ait: *Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.* Quapropter non audeo adgredi invalidus in[k] sensu, tardus[l] ad effandum[m] tam magni viri miracula verborumque et gestorum copiam[n] ad[o] meam humillimam haebitatem declinare. Profecto[p] vereor, quod absit, de dulce[q] facere amarum et de amaro dulce, set illius oro[r] clemenciam, qui latices convertit in falernum et brutis animalibus facultatem tribuit eloquendi; saltim rustico[s] sermone huius beati viri Pardulfi vitam vel gesta[t] miraculorum, ut queo[u], adgrediar praenotare[v] lectorem.

(cf. Ps. 103, 30. — Matth. 10, 20. — cf. Ioh. 2, 9. — cf. Num. 22, 28.)

EXPLICIT[w] PREFACIO.

INCIPIT VITA EIUSDEM[a] SANCTI PARDULFI.

(1)[b]. Igitur iam mundo[c, 1] properante[d] ad occasum, crebrescentibus[e] malis[f], retroacta[g, 2] *signa*[h] ruine sui[i] *in sole et luna et in*[k] *stellis vel pressuris gentium, pestilencie, fames, terre motus* ceterasque[l] ruinas, quas veritas refert atque euangelica[m] commemorat historia et que[n] enumerare prolixum est per singulos[o], in occidentali plaga partibus Aequitanie[p], in urbe[3] Lemovicense[q], ex[r] vico, cuius vocabulum est Serdinus[s, 4], hortus[t] puer ex agricolarum cultoribus fideli[u] genealogia[v], cui nomen Pardulfus. Qui dum puerili[w] degeret vita, mitissimus ac modestus cum summa reverencia prae ceteris adolescentulis videbatur.

(Luc. 21, 25. Matth. 24, 7.)

Prol. Cap. 1. 1. 2*a. b.*

Prol. a) gesta 1. b) Pardulph. *semper* 3. c) auribus fid. liqu. pandere, a me (tant. et m. et a nonn. *om.*) 1. d) *superscr.* 2*a.* e) despicabilem 2*b*; displicabilem 2*a*; despicabili 1. f) *ita* 2*a*; inoloquenti:: 2*b*; ineloquentem *Labbe cum* 2*b**; me loquente *(?)* et rustico 1. g) *ita* 2*a*; enim *om.* 2*b*; Sed valde michi onerosum 1. h) *om.* 1. i) mittat 1. k) maxime cum sim *pro* in sensu 1. l) ingenio *add.* 1. m) enarranda 1. n) copia 1. o) *ita* 2*a. b.* 3 (*ubi* haesitatem); et m. humilimus hebitudinem non valeam decl. 1. p) autem *add.* 1. q) duce 2*b*, *corr.*; dulci 2*a.* r) orans 1. s) disserto *add.* 1. t) *ita* 1 *(cf. supra l. 1)*; signa 2*a. b.* u) valeo 2*a. b.* v) *ita* 2*a. b*; pr. lectori 1; docere l. 3. w) *subscr. om.* 2*a.* 3.

Cap. 1. a) eiusdem *om.* 2*b*; s. P. *om.* 2*a*; vita beati Pardulphi abbatis et confessoris 3. b) *numeri desunt codd.* c) mundus 2*a. b.* d) *ita* 3; (verge *in ras. maiore*)nte 1; paene 2*a*; poene 2*b.* e) crebesc. 1. f) ut *add.* 1. g) retro acte 1. h) signat *m. al. corr.* signant 1. i) *corr.* e suę 2*a*; sue *eras.* 1. k) *om.* 1 *cum Vulg.* l) caetereque ruine 1. m) aeuangelicam 1. n) *om.* 2*a (versu ex.).* *b.* o) *corr.* singula 1; per sing. *om.* 2*a. b.* p) Aquit. 2*a. b.* q) Lemovicensium 2*a. b.* r) *m. al. corr.* in 1. s) Seredinnus 2*a. b cum Vita II;* Sardenus 3. t) ortus 2*a. b*; est *add.* 1. u) fidelibus 2*a. b.* v) graciae Alogia 1. w) puerilem ageret vitam 1.

1) *Cf. Gregorii M. Expositionem in Iob, praef. (MG. Epist. I, 354):* mundi iam tempora, malis crebrescentibus, termino propinquante, turbata sunt; *Marculfi Form. II, 3 (ed. Zeumer p. 74):* Mundi terminum, ruinis crebriscentibus, adpropinquantem indicia certa manifestantur et experimenta liquida declarare nuscuntur, et ad discutiendas torpentes infidelium mentes illa dudum in euangeliis a Domino dicta oracula incumbere nuscuntur. 2) *I. e. praeterita (ita Benedictini apud Cangium) praeterlapsa.* 3) *I. e. territorio, pago; cf. A. Longnon, 'Géographie de la Gaule au VIe siècle' p. 8 sqq.* 4) *Sardent (dép. Creuse, arr. Bourganeuf, cant. Pontarion).*

(2). Quadam[a] die, dum esset cum[b] adolescentibus et sub quadam arbore sederet, ut mos est in ludibus vel iocis puerilium[c], tam pro calefactione quam et[d] spectaculo ruine arboris rogum[e] ad comcremandum in eadem arbore posuerunt; (cf. Exod. 14, 21.) quo exusto, flante vento, inrigante imbre[f], praefata arbor radicitus evulsa[g] in arvam[h] volvens[i] ruit, ita ut omnes parvuli, qui illic aderrant[k], fugam arriperent, nisi[l] prefatus Dei puerulus Pardulfus, signo crucis armatus, remansit[m] immobilis atque intrepidus. Casu[n] adveniente, ilico ex[o] ramis unus arboris ipsius[p] in caput[q] sauciavit vulnere[r] gravi, et ob hoc vulnus occulorum lumen amisit; sed claritatem[s] (cf. 1. Ioh. 2, 8.) veri luminis per infusionem sancti Spiritus per[t] internos occulos contemplare[u] (cf. 2. Cor. 6, 9.) meruit, caequs[v] corpore et[w] fulgens[x] in opere, temptatus ad tempus et[y] non mortificatus, temporali aspectu paulisper[z] privatus et[a] perpetuo[b] bonorum operum claritate[c] succensus, ita ut videntibus mundi huius[d] claritatem dux fore[e] prevaleret (cf. Prov. 15, 19.) itineris patrie celestis, introitum[f] abs colibet[g] offendiculo, ut non cum reprobis (Matth. 15, 14.) de[h] eo diceretur: *Si cecus ceco[i] ducatum prebeat, uterque precipitantur[k] in baratrum.*

(3). Iste enim cecus corpore, sed clarus opere, dum cum propriis parentibus degeret[a] vitam, quicquid ab[b] eis ex alimento vel operimento ab eorum manibus recipiebat[c], mox cum foris[d] vestibulum fuisset[e] egressus, quemcumque ex pauperibus repperiebat[f], hoc suis[g] manibus in abscondito erogabat, nisi paululum[h] in usum vite suae reservabat. Cui[i] mox tantam Dominus[k] gratiam contulit, ut, qui ad eum adventabant[l] variis infirmitatibus languæntes, ut[m], si cuidam[n] manum inponebat[o] vel oleo benedicto perunguebat aut aquam[p] potantibus dabat, repente ab eis omnes infirmitates febrium repellebat[q], etiam et qui[r] a daemonibus vexabantur, protinus cum ad eum perducti fuissent, a[1] daemonibus obsessis corporibus effugabat. Haec sunt adolescencie suae prima rudimenta, hic est ludus puericie suae[s].

(4). Dum talia ceteraque similia, superna inlustrante[a] gratia, clemens opifex per eundem virum suum[b] signorum miracula undique[c] coruscaret, sic unus ex nobilibus senatorum Lantharius[d] nomine in eadem urbe[e] comitatus officium[f] nanctus[g, 2], ditatus opibus pluribus[h], prae ceteris inclitus atque procerior, in facul-

Capp. 2—4. 1. 2*a. b.*

Cap. 21. a) *ita* 1; Incipit transitus eiusdem *praescr.* 2*a*. b) De — dicamus *om.* 2*a*. *b*; per eius *et* intercess. *et* est ut *om.* *II*. c) perstinximus 1. d) in *add.* 2*b*. e) *corr.* fere 2*a*. f) ageret 1; duceret *II*. g) excellentissimus dominus *pro* pr. a. inl. m. d. 1; rex *pro iisdem II*. h) imperabat Francie 1. *II*. i) *ita* 2*a* (*ubi* Chunaldus). 2*b* (*ubi* Chunoldus). 3; atque Unaldus vir clarissimus 1. k) *ita* (*sed* Aquit.) 2*a* (*om.* per). *b*; ex permissu eiusdem K. Aequit. regebat 1. l) *ita* 2*a*. *b*. *II*; pr. v. *om.* 1. m) candore spl. 2*a*. *b*. *II*; quandoris splendido 1. n) *ita* 3. *II*; chorus *m. al. corr.* choruscus 1; *om.* 2*a*. *b*. o) gravitudine 2*a*. *b* *(non II)*. p) *om.* 2*a*. *b* *(non II)*. q) *ita scripsi;* poscens 2*a*. *b*; deposcebat 1. *II*. r) eius finem remunerari iuberet *pro* vite — Qui 2*a*. *b* *(non II)*. s) *ita* 1. t) *ita* 2*a*. *b*; diebus *II*; spacio *add.* 1. u) *om.* 1 *(non II)*. v) def(e *in ras. maiore*)-ctu 1; defectum 2*a*. *b*; defectus *II*. w) co[r]peris *pr. m.* 1. x) vicina morte imminente 2*a*. *b*. y) *om.* 1. z) Cumque 1. *II*. a) assomno 1; a sunno 2*b*. b) (ad *om.*) fratribus 1. *II*. c) eius *(?) pr. m.* 1. d) audivi: 1. e) sensu *II*; mente 2*a*. *b*. f) *om.* 1 *(non II)*. g) *ita* 1. h) insane *pro* i. t. 2*a*. *b* *(non II)*. i) *om.* 1. *II*. k) *corr.* insania 1 *et ita II*; *om.* 2*a*. *b* (*cf. n.* h).

1) Grammatici *Vita II*. 2) *Franci a.* 742. *contra Chunoaldum profecti,* usque Beturgas urbem accedunt, suburbana ipsius igne conburent, Chunoaldo duce persequentes fugant *(Fredegarii contin.* c. 25, *SS. R. Merov. II,* 180*)*. *Cf. Hahn, 'Jahrbücher d. Fränk. Reichs* 741—752*', p.* 20 *sqq.; Mühlbacher, Reg. I*², *n.* 44*a*. 3) *Cf. supra p.* 29, *n.* 5.

frustra loquentem[a] audivimus'. At ille respondens ait: 'O nati[b], ego non insanio; sed illam tubam, quam inluster[c] vir Eudo[d. 1] ad significandum[e] prelium tubari consuevit, ipsam[e*] vociferantem audivi'. Quod[f] illi audientes, patenter intellexerunt[g], quod corus angelorum eius esset[h] animam suscepturus atque ad[i] etera caelorum penetraturus, dicente beato Paulo: *Quoniam ipse Dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba Dei*[k] *descendet*[l] *de celo.* 737, Oct. — 1. Thess. 4, 15.

(22). Presbiter[a] quidam Scubilius[b] nomine, dum[c] haec agerentur, in domo altera caligas eius[d], quas isdem[e] vir beatus operatus fuerat, pedibus suis[f] lacrimabiliter[g] dolendo et durissimis se ipsum afficiendo lacmentis nitebatur imponere. Tunc vir Dei voce[h] qua poterat ait: 'Filii[i], quis enim[k] est, qui caligas meas[l] contingit[m] vel pedibus suis imponit?' Fratres vero[n], requirentes eas, in alteram[o] domum invenerunt prefatum presbiterum desuper lacmentantem[p].

(23). Et turbae[a] monasterii illius, vespertinis peractis, multi[b] cyrca lectulum[c] eius flentes circumstabant[d] atque nimio cum dolore dicebant: 'Heu, grex derelicte[e]! Qui[f] nos queat[g] a vipereis morsibus abstrahi[h], aut[i] quis nos de sevientibus[k] luporum dentibus liberare, relicto pastore? Cur nos, pater bone, derelinquis[2]? Vel ubi iam[l] ultra tuam queremus angelicam doctrinam, aut[m] qualem[n] dabimus responsum pro te, et quem respiciemus ad[o] locum basilice, ubi semper[p] stare consueveras? Sine[q] te quis est qui non lugeat de monitis tuis? Vel qualem reddemus responsum infirmis, quando ad[r] te venerint[s] ad requirendum?' At ille vix et[t], ut poterat[u] loqui, divinis[v] eos exortans[w] sermonibus, ait: *'Viriliter agite'*, Ps. 30, 25. inquid, *'et confortetur cor vestrum,* et expectate Dominum et inluminamini[x] et facies cf. ib. 26, 14. vestre non confundentur. Et nihil vobis deherit[y], si timueritis eum[z], et non cf. ib. 33, 13. privabit bonis omnibus[a] ambulantes in innocencia. ut merito audiatis illam[b] desi-

Capp. 21—23. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 21. a) loqui 2*a*. *b* *(non II)*. b) nate 2*a*. *b* *(corr.)*. c) *ita* 2*a*. *b*; preclarus 1. 3. *II*. d) Euto 2*a*. *b*. e) *ita* (*sed* turbari 2*a*) 2*a*. *b*; ad belligerandum sonare consueverat 1. *II*. e*) *om.* 2*a*. *b* *(non II)*. f) Q. i. a. *om.* 2*a*. *b*. g) intellegendum est 2*a*. *b*. h) esse an. susc. 1; suscepit an. 2*a*. *b*. i) (ad *om.*) aethera (c. *om.*) penetrasse non dubium est, dicente 2*a*. *b*; ad celum duceret eam, dicente *II*. k) de *pr. m.* 1. l) descendit 2*a*.

Cap. 22. a) vero *add.* 1 *(non II)*. b) *ita* 1. *II*; Scopilius 2*a*. *b*. 3. c) dum h. ag. *om.* 2*a*. *b*. *II*. d) eius cal. *II*; eius *om.* 1. e) ipse *pro* i. v. b. 2*a*. *b* *(non II)*. f) ssuis 1. g) imposuit et desuper cum lacrimis vel lamentis durissime flebat. Tunc 2*a*. *b* *(non II)*. h) v. q. p. *om.* 2*a*. *b* *(non II)*. i) *corr.* fili 1, *et ita* 2*a*. *b* *(non II)*. k) *om.* 2*a*. *b*. *II*. l) mea 1, *corr.* m) contigit — imposuit 2*a*. *b* *(non II)*. n) *om.* 2*a*. *b* *(non II)*. o) alia domo (d. al. 2*a*) 2*a*. *b* *(non II)*; *cf. l.* 7. 8. p) lament. 2*a*. *b*. *II*.

Cap. 23. a) lacm. et turbam mon. cum eo. Vesp. autem oris iam transactis 1. b) *om.* 2*a*. *b*. c) lectum 1. d) steterunt, dicentes *pro* circumst. — dicebant 2*a*. *b*. e) relicte 2*a*. *b* *(non II)*. f) Quis 1 *(non II)*. g) poterit 1. *II*. h) abstrahere 2*a*. *b*. *II*. i) *om.* 2*a*. *b* *(non II)*. k) sevien|::tibus *(ras.* en*?)* 2*b*; de faucibus lup. quibit (quidibit *pr. m.*), *om.* rel. past. 1 *et similiter II*. l) (iam u. *om.*) qu(a)er. tuam 2*a*. *b*. m) *om.* 2*a*. *b* *(non II)*. n) Quale resp. demus (reddemus 2*a*) 2*a*. *b* *(non II)*; *cf. infra l.* 20. o) in loco 2*a*. *b*. *II*. p) *om.* 2*a*. *b* *(non II)*. q) Quis est qui sine te non (n. *om.* 2*b*) lugeat monita tua, vel quale 2*a*. *b*. r) qu. te ad requ. v. 2*a*. *b*. s) venerunt 1, *corr.* t) *om.* 2*a*. *b*. u) potuit 2*a*; potui 2*b*. v) consolans eos div. serm. (ait *om.*) 2*a*. *b* *(non II)*. w) exortatis 1. x) inluminabimini 1 *(non II)*. y) *ita* 1. z) Dominum, et Dominus non 2*a*. *b*. a) omnes 2*a*. *b*. b) *om.* 2*a*. *b*.

1) *Dux Aquitaniae a.* 735. *defunctus.* 2) *Cf. Sulpicii Severi epist.* 3, 10: Cur nos, pater, deseris aut cui nos desolatos relinquis? Invadent gregem tuum lupi rapaces; quis nos a morsibus eorum, percusso pastore, prohibebit?

[Matth. 25, 34.] derabilem Domini[a] vocem: *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis* [737, Oct. 6.] *paratum est ab origine mundi*'. Et[b] cum haec loqueretur, flentibus[c] populis[d], [Gregorii M. Dialog. IV, 14.] gaudentibus angelis[1], santa[e] illa anima carne soluta est[2].

(24). Eadem vero hora Theodenus[a] eius discipulus voces[b] psallentium in [ib. IV, 12.] caelo audivit, et concitus ad virum Dei veniens[c], invenit iam defunctum[d], quem[e] vivum paulo ante reliquerat. Tunc cum ingenti dolore prorumpens in lacrimis, aigebat[e, 3]: 'Ve nobis miseris et[f] omni pene desolacione destitutis! Heu pater! Quis non tuam dolere[g] absenciam, cum tuarum bona virtutum reduxerit ad memoriam?' O nobilis Christi confessor! quam suavis et dulcis, iustus et pius et omni opere bono perfectus atque preclarus! et qui semper sine defectu ad celestia anelare consueveras, nunc inmaculato spiritu angelorum coetibus admixtus, perpetualiter iam cum Christo regnas, sine fine victurus[f].

(25). Postquam vero[a] corpus eius multitudo[b] fidelium summa cum diligencia, ut mos est, ad sepeliendum tradidit, quidam vir nomine Bertericus[c], pessima vexatus rabie, ad eum tumulum inreverenter accessit. Tunc hoc cernentes qui aderant fideles viri atque devoti et miserrime illius compatientes insanie[d], vehementer ingemuerunt dolentes; cumque ab omnibus pro eo effuse ad Dominum preces[e] fuissent, mox sanus effectus, divina largiente gracia, gaudentibus cunctis, propriam remeavit ad domum, auxiliante domino nostro Iesu Christo, qui cum aeterno Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita secula seculorum. Amen.

EXPLICIT VITA[f] BEATI PARDULFI ALMI[g] PATRIS.

Cap. 23—25. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 23. a) v. D. 2*a*. *b*. b) *om.* 2*a*. *b (non II)*. c) fl. p., g. a. *om.* 2*a*. *b (non II)*. d) populus 1, *corr.* e) *ita* 1.

Cap. 24. a) Theodemus 1 *(non II)*. b) vocem 2*a*. *b (non II)*. c) pervenit et inv. eum iam 2*a*. *b*. d) mortuum 1. *II*. e) quem — aigebat *om.* 2*a*. *b (non II)*. f) Quis um(n)quam talem videat aut quis de eo conloquens siccos habere poterit oculos? *pro* et — *l*. 12. victurus 2*a*. *b (non II)*. g) possit *add. II*.

Cap. 25. a) *om.* 2*a*. *b (non II)*. b) eius fuit humatum, rapidus (rabidus 2*b*) quidam Berthericus ad sepulchrum eius sanus effectus (est *add.* 2*a*), unde venerat, remeavit (*cf. p.* 32, *s.* 33, 4) *desinunt* 2*a*. *b*. c) *ita scripsi;* Bertricus 1. *II*; Berthricus 3; Berthericus 2*a*. *b*. d) insane *pr. m.* 1. e) pre *pr. m.* 1. f) vita — patris *om.* 3; *subscr. om.* 2*a*. *b*. g) alma 1.

1) *Cf. V. Betharii c.* 16 *(SS. R. Merov. III,* 619*) et V. Filiberti c.* 43 *(ib. V,* 604*)*: flentibus populis, gaudentibus angelis. 2) *Cum sanctum temporibus Karoli († 741) et Chunoaldi (inde ab a. 735) obiisse biographus (c. 21) rettulerit, inter a. 735. et 741. vita functus sit necesse est. Obiit autem die dominico (ib.) colebaturque die 6. Octobris (cf. supra p. 19), qui a. 737. dominicus fuit; unde hunc annum pro emortuali habendum esse statuit Bueus (AA. SS. Oct. III, 430). Quamquam obitus sanctorum die dominico contigisse haud semel fictum est, tamen Vitae Pardulfi fidem non negandam esse iudicaverim.* 3) *I. e. aiebat.*

VITA EUCHERII
EPISCOPI AURELIANENSIS.

Regnum Francorum saeculo VII. magis magisque dissolutum a Pippino II. ex parte restitutum erat, sed, illo a. 714. vita defuncto, denuo disiungi videbatur, donec a Karolo filio stabilitum est, qui 'tyrannos per totam Franciam dominatum sibi vindicantes oppressit'[1]. *E quorum numero Savaricus episcopus Autissiodorensis fuisse videtur, de quo auctores Gestorum episcoporum Autissiodorensium (I, 26) haec memoriae tradiderunt*[2]*:* Hic, ut fama confirmat, eo quod esset genere nobilissimus, cepit a status sui ordine paululum declinare et secularibus curis plus quam oportet pontificem inhianter insistere, in tantum ut tam pagum Aurelianensem quam Nivernensem, Tornodorensem quoque atque Avalensem necnon et Tricassinum militari manu invaderet suisque dicionibus subiugaret, *donec, Lugdunum cum exercitu profecturus, fulmine percussus occubuit. Quod eo tempore contigisse auctores illi voluerunt, Librum historiae Francorum (c. 51) expilantes, quo Franci inter se dissidentes in Cotia silva congressi sunt, scilicet a. 715.*[3] *Pontificem illum bellicosum eundem fuisse simillimum veri est atque Soabericum vel Savaricum episcopum, qui ultimis annis saeculi VII. in chartis occurrit*[4], *item eundem atque Soavaricum episcopum Aurelianensem, patruum Eucherii successoris*[5], *qui, petentibus civibus Aurelianensibus, a Karolo principe sedi*

1) *Einhardi Vita Karoli c.* 2. 2) *SS. XIII,* 394. *Cf. Th. Breysig, 'Jahrbücher des fränk. Reiches* 714—741', 1869, *p.* 15 *sq.; Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' III*², 12; *K. Ribbeck, 'Die sogenannte Divisio des fränkischen Kirchengutes',* 1883, *p.* 88—95. 3) *Breysig l. l. p.* 13. 4) *Nomina cum alii tum Savericus episcopus c. a.* 695. *privilegio a.* 660. *ab Emmone episcopo Senonensi coenobio S. Columbae dato subiunxerunt (ed. P. Deschamps, 'Moyen Age' XXV,* 1912, *p.* 165; *cf. 'N. Arch.' XXXVIII,* 379*), itemque 'Soabericus peccator episcopus' a.* 696/7. *privilegio subscripsit, quod Ageradus episcopus Carnotensis monasterio S. Mariae concesserat (Pardessus II, p.* 234; *Tardif, 'Monuments historiques',* 1866, *p.* 28*); Savaricus episcopus a.* 693/4. *Valentianis, a.* 697/8. *Compendii placito regio interfuit (Pertz, MG. Dipl. Merov. p.* 58. 62*). Savaricus Autissiodorensis (†* 715*) annos* 5 *et menses* 4 *sedisse fertur, ita ut initia eius cum a. c.* 710. *convenirent; sed temporum notae in parte priore Gestorum traditae partim inconcinnae et exigui momenti sunt (cf. P. Roth, 'Geschichte des Beneficialwesens',* 1850, *p.* 446 *sqq.; Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II*², 433 *sqq.).* 5) *V. Eucherii c.* 4. *Catalogus episcoporum Aurelianensium saec. XI. compositus, in quo inter Savericum et Eucherium Dalfinus, Adalmarus, Leodebertus, Leodegarius inserti sunt (Duchesne l. l. II,* 460. 462*), contra auctoritatem Vitae Eucherii anti-*

praelatus esse fertur, anno ut videtur 717, quo Karolus, Raganfredum fugatum persecutus, Parisios pervenit[1].

Eucherius igitur, genere nobilis[2], *episcopatu suscepto, haud minore potentia utebatur quam Savaricus ille, ita ut Karolus quibusdam suadentibus, ut episcopum et propinquos eius in exilium truderet resque eorum usui proprio et suorum vindicaret, respondisse dicatur*[3]*:* 'Nostis gentem hanc ferocissimam atque belligeram ac locupletatam vehementer; perficere nequaquam absque ambiguitate valemus'. *Quaenam autem causa inimicitiarum episcopi et principis fuerit, latet, nisi potentiam generis nimiam Karolo obstitisse conicere licet*[4]. *Denique a. 732. exeunte, cum Karolus, Arabibus mense Octobri fugatis, ab Aquitania rediisset, Eucherium Vernum in villam publicam venire iussit apprehensumque cum propinquis Coloniam Agrippinensem in exilium misit*[5]. *Cum autem locus non satis tutus videretur, Karolus Eucherium, veritus, ne fugam pararet*[6], *Chrodeberto comiti Hasbaniensi custodiendum tradidit*[7]. *Unde in coenobio S. Trudonis degens anno sexto exilii (738) obiit*[8] *et in eodem monasterio sepultus est, post Trudonem patronum maxime deinceps a monachis celebratus.*

Pluribus vero annis quam saeculo post 'fabula ad terrendos pueros ficta'[9] *occurrit, scilicet visio Eucherii, qui Karolum in inferno vidisse dicitur, ob res ecclesiarum raptas et divisas damnatum. Quae cum a multis omnino refutata sit*[10], *id tantum monuerim,*

quae non valet. Privilegiis Emmonis c. a. 695. et Ageradi a. 696/7 (cf. p. 41, n. 4) et Tretecor et Soabericus (Treteius et Savericus) subscripserunt: aut ille pro Tetrico Autissiodorensi (Gesta I, 24) haberi non potest, aut Savaricus Autissiodorensis ab Aurelianensi distinguendus est, aut Savaricus ecclesiae Aurelianensi praeerat, antequam Autissiodorensi potitus est, id quod ipse maluerim, considerans, auctores Gestorum duobus fere saeculis posteriores, 'famam' secutos, ut alias ita in ea re facile errare potuisse. Cf. Ribbeck l. l. p. 91, n. 14.

1) *Contin. Fredegarii c. 10 (SS. R. Merov. II, 174). Eucherius anno 16. episcopatus in exilium missus est (V. Eucherii c. 9), postquam Karolus Saracenos Aquitaniam ingressos devicit (ib. c. 8), id quod a. 732. factum est, cum de bello a. 737. gesto agi non possit, quippe quo hostes in Septimaniam et Provinciam neque in Aquitaniam invasissent. Itaque initia episcopatus Eucherii potius ad a. 716/7. pertinere videntur quam ad a. 721, cui Henschenius, AA. SS. Februarii III, 210. et Le Cointe, Annales ecclesiastici Francorum IV, 884. illa attribuerunt, bellum a. 737. gestum praeferentes, quia Karolus a. 717. rebus Aurelianensibus interesse non potuisset. Sed nescio an Mabillonius, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti III, 1, p. 597, recte coniecerit, Karolum a. 717. Parisiis commoratum rem tractasse, etsi cum eodem et Ribbeckio (l. l. p. 94, n. 20) etiam cogitari potest, Karolum pro Raganfredo maiore domus aut Chilperico II. rege facili errore a biographo Eucherii commemoratum esse. A. Longnon, 'Obituaires de la province de Sens' ('Recueil des historiens de la France') III, 1909, p. XII, partibus Henschenii et Cointii favere videtur, Savaricum episcopum Autissiodorensem (cf. supra p. 41, n. 4) a. 716—721, Ainmarum successorem (cf. infra n. 5) a. 721—736/7. attribuens.*

2) *V. Eucherii c. 1.*

3) *Ib. c. 7.*

4) *Eudo dux Aquitanorum a. 731. 'a iure foederis' recesserat (Cont. Fredegarii c. 13), ita ut conici possit, episcopum finitimum partibus eius favisse.*

5) *V. Eucherii c. 9. Quantum e Gestis episc. Autissiod. I, 27, colligi licet, Ainmarus episcopus Autissiodorensis, et ipse successor Savarici, eodem tempore a Karolo 'in saltu Arduennae custodiae carcerali mancipatus' esse videtur, ita ut Karolum in utroque pontifice removendo eodem consilio ductum esse credi possit; cf. Ribbeck l. l. p. 93.*

6) *Fugam Ainmari (cf. n. 5) causam fuisse coniecit Ribbeck p. 95.*

7) *V. Eucherii c. 9, ubi Chrodebertus dux vocatur, cum in charta a. 741/42. data comes audiat; cf. ea quae p. 51, n. 9, adnotavi.*

8) *Ib. c. 10. Henschenius et Cointius obitum Eucherii a. 743. attribuerunt; cf. n. 1.*

9) *Valesius, Rerum Francicarum tomus III, 1658, p. 543.*

10) *Cf. inprimis Henschenium l. l. p. 211—216; Le Cointe l. l. V, 78—82; Roth l. l. p. 327 sqq. Commemo-*

figmentum famosissimum primum in epistula legi, quam synodus Carisiacensis a. 858. Ludowico regi Germaniae in regnum occidentale invadenti transmisit[1], ab Hincmaro archiepiscopo Remensi compositam, qui testimonium eorum attulit, qui rei interfuissent et usque ad aetatem ipsius vixissent[2]. E qua epistula sive ipsa sive ab aliis exscripta omnes pendent, qui postea fabulam commemorarunt, velut auctor Vitae Rigoberti: e qua visio multo post etiam Vitae Eucherii ab interpolatore quodam inserta est[3], cum a Vita genuina omnino aliena sit.

Vita autem Eucherii haud ita multo post obitum eius ab auctore conscripta est, qui testes veraces et coaevos[4] cum alios attulit tum sorores episcopi, quae in coenobio sanctimonialium prope Aurelianos sito degerent[5]. neque est, quod fidem ei negemus. Fortasse ipse in ea urbe morabatur; nam etsi miracula post mortem Eucherii apud Trudonianos facta pluribus rettulit[6], tamen ipse congregationi eidem non adscriptus erat, quippe qui miracula illa non vidisset, sed aliis narrantibus comperta haberet[7]. Cum mores virtutesque sancti celebrare studeret, publicas res breviter adumbravit. Sermone satis barbaro usus est, qualem aevo Pippini regis attribuerim: declinatio[8] et coniugatio[9] minus recte adhibitae sunt, casus[10] et genera[11] commutata, indicativus pro coniunctivo positus[12], activa pro deponentibus et passivis usurpata[13], participia pro verbis finitis, ut alia menda praetermittam.

Vitam Eucherii saeculo nono Adrevaldus una cum epistula Carisiacensi legisse videtur[14]; eandem quarto decimo exeunte tertius continuator Gestorum abbatum Trudonensium adhibuit, etiam visione recepta[15].

1) Codex *Hagensis* Musei Meermanno-Westreeniani n. 5 (fol. min. 2), saec. IX, olim (saec. XV), teste folio praefixo, liber monasterii sancti Iacobi (m. al. corr. Lamberti) Leodiensis atque (fol. 1) signatus I. 34, postea ex Bibliotheca Ill. Gulielmi Baronis de Crassier Leodii A. 1755. divendita, post Vitam Trudonis fol. 67'—82. Vitam Eucherii continet[16] per cola et commata ita exaratam, ut unaquaeque particula a littera rubra incipiat. Praescriptio litteris magnis depicta folium 67'. universum occupat, item-

raverim, Eucherium († 738) visionem Fulrado abbati S. Dionysii narrasse tradi, qui inter annos demum 748. et 750. monasterium regendum suscepit (cf. Dipl. Merov. p. 104. 106; M. Dubruel, 'Fulrad abbé de Saint-Denis', 1902, p. 81 sqq.). 1) MG. Capitularia II, 432 sq. 2) Hincmarus etiam a. 878. in prologo Vitae Remigii revelationis Eucherii mentionem fecit (SS. R. Merov. III, 252). 3) Revelatio (infra p. 51) inest textui Vitae Suriano et epitomae codicis Ultraiectini n. 391, saec. XV; epitomen Vitae interpolatae Henschenius etiam in codice Ultraiectino S. Salvatoris invenerat, qui hodie latet (de exemplari eius cf. infra p. 44, n. 8). Visionem textus Suriani e V. Rigoberti depromptam esse, cuius auctor ipse epistulam Carisiacensem exscripsisset, iam Henschenius l. l. p. 216. atque accuratius Cointius l. l. V, 81. perspexerunt. 4) V. Eucherii, prol. 5) Ib. c. 1. 6) Ib. c. 11—14. 7) Ib. c. 10: quas didici a narrantibus; c. 13: miraculo, quod extremum a narrantibus innotui; c. 15: plurima de illo audita. 8) Ib. c. 2. dat. quodam; c. 9. acc. plur. satelles, c. 7. dat. satellibus. 9) Ib. c. 5. regituros. 10) Cf. e. gr. c. 1. ab germanas suas; prol. cum eas, c. 4. cum munera, c. 8. cum magna — spolia; prol. de — merita; dat. pro acc. c. 9. Karolo principe — latere; acc. pro dat. c. 7. invidens eius gloriam atque sanctitatem, c. 9. satelles suos — praecepit. 11) Fem. pro masc. c. 2. honore — maxima, c. 7. honores — quasdam; fem. pro neutr. c. 10. diadema — variatam, miracula — quas; neutrum pro masc. c. 12. super tumulum — quod — erat indutum. 12) Ib. c. 9. ut — repperiebant, c. 14. ut — referunt. 13) Ib. c. 13. dilabere, mutuavit; c. 3. perscrutasset; c. 12. cremavit (= cremata est). 14) Cf. Miracula Benedicti c. 14 (SS. XV, 483). 15) Continuationis III. pars prima I, 31. II, 3—6 (ib. X, 369—371). 16) Cf. A. Poncelet, Analecta Bolland. XXXI, 45, et ea quae ipse disserui, 'N. Arch.' XXXVIII, 510 sq.

que vocabula, a quibus et prologus et Vita incipiunt, bina (fol. 68. et 68') similiter exornata sunt. Capita non distincta sunt, quarto et nono exceptis. Complures librarii textum barbarum antiquitus expoliverunt atque correxerunt.

$1a^1$) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 3286, *antea II,* 973 *et Phillippsianus n.* 364. *saec. XI, olim* liber sancti Gilleni *et signatus* OOO, *fol.* 25—26'. *et* 35—40, *V. Eucherii continet, cuius folia disiuncta sunt, parte Vitae Trudonis praecedentis errore inserta.*

$1a^2$) *Codex* O x o n i e n s i s *bibliothecae Bodleianae inter Digbianos n.* 112, *saec. XII*[1], *fol.* 72'—75', *prologo caret.*

$1b^1$) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 3228, *antea n.* 9636—37, *saec. XI/XII. olim S. Laurentii Leodiensis, fol.* 129'—132.

$1b^2$) *Codex* R o t o m a g e n s i s *n.* 1409 (*Y* 189), *saec. XII. olim Gemeticensis*[2], *fol.* 57—60'.

$1b^{2*}$) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 3236, *antea n.* 14650—59, *olim* liber Cornelii Duyn Aemstelredamensis Hagae Comitis Hollandiae anno Domini 1607, *deinde musei Bollandiani* P. MS. 16, *saec. X. exaratus est, sed V. Eucherii fol.* 162—165 (*olim* 244—247) *saec. demum XV. post V. Trudonis suppleta est. Codex, e quo exscripta est, initio hic illic legi non poterat, ita ut in prologo nonnulla vocabula omissa sint, spatiis vacuis relictis.*

2a) *Codex* B e r n e n s i s *n.* 168, *saec. XI, olim monasterii S. Symphoriani Mettensis, fol.* 219'—223', *V. Eucherii continet, V. Trudonis praecedente.*

2b) *Codex* G a n d a v e n s i s *n.* 307, *saec. XI, olim S. Maximini Treverensis* (*n.* 235), *pag.* 122—126.

$2b^*$) *Codex* T r e v e r e n s i s *bibliothecae urbanae cat. mss.* 1151 (*num. loc.* 453, *antea* 962), *saec. XIII, olim pars legendarii magni S. Maximini*[3], *fol.* 64'—66'.

Codex V i n d o b o n e n s i s *bibliothecae privatae imperatoris Austriaci n.* 9363. *tomus alter Hagiologii Brabantinorum inter a.* 1476. *et* 1484. *a Iohanne Gielemans canonico Rubeae Vallis exarati*[4], *fol.* 113'—115'. *V. Eucherii exhibet, cui alius prologus praefixus est, ab ipso Gielemans sine dubio aut compositus aut ex alio opusculo in V. Eucherii translatus (inc.* Libet hic coeptum propositum)[5]. *Praeterea commemorantur codices* L e o d i e n s i s *n.* 278, *saec. XV/XVI, olim S. Trudonis*[6], *et* V a l e n t i a n e n s i s *n.* 519 (473), *saec. XV, olim S. Amandi*[7].

Codex U l t r a i e c t i n u s *n.* 391, *vol. I (antea Eccl.* 20), *paulo ante a.* 1424. *a Swedero monacho in coenobio Carthusiensium Ultraiectino exaratus, fol.* 191'—192'. *epitomen Vitae continet (incipit:* Beatus Eucherius in territorio Aurelianensi, *desinit:* super meritis sancti Dominum collaudantes), *e codice haustam, cui visio Eucherii e V. Rigoberti interpolata inerat*[8].

Codices in duas partes discedunt; cf. c. gr.

c. 4. ordinandum] *ita* 1. $1a^{1.2}$. b^1; ordinarent 2*a. b*;

1) *Cf. Macray, Catalogi codicum mss. bibliothecae Bodleianae IX,* 1883, *col.* 125. 2) *Cf. Analecta Bolland. XXIII,* 227. 3) *Cf. Krusch, 'N. Arch.' XVIII,* 621. 4) *Cf. Analecta Bolland. XIV,* 11. 58. 5) *Prologus Gielemansianus editus est AA. SS. Februarii III,* 217. 6) *Analecta Bolland. V,* 359. 7) *'Catalogue général des mss. des bibl. publ. de France, Départ.' XXV,* 1894, *p.* 422. *Codex Duacensis n.* 838 (792), *saec. XIII, cui Vitam Eucherii inesse relatum est ('Archiv' VIII,* 426), *re vera V. Eucharii et Valerii et Materni continet (cf. Analecta Bolland. XX,* 392). 8) *Eadem, nisi fallor, epitome inter collectanea Bollandiana inest codici* B r u x e l l e n s i *n.* 3443 (7763), *saec. XVII, fol.* 148—148', *descripta 'ex manuscripto Ultraiectino S. Salvatoris'; cf. J. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la Bibliothèque royale de Belgique' V,* 1905, *p.* 419.

c. 5. ex gaudio] *ita* 1. $1a^{1.2}$. $b^{1.2*}$; *haec om.* 2*a*. *b*. b^{*};
ib. convenerunt] *ita* 1. $1a^{1.2}$. b^{1}; convenit 2*a*. *b*;
c. 8. nefanda Ismahelitarum gens] *ita* 2*a*. *b*. b^{*}; gens *(m. al. in ras.* 1*)* nef. Ism. 1. $1a^{1.2}$. $b^{1.2*}$;
ib. (ut *add.* $1b^{2*}$) canatur laus bonorum] *ita* 1. $1a^{1.2}$. $b^{1.2*}$; *haec om.* 2*a*. *b*. b^{*};
c. 9. utebatur] *ita* 1. $1a^{1.2}$. b^{1}; habebatur 2*a*. *b*. b^{*};
c. 12. eadem candela] *ita* 2*a*. *b*; *haec om.* 1 *(versu exeunte)*. $1a^{1.2}$. $b^{1.2*}$;
c. 13. diebus obvolutis] *ita* 1. $1a^{1.2}$. b^{1}; d. evolutis (ev. d. 2*a*) 2*a*. *b*. b^{*};
c. 14. ad fluviolum vocabulo Cysindria] *ita* 2*a*. *b*. b^{*}; ad fluvium (fluviolum *pr. m.* 1), cuius est vocabulum Cisindria, 1. $1a^{1.2}$. $b^{1.2*}$,

atque e classe priore liber 1 *vetustus non solum aetate venerabili et barbariae sermonis genuina potissimum servata praestat, sed etiam pro fonte reliquorum habendus est, quorum avus ex eo originem duxit, postquam iam librarii emendationes complures ei intulerunt, e. gr.*

c. 3. omnes sibi prioribus praeponebat] omn(ibus *in litura*) sibi prioribus praeponebat (*m. al. corr.* praeponebatur) 1; omnibus sibi prioribus pr(a)eponebatur $1a^{1.2}$. $b^{1.2.2*}$; omnes sibi priores praeponebat (preponebant 2*a*) 2*a*. *b*. b^{*};
ib. omnium] omnia *ut videtur pr. m., deinde corr.* omniā, *tum* omnis 1; omnis $1a^{1.2}$. $b^{1.2}$;
ib. perscrutasset] *m. al. corr.* perscrutatus fuisset 1, *et ita* $1a^{1.2}$. $b^{2.2*}$; perscrutatus esset $1b^{1}$;
c. 8. gens — inminentes periculum — vastantes — nituntur] *m. al. corr.* gens — inminens peric. — vastans — nititur 1, *et ita* $1a^{1.2}$. b^{1}.

Duae autem familiae progeniei 1 *distinguendae sunt, et librorum* $1a^{1.2}$*:*

c. 2. episcopo quodam — obtulit] ep. quondam — obt. $1a^{1.2}$;
c. 4. quo se locaverat] quos elocaverat $1a^{1}$ *(pr. m.)*. a^{2};
c. 5. carus notis omnibus et acceptus] carus et acc. n. o. $1a^{1.2}$;
c. 8. pravitatem] pravitam $1a^{1}$ *(pr. m.)*. a^{2};
c. 14. viri] vivi $1a^{1.2}$,

et librorum $1b^{1.2.2*}$, *quorum rivus ex* 1 *fluxit, cum corrector nimium pudicus hoc codice potitus esset:*

c. 1. continuit se a coitu eius, donec sanctissimum peperit puerum] *ita* $1a^{1.2}$. 2*a*. *b*. b^{*}; in gratiarum accione rei expectavit eventum *pro* continuit — puerum *m. al. in ras.* 1, *et ita (sed* expectabat $1b^{2.2*}$, eventus $1b^{1}$*)* $1b^{1.2.2*}$, *nisi quod* $1b^{2*}$ *textum mixtum* cont. se a c. et in graciarum actione r. exp. ev. *exhibet.*

E quibus $1b^{2.2*}$ *artiore vinculo inter se coniuncti sunt, velut*

c. 1. Obsecro te] inquid(t) *add.* $1b^{2.2*}$;
ib. posuisti] ob(p)posuisti $1b^{2.2*}$;
c. 3. monasterio] et in mon. $1b^{2.2*}$;
c. 6. Erat nihilominus] Erat etenim (enim $1b^{2*}$) $1b^{2.2*}$,

qui textum satis immutatum et expolitum exhibent, cuius rationis exemplum locus inprimis interpolatus afferat:

c. 14. annuente Domino, conspiciens — — multitudo piscium reperta est] ann. Domino, tantam piscium multitudinem in eo natare conspexit, qualem se nemo inibi (mortalium *pro* inibi $1b^{2}$) aliquando vidisse meminit. Accurrit itaque citissime et renuntiat abbati fratribusque, quod sibi concessum fuerat videre. Itur (Igitur $1b^{2*}$), retia iaciuntur, tantaque piscium multitudo in momento capitur $1b^{2.2*}$.

E codicibus classis alterius liber $2b^{*}$ *artissime cum* 2*b convenit:*

c. 1. sicut] ::c̄, *ras. (ob spatium litterae initiali supplendae parum sufficiens), ut videtur,* Sī, 2*b*; cum $2b^{*}$;

c. 1. monacharum] virginum *(superscr.* vel mon. 2*b)* 2*b*. *b**, *neque vero fortasse ex ipso* 2*b pendet, siquidem hoc loco nitendum est:*
c. 9. praecepit] *ita* 2*b** *cum* 1. 1*a*$^{1.2}$. *b*^{1}; coepit 2*b*; iubet 2*a*.

Unde ad textum constituendum in universum codices non adhibui nisi 1. 2*a*. *b atque lectiones aliorum paucis tantum locis admisi; textum visionis interpolatae, quae integra Surio praesto erat, sed in editione eius admodum immutata est, quantum fieri poterat, ad epitomen codicis Ultraiectini emendari. In re orthographica librum* 1 *antiquum secutus sum.*

Specimina 1*b*$^{2.2*}$ *B. Krusch v. c. exscripsit idemque ceteros codices contulit, exceptis libris* 1. 1*a*^{2} *et epitome Ultraiectina a me ipso adhibitis, qui etiam* 1*b*^{2*} *accuratius perlustravi, et, occasione data,* 2*b iterum excussi.*

Laurentius S u r i u s, *De probatis sanctorum historiis I. Coloniae Agrippinae* 1570. *p.* 1026—29. *Vitam e libro generis* 1*b*^{2} *primus edidit, stilo ut assolet immutato: prologus deest, et visio Eucherii e V. Rigoberti post c.* 9. *intrusa est. Cuius editionis particulas iteravit*

Andreas du C h e s n e, *Historiae Francorum scriptores coaetanei I. Lutetiae Parisiorum* 1636. *p.* 790—792.

Godefredus H e n s c h e n i u s, *Acta sanctorum Februarii III. Antverpiae* 1658. *p.* 217—219. *textum integrum edidit, codicibus usus nostro* 1*b*^{2*} *et S. Maximini (potius* 2*b** *quam* 2*b) et Gielemansiano*[1].

Iohannes M a b i l l o n, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, saeculum III, pars* 1. *Lutetiae Parisiorum* 1672, *p.* 596—600, *praeter praedecessores codicem Conchensem* 1*b*^{2} *persimilem adhibuit, prologo quasi 'plane insulso' omisso.*

Martinus B o u q u e t, *'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis* 1741. *p.* 655—657. *editionem Mabillonii ex parte iteravit.*

W. L e v i s o n.

INCIPIT[a] VITA SANCTI AC BEATISSIMI EUCHERII AURELIANENSIS URBIS EPISCOPI VEL EIUS DEPOSITIO, QUOD EST X. KL. MAR.

Quoniam undique prolixius pollit[b] decalogi apicis fulvum[c] adque aurora pandent ex summis electorum merita, ut ante ortum suum fulgeant miraculis, consultor providus, cui patent omnia, nobilitatem largitur in saeculum, ut[d] ad caelorum pergantur[e] aulas, sibique commissas animas bonis instructas operibus, prae-
cf. Matth. 25, 20. sentia Christi duplicatis talentis gratiam remunerationis accipere queant, ut, largiente clementia Christi, ipsi cum eas[f] normis[2] angelicis sociati, trinae maiestatis[g]
ib. v. 23. laudes[h] concinnent indefessas: *Euge*[i], *serve*[k] *fidelis! In exigua fidelis fuisti, ecce! super plurima hodie*[l] *constitutus, Domini tui gaudium possidebis.* Nempe quod praesenti tempore apud veraces coevisque nostris didicimus, ad augendam fidelium gloriam et ad corrigendam iniquorum pravitatem de sancti viri merita[m] scribere neglegere non pigeamus[n].

Prol. 1. 2*a*. *b*.

Prol. a) *ita* 1. 1*b*^{1} *(ubi* cuius *pro* vel eius). *b*^{2*} *(sed* vita beat., *om.* sancti ac, *et mox* episc. ac dep., que est); *praescr.* Inc. vita s. E. ep. et confessoris 1*b*^{2}; Incipit prologus (praefatio 2*b**) in vita (vitam 2*b**) sancti Eucherii episcopi (ep. *om.* 2*b*) 2*a*. *b*. *b**; *praescr. om., tribus versibus vacuis relictis,* 1*a*^{1}; *prologus deest* 1*a*^{2}. b) *ita pr. m.* 1; pollet *rell.* c) fulfum 2*b*. d) aut 2*b*. e) *ita* 1; pergatur *rell.* f) *ita* 1; eis *rell.* g) *ita* 1; maiestati *rell.; cf. p.* 47, 18. h) l. concinent *atramento pallidiore in spatio vacuo suppl.* 2*a*. i) Eu(g *in ras.*)e 1. k) bone et *add.* 1*b*^{1} *cum Vulg.* l) (hodie *superscr.*) constitu:tus, *ras.* i 2*a*. m) *ita* 1; meritis *rell.* n) Explicit prologus *add.* 2*a*. *b*.

1) *De quo cf. supra p.* 44. 2) *I. e. turmis.*

(1)[a]. Fuit vir vitae venerabilis et Deo dignus Eucherius[b] nomine, ex parentibus Gregor. Dial. II. prol. ortus iuxta dignitatem[c] saeculi[1] nobiles[d] et, ut credimus, Deo acceptis, qui talem in saeculo genuerunt prolem[e]; sicut[f] — superius[g] praefati sumus[2] — a veracissimis viris seu ab[h] germanas suas, quae in coenubio sanctarum monacharum[i] situm iuxta[k] urbę Aurelianorum norma sanctitatis procellunt[k*,3], fatentibus didicimus, humanas[l] auribus inseramus[m]. Nocte quadam ipsius sancti genetrix, dum de ęcclesia, matutinis hymnis transactis[n], ad domum redisset, proprio[o] cubiculo ingressa, in stratu suo declinata, mox soporata est, cernens nihilominus secus thorum suum virum adstantem, niveo candore vestibus indutum, caput caniciae[p] splendidum, oculis gemmarum[q] splendentium coruscantem atque sibi dicentem: 'Ave, cf. Luc. 1, 28. Deo dilecta, benedictum in utero tuo ferens puerum, et scias eum in hac urbe a Deo futurum electum antestitem[r]!'. Cui venerabilis mulier: 'Obsecro te, ut largiaris benedictionem tuam ex ore tuo super me, priusquam discedas a me. Intueor enim vultum tuum veluti angelicum'. Ait illi angelus: 'Recte quidem cernis; ego enim angelus Dei sum, missus ab eo, ut benedicam prolem, qui est in utero tuo. cf. ib. 1, 19. Sed quia[s] ammonenti ambiguitatem non posuisti, sed mox a Deo credidisti missum, benedicam te et semen tuum ortum ex hac die'. At illa expergefacta inmensas sanctae Trinitatis[t] laudes conferebat atque viro suo tantae revelationis gaudia per ordinem pandit. Ille vero haec audiens, timore cum gaudio suffultus, continuit[u] se a coitu eius, donec sanctissimum peperit puerum.

(2). Quo orto atque secundum tempus conpetenti[4] adcrescentem propter honorem divinae revelationis, quam prius ab angelo didicerat, episcopo quodam nomine Anseberto[a], qui tunc temporis Augustidunense[b] urbe[c,5] sanctitatis officii gratia fungebatur, regenerandum Domino sacris fontibus[d] obtulit. At ille cum gratulatione accipiens, regeneravit atque propriis manibus de sacra unda suscepit, septequeformis[e] spiritus[f] inbuit eumque cum honore, ut dignum fuit, maxima[g] remeare[h] ad genitores[i] permisit.

Capp. 1. 2. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 1. a) *numeri desunt codd.; praescr.* Incipit vita sancti Eucherii (Euterii 1*a*¹; Eucharii 1*a*²) episcopi et confessoris (et conf. *om.* 1*a*²) 1*a*¹ (*m. al.*). *a*² (*hic incipiens*). 2*a*. *b*. *b**. b) Euchærius *pr. m.* 1*a*¹; Eucharius 1*a*². *b*¹. c) saec. dign. 1*a*¹. *b*²·²* *cum Sulpicio.* d) *m. al. corr.* nobilibus 1. e) Ut enim ortus illius ordinem *add.* 1*a*². f) : : c, *ras. ut videtur* Si *ob spatium litterae initiali supplendae parum sufficiens,* 2*b*; cum 2*b**. g) *ita* 2*a*. *b*; sup. fati sumus *eras.* 1. h) *ita pr. m.* 1; ab (a 2*a*. *b*) germanis suis *rell.* i) virginum 2*b* (*pr. m. superscr.* vel monacharum). *b**. k) *ita pr. m* 1; urbem iuxta *corr.* iuxta urbem 2*b*, *et ita* 2*a et m. al.* 1. k*) praecell. 1*a*¹·². *b*¹·² (*non* 1). l) *ita pr. m.* 1; humanis *rell.* m) inseram¹ 1. n) *postea suppl.* 2*a*. o) *m. al. corr.* proprium cubiculum 1. p) canicie 2*a*. q) instar *add.* 1*a*¹. 2*a*, *ante* gemm. *add.* 1*b*²*. r) *ita pr. m.* 1; antist. *rell.* s) quae 1. t) *corr.* trinitati 1, *et ita* 2*a*. u) *ita* 1*a*¹·². 2*a*. *b*; in gratiarum accione rei expectavit eventum *m. al. in rasura maiore pro* continuit — puerum 1, *et ita* 1*b*¹·² (*ubi* expectabat eventus).

Cap. 2. a) Ansberto 1*b*¹. b) Augustudunense(ę) 2*b*. *b**. c) urbem 2*a*. d) font(ibus *in ras.*) 1. e) *corr.* septiqueformis 1, *et ita* 2*a*. *b*. f) *ita* 1; spiritu 2*a*. *b*; gratia *m. al. add.* 1*a*². g) *m. al. corr.* maximo 1. h) remere 2*b*, *corr.* i) genitor(es *in litura*) 1.

1) *Cf. V. Martini auct. Sulpicio Severo* c. 2, 1: parentibus secundum saeculi dignitatem non infimis. 2) *V. p.* 46, *l.* 37. 3) *Pro 'praecellunt'.* 4) *Competentes sunt baptizandi, de quibus disserui SS. rer. Merov. III. p.* 490, *n.* 3. *B. Kr.* 5) *Nomen Ansebercthi episcopi a.* 693/4 — 696/7. *in chartis commemoratum ad pontificem Augustodunensem neque Rotomagensem referendum esse, SS. R. Merov. V,* 613, *n.* 8, *monui. Addenda est subscriptio, quam Ansobe[rtus] episcopus privilegio a.* 660. *ab Emmone Senonensi coenobio S. Columbae concesso c. a.* 695. *subiunxit (ed. P. Dechamps, 'Moyen Age' XXV,* 1912, *p.* 165*). Idem a.* 696 *(Aug. 5) testamentum conscribendum curavit, quod adhuc extat (Pardessus II, p.* 237*).*

(3). Cum igitur completus annorum fuisset septem[a], litterarum, Domino prodente[b, 1], studiis traditus[c], omnes[d] sibi prioribus praeponebat, et velud fons ingluvies[2] momento replens amnem, ita hunc gloriosissimum virum omnium[e] scientia[f] scributurarum, quicquid legendo vel audiendo didicerat, perpetualiter infundebat. Cum enim cuncta canonum dogma[g] inserta perscrutasset[h], manibus eius adtigit
1. Cor. 7, 31. ib. 3, 19. Paulum apostolum, ubi ait: *Praeterit enim figura huius mundi*, et alibi: *Sapientia mundialis*[i] *apud*[k] *Deum stultitia reputabitur*. Relinquens militiae saeculi[l] cingulum, continuavit se ad caeli cultores; monasterio cuidam vocabulo Gemetico[3] sub regulari ovilę[m] se subdidit famulandum.

(4). Eo tempore Soavaricus[a, 4] eius patruus, qui Aurilianense[b] aecclesiae pontificale[c] honore cathedra populum regebat, contigit eum de hac luce migrasse. Tunc[d] vero omnis plebs[d*] Aurelianorum, a senato[e] accersiti[e*], Domino annuente, ad Carolum[f] inclytum saeculi principem Francorum legatos cum munera[g] atque humili pręce mittunt. Ipsi[h] vero cum velocitate eius praesentia prolati, pedes ipsius advoluti, lacrimabili[i] proferunt sermocinatione, mulcentes: 'Domine princeps inclyte, suggessionem[k] familiae tuae plebis Aurelianorum, quaesomus[l], aspectum[m] minacem ne aperias, sed libenter adimpleas postolata[n]. Domnus[o] atque pater[p] noster servus tuus Soavaricus, vocante Domino de hoc mundo, animam noscitur amisisse. Obsecramus tuae pietatis clementiam, ut nepotem eius Eucherium[q] famulis tuis plebi Aurelianorum pontificem iubeas adnectendum'. Ille vero postolationem[r] eorum benigniter suscipiens, prodente[s, 1] Domino, ratum[t] praestitit, quod ab eo depromunt postolandum[r]; ex aula sua procerum fidelem direxit ministrum, ut beatum virum, de quo loquimur, ex coenubio, quo se locaverat, advocaret, et si non spontaneo[v], invitum tamen ad urbem iam dictam ducerent atque pontificem ordinandum[w].

(5). Quo conperto, vir beatus mestus ac merens flere coepit coram fratribus
cf. 2. Timoth. 2, 4. omnibus, dicens: 'Ovem vestram, dilectissimi fratres, quur[a] permittitis laqueis im-
cf. 1. Ioh. 2, 15. 16. plicare saeculi[b], ac ne amando mundum et eius concupiscentiis[c] diligendo fauces diaboli obvolutus, palmam, de qua sollicitus eram, forsitan ammittam[d]?'

Capp. 3—5. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 3. a) numerus *add.* 2*b**. b) *ita* $1a^{2}$ (*superscr.* disponente) *cum rell.*; providente $1b^{1.2*}$; *cf. l.* 21. c) traditus 2*a*. d) omn(ibus *in litura*) sibi prioribus praeponebat (*m. al. corr.* praeponebatur) 1; omnibus sibi prioribus pr(a)eponebatur $1a^{1.2}$. $b^{1.2}$; o. s. priores praep. (preponebant 2*a*) 2*a*. *b*. *b**. e) omnia, *ut videtur, pr. m., deinde corr., ut videtur*, omniā, *tum* omnis 1. f) scientium 2*b*. g) *ita* 1. 2*a*. *b*. h) *m. al. corr.* perscrutatus fuisset 1. i) huius mundi 2*a*. *b cum Vulg.* k) st. est apud D. *pro* ap. D. st. rep. 2*a cum Vulg.* l) cing. saec. 2*a*; saec. *om.* 2*b*. *b**. m) *m. al. corr.* ovili 1.

Cap. 4. a) Suovaricus 2*a*, *ut infra l.* 18. b) *corr.* Aurelianense 2*a*, *et ita* 1 (*pr. m.*). 2*b**; Aurelianensę 2*b*; Aurelianensis *m. al.* 1. c) pontificali 2*a*. d) Tum 2*a*. d*) ples 1. e) *ita pr. m.* 1; senatu *rell.* e*) arcersiti 1. f) *m. al. corr.* Karol. 1, *et ita rell.* g) *ita* 1. 2*a*. *b*. h) Ipse 2*a*, *corr.* i) lacrimabilem pr. sermocinationem 2*a*. *b*. k) *m. al. corr.* suggestionem 1, *et ita* 2*a*. *b*. l) *m. al. corr.* quaesumus 1, *et ita* 2*a*. *b*. m) aspectu 2*a*. n) *ita pr. m.* 1. o) Dominus (2*a*). p) pastor 1. q) *m. al. corr.* Eucharium 1, *et ita* $1a^{1}$ (*pr. m.*). a^{2}. b^{1}. r) *ita pr. m.* 1. s) providente $1b^{2*}$; *cf. l.* 2. t) gratum 2*a*. u) *ita pr. m.* 1. v) *m. al. corr.* spontaneum 1. w) ordinarent 2*a*. *b*.

Cap. 5. a) *ita pr. m.* 1; cur *rell.* b) diaboli 2*a*. c) *ita* 1; concupiscentias 2*a*. *b*. d) *corr.* amittam 1.

1) *I. e. manifestante.* 2) *I. e. inluvies.* 3) *Jumièges (dép. Seine-Inférieure, arr. Rouen, cant. Duclair), cuius coenobii descriptionem Vita Filiberti c.* 7—9 *(SS. R. Merov. V,* 588 *sqq.; cf. p.* 568*) continet.* 4) *De Soavarico episcopo cf. supra p.* 41.

Tunc illi fratres omnes ad hanc vocem prae gaudio cum[a] merore flere coeperunt: ex[b] gaudio, eo quod ex eorum ovibus super gregem suum Dominus pastorem providisset; maesti[c], quia eius absentiam[d] adquiescere omnimodis formidabant. Erat quippe carus notis[e] omnibus et acceptus. Egressus vero ex coenubio, benedicente abbate omnibusque fratribus prosperitatem ipsius[f] Domino supplicantes atque utrisque pariter clamantes, ad urbem praefatam usque cum velocitate pervenientes[g]. Tunc episcopi vicinarum civitatum accersiti omnisque plebs urbana ad eius ordinationem convenerunt[h] cum cereis, cruces[i], choros psallentium, ac variis vestimentis induti. In cathedra[k] ipsius urbi[l] sublimem sanctum culminis 717. constituunt sedem[1], gaudentes immo ac[m] super omnia gratulantes, quod tantum talemque pastorem sibi a Domino concessum cernerent[n] regituros[2]. Exultatione suffulti, unusquisque iocundati redierunt in sua.

(6). Suscepta[a] igitur sarcina onere[b] sibi deputavit, non honorem. Coepit[c] dehinc aecclesias excolere, clerum diligere, plebem praedicatione sua corregere[d], coenubia circumquaque[e] constructa frequenter circuire atque circacommorantes[f] in ea caritatem et fraternitatem diligere. Tanta erga eum omnis clerus et populus amore tenebatur, ut ei sua[g] omnia seque dantes[h] in sui obsequium se subderent servitute[i]. Erat nihilominus mente tranquillus, vultu serenus, aspectu amabilis, corpore decorus, corde strenuus.

(7). Crescebat undique fama eius longe lateque per orbem. Erat nempe carus omnibus atque[a] in cunctis actibus acceptus. Et cum opinio[b] eius utrasque partes peragrata esset, inimicus humani generis, invidens eius gloriam atque sancti- Greg. Dial. III, 16 tatem, fefellit quosdam corda sui veneni mortiferum: invidia circumfusi suggerentes Carolo[c] principe, ut beatum virum, cuius supra meminimus, cum omni propinquitate eius exilio deputaret honoresque eorum quasdam[d] propriis usibus adnecteret, quasdam[d] vero suis satellibus[e] comularet[f, 3]. Carolus[g] vero suggerentibus haec adfatur ita: 'Nostis gentem hanc ferocissimam atque belligeram ac locupletatam[h] vehementer; perficere nequaquam absque ambiguitate valemus'.

(8). Interea nefanda[a] Ismahelitarum gens[4] ex propriis cubiculis egressa, ad 732. depopulandam provinciam Aquitaniam[b] ingressa[c, 5], inminentes[d] periculum sui[e]

Capp. 5–8. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 5. a) cō 2*a*. b) ex *g. om.* 2*b** *et versu exeunte* 2*a*. *b*. c) mesta 2*b*. d) *ita* 2*a*. *b*; absentia 1. e) noti(s *postea suppl.*) 1. f) illius 2*b*. g) perveniunt 2*a*. *b*. h) convenit 2*a*. *b*. i) *m. al. corr.* crucibus, choris ps. 1; crucibus chorisque ps. 2*a*. *b*. k) *m. al. corr.* cathedram 1. l) *ita pr. m.* 1: urbis *rell.* m) *om.* 2*a*. n) cerneret 2*a*, *corr.*

Cap. 6. a) Susceptam ig. sarcinam 2*b*. b) *m. al. corr.* onus 1. c) igitur *add.* 2*a*. d) *ita pr. m.* 1. e) circaquaque 2*b*. f) circa (com *superscr.*)mor. 2*a*. g) omnia sua 2*a*. *b*. h) dentes *pr. m.* 1. i) *m. al. corr.* servituti 1.

Cap. 7. a) atque in c. act. (et *add., sed eras.) in margine superiore suppl.* 2*a*. b) eius op. 2*a*. c) Karolo principi 2*a et m. al.* 1. d) *ita* 1. 2*a*. *b*. e) satelli.bus 1; satellitibus 2*a*. *b*; *cf. p.* 50, 15. f) *ita* 1. g) *ita* 1: Kar. *rell.* h) & (?) *add., sed eras.* 2*a*.

Cap. 8. a) (gens *m. al. in ras.*) nef. Ism. 1. b) Aequit. 1*a*[1]; Aquitaliam 1*a*[2]. c) ingresse *pr. m.* 1. d) *m. al. corr.* inminens p. 1; imminente periculo 2*a*. *b*. e) sue *pr. m.* 1.

1) *Cf. Lib. hist. Franc. c.* 50 *(SS. R. Merov. II, 325)*: Theudoaldum — — in aula regis honorem patris sedem sublimem instituunt. 2) *I. e. regendi.* 3) *Cf. H. Brunner, 'Der Reiterdienst und die Anfänge des Lehnwesens' ('Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Germ. Abt.' VIII,* 1887, *p.* 32; *'Forschungen zur Geschichte des deutschen und französischen Rechtes'*, 1894, *p.* 68 *sq.)*. 4) Nefanda Agarenorum gens *recensio altera Vitae Gregorii II. c.* 11 *(Liber Pontificalis ed. Duchesne I,* 401*)*. 5) *Cum*

732. exercitus, cunctam vastantes[a] suppellectilem, civitates[b] vel castella[c] nituntur expugnare. Audiens haec Carolus[d] princeps, collectas gentes Burgundiones Franconesque[e] coniunctos, obviam illis cum magno pergens[f] exercito[g, 1] atque cum suo
Octobr. exercitu[h] eorum vastans[i] exercitum, victoriaque obtenta, cum magna[k] ad propria est[l] reversus spolia[2]. Cum enim ad civitatem advenisset[m] Aurelianis, Ligeris alveum transiens, prandia parata relinquens, ad urbem Parisius tendens, beatum Eucherium[n] post se ire praecepit. At ille sciens adversum[o] se insidias praeparatas, nequaquam rennuens[p], non principis tamen, sed Dei implens praecepta, praeceps spontaneus ad lapsum periculi se ingerens[q], subiciens se, sicut beatus Petrus ait apostolus,
I. Petr. 2, 13. 14 *humanae creaturae propter Deum sive regi velud imperanti sive praefectis tamquam ab eo positis ad ulciscendam pravitatem impiorum*[r]*: canatur*[s] *laus bonorum.*

(9). Anno sexto decimo eius[a] episcopatus ordinationis Aurelianis egrediens, Parisius ordinante principe praeteriens[b], Vernum[3] quoque fiscum publicae dictionis ilico convolavit, vulgatumque est celebrę[c, 4] principis auribus. Conpertoque sanctum adesse sacerdotem, satelles[d] suos eum capere praecepit[e] eumque[f] in exilio cum reliquis propinquis ad urbem Coloniam perducere fecit. Ipse vero ad augmentum virtutum[g] comulandum reddebat gratias sanctae subditus Trinitati, tantaque sacerdotum et[h] cleri[i] vel populi circa eum benignitas utebatur[k], ut ex omnibus
cf. Num. 10, 32. opibus eorum quicquid gloriosus[l] Christi sacer[m] agere volebat, sacietatem[n, 5] cordibus suis funditus minime repperiebant. Quod, cum hoc ageretur, Carolo[o] principe minime latere valuit; metu perterritus, ne silenter cum ipsis[p], clientia[q, 6] addita, ne[r] Alpina munitate[7] convolaret, clam tutiori eum loco vocabulo Hasbanio[s, 8] Chrodeberto[t] duce[9] eum tradidit custodiendum. Quem ille cum gratulatione maxima

Capp. 8. 9. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 8. a) *m. al. corr.* vastans — nititur 1. b) civitatis 2*b*. c) castellas *solus pr. m.* 1*a*[1] *(non 1).* d) *m. al. corr.* Kar., *sed radendo restitut.* Car. 1; Kar. *rell.* e) *m. al. corr.* Francosque 1. f) pergit 2*a*. *b*. g) *ita pr. m.* 1*;* exercitu *rell.* h) *versu exeunte om.* 1. i) vastantes *pr. m.* 1. k) *m. al. corr.* magnis — spoliis 1. l) rev. est 2*a*. m) venisset 2*b*. n) a *super* e *scr.*, *sed eras.* 1; Eucharium 1*a*[2]. *b*[1] *et fortasse pr. m.* 1*a*[1]. o) adverse 2*a*, *corr.* p) rennuit 2*a*. *b*. q) ingessit 2*a*. *b*. r) iniquorum 2*a*. s) *ita* 1. 1*a*[1. 2]. *b*[1. 2*] *(ubi* ut *ante* can. *add.);* laudem vero bonorum *Vulg.;* can. l. bon. *om.* 2*a*. *b*. *b**.

Cap. 9. a) *pr. m. in marg. suppl.* 2*a*. b) preterius 2*a*, *corr.* c) est : : celebrę, *ras., ut videtur,* Ce 1; est a celebre 2*a*. *b*. d) *ita* 2*a*; satellites suos (*m. al. corr.* satellitibus suis 1) 1. 2*b*; *cf. p.* 49, 26. e) *ita* 2*b** *cum rell.*; coepit 2*b*; iubet 2*a*. f) *m. al. corr.* eumque in exilium cum 1; (eum *om.*) in exilioque cum 2*a*. *b*. g) *ita* 1; virt. redd. cumul. 2*a*; redd. virt. cumul. 2*b*. h) ac 2*a*. i) clerii *corr.* cleri 1; clericorum 2*a*. *b*. k) habebatur 2*a*. *b*. l) gloriosius 1. m) *ita* 1. 1*a*[2]; sacerdos *rell.*; *cf. infra p.* 51, 6. 52, 24. n) *ita editores cum* 1*b*[2*]; s(a *in litura*)cietatem 1; soc(t)ietatem *rell.* o) *ita pr. m.* 1*;* Karolo pr. (principi 2*a*) 2*a*. *b*; Carolum principem latere non valuit *m. al.* 1. p) ipsi 2*a*. *b*. q) cleentia 2*a*, *corr.* r) *m. al. corr.* (ne *expunct.*) Alpinam munitatem 1. s) Asbanio *pr. m.* 1; Habanio 2*a*, *corr.* t) *radendo corr.* Rodberto duci 1.

Saraceni a. 737. *Septimaniam et Provinciam neque Aquitaniam ingressi sint, de bello a.* 732. *agi videtur, id quod et alii et Mabillonius et Mühlbacher (Regesta I*[2]*, p.* 17, *n.* 39*a) statuerunt.* 1) *Cf. Chronicon Moissiacense a.* 732 *(SS. I,* 291*):* Tunc Karolus, collecto m a g n o e x e r c i t u, exiit eis obviam. 2) *Cf. ib.:* Karolus vero, s p o l i a accepta, cum triumpho gloriae reversus est in Francia; *Isidori Continuatio Hispana (Auct. ant. XI,* 362*):* Europenses, — — s p o l i a s tantum et manubias decenter divisas, in suas se leti recipiunt patrias; *V. Pardulfi c.* 15 *(supra p.* 33, *l.* 7*).* 3) *Ver (dép. Oise, arr. Senlis, cant. Nanteuil-le-Haudouin). Anno* 755. *synodus* Vernus palatio publico *congregata est (MG. Capitularia I,* 33; *cf. Werminghoff, Concilia II,* 54*).* 4) *Cf. Gen.* 45, 16: celebri sermone vulgatum in aula regis. 5) *I. e. taedium.* 6) *I. e. clientibus additis.* 7) *I. e. munimen. Cf. Pseudo-Cyprianum, De XII abusivis saeculi (ed. S. Hellmann, 'Texte und Untersuchungen*

suscipiens, dedit ei Dominus gratiam coram eo, velud beato Ioseph priscis tem- (cf. Gen. c. 41.) poribus dederat coram Pharaone; traditaque[a] manu illius cuncta propria suppellectile[b], ut, quod oculis placuerit eius[c], tam indigentibus quam et in coenubiis commorantes[d] facultas[e] ei subpeteret tribuendi. Beatus enim vir postolans[f] ei[g], ut in ęcclesia beati confessoris[h] Trudonis[i. 1] pro se et pro fidelibus ipsius facultatem tribueret deprecandi. Quod[k] obtentu, sacer inclytus die noctuque Domino non desistens suffragare[l], ut cum electis suis, quorum officium culminis est imitatus, in aula suae archę[m. 2] coevus persisteret ceteris*.

(10). Sexto igitur exilii sui anno, glorioso excessu luminis claritate diffusus, (738.) corpus[a] integrae conversatiònis intactus, carnis vinculis absolutus, emigrans ex hoc mundo, victor intravit in caelum[3], ibique a Christo domino pro laboribus vel bonis operibus diadema accepit gemmis fulgentibus variatam[b], continuatis floribus in-

*) *Visio Eucherii in textu Surii inseritur, quem emendavi ad epitomen codicis Ultraiectini n.* 391:

Verum[a] cum Scriptura dicat: *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo* (V. Rigoberti c. 13.) *eius*, quod princeps Carolus contra hunc virum Dei fecit episcopatum crudeli violentia ei adimendo, tum etiam aliarum ecclesiarum res usurpando, id iusto Deus iudicio reddidit in caput eius[a]. Sanctus vero Eucherius, in oratione positus, ad alterum est seculum raptus et inter cetera, quae, Domino ipsi ostendente, conspexit, vidit hunc Karolum[b] in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab angelo eius ductore responsum est, quia sanctorum iudicio, qui in futuro iudicio cum Domino iudicabunt, quorumque res abstulit et divisit[c] laicis personis et comitibus, ante illud iudicium anima et corpore sempiternis (ib. c. 12. 13.) penis est deputatus et recipit simul cum suis peccatis penas propter peccata omnium, qui res suas et facultates in honore et amore Domini ad sanctorum loca in luminaria divini cultus fovenda inque alimoniam servorum Christi ac pauperum pro animarum suarum redemptione tradiderant. Qui in se reversus, sanctum Bonifacium et Fulradum monasterii sancti Dionysii abbatem summumque capellanum regis Pippini ad se vocavit, eisque talia dicens in signum dedit, ut ad sepulchrum illius irent et, si corpus eius ibidem non invenirent, ea quae dicebat vera esse crederent. Ipsi vero pergentes ad monasterium, ubi corpus Karoli humatum fuerat, sepulchrumque illius aperientes, viderunt subito draconem exisse, et totum illud sepulchrum interius inventum est denigratum, acsi fuisset adustum.

Capp. 9. 10. 1. 2*a. b.*

Cap. 9. a) in *add., sed pr. m. del.* 2*b.* b) suppellectilę *pr. m.* 1. c) *om.* 2*a. b.* d) commorantibus 1. e) facultatem 2*a*, *corr.* f) *ita* 1. g) *m. al. corr.* eum 1. h) *superscr.* 2*a.* i) Trudoni(s *fortasse m. al. add.*) 1. k) Quo 1. l) *m. al. corr.* suffragari 1. m) arche 2*a*; arc(a)e 1*a*[1. 2].

Cap. 10. a) *m. al. corr.* corpore 1. b) *m. al. corr.* variatum 1.

Nota *. a) *ita Surius;* Interim autem contigit pretactum principem mori *pro* Verum — caput eius *epitome, cuius lectiones varias plerumque omisi.* b) tercio obitus sui die *add. epitome.* c) *ita scripsi*; divisit *V. Rigoberti hoc loco,* laicis hominibus et comitibus primus dedit c. 12; divisis laicis personis et comitibus *epitome*; exercitui suo distribuit *pro* divisit l. p. et comit. *Surius.*

zur Geschichte der altchristlichen Literatur' XXXIV, 1, *p.* 53, 7): Pax populorum est, tutamen patriae, munitas plebis; *V. Bonifatii auct. Willibaldo c.* 8 *(ed. Levison p.* 42, 16*)*: catholicae fidei munitate rebellantes. 8) *Germ. 'Haspingow', Gall. 'la Hesbaye'; cf. SS. R. Merov. VI,* 276, *n.* 3. 9) Rotbertus comes, filius quondam Lantberti *'anno V. post defunctum Theuderici regis' (a.* 741/42*) basilicae S. Trudonis, cui Grimo abbas praeerat, donationem concessit (C. Piot, 'Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond' I,* 1870, *p.* 1; *H. Nélis, 'Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique' XXXV,* 1909, *p.* 5—15; *cf. Gesta abb. Trudon.,* 3. *contin. I,* 2, 7, *SS. X,* 371*) et ibidem sepultus est, siquidem sepulchrum eius a.* 1169. *repperisse monachi sibi visi sunt (ib. p.* 351. 371*).* 1) *Hodie Saint-Trond oppidum in Limburgiae finibus ad Brabantiam versus situm; cf. SS. R. Merov. VI,* 264 *sqq.* 2) *I. e. regni caelestis.* 3) *Nomen Eucherii codici Bernensi Martyrologii Hieronymiani*

marciscibilem[a], in caput regale[b]. Sepultus est autem in ęcclesia beati confessoris Trudonis[c] et[d] cum magno decore, ut dignum est, ab omnibus tumulatus. Lingua nostra[e] non subpetit mutuatae sermocinationis evolvere, quae post eius obitum miracula gesta sunt; sed exigua, quas didici[f] a narrantibus, silere minime audebo.

(11). Mulier quaedam, quem[a] ipse sanctus de gentilitatis errore per suam abstraxerat admonitionem eiusque puerum de sacris susceperat fontes[b], ad tumulum eius devota adcurrens, lumen ibi ferens, quod vulgus cereum nuncupant[c], ex libra[d] una conditum, posuit atque accendit. Sicque factum est, ut per dies tres continuatis[e] et noctes incensus et instinctus perstetit[f]. Die vero tertio[g] custos ęcclesiae liquantia[1] sumens cerae[h], continuavit in unum. Tunc mirum in modum coepit momento cera augeri, ita ut similem, quod prius pensatum cereum[i] condidit, repperit.

(12). Alia quippe sanctaemonialis[a], quem[b] ipse sanctus familiariter pro vitae suae castimonia[c] dilexerat, secus possibilitatem suam ad caput ipsius sancti luminaria[d] addidit, quod incolae quidem candelam vocant; prolixam ad humanum contenentem[e] statum adplicavit atque accensam reliquid. Vespere[f] autem transacto, custodes ipsius aecclesiae, ut mos est, foribus obseratis, incensam[g] ibidem reliquerunt. Ad declarandum[h] ergo beati viri meritum, cum tempesta[2] nocte omnes sopore[i] quiescerent, super tumulum ipsius beati, quod[k] palleo[l] proprio erat indutum, eadem[m] candela cecidit atque usque ad summitatem cremavit. Ad[n] custodes expergefacti, cernentes quidem cinerem super palleum[o], stupore[p] attoniti formidabant[q], ne naufragatum aliquid ibi invenissent, excussoque[r] cinus[s, 3] scrutantes, ita ipsum palleum[o] inlesum reppererunt[t], ut nullius vestigium maculae ibi conspicerent.

(13). Nuper etenim miraculo, quod extremum a narrantibus innotui[4], nequaquam arbitror silendum. Quidam ex famulis eius, quem praefatus Christi sacer[a] ab indoles[b] aluerat, a quodam Dei famulo vas vitreum mutuavit[c] ipsumque oleo repleto ad caput sanctissimi viri pependit sublimem[d] adque accendit. Coepit paulatim liquor guttatim succrescere et in pavimento rivolus[e] dilabere[f]. At custos coenubii intuens almitatem[5], normae[6] pede[g] detulit innotandum[7]; illi conciti basi-

Capp. 10—13. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 10. a) inmarcescibilem 2*a*. *b*. b) regale:, *ras.*, *ut videtur*, m 1. c) Trudoni(s *m. al. in ras.*) 1. d) et cum m. *pr. m. in ras.* 2*a*. e) *om.* (2*a*). f) didice 2*a*, *corr.*

Cap. 11. a) *ita pr. m.* 1; quam *rell.* b) *m. al. corr.* fontibus 1, *et ita rell.* c) *m. al. corr.* nuncupat 1, *et ita* 2*a*. d) libra (*corr. e* libri) unum 2*a*. e) *m. al. corr.* continuatim 1. f) *ita pr. m.* 1; perstitit *rell.* g) tertia 2*a*. h) *m. al. corr.* cerei, *expunct.* a 1. i) quod prius *iterat.*, *sed del.* 2*a*.

Cap. 12. a) *corr.* sanctamon. 1; sanctimon. 2*a*. b) *ita pr. m.* 1; quam *rell.*; *cf. supra l.* 5. c) castimonię *pr. m.* 1. d) *m. al. corr.* luminare 1. e) *ita pr. m.* 1; continentem *rell.* f) Vesperae 2*a*. g) incensa *pr. m.* 1. h) declarandam *pr. m.* 2*a*. i) so::pore 2*a*. k) qui — indutus 1. l) *ita* 1. m) eadem cand. *versu exeunte om.* 1. n) *ita pr. m.* 1; at *rell.* o) *ita* 1. p) et ad(m)miratione *add.* $1a^{1.2}$. b^{2*}. q) formidabat 2*a*, *corr.* r) Excuss(o *m. al. in ras.*)que 1. s) *corr.* cinis 2*a*; *m. al. corr.* cinere 1. t) reppererunt *pr. m.* 1; repperunt 2*b*, *corr.*

Cap. 13. a) *ita* 1. 2*b*; sacerdos *rell.*; *cf. supra p.* 50, 19. 51, 6. b) *m. al. corr.* indolis 1, *et ita rell.* c) mutuaverat *pr. m.* 2*a*. d) *corr.* sublime 1; in sublime 2*a*. *b*. e) *ita* 1. f) delabere 2*a*; delabare 2*b*. g) *m. al. corr.* petę 1.

die 20. *Februarii manu alia illatum est (AA. SS. Nov. II, 1, p. [23]):* In Gallia vico Sardinio *(immo Sarchinio; cf. SS. R. Merov. VI, 283, n. 2)* natale sancti Eucerii episcopi et confessoris; *cf. H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge'*, 1908, *p.* 238. 1) *Immo liquata, liquefacta.* 2) *Pro intempesta.* 3) *I. e. cinis. Benedictini apud Cangium.* 4) *Pro 'comperi'.* 5) *I. e. sanctitas.* 6) *Norma est congregatio monasterialis; cf. Chartas Senonicas c.* 32 *(Formulae ed. K. Zeumer p.* 199*) et Cangium h. v. B. Kr.* 7) *I. e. notum facere.*

licam ingressi, aspectum miraculum, gaudio suffulti, certi[a] de meritis sancti, vas[b] subterponentes, Dei suscepere[c] donum. Tandem, diebus[d] obvolutis exiguis, ita inundanter manavit[e], ut, lampadas[f] septem impletis, undique ardentes nihilominus eminutae[g] sunt. Ex ipso enim sanctitatis liquore quicumque infirmus[h] ex devotione per manus sacerdotum unguitur, statim recipit[i] sanitatem, quacumque detenetur[k] infirmitate. Hoc miraculo[l] nemo ambigit[m] hodie usque degere.

(14). Post anniversarium vero diem obitus eius, cum vigiliae vel matutinos[a] Febr. 20.
hymnos a clero omne[b] celebratum peractumque fuisset, abba[c] ipsius[d] monasterii[1] coepit anxius e[e] cybis populi constringi vel cleri[f], qui ad solemnia caelebranda confluxerant sancti. Egressus unus ex clericis, qui fuerat sancti familiaris viri, ad fluviolum[g] vocabulo Cysindria[2], qui secus ipsum monasterium[h] manat, annuente Domino, conspiciens, non ignarus fidem[i] sancti vel meritis, forsitan a Domino aliquod transmissum[k] piscium invenisset solatium. Et quoniam nemo ibi repertus fuit, qui fateretur, se in ipso rivulo nec audisse prius coetu[l, 3] captum nec visum, tantaque eodem[m] die[n] ibi multitudo piscium reperta est, ut non solum clerus, sed etiam populus universus, qui ad eius convenerant sollemnitatem, omnes habundanter sufficienterque saciati, gratias pro eius merito sanctae referunt subditi Trinitati.

(15). Dehinc prolixum est tendere hystoriam, quales quantasque virtutes per eius interventum ibidem Dominus operare[a] dignatus est, nam ceci multi reciperunt[b] visum, claudi[c] plurimi, gressu recepto, adepti sunt sanitatem, demones quoque sine numero fugati[d]: augentur undique dona plurima, praestantur, donante Domino, petentibus vota congrua. Unde[e] quaeso clementiam ipsius, ut mihi infimo[f] atque pigro, indignum[g] quamvis aliquantulum servolo[h], qui plurima de illo audita abdicavi[4], sed exigua inserere dogma praeterii, apud pium Dominum patrocinare in omnibus non desistat, ipso auxiliante, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT[1] VITA SANCTI EUCHERII EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Capp. 13—15. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 13. a) certe 1. b) sancti vas(e *m. al. add.*) | vas subt. 1. c) suscipere 1. d) diebus evolutis 2*b*; evolutis diebus 2*a*; *cf. p.* 48, 29. obvolutus, *sed recto sensu*. e) emanavit 2*b*. f) lampadibus 2*a*. *b*. g) *in marg. suppl.* 2*a*. h) infirmis 2*a*, *corr.* i) recepit *pr. m.* 1. k) *ita* 1; detinetur (*corr. e* detinebatur 2*b*) 2*a*. *b*. l) miraculum 2*a*. *b*. m) *m. al. corr.* ambiget 1.

Cap. 14. a) matutini ymni 2*a*. *b*. b) *m. al. corr.* omni 1. c) abbas 2*a*. *b*. d) *om.* 2*a*. e) ae cybis *corr.* e cibis 1, *et ita* 2*a*. *b*. f) clero *pr. m.* 1. g) *ita* 2*a*. *b*; fluviolum (*m. al. corr.* fluvium), cuius est vocabulum Cisindria 1; *cf. supra p.* 48, 8. 50, 22. h) monasterii 2*b*. i) *corr.* fide 2*b*. k) transmissis 1. l) *m. al. corr.* coetum 1. m) eadem 2*a*. *b*. n) *superscr.* 2*a*.

Cap. 15. a) *m. al. corr.* operari 1. b) *m. al. corr.* receperunt 1, *et ita rell.* c) : laudi, *ras.* C 1. d) fugati : 1. e) Unde — *l.* 25. ipso auxiliante *om.* 1*b*[2*]. f) *scriptura detrita deinceps legi non potest* 2*a*. g) *m. al. corr.* indigno 1. h) *m. al. corr.* servulo 1. 2*b*. i) *ita* 2*a*. *b*. *b*[*]; *subscr.* Finit vita sancti Euterii episcopi et confessoris *m. al.* 1*a*[1]; Finit vita divi Eucherii episcopi Aurelianensis 1*b*[2*]; *subscr. om.* 1. 1*a*[2]. *b*[1. 2].

1) *A.* 741/42. *Grimo abbas coenobio S. Trudonis praeerat; cf. supra p.* 51, *l.* 45. 2) *Rivulus, qui hodie Melterbeek et Molenbeek vocatur, Geete fluvio incidit. Cf. SS. R. Merov. VI,* 283, *n.* 3. 3) *I. e. cetum.* 4) *I. e. reieci et 'sed' sensu alieno pro 'nam' accipitur (cf. M. Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours' p.* 317*), dogmata autem opiniones esse videntur. B. Kr.*

VITA RIGOBERTI EPISCOPI REMENSIS.

Reolus episcopus, qui ecclesiam Remensem inde ab a. 673/74. rexerat[1]*, etiam privilegio Fontanellensi a. 688/89. subscripsit*[2]*, sed non adeo multo post vita defunctus est, cum privilegium, quod Bertoendus episcopus Catalaunensis die 15. Februarii a. 692/93. coenobiis Bercharii abbatis Dervensibus concessit*[3]*, iam successori Reoli inscriptum sit, scilicet cum aliis coepiscopis Bertoendi tum 'Rigoberto metropolitano'. De cuius regimine nihil fere constat praeter pauca, quae Flodoardus saeculo X. e chartis domesticis excerpsit. Ecclesiae Remensi temporibus Rigoberti possessiones nonnullae concessae sunt et ab aliis et ab Adone abbate*[4]*. eodem sine dubio, cuius charta donationis a. 714/15. pro basilica S. Remigii data adhuc extat*[5]*, itemque alia praedia et pretio dato et commutationibus factis episcopus ecclesiae acquisivit*[6]*, 'nonnullas etiam episcopii villas, descriptis earum coloniis servitiisque, rite disposuisse' fertur*[7]*. Dagobertus III. rex (711—715) iterumque Theudericus IV. filius (721—737), episcopo petente, immunitatem ecclesiae Remensis confirmaverunt, pro qua etiam praecepta de teloneis remittendis a regibus Francorum ei concessa sunt*[6]*; denique Theudericus ille Calmiciacum villam olim a Grimoaldo maiore domus donatam*[8] *confirmavit*[9]*. Non multo autem post initia Theuderici regis (721) Rigobertus, qui post a. 694. etiam Orbacense coenobium regendum susceperat*[10]*, sede sua privatus est, quia in bellis civilibus annos priores Caroli Martelli qui dicitur occupantibus partes dubias tenuerat*[11]*, dumque Milo episcopatu et Remensi et Treverensi potitur*[12]*, ipse in Gerniaca curte, possessione propria, prope civitatem Remensem sita, plures annos*

1) *Cf. SS. R. Merov. V*, 158 (*cf. p.* 788). 2) *Siquidem fides habenda est auctori V. Ansberti c.* 18 (*ib. p.* 631; *cf. p.* 615). 3) *Pardessus II, p.* 221; *Ch. Lalore, 'Chartes de Montiérender' ('Collection des principaux cartulaires du diocèse de Troyes' IV)*, 1878, *p.* 116. 4) *Flodoardi Hist. Rem. eccl. II*, 11 (*SS. XIII*, 459 *sq.*). 5) *Pardessus II, p.* 300. 6) *Flodoard. II*, 11 (*p.* 459). 7) *Ib.*; *cf. V. Rigoberti c.* 2. 3. *et ea quae ibidem adnotavi.* 8) *V. Nivardi c.* 6 (*SS. R. Merov. V*, 164). 9) *Flodoard. II*, 11 (*p.* 459). *Etiam de Theuderico III.* (673—690) *cogitari poterat, siquidem initium episcopatus Rigoberti annis* 688. *et* 693. *circumscriptum parti huius spatii priori attribuendum erat; tamen chartae confirmationum in universum potius annis regni prioribus quam extremis conveniunt, atque ut confirmatio immunitatis a Flodoardo distincte ad regem nominis quartum relata est, quippe in qua Dagoberti patris mentio facta esse videatur, ita etiam confirmatio Calmiciacensis potius eidem Theuderico attribuenda est quam proavo.* 10) *Flodoard. II*, 10 (*p.* 458). 11) *Epist. Hadriani* (*V. Rigoberti c.* 14); *cf. V. Rigoberti c.* 9. 10. 12) *Cf. ea quae p.* 71. *ad V. Rigoberti c.* 14. *adnotavi.*

degisse fertur[1], etiam officia ecclesiastica in ipsa civitate celebrare permissus[2]. Quo tempore obierit, omnino latet; cum Milo etiam a. 751. inter vivos esset potentiaque frueretur[3], a. 731. Lando (II.) 'episcopus de urbe Remensi' († 734) commemoratur, qui hoc anno coenobio Fontanellensi praefectus esse fertur[4], ne de Abel archiepiscopo dicam a. 744. instituto[3]; sed an Rigoberto defuncto in officiis ecclesiasticis peragendis successerit, Milone res saeculares obtinente[5], minus constat, cum in tanta conturbatione rerum ecclesiasticarum duos tresve episcopos simul illo tempore in dioecesi Remensi extitisse fortasse non omnino negare liceat. Certe Rigobertus ante a. 773. vita functus est, cui anno biographus obitum eius attribuit[6], atque in ecclesia S. Petri ad Gerniacam curtem pertinente sepultus est[6], unde Hincmarus archiepiscopus corpus eius a. 864. in monasterium S. Theoderici transtulit[7], a. 873. et 883/84. et 894. et 900/22. iterum iterumque a pontificibus Remensibus translatum[8].

Vita Rigoberti multo post aevum sancti tempore Fulconis archiepiscopi inter annos 888. et 894.[9] ab auctore quodam Remensi composita est, qui e numero canonicorum ecclesiae maioris fuisse videtur, quorum possessiones iuraque ei haud parum cordi erant[10]. Post vitam enarratam (c. 1—19) miracula in Gerniaca curte facta (c. 20—23) atque translationes a. 864. et 873. et a. 883/84. (c. 24—28) descripsit, utque de his a propria aetate parum remotis melius instructus erat[11], ita de ipsa vita Rigoberti tot annis post huius tempora inprimis ei in traditione vulgari famaque incerta nitendum erat, id quod ipse aperte professus est, verbis dicitur (c. 11), fertur (c. 3. 9. 18. 20), perhibetur (c. 9) similibusque[12] haud semel adhibitis. Unde narratione eius cautissime utendum esse, vix monendum est, atque nonnullae fabulae ad loca distincta spectantes (c. 5. 6. 12. 15) originem famae vulgaris, ut ita dicam, omnino sapiunt, consuetudinibus quoque aevi auctoris ad tempora Rigoberti relatis[13]. Praeterea chartas donationis et polyptycha commemoravit (c. 3), quibus perpauca debuisse videtur (cf. c. 2. 3. 7), atque partem epistulae Hadriani I. papae c. a. 779. Tilpino episcopo inscriptam verbo tenus narrationi inseruit (c. 14). Alias res aevo Rigoberti gestas e Libro historiae Francorum (c. 9. 12), ex epistula synodi Carisiacensis a. 858. ab Hincmaro composita (c. 13), ex 'Annalibus diversorum regum' deperditis, sed recentioribus (c. 12) hausit neque absque errore, ita ut Rigobertum post victoriam Caroli Vinciacensem (717. Mart. 21) depositum esse voluerit, cum episcopum diplomata Theuderici IV. regis impetrasse ideoque non ante a. 721. expulsum esse constet[14]. Exemplum liberalitatis Chlodovei regis Remigio praestitae in Pippinum Rigobertumque transtulit (c. 4. 5), Hincmari Vita Remigii usus, quam etiam in virtutibus sancti describendis adhibuit (c. 1). Ex operibus Gregorii M.

1) Epist. Hincmari ad Hincmarum Laudunensem (Migne CXXVI, 516; infra p. 74, n. 1); cf. V. Rigoberti c. 16—19. 2) V. Rigoberti c. 17. 3) Cf. infra p. 71, n. 3. 4) Gesta abb. Fontanell. c. 9 (ed. Loewenfeld p. 28); cf. V. Dagoberti III. c. 5 (SS. R. Merov. II, 515). 5) Cf. K. Ribbeck, 'Die sogenannte Divisio des fränkischen Kirchengutes', 1883, p. 37 sq. 6) V. Rigoberti c. 19. 7) Ib. c. 24. 8) Ib. c. 26. 28; Translatio a. 894. infra p. 78 sq. edita; Flodoard. II, 15. IV, 13 (p. 462. 576). 9) Auctor translationem a. 883/84. factam narrans (c. 28) Theodradae reginae mentionem fecit, uxoris Eudonis, quae regina vocari non poterat, nisi postquam maritus a. 888. rex coronatus est. Idem translationem a. 883/84. ita rettulit, ut minime dubitari possit, quin ante translationem a. 894. factam scripserit. 10) Cf. V. Rigoberti c. 3. 11) Presbyter, qui ante a. 864. lumen mirificum vidit (c. 22), et testes miraculorum ante a. 864. et a. 864/73. gestorum (c. 20. 25) supererant, item Siglohardus monachus, qui translationi a. 883/84. interfuerat (c. 28). 12) Cf. c. 2: ut quidam perhibent; c. 20: ab incolis eiusdem loci memorantur. 13) Cf. p. 63, n. 1, et p. 64, n. 1. 14) E. Mühlbacher (Reg. I², n. 31b) recte monuit, Carolum ante pugnam Vinciacensem Remos non pervenisse, sed fortasse a. 719. ante proelium Suessionense.

praeter Regulam pastoralem (c. 7) Homiliae in evangelium (c. 8. 12) ei notae erant, quae ut ab omnibus presbyteris dioecesis studiose legerentur Hincmarus a. 852. *statuerat*[1]; *e Fortunati Vita Germani enuntiatum unum mutuatus est (c.* 18*). Biographus sermone simplici facilique usus est, verbis rarioribus velut* cascus *(c.* 11*),* cuias *(index c.* 1*) paucis intermixtis; homines contione directa colloquentes saepius introduxit (c.* 4. 9. 12. 15. 16. 18*). Amplus index capitum Vitae praefixus est.*

Auctor Vitae, translatione a. 883/84. *enarrata, stilum deposuerat; sed non multis annis post ab auctore aequali relatio translationis a.* 894. *factae addita est*[2], *quae in libris nostris* 2*a. c legitur atque etiam in codice Flodoardi et libro S. Mariae Bonifontis a Bollando adhibito extabat: narrationi catalogus reliquiarum una cum corpore sancti translatarum insertus est. Altera relatio de brachio Rigoberti in monasterium Florinense translato, quae saeculo XI. attribuenda est, in codice nostro* 2*b accessit.*

Vitam Rigoberti Flodoardus in Historia Remensis ecclesiae (II, 11—15. *IV,* 46. 48*)*[3], *Sigebertus Gemblacensis in Chronicis (a.* 723*)*[4], *Theodericus Epternacensis in Chronico coenobii proprii*[5] *adhibuerunt. Caput* 13. *codici Vindobonensi (n.* 451*) Annalium Fuldensium (a.* 738*)*[6] *et textui Vitae Eucherii Aurelianensis interpolatum est*[7].

1*a) Codex C a t a l a u n e n s i s n.* 70 *(*78*)*[8], *saec. XI, fol.* 162—171.

1*b) Codex R e m e n s i s n.* 1402, *antea* 1146 *(*793. 773*), saec. XI, olim 'ex bibliotheca venerabilis capituli Remensis', inter a.* 1076—96. *a Manasse praeposito et thesaurario*[9] *ecclesiae Remensi dono datus, fol.* 55'—63; *laterculus capitum deest*[10].

2*a) Codex P a r i s i e n s i s n.* 17625 *(Compend.* 40*), saec. X/XI, 'ex libris S. Cornelii Compendiensis' (fol.* 1, *m. saec. XVII), fol.* 36'—49. *Vitam continet, cui Translatio Veromandensis a.* 894 *(infra II) subiuncta est.*

Reliquis libris aeque atque 1*b index capitum abest:*

2*a*[1]*) Codex P a r i s i e n s i s n.* 17004 *(Fuliensium* 58. 2*), saec. XIII. in., 'ex bibliotheca Fuliensium sancti Bernardi Parisiensis', fol.* 192'—195', *desinit c.* 28 *(infra p.* 78, *l.* 10*):* effectu p. Explicit vita sancti Rigoberti archiepiscopi.

2*a*[2]*) Codex P a r i s i e n s i s n.* 5352 *(Colbert.* 137, *Regius* 3593*), saec. XIII, fol.* 239—240', *foliis amissis mutilus desinit c.* 11 *(p.* 66, *l.* 13*)* confitebaturque.

2*b) Codex B r u x e l l e n s i s n.* 3228, *antea n.* 9636—37, *saec. XI/XII, olim S. Laurentii Leodiensis, fol.* 122'—128', *V. Rigoberti continet, quam Translatio brachii eiusdem (infra III) subsequitur, edita a sociis Bollandianis, Analecta Bollandiana II, Parisiis et Bruxellis* 1883, *p.* 473—474.

2*b***) Codex U l t r a i e c t i n u s n.* 391, *vol. I (Eccl.* 20*), paulo ante a.* 1424. *a Swedero fratre in monasterio Carthusiensium prope Ultraiectum exaratus, fol.* 157'—159, *epitomen Vitae continet, quae incipit:* Quarta die Ianuarii Rigoberti Remorum archiepiscopi et confessoris. Sanctus Rigobertus in regione Ribuariorum. *et desinit:*

1) *Statuta Hincmari c.* 8 *(Opera ed. Sirmond I,* 712; *Th. Gousset, 'Les actes de la province ecclésiastique de Reims' I,* 1842, *p.* 206; *Migne CXXV,* 774*).* 2) *Auctor ante translationem sub Heriveo archiepiscopo (*900—922*) factam (cf. infra p.* 79, *n.* 4*) scripsit.* 3) *SS. XIII,* 458—462. 595 *sq.* 4) *Ib. VI,* 330. *E Sigeberto pendet Chronicon breve Remense (Labbe, Nova bibliotheca mss. librorum I,* 359*), monente Th. Breysig, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches* 714—741', 1869, *p.* 27. 5) *SS. XXIII,* 60. 6) *Ed. Kurze p.* 3 *sq.; cf. S. Hellmann, 'N. Arch.' XXXIII,* 697, *n.* 6. 7) *Cf. supra p.* 43. 51. 8) *Cf. Krusch, 'N. Arch.' XVIII,* 570. 9) *De quo cf. Gallia christiana IX,* 166. 10) *Ex hoc codice (de quo cf. Krusch l. l. p.* 608*) postea lectiones in ecclesia proferebantur; cf. librum Ordinarium ad usum Remensis ecclesiae (ed. U. Chevalier, 'Bibliothèque liturgique' VII,* 1900, *p.* 244. 246. 256*), ubi codex littera D signatus est.*

sepius sunt audite *(c. 22)*. Postmodum autem sepius per Remorum episcopos translatus, tandem in ecclesia beate Marie venerabiliter conservatur.

2c) *Lodex* L a u d u n e n s i s *n.* 140 *(LIII), olim coenobii Vallis Clarae prope Laudunum siti, cuius nomen fol. I. manu saec. XVII. adnotatum est* ('Abbaye de Vaucler')[1], *post opera Hugonis de S. Victore (fol. 1—115') saec. XII. exarata fol. 116—126'. Vitam Rigoberti absque indice capitum, sed una cum Translatione Veromandensi a.* 894 *(infra II) continet, quae saeculo XIII. scripta sunt, posteriore textus parte hic illic brevius reddita; fol. 126'. saec. XV.* Andreas de Lenzeux *nomen suum intulit.*

Praeterea commemorantur codices B r u x e l l e n s e s *n.* 3234, *vol. I, antea n.* 11986 *(Antonii Gentii), saec. XVI*[2], *fol.* 171—174, *et n.* 3440, *antea n.* 7569, *fol.* 375—378, *exemplar Bollandianorum saec. XVII. e codice S. Salvatoris Ultraiectino descriptum, cui epitome Vitae inerat*[3] *sine dubio eadem atque 2b*.*

Codices in duas partes discedunt, cuius rationis exempla afferantur haec:

c. 14. aliqui] *ita 2a. b. c cum Flodoardo;* et *add. (eras. 1a) 1a. b;*
c. 16. redhibebitur] *ita 1a. b;* reddetur *2a. b. c;*
c. 23. Ad quem] *ita 2a. b. c;* locum *add. 1a. b;*
c. 28. infinita] *ita 1a. b;* omnia *2a. b; haec desunt 2c,*

atque e libris classis alterius 2c hic illic cum 1a. b facit, recedentibus 2a. b, velut

c. 15. asseveravit] asseruit *2a. b (non 2c);*
c. 18. satis aegre] satis *om. 2a. b. b* (non 2c),*

dum 2c alibi partes inter 2a et 2b medias tenet, ita ut una cum 2a Translationem a. 894. exhibeat, sed in rebus minoribus saepius cum 2b conveniat.

Libri $2a^1$ *et* $2a^2$ *ex uno exemplari fluxerunt cum 2a arta necessitudine coniuncto; cf.*

c. 1. tam deprehendi quam reprehendi] *ita 1a. b. 2b. c;* tam *(om.* $2a^{1.2}$*)* depr. *(*qu. repr. *om.) 2a.* $a^{1.2}$,

atque de $2a^1$ *hos quoque locos compertos habeo:*

c. 3. Musceium, Roceium] R. *om. 2a.* a^1;
c. 12. audatior] auditor *2a.* a^1.

Textus 2b contractus e 2b pendere videtur; cf. e. gr.:*

c. 5. transitu itineris sui] sui it. tr. *2b. b*;*
c. 9. civitate] urbe *2b. b*;*
c. 15. Ad quod ipse] Ad quos ille *2b. b*;*
c. 18. feritas avis in operatione] feritatem a. operat(c)io *2b. b*;*
c. 21. subsilire] sublimari *2b. b*.*

Codices 1a. b. 2a. b B. Krusch v. c. contulit, $2a^{1.2}$ *inspexit; librum 2c et textum 2b* contractum ipse examinavi. Locos nonnullos codicis 2a H. Omont v. c. officiosissime ut assolet denuo excussit. Lectiones 1b. 2b. c singulares plerumque omisi, nisi quod libri 2c in Translatione a. 894. ubique rationem habui, quam soli 2a. c continent.*

Laurentius S u r i u s, *De probatis sanctorum historiis I, Coloniae Agrippinae* 1570, *p.* 111—115, *primus V. Rigoberti 'ex manuscriptis codicibus' utriusque ut videtur generis*[4] *publici iuris fecit, sermone omnino immutato et retractato. Capita*

1) *Codex 2. M. 3 signatus, Vita Rigoberti praetermissa, commemoratur inter libros monasterii apud Montfaucon, Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova II,* 1739, *p.* 1301. *Cf. 'Catalogue général des mss. des bibl. publ. des départements' (4°) I,* 1849, *p.* 113 *sq.* 2) *'Archiv' VIII,* 537; *'N. Arch.' II,* 258; *J. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la Bibliothèque royale de Belgique' V,* 1005, *p.* 232. 3) *'Archiv' VIII,* 521; *Van den Gheyn l. l. V,* 415. 4) *Cf. c.* 11. ad adorandum] ad orandum *1a. b cum Surio; c.* 16 dante Karlo]

ad res post obitum sancti gestas spectantia (c. 20—28*) in sententias perpaucas redacta sunt.*

Andreas du Chesne, Historiae Francorum scriptores coaetanei I, Lutetiae Parisiorum 1636, *p.* 788—790, *partem editionis Surianae iteravit.*

Iacobus Bollandus, Acta sanctorum Ianuarii I, Antverpiae 1643, *p.* 174—180, *textum Vitae primigenium una cum Translatione a.* 894. *edidit, codicibus usus et S. Mariae Bonifontis*[1] 2c *affini*[2], *sed meliore, et contracto S. Martini Ultraiectini fortasse* 2b *simili.*

Martinus Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis 1741, *p.* 657—659, *particulas e Bollando excerptas iteravit.*

Iohannes Nicolaus ab Hontheim, Prodromus historiae Trevirensis I, Augustae Vindelicorum 1757, *p.* 426, *caput* 14. *e Bouquetio (neque e Chesnio qui citatur) deprompsit*[3].

De nominibus locorum propriis, quae in Vita occurrunt, anonymus quidam egit 'Mémoires de la Société française de numismatique et d'archéologie, Section de géographie historique, Vies des saints', Parisiis 1870, *p.* 85—103.

W. Levison.

I.

Capitula[a] hic supponuntur sequentis opusculi de vita et actibus sancti Rigoberti, quo facilius, quicquid[b] queratur, discretis possit locis inveniri.

1. Quibus sub regibus vir Dei Rigobertus sanctae prefuerit ecclesiae Remensi vel cuias[c] extiterit quibusve inter ceteras virtutibus enituerit, summatim explicatur.

2. Quod pontifici Reolo successerit in sede Remensi, et quia canonicum ibi canonicis ordinem reformaverit rebusque propriis cum earum habitatoribus illos donaverit, commemoratur[d].

3. De communi aerario, quod eidem catervae fratrum primus Remensium instituit episcoporum, deque localibus vocabulis rerum, quas eis tribuit, immo singulis eorum necessitatibus consulte ac pie distribuit, ubi et fine tenus prudens lector monetur, ne[e] legendo talia abhorreat[f] quasi superflua, quin potius huius viri Dei tam prudentiam quam pietatem in his admiretur.

I. Index 1*a.* 2*a.*

Index. a) *(praescr.* Capitula de *[*vita *om.]* sancti Rigoberti Remorum archiepiscopi, que est II. Non. Ian.*)* Hic supp. sequ. op. *(*capitula *pr. m. suppl.) incipit* 2*a*, *qui laterculum una cum* 1*a solus exhibet.* b) quod queritur 1*a.* c) cuius (*m. al. add.* generis) 1*a.* d) cumm. 2*a.* e) neglegendo 2*a.* f) ab horrea 2*a.*

ita 1*a. b,* ante Karolo (Karlum 2*b. c*) 2*(a). b. c,* ex Caroli largitione *Surius; c.* 19. in hoc loco] *ita* 2*a. b. c,* illo in loco *Surius,* in Gerniaca corte 1*a. b.* 1) *Hodie Bonnefontaine (dép. Ardennes, arr. Rocroi, cant. Rumigny, comm. Blanchefosse).* 2) *Cf. e. gr. c.* 1. desiderabant] delectabantur 2*c et Boll.; c.* 2. industrius] prudentissimus 2*c et Boll.; c.* 3. monasterii septa] s. m. *iidem; c.* 7. hoc de se sibique simillimis] de se hoc sibique (suique 2*c*) similibus *iidem. Tamen in parte posteriore, textu* 2*c hic illic in breve coacto, Bollandus ferme textum pleniorem exhibet.* 3) *Particulas parvas e Bollando iteravit Julius de Schlosser, 'Schriftquellen zur Geschichte der Karolingischen Kunst' ('Quellenschriften für Kunstgeschichte, Neue Folge' IV), Vindobonae* 1892, *p.* 247—248.

4. Quod idem Pipinum adierit et suas ei eulogias premiserit, et quia Pipinus tunc moraretur in parvo mansionili nomine Gerneicurt[a] causa venandi. De situ quoque huius loci, qualis illo in tempore fuerit, et quod huic viro Domini idem princeps hunc locum dederit, quin potius ei concesserit, sicut et olim rex Chlodoveus sancto Remigio, ut quantum circuiret, dum ipse meridie pausaret, totum illi donaret.

5. Quod beatus Rigobertus, concessa sibi a principe obtione postulandi omnique fiducia impetrandi quod voluerat, perrexerit per fines, qui hactenus apparent, peragratisque omnibus, quae maluerat, redierit ad principem, et ille dederit ei omnem, quem[b] circuivit locum, et quia ad indicium[c] mirabile itineris, per quod ivit, omni tempore viridantior ibi herba quam in circuitu videatur, cum tamen pari modo a viatore semper teratur.

6. De grandi miraculo rebus illis[d], huius meritis prepotentibus[e], per virtutem Domini prerogato.

7[f]. Quod universas res, quas possedit, nulla mundi ductus cupiditate, adquisierit, sed, ecclesiae prospiciens, illam constituerit[g] earum heredem, ut vir in canonica institutione apprime[h] eruditus et eruditionem suam operibus comprobans, ubi pauca de scripturis testimonia ad laudandam[i], quia laudabilem, eius vitam congeruntur; *memoria* enim *iusti cum laudibus*. Prov. 10, 7.

8[k]. Quia Pipinus, hunc reverentissimum reverentissime colens, filium suum miserit ei Karlum[l] ad baptizandum, et quia baptizatum ipse vir sanctus susceperit de lavacro regenerationis. Hic et paulo ante dicitur, cur iste Karlus[m] postea Martellus[n] fuerit cognominatus. Sequuntur et paucissima de innumeris sancti Rigoberti actis preconia, qui semper est laudandus, quoniam semper laus Domini cf. Ps. 33, 2. erat in ore eius.

9. Quod piis semper intentus[o] fuerit operibus suoque clero et plebi tamquam pater filiis consuluerit, et quod interea post Pipini obitum orta fuerit inter Karlum et Chilpericum atque[p] Raganfridum contentio pro invasione regni Francorum, et quia Karlus, iuxta urbem Remorum pergens, rogaverit hunc virum Dei portam civitatis aperire sibi et, omnem illo, cur non ei aperiret, rationem reddente, Karlus illi[q] fuerit comminatus, ut, si ipse victor reversus fuisset, iste episcopus in hac civitate tutus non maneret.

10. Quomodo vir Dei, minas Karli parvi[r] pendens, portam Remensem noluerit illi reserare, et quam ob causam huic non panderit eam.

11[s]. Cur porta haec ex longa priscorum consuetudine Basilicaris vocetur, et quare super eam potissimum mansisse perhibeatur, et quia ostium in pinnaculo ecclesiae sancti Petri preceperit[t] fieri, per quod in eam descendebat gratia orandi, indeque rediens, per hoc[u] intrabat in oratorium, quod iuxta domum suam fecerat factumque in[v] memoriam sancti Michahelis[w] archangeli sacraverat.

12[x]. Quod longo tempore hoc oratorium perseveraverit ibi, donec quidam Bego id destrui iussit et inter destruendum a daemone raptus fuit, et quod per triduum factae fuerint tenebrae, pulvis quoque ac ventus pariter ferrentur. Et quia

I. Index. 1*a*. 2*a*.

Index. a) Gerneicurte 1*a*. b) que 2*a*. c) indutium 2*a*. d) illi 2*a*. e) pponentibus 1*a*. f) *om.* 2*a*. g) constituit 2*a*. h) apparuit 1*a*. i) laudandum 2*a*. k) VII, *et sic deinceps* 2*a*. l) Karolum 2*a*. m) Karol. *semper* 2*a*. n) Mārtellus 2*a*. o) inventus 2*a*. p) et 1*a*. q) *om.* 2*a*. r) parvi:, *ras.* d (?) 1*a*. s) *om.* 2*a*. t) pcepit 2*a*. u) quod 2*a*. v) *om.* 1*a*. w) Michaelis 1*a*. x) X, *et sic deinceps* 2*a*.

Karlus contra Chilpericum[a] et Raganfredum[b] certarit, et eidem Karlo gloria steterit, quo tempore et ipse ab hoc almo pontificę tulit more[c] tyrannico episcopium Remense. Et[d] post haec etiam additur, quod de hoc tyranno in Annalibus regum legatur, ibique subiungitur, cuius exemplo vir iste sanctus hunc in baptismate filium pertulerit inimicum.

13. Quia Dominus in caput ipsius Karoli reddiderit, quod huic viro Dei aliisque rebus aliarum fecit ecclesiarum, subiuncto terribili oromate[1] sancti Eucherii in testimonium huius rei.

14. De Adriani papae epistola Tilpino presuli directa, quae tam plene quam plane huius iustitiam commendat et ablatoris episcopatus illius aeque iniustitiam demonstrat.

15. Quod idem sanctus Domini in Wasconica regione exulans[e], in quadam ecclesia geminas invenerit campanas, dudum sibi a predone direptas, quas adventus illius primo nullum, cum pulsarentur, sonitum dare, deinde fecit[f] sonare.

16. Quod hunc Milo abba repperiens in Wasconia, hortatus fuerit redire, pollicens eum suo episcopatui restituendum; quo iuxta pollicitationem illius non obtento, sanctae Mariae contentus est altari solo.

17[g]. Quia in Gerneicourt villa proprietatis suae multo tempore deguerit, vitam suam bonis semper operibus exornans, quodque proba consuetudo ei fuerit creberrime urbem Remorum invisere et ibi in ara beatae Mariae missarum sollemnia celebrare; quorum quoque sanctorum memorias inde regrediens visitare solitus fuerit.

18[h]. Quod, sanctorum memorias more solito lustrans et illustrans, devenerit in[i] Culmisciacum[k] ad sanctum Cyricum[l], ibique post fusam Christo precem, loquente eo cum ecclesiae Remensis oeconomo, presentatus anser a quadam fuerit vidua. Quem oeconomus sibi oblatum rursus huic obtulit domumque puero viri Dei precepit deferri; qui, de manibus eius procul avolando elapsus, subito, dum non speratur, affuit, caelitus iam mansuefactus.

19. Qualiter et ubi et quando vir sanctus stadium presentis vitae consummaverit. Item ubi et a quibus celebrata fuerit sepultura eius.

20. Quod post depositionem suam multis ibidem miraculis coruscans, cuius sit apud Deum meriti, luce clarius patuerit, et quod ob incuriam haec litteris mandata non fuerint, et quia tres clodi[m] memorentur ibi ab eo fuisse pristinis gressibus restituti, ubi et caeca mulier Ancildis vocabulo lumen recipere meruit.

21. De iuvene scolaribus[n] apud loci presbyterum studiis dedito, qui quadam die, dum abesset aedituus, super tumulum eius ut levis leviter subsiluit, sed ab illa hora claudus permansit.

22[o]. De vocibus maximae dulcedinis in eius basilica nocturno tempore sepius auditis, et quod lux caelitus tantae claritatis defulserit[p. 2], ut solem suo splendore videretur vicisse. Quae, de hac basilica coruscando egrediens, etiam presby-

I. Index. 1*a*. 2*a*.

Index. a) Hilp. 2*a*. b) *corr.* Raganfridum 2*a*, *et ita* 1*a*. c) amore 2*a*. d) *om.* 1*a*. e) exultans (1*a*). 2*a*. f) son. fec. 1*a*. g) *titulum* 17. *om.* 2*a*. h) XV, *et sic deinceps* 2*a*. i) *om.* 1*a*. k) Culmisiacum 2*a*. l) Ciricum 2*a*. m) *ita pr. m.* 1*a*; claudi 2*a*. n) scolari 2*a*. o) XVIII. *m. al. corr.* XVIIII, *et sic deinceps* 2*a*. p) refulserit 1*a*.

1) *I. e.* *ὅραμα, visio.* 2) *I. e.* *emicuerit.*

teri contiguam, qui adhuc superest, inibi domunculam[a] penitravit; cuius miraculi et ipse testis existit verus, quia oculatus.

23. Quia, si quis aliquando frigoriticus aut dentium dolore affectus ad tumulum eius cum fide accesserit, mox remedium perceperit, et quod usque hodie plerique candelam illuc in votis afferunt, et febricitantes abrasum sepulchri illius pulverem accipiant et latici inditum bibant talique potu[b] ilico remedientur; quo et quidam Gislemannus nuper potatus continuo discesserit sanus. Et quia dentium doloribus angustati hoc sepulchrum fideliter deosculentur et curentur.

24[c]. Quando hinc piae recordationis Hincmarus pontifex hunc[d] transtulerit, et ubi eum posuerit.

25[e]. De quadam Audinga febrę[f] patiente, quae, tribus candelis unius quantitatis pro experimento factis, per eundem mirabiliter et celeriter sanitati reddita est. Similiter ibi et alii sepenumero sunt curati ab hoc medico[g] caelesti.

26. Quo tempore rursus a supradicto antistite ad[h] urbem Remorum hic[i] translatus, et ubi fuerit positus, et quod[k] tunc mulier caeca nomine Oda, ut ad memoriam eius accesserit, statim visum[l] receperit, qualiterve per visum accersita fuerit ad hoc remedium, quod indepta est.

27. Quod surdus quidam similiter ipsa translationis eius die advenerit, qui, postquam locellum eius quo ferebatur tetigit, confestim audivit; qui et antequam ad eum venisset et casu in diversorii[m] bostare[1] sopori membra dedisset, repente a somno per[n] quandam ignotam personam excitatus[o], de futura huius translatione edoctus est et, ut ad hunc quantotius properaret, premonitus est.

28. De tertia sacratissimi corporis huius translatione, quae non mediocri industria et devotione digna domni Fulconis[p] Remorum archiepiscopi constat facta; ubi et de quodam beati Remigii monacho re vera narratur, qualiter a magnis febribus, quibus tenebatur, celerrime fuerit per hunc ereptus, mox ut ab ipso est totis ex precordiis invocatus[q].

INCIPIT[a] VITA SANCTI RIGOBERTI REMORUM ARCHIEPISCOPI[b].

1[c]. Fuit in diebus Childeberti[d], Dagoberti, Chilperici[e, 2] regum Frantiae[f] vir Dei Rigobertus urbis Remensium mirificae sanctitatis archiepiscopus. Qui in regione Ribuariorum spectabili[3] de prosapia exortus, patre siquidem ex eodem pago nomine Constantino, matre autem Francigena[g] ex Portensi[h] territorio[4]. Ab aetatis primaevae tyrocinio totum se caelestibus mancipavit disciplinis; castitatem[i]

I. Index. 1*a*. 2*a*. *Cap.* 1. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*.

Index. a) domum culam 2*a*. b) poculo *pro* p. il. 1*a*. c) *om.* 2*a*. d) hinc 2*a*. e) XXI, *et sic deinceps* 2*a*. f) febrem 1*a*. g) medio (1*a*). h) ab 2*a*. i) *om.* 1*a*. k) quedam *pro* qu. tunc 2*a*. l) usum 2*a*. m) diversorio 1*a*. n) per qu. *om.* 2*a*. o) excitus 1*a*. p) Folconis 1*a*. q) Expliciunt capitula *add.* 1*a*; VI *add.* 2*a* *(est sexta huius codicis Vita)*.

Cap. 1. a) *ita* 1*a*. *b*. 2*c* (*ubi* beati *pro* sancti); *praescr. om.* 2*a*. *b*. b) et confessoris *m. saec. XIII. add.* 1*a*. c) *ita* 2*a*; *om. rell. (numeri omnes, capitibus non distinctis, desunt 2c)*. d) Hild. 2*a*. e) Hilp. 2*a*. f) Franciae 1*a*. *b*. 2*c*. g) Francogena 2*b*, *corr.*; ut *add.* 2*c*. h) Porcensi 2*c*. i) *corr.* castitate 2*a*, *et ita rell.*

1) *Stabulum boum, locus ubi boves stant; cf. Du Cange, Glossarium s. v.* bostar; *Goetz, Corpus glossariorum Latinorum VI,* 1899, *p.* 150. 2) *Childeberti III (694/5—711), Dagoberti III (711—715), Chilperici II (715—721).* 3) Nobili *Flodoardus, Hist. Rem. II,* 11 *(SS. XIII,* 458*).* 4) *Hodie 'le Porcien', cuius pagi nomen Château-Porcien, Chaumont-*

praeditus, in vigiliis sedulus[1], oratione pervigil, sermone verax, refertus caritate, deditus abstinentiae, dapsilis humanitate, sapientia redimitus, iustitia insignitus, in consilio prudens omnique morum honestate pollebat[2]. Per[a] haec virtutum insignia ocius occurrens in virum perfectum, quemadmodum caelitus electus, ad pontificalis apicem honoris est sublimatus, in quo, superna adminiculante sibi gratia, talis tantusque ilico apparuit, ut omnium oculis et amori esset et timori: nimirum bonis amori, qui desiderabant eius monitis salutaribus humiliter obsequi; malis quoque nichilominus erat timori, qui ab eo metuebant tam deprehendi quam[b] reprehendi, ac per hoc, sicut ad locum de beato scriptum invenitur Re- V. Remigii auct. Hincmaro c. 4. migio, *erga bene agentes Petrus apparebat in vultu, erga delinquentes Paulus in spiritu ac sic, conveniente in unum diversitate gratiarum, illius pietatis, huius erat aemulator districtionis.* Stantibus[c] equidem, si caderent, minabatur poenam, lapsis vero, ut surgere appeterent, promittebat misericordiam: illos terrebat, ne presumerent in bonis; istos refovebat, ne desperarent in malis. Proinde quosdam piis sermonibus assiduae predicationis ad meliora evexit, quosdam maturitate et sinceritate multiplicis doctrinae desiderio sanctae conversationis accendit, quibusdam exemplum factus est ad salutem; alios intra septa sui gregis oves fecit, alios educavit: cf. 1. Cor. 9, 22. Omnia omnibus factus est, ut omnes salvos efficeret[d].

2[a]. Successit autem in Remensi pontificato[b] Reolo[3] magnarum virtutum viro huiusque, ut quidam perhibent, proximiori cognato*. Et quoniam, hoc obeunte, nescitur, quot[c] annis pastore vacaverit sedes Remensis, pleraque in loco erant collapsa, quae fuerant precedentium patrum studio et vigore fundata; quae cuncta vir iste gloriosus et industrius[d] in pristinum celerius reparavit statum.

*) *m. saec. XIII. in marg. inf. haec suppl. 1a:* Qui etiam Reolus inter cetera bonitatis sue opera Orbacense cenobium[4] condidit monachosque Deo servientes ibi constituit[5], in quo honorifice conditus est[6].

I. Capp. 1. 2. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 1. a) *c.* 2. *inc.* 2*b*; L(ectio) II *praescr.* 1*b*. b) quam repr. *om.* 2*a*. c) *c.* 3. *inc.* 2*b*. d) faceret 1*a*. 2*b. c*; facerem *Vulg.*

Cap. 2. a) L. III 1*b*; L. IIII 2*b*. b) *ita* 2*a*; pontificatu 1*a. b.* 2*c*; pontificis 2*b*. c) quod 2*b*. d) industris 2*b*; prudentissimus 2*c*.

Porcien, Novion-Porcien loca (dép. Ardennes, arr. Rethel) servaverunt; cf. A. Longnon, 'Études sur les pagi de la Gaule' II ('Bibl. de l'École des Hautes Études' XI), 1872, *p.* 63 *sqq.*
1) *Cf. V. Remigii auct. Hincmaro c.* 4: Fuit itaque in elemosinis largus, in vigiliis sedulus, in oratione devotus, in caritate perfectus, in humanitate profusus. 2) *Cf. Acta Sebastiani c.* 1 *(AA. SS. Ian. II,* 265*)*: Erat enim vir totius prudentiae, in sermone verax, in iudicio iustus, in consilio providus, — — in universa morum honestate praeclarus. 3) *De Reolo cf. Flodoard. II,* 10 *(p.* 457 *sq.) et ea quae ad V. Nivardi c.* 1 *(SS. R. Merov. V,* 160, *n.* 3*) adnotavi. Etiam a.* 688/89. *inter vivos fuit (V. Ansberti c.* 18, *ib. p.* 631*), sed a.* 692/93. *Rigobertus successerat (v. supra p.* 54*).* 4) *Hodie Orbais (dép. Marne, arr. Epernay, cant. Montmort).* 5) *Cf. Flodoard. II,* 10 *(p.* 458*)*: Construxit hic venerabilis presul monasterium Orbacense — — impetravitque domnus idem Reolus a monasterio Rasbacensi sex monachos, qui regimina sanctae regulae ibidem tenerent et alios ea docerent. 6) *Cf. acta translationis Reoli a.* 1180. *Orbaci factae (Martène et Durand, Veterum scriptorum amplissima collectio VI,* 1729, *col.* 1215 *sqq.).*

Nam canonicam clericis religionem restituit[a], iuxta numerum quoque eorum, quotus illo in tempore erat, sufficientia et continua eis victualia constituit[1], quatinus divino cultui liberius atque instantius insistere quivissent. Prius quippe quam exoptabilis hic altor ac[b] pater eorum adveniret, non eis dabatur canonicus panis, et non erant, ut sunt hodie, canonici, sed sicut matricularii[c. 2]: et ad haec[d] res proprias cum habitatoribus earum illis contulit, qui singulis eorum necessitatibus perpetuo[e] deservirent.

3[a]. Primus[b] Remensium hic episcoporum fertur commune eis[c] instituisse aerarium, generaliter illorum usibus[d] in saecula[e] profuturum. Predictarum autem rerum loca his[c] vocabulis censentur: Gerniaca cortis[f. 3], Musceium[4], Roceium[g. 5], ad Vulfiniacum[h] rivulum[6], Curcella[7], ad Novam villam[8], ecclesia[i] sancti Hilarii in[9] suburbio[k] ad portam quae vocatur Martis[10]. Hanc basilicam decrevit perstare

I. Capp. 2. 3. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 2. a) instituit 1*b*; statuit 2*b*. b) et 1*a*. c) matricula 2*a*. d) hanc 2*a*. e) proprio 2*b*; *om.* 2*c*.

Cap. 3. a) IIII *eras.* 2*b*. b) Primum 2*a*. c) hiis 2*c*. d) us(ibus *m. al. in ras.*) 1*b*; usui 2*b*. e) ecclesia 1*a*. f) G. curtis, Musceyum 2*c*. g) *ita* 1*a*. 2*b*; Rosceium 1*b*; Roceyum 2*c*; *om.* 2*a*. h) Vulfimacum 2*b*; Vulsiniacum 2*c*. i) eccl. (ęcclesiam 1*a*) s. Hylarii 1*a*. 2*c*. k) suburbium 2*b*.

1) *Auctor instituta proprii aevi ad tempora sancti transtulit. Rigobertus possessiones infra enumeratas ecclesiae Remensi concessisse videtur, sed praedia distincta in usum canonicorum vix ante aetatem Caroli Magni e possessionibus ecclesiae segregata sunt. Cf. P. Hinschius, 'Kirchenrecht' II,* 55 *sq.; Ph. Schneider, 'Die Bischöflichen Domkapitel',* 1885, *p.* 38. 42 *sqq.; A. Pöschl, 'Bischofsgut und Mensa episcopalis' II, Bonnae* 1909, *p.* 63 *sqq.; E. Lesne, 'L'origine des menses dans le temporel des églises et des monastères de France au IX[e] siècle' ('Mémoires et travaux publiés par des professeurs des Facultés catholiques de Lille' VII), Insulae et Parisiis* 1910, *p.* 53 *sqq., qui et in hoc libro p.* 57, *n.* 4, *et in altero opere 'Histoire de la propriété ecclésiastique en France' I (ib. VI),* 1910, *p.* 347, *n.* 4, *instituta supra allata aevo Rigoberti abiudicavit et temporibus Ludowici Pii attribuenda esse statuit. Etiam ea, quae de servitiis ab incolis singularum villarum praestandis infra narrantur, certe consuetudinibus saeculi IX. nituntur (Germ. 'Gewohnheitsrecht'; cf. infra p.* 64, 15: quorum huiusmodi consuetudo pro lege habetur*). Cf. Flodoard. II,* 11 *(p.* 459*):* Nonnullas etiam episcopii villas, descriptis eorum coloniis servitiisque, rite disposuit. 2) *Auctor de ministris inferioris gradus pauperibusque in ecclesia servientibus (cf. infra c.* 4: et non illic ut hodie villa, sed exiguus mansionilis fuerat*) cogitavit (Gall. 'marguillier'), vocatis a matricula, cui nomina eorum inscripta erant; cf. E. Loening, 'Geschichte des Deutschen Kirchenrechts' II,* 243 *sqq.* 333*; H. Schaefer, 'Pfarrkirche und Stift im deutschen Mittelalter' (Stutz, 'Kirchenrechtliche Abhandlungen' III),* 1903, *p.* 90 *sqq.; A. Hauck, 'Wohlthätigkeitsanstalten' ('Realencyklopädie für protestantische Theologie' XXI[3],* 1908, *p.* 441 *sq.); SS. R. Merov. VI,* 295, *n.* 1. 3) *Gernicourt (dép. Aisne, arr. Laon, cant. Neufchâtel); cf. A. Matton, 'Dictionnaire topographique du département de l'Aisne',* 1871, *p.* 124. 4) *Moussy-sur-Aisne (ib., cant. Craonne); cf. ib. p.* 194. 5) *Roucy (ib., cant. Neufchâtel); cf. ib. p.* 236. 6) *Bouffignereux (ib., cant. Neufchâtel); cf. ib. p.* 34. 7) *Nomen locis plurimis inditum est; agitur fortasse de Courcelles, dép. Aisne, arr. Soissons, cant. Braisne, aut dép. Marne, arr. et cant. Reims, comm. Saint-Brice-et-Courcelles.* 8) *Neuville-en-Laonnais (dép. Aisne, arr. Laon, cant. Craonne); cf. Matton p.* 198. 9) Cum suburbio ad eam pertinente *Flodoardus II,* 11 *(p.* 458*).* 10) *Scil. ad arcum, qui adhuc extat, nomine servato ('porte de Mars'). De S. Hilarii* ecclesia ante portam Martis sita, quam sanctus Rigobertus pontifex antecessoribus nostris clericis ad sepulturam ipsorum dedit.

in sepulturam eorum. At[a] Gerniaca cortis[b] et tria e vestigio consequentia sancxit ad anniversariam perseverare sui transitus diem commemorandam[c. 1], ut hinc scilicet eis in illa sufficiens refectio ab aerarii clavigero quotannis[d] paretur. Et si quid de annuo superfuerit rerum reditu, quod ad presens expendi non necesse sit, omnibus censuit dividendum, prout opus fuerit unicuique eorum. Item[e] Curcellam et Novam villam et novem mansa[f] ecclesiae sancti Hilarii[g] adiacentia statuit ligna cedere aquasque conportare ad faciendum eis balneum, insuper et ad suicidium[h. 2] occurrere, et si quid huiusmodi necesse sit in eorum culina, quod facto opus sit; puteis[i] quoque intra monasterii septa non deesse, qualibet[k] oborta[l] occasione, exanclandis[m]; denique ipsa, si quando exuberaverint, rudera latrinarum efferre in locum huiusmodi colluvionibus aptum; porro sicut[n] et pollinctores effodiendae eorum sepulturae adesse, cum eveniret illorum quempiam defungi, et ab ipsis tamquam a vispillionibus[o] ad sepeliendum eos deferri. Et ut tandem collectivo quodam sermunculo quid inferatur de eorum multimoda servitute, ad omne opus eis inpendendum servile ut presentissimos, ita iussit paratissimos esse; quorum huiusmodi consuetudo pro lege habetur, ut, si omnis familia servorum, qui haec[p. 3] habuere, obierit, sicut sepe accidit, etiam ingenuus quisque par eis obsequium exerceat servile, si contingat ea[q] habere. Eorum vero summa in XLI[r] mansis colligitur utrobique coadunata.

Inter[s] haec prudentem paucis monemus lectorem, ne abhorreat ista legendo quasi superflua, asserens in cartis eorum donationis et polipticis de eisdem editis satis superque invenienda; sed admiretur hunc virum Dei, quomodo haec prudentissime et piissime disposuerit inter cętera quae possedit, et qualiter pauperes
Luc. 14, 14. Christi suorum heredes fore delegerit, qui[t] secundum illud euangelii *beatus est, quia hi*[u] *non habent retribuere ei: retribuetur enim illi in resurrectione*[v] *iustorum;* verumtamen eius beatitudinis seduli intercessores existunt, prout queunt, et si aliquando forte siluerint, ipsum opus misericordiae ad Dominum pro eo semper
Eccli. 29, 15. clamabit, quemadmodum Scriptura dicit: *Conclude elemosinam in sinu pauperis, et ipsa pro te orabit*[w].

4[a]. Hic quodam tempore, de Culmisiaco[b. 4] episcopii sui villa veniens, adiit Pipinum maiorem domus patremve[c] Karli[d] cognomento Martelli[e. 5] premisitque

I. Capp. 3. 4. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 3. a) Ad 2*b*. *c*. b) *ita* 2*b*; Gerniaca curtis 2*a*; Gerniaca cortis *pr. m.* 1*b*; Gerniaca cortem *pr. m.* 1*a*; Gerniacam curtem 2*c*. c) cummem. 2*a*. d) quodannis 2*b*. e) *c.* 6. *inc.* 2*b*. f) mansos — adiacentes 2*a*. *c*. g) Hylarii 1*a*. 2*c*. h) subsidium 2*c*. i) Puteos 2*a*. k) qualiter 2*a*. l) aborta 1*b*. m) exaclandis 1*a*; *om.* 2*c*. n) *om.* 2*a*. o) *ita* 1*a*. *b*; vispilion. 2*b*. *c*; vespillion. 2*a*. p) *ita* 1*a*. 2*b*; hos 1*b*. 2*a*. *c*. q) eos 2*a*; *om.* 2*c*. r) quadraginta uno mansis (mansos 2*c*) 1*a*. 2*c*; XLI (XL vel amplius *Flod.*) mansos *rell. cum Flod.* s) *c.* 7. *incip.* 2*b*. t) quia 2*a*; quid 2*c*. u) *ita* 1*b*. 2*b*; hii 2*c*; *om.* 1*a*. 2*a cum Vulg.* v) vita eterna *pro* res. iust. 2*c*. w) exorabit 2*c cum Vulg.*

Cap. 4. a) *om.* 2*b*. *c*. b) Culmissiaco *(corr.* Curmissiaco 1*b)* 1*b*. 2*c*; Culmiaco 2*b*. c) patrem vero 2*b*; ve *om.* 2*c*. d) Carli *(corr.* Karli 2*b)* 2*b*. *c*; Karoli 2*a*. e) Marcelli 2*c*.

egit Flodoardus IV, 48 *(p.* 596*); etiam interpolator testamenti Remigii spurii* ecclesiae sancti Hilarii ad portam Martis *mentionem fecit (SS. R. Merov. III*, 343, 32*).* 1) *Haec quoque auctor ex institutis aevi proprii conclusisse videtur, cum, monente A. Molinier ('Les obituaires français au moyen âge',* 1890, *p.* 29, *n.* 2*), institutio diei anniversarii celebrandi hoc modo facta aevo Rigoberti alibi in Gallia nondum inveniatur.* 2) *I. e. mactatio suum.* 3) *Scilicet mansa.* 4) *Cormicy (dép. Marne, arr. Reims, cant. Bourgogne); cf. A. Longnon, 'Dictionnaire topogr. du département de la Marne',* 1891, *p.* 74. 5) *Cf. infra c.* 8 *(p.* 66, *l.* 29*).*

suas[a] ei eulogias[1] a venatione, quam paulo ante exercuerat, redeunti. Has quippe solebat illi crebrius mittere. Morabatur quoque ipse Pipinus in pago Laudunensi et loco qui dicitur Gerniaca cortis[b], et non illic ut hodie villa, sed exiguus mansionilis[2] fuerat; verum[c] et in diebus illis ibi erat ingens silva et fons in eodem loco, quem apri tanquam ad sua frequentabant volutabra, qui et usque in hodiernum diem permanet ibidem. Iuxta quem et tunc Pipinus singularem ferum fuit consequutus[d], cuius assaturam precepit illic fieri, tanquam re vera inibi pransurus. Interea idem[e], istic episcopi benedictionem[3] gratissime suscipiens, dixit clientibus, qui sibi adsistebant: 'Quid faciemus[f] huic episcopo, qui nobis servire non cessat?' Illis autem silentibus, Pipinus, ad sanctum conversus Rigobertum, gratulabundus adiecit: 'Damus[g]', inquiens, 'tibi optionem petendi quod volueris et non negabimus tibi'. Ad quod vir Domini: 'Date[h]', ait, 'michi hunc modicum mansionilem, et sufficit michi'. Tunc[i] ille: 'Et hunc tibi do et quantum volueris accipere[k] in giro', V. Remigii auct. Hincmaro c. 17. concessitque ei, sicut et quondam rex Chlodoveus[l] sancto legitur concessisse Remigio, ut, quantum circuiret, dum ipse meridie quiesceret, totum[m] illi donaret.

5[a]. Beatus itaque Rigobertus per fines, qui manifestissime parent[b], pergens, ib. passim limitem, ut litem discerneret arvis, si forte accideret, poni precepit. Peragratisque omnibus, quae sibi maluerat dari, confestim regressus est ad Pipinum, qui[c], interim meridiano surgens a somno, largitus est ei omnem quem lustravit[d] locum per confinium designatum[4]. Ad[e] memorabile vero inditium[f] super hoc transitu itineris sui et aestate et hieme vernantior, quia viridior, herba hactenus ibi gliscere visitur quam ceteris in locis, quae in circuitu eius sunt, cum tamen aeque teratur abs quolibet viatore.

6[a]. Est et aliud non contempnendae rei miraculum, quod procul dubio meritis eius constat eisdem rebus a Domino prerogatum. Siquidem postquam dominio eius cesserunt, numquam nusquamque[b] eas laesit tempestas, nec grando cecidit super illas[5], unde non solum res mira, sed semper omnibus valde[c] est stupenda[6]: videntur[d] more solito cadere iuxta, et non fines earum attingere umquam presumunt, ne dicatur transire. Proinde omnes, haec divinitus[e] fieri videntes, dicere congruenter super his[f] valent, quod Scriptura de[g] terra quondam habitationis filiorum Israel refert; quae cum premittit: *Pluit Dominus grandinem super terram* Exod. 9, 23.

I. Capp. 4—6. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 4. a) ei suas 2*a. b.* b) G. curtis 2*a. c.* c) *c.* 9. *inc.* 2*b.* d) *ita* 1*a*; consequtus 2*c*; consecutus *rell.* e) Pipinus 1*b.* f) facimus 2*a.* g) Do — negabo 2*a. c.* h) Da, ait (inquit 2*c*) 2*a. c.* i) Tum (2*a*). k) accipe 2*a.* l) Chodov. 2*b*; Clodov. 2*c.* m) tantum 2*a.*

Cap. 5. a) *om.* 1*b.* 2*b. c.* b) patent 2*b. c.* c) quod 2*a.* d) lustraverat 1*a.* 2*c.* e) Admirabile vero 2*a.* f) iuditium 1*a (?).*

Cap. 6. a) *om.* 2*b. c et pr. m. ut videtur* 1*b.* b) *om.* 2*b. c.* c) est valde 2*c*; valde *om.* 2*b.* d) Viderentur *pr. m.* 2*a.* e) *om.* 1*a.* f) hiis 2*c.* g) quondam de t. 2*c*; de t. olim 2*b.*

1) *I. e. munera, dona.* 2) *Agri portiuncula cum mansione seu aede, Gall. 'ménil', Germ. 'weiler'. Cf. Du Cange s. v.* 3) *Id quod supra eulogiae, munus, donum. Cf. Du Cange s. v.* 4) *Ita locus famosus Vitae Hadriani I, c.* 42 *(Liber Pontificalis ed. Duchesne I,* 498*):* per designatum confinium. 5) *Simile miraculum Arbeo in V. Haimhrammi c.* 25. 30 *(SS. R. Merov. IV,* 497 *sq.* 503*) rettulit.* 6) *Cf. Gregorii M. Dialog. I,* 10*:* Res mira et vehementer stupenda; *ib. III,* 5*:* Mira sunt haec et nostris valde stupenda temporibus. *Haec Arbeo haud semel imitatus est; cf. inprimis V. Haimhrammi c.* 23 *(l. l. p.* 494*):* Res namque mira et nostris temporibus valde stupenda.

Exod. 9, 26. *Aegypti*[a], paulo post adnectit, dicens: *Tantum in terra Gessen*[b], *ubi erant filii Israel, grando non cecidit.* Sed quia presens miraculum, ut prememoratur, hic continue[c] fit, quotienscumque haec uspiam ruit, — magis presenti tempore quam preterito utendum est ita[d], — in hac terra possessionis sancti Rigoberti[e] grando non cadit, quamlibet in omni Francorum terra cadere videatur ex more.

7[a]. Denique universas res istas nullo mundanae cupiditatis inpetravit obtentu, verum, ecclesiae in cunctis pro viribus consulens, illam constituit heredem earum, sicut partim fuit paulo superius intimatum. Plures etenim ecclesias earundem participes fecit[1], prout[b] corde suo destinavit. Erat quippe, ut canonica dogmatizat institutio[2], *internorum curam in exteriorum*[c] *occupatione non minuens, exteriorum providentiam in internorum sollicitudine non relinquens, ne aut, exterioribus deditus, ab intimis* aliquando *corrueret aut, solis interioribus occupatus, quae foris de-* Luc. 12, 42. *bebat proximis non inpenderet.* Agebat quippe in omnibus utpote *fidelis dispensator et prudens, quem constituit dominus*[d] *supra familiam suam, ut daret*[e] *illis in tempore* 1. Timoth. 5, 8. *tritici mensuram.* Procul namque semper ab illo fuit, quod apostolus ait: *Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli*[f] *deterior;* 2. Cor. 11, 28. quin immo cum eodem veraciter dicere valuit: *Instantia mea cotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum.* Quapropter, si quando aliquid discriminis alicui membrorum ib. v. 29. ecclesiae acciderat, et hoc sibi non absurde poterat coaptare: *Quis infirmatur, et* Rom. 12, 15. *ego non infirmor? Quis scandalizatur*[g], *et ego non uror?* Et rursus: *Gaudere cum*[h] Phil. 1, 21. *gaudentibus, flere cum flentibus.* Huic *vivere Christus* fuit *et mori lucrum.* Et quia solo corpore in terris positus, spe in caelestibus degebat, profecto hoc de se sibique ib. 3, 20. simillimis loquebatur: *Nostra conversatio in caelis est,* nempe iam illis conexus, Matth. 5, 14. 15. quibus ait Dominus: *Vos estis lux mundi,* et: *Non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.*

8[a]. Prefatus ergo Pipinus, hunc admodum venerans ac diligens, filium suum misit ei Karlum[b] ad baptizandum, qui propter feros animos et, quia ab ineunte aetate fuerit vir bellicosus et[c] robore fortissimus, postmodum Martellus est cognominatus[3]. Quem a se baptizatum ipse vir almus suscepit a fonte sacri baptismatis, ut eiusdem patronus[d, 4] fieret iuxta petitionem genitoris. Qui eidem patri Pipino decedenti in principatum succedens, eundem patronum suum cum[e] impie tum[f] iniuste a sede sua pepulit, ceu paulo post sequens narratio declarabit.

Vir deinde sanctus ecclesiam Domini, ut coeperat, vigilantissime et strenuis- cf. Ezech. 13, 5. sime regebat, ascendens[g] ex adverso et opponens[h] murum pro domu[i] Israel, ut

I. Capp. 6—8. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 6. a) Egipti 2*c.* b) *ita* 1*b.* 2*c*; Gesen 2*a*; Gersen 1*a.* 2*b.* c) cotidie 2*b. c.* d) *ita recte interpungunt* 1*a. b.* 2*b*; est. Ita 2*a. c.* e) Regoberti *(?) pr. m.* 2*b.*

Cap. 7. a) *om.* 1*b.* 2*b. c.* b) in *add.* 1*a.* c) externorum 1*a.* d) suus *add.* 2*a*; dom. super fam. 2*b. c.* e) det 2*a. b cum Vulg.* f) infidelis 2*a.* g) scandalizetur 2*a.* h) com 2*a.*

Cap. 8. a) *om.* 1*b.* 2*c.* b) Karolum 2*a.* c) ut 1*b.* d) patrinus 2*b**. e) *m. al. corr.* tum 1*a*, *et ita* 2*c*; *om.* 2*a.* f) cum impietate iniuste 2*b*; tum *om.* 2*a.* g) accedens 2*a.* h) se *m. al. add.* 1*a.* i) *ita* 1*a (pr. m.). b*; domo 2*a. b. c*; *item infra.*

1) Ut variis cartarum docemur instrumentis, *addit Flodoardus l. l. II,* 11 *(p.* 459*).* 2) *Gregorii M. Regula pastoralis II,* 7 *(Opera ed. Benedict. II,* 1705, *col.* 24*).* 3) *Vita Rigoberti inter antiquissimos testes huius cognominis habenda est; cf. G. Waitz, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' III,* 1863, *p.* 147—149. 4) *Pro 'patrinus', et vice versa 'patrinus' pro 'patronus' in testamento Bertichramni episc. Cenoman. (ed. G. Busson et A. Ledru, Actus pontificum Cenomann.,* 1901, *p.* 119*); cf. Benedictinos apud Cangium s. v. patrinus.*

staret in proelio in die Domini. Ex adverso quippe adscendebat, quando quibuslibet[a] potestatibus prave agentibus rationis[b] libera voce contraibat et in die Domini pro domu Israel in proelio stabat ac[c] murum opponebat, quia fideles innocentes contra perversorum iniustitiam ex iustitiae auctoritate vindicabat. (Gregorii M. Hom. in evang. XIV, 2.) Hinc et illud beati Iob congruentissime illi concinit, quo dicitur: *Auris audiens beatificabat*[d] *me, et oculus videns testimonium reddebat michi, quod liberassem pauperem vociferantem et inopem, cui non esset*[e] *adiutor.* (Iob 29, 11. 12.) Et[f] post pauca: *Iustitia indutus sum et vestivi me sicut vestimento et diademate iuditio meo*[f]. (ib. v. 14.) Et iterum: *Conterebam molas*[g] *iniqui et de dentibus illius*[h] *auferebam predam*, (ib. v. 17.) unde et tanquam bonus pastor animam suam poneret pro ovibus suis, si persecutor sibi afforet ita crudelis. (cf. Ioh. 10, 11.)

9. Cum igitur piis ut semper intentus esset operibus suoque clero et plebi tanquam pater filiis in omnibus consuleret atque huius rei gratia in civitate Remensi degeret, orta est post Pipini obitum inter Karlum[a] ipsius filium et regem Chilpericum[b] ac maiorem domus Raganfridum[c] non modica simultas pro invasione regni Francorum, si quo modo haec fieri posset potissimum per quemvis eorum[1]. Karlus[d] autem, propter[2] urbem Remorum transiens, fertur eandem extrinsecus circuisse universam, quousque pervenit ad portam, super quam, structis inibi aedibus sibi congruis, almificus manebat Rigobertus, clamavitque ad eum, dicens: 'Domine Rigoberte, iube michi portam civitatis aperiri, ut vadam orare ad sanctam Mariam[3]'. Cumque idem homo Dei nullum vociferanti daret responsum, orationibus utique suis insistens, quibus iugiter sancta intentione vacabat[e], perhibetur hoc ipsum tertio exclamasse[f] ad eum. Tandem[g] valido eius clamore conpulsus, respondit ei: 'Non tibi', inquiens[h], 'porta[i] haec aperietur, quoadusque sciatur, cuicumque vestrum Dominus dare hoc voluerit regnum[4]. Tu enim et Raganfridus ambo litigatis super eo, et adhuc nescitur, quem finem res habitura sit. Quodsi Dominus illud tibi potius dederit, hanc reserabo remeanti et fidelis existam tibi'. Ad haec Karlus[k] per caput suum iurans et furibunde intentans: 'Si reversus', ait, 'fuero victor in pace, non ultra tutus manebis in hac civitate[l]'.

10[a]. Vir tamen Dei inter eius minas permanens interritus, — *iustus quippe quasi leo confidens absque terrore erit,* (Prov. 28, 1.) — noluit illam aperire ei, sine dubio advertens ut perprudens, quod non propter orandi devotionem, sicuti simulabat, introire[b] civitatem cupiebat, quin potius eam volebat vastare, quemadmodum alias vastaverat; at, si et antedictus eum vincens Raganfridus[c] regnum obtinuisset, ne forte

I. Capp. 8—10. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 8. a) quibus licet 2*a*. b) orationis 2*a*. c) ac m. opp. *versu exeunte om.* 2*c*. d) beatificavit 2*b*; letificabat 2*c*. e) erat 2*b. c*. f) Et — meo *om.* 2*b*. g) malas i. 2*a*; moles iniquo 2*b*. h) suis 2*c* *(non Vulg.)*.

Cap. 9. a) Karolum 2*a*. b) Hilp. 2*a*; Cilp. 2*b*. c) Ranganfr. 1*b*. d) Karolus 2*a*. e) vagabat *(?) pr. m.* 2*b*. f) etiam respondisse *pro* excl. 2*b*. g) Tantem 2*a*. h) inquit 1*a*. i) portam 2*a*. k) Karolus 2*a*. l) urbe 2*b*.

Cap. 10. a) *fortasse eras.* 1*b*. b) intrare 2*c*; in *add.* 2*a*. c) Ragamfr. 2*a*; Ranganfr. *pr. m.* 1*b*.

1) *Cf. Librum historiae Francorum* c. 51—53 *(SS. R. Merov. II,* 325 *sqq.)*. 2) *Laterculus capitum:* iuxta. 3) *Ecclesia maior Remensis Mariae virgini dicata erat.* 4) *Cf. litteras Hadriani (infra c.* 14, *p.* 71*):* quia antea non consensit in parte illius, qui postea partem de illo regno in sua potestate accepit, in qua parte Remensis civitas est.

hunc sibi infidelem tali in facto reputare voluisset, sicut re vera valuisset, si huius dictis aurem accommodasset[a].

11[a]. Haec denique quam prediximus porta ex consuetudine cascorum[b, 1] a plerisque Collaticia, a pluribus usque hodie Basilicaris[c] vocatur[2], ibique tam huius quam singularum claves totius urbis portarum apud se reconditas pro tempore servabat. Quae porta ideo nuncupatur Basilicaris, sive quod in giro sui reliquis plus portis feratur antiquitus basilicis abundasse, seu quia euntibus ad basilicas in vico sancti Remigii[3] consistentes semper[d] fuerit pervia. Supra quam et idcirco potissimum mansisse dicitur, quoniam, fenestris cenaculi sui patefactis[e], eas inde consueverat[f] contemplari, nequaquam sola quasi pulchras[g] et excelsas gratia speculandi, sed multo magis orandi, sicut et dudum Danihel[h] propheta, Dan. 6, 10. *fenestris apertis, in cenaculo suo contra Hierusalem*[i] *tribus temporibus*[k] *in die flectebat genua sua et adorabat*[l] *confitebaturque coram Deo suo.* Propter quod et iste sanctus ostium in pinnaculo[m, 4] ecclesiae sancti Petri, quae finitima erat suae domui[5], precepit fieri, per quod in eandem gradibus adiectis descendebat ad[n] adorandum, indeque revertens, per hoc ipsum intrabat in oratorium, quod iuxta domum suam fecerat super civitatis murum dicavitque in memoriam sancti archangeli[o] Michahelis.

12[a]. Hoc non pauco tempore perseveravit ibidem, multaque ad illud populi Sept. 29. frequentia confluebat et maxime, si quando eiusdem archangeli[b] gloriosa festivitas imminebat, donec Hludowicus[c] imperator dedit monasterium sancti Petri filiae suae Alpaidi[d, 6], quod et vocatur solo de situ loci Inferius propter alterum huic vicinum, quod eadem ex causa dicitur Superius[7]. Huius mulieris vir nomine Bego[8]

I. Capp. 10—12. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 10. a) accommodavisset 1*b.* 2*a*; accommodaret 2*c.*

Cap. 11. a) *fortasse eras.* 1*b.* b) Wascorum 2*a et in ras.* 1*b.* c) basilicatis 2*b.* d) (semper *om.*) sit p. 2*b*; s. fuit p. 2*c.* e) apertis 2*b. c.* f) consueverant (2*a*). g) pulchars 2*a.* h) Daniel 2*c.* i) Ihrłm 2*c*; Irsrł 2*b.* k) horis 2*c*; (temp. in die flec *om.*)tebat 2*b.* l) orabat 2*c*; sua, orans et confitens 2*b.* m) pignaculo 2*c.* n) desc. ad orandum 1*a. b.* o) Michaelis arch. 2*c.*

Cap. 12. a) *eras.* 1*b.* b) angeli 2*a.* c) Hludovicus 1*a*; Ludowicus 2*b*; Ludovicus 2*c.* d) Alpaydi 2*c.*

1) *I. e. priscorum, velut in laterculo capitum legitur.* 2) *Postea vulgo 'Porte Bazel, Bazée', a.* 1752. *destructa; cf. L. Demaison, 'Les portes antiques de Reims' ('Travaux de l'Académie nationale de Reims' LXV,* 1881, *p.* 441 *sqq.).* 3) *Postea 'bourg de Saint-Remi'.* 4) *I. e. culmen, turris ecclesiae. Cf. Du Cange et additamenta Benedictinorum.* 5) *De hac ecclesia S. Petri egit L. Demaison apud G. Kurth, 'Clovis' II*², 1901, *p.* 301—305. 6) *Cf. Flodoard. IV,* 46 *(p.* 595*):* Quod monasterium Ludowicus imperator Alpheidi filiae suae, uxori Begonis comitis, dono dedit eidemque sacro loco immunitatis preceptum delegavit, ut et pater ipsius Karolus imperator egerat olim. Quod coenobium postea per precariam ipsius Alpheidis vel filiorum eius Letardi et Ebrardi ad partem et possessionem Remensis devenit ecclesiae. 7) *De monasterio sanctimonialium S. Petri superiore cf. ib. II,* 10. *IV,* 38. 44. 45 *(p.* 458. 590. 594*), de inferiore ib. c.* 46 *(p.* 595*).* 8) *De Begone comite (†* 816*) cf. B. v. Simson, 'Jahrbücher des Fränk. Reichs unter Ludwig d. Fr.' I,* 11. 76. *Cf. Chronici Laurissensis cod. Fuld. a.* 816 *(SS. I,* 122*; ed. H. Schnorr von Carolsfeld, 'N. Arch.' XXXVI,* 39*):* Picco, primus de amicis regis, qui et filiam imperatoris (nomine Elpheid *add. Ann. Hildesheim., SS. III,* 42*; ed. Waitz,* 1878, *p.* 16) duxit uxorem, defunctus est. *Obiit die* 28. *Octobris; cf. Necrologium Sangermanense (A. Longnon, 'Notices et documents publiés pour*

hoc oratorium dirui iussit, considerans, quod pre altitudine sui quasi quodam umbraculo obnubebat predictae ecclesiae fenestram, seu potius quia quadam die caput suum in superliminari[a] eiusdem ostioli graviter eliserit, eo quod statura fuerit procerus et extento ambulaverit collo et ad haec[b] introeundo, ut oportuerat, semet ipsum non humiliaverit. Humilitas quippe caput non frangit[c]. Quocirca de hoc abiens loco, suis precepit, dicens: 'Cavete, ne forte istud hic reperiam, quando revertar, quoniam quidem, si invenero[d], in vobis hoc vindicabitur'. Sed ut destrui coepit, ille mox a daemonio arreptus fuit, cum tamen abhinc procul esset in pago Laudunensi et loco qui dicitur Begonis villa[1]. Factae sunt autem et triduo in civitate Remensi horribiles tenebrae a[e] loco illo, quo destruebatur, donec ultra pontem[2] plateae eiusdem urbis veniretur, qui ob evitandum coenum[f] diebus priscis lapidibus magnis stratus erat; unde et haec actenus pristinum nomen servat[3]. Porro pulvis et ventus mixtim[g] ferebantur, ita ut per eiusmodi viam[h] vix posset incedere quisquam[4].

Lib. hist. Fr. c. 53.

His[i] ita dimissis, ut ad premissa vertamus[k] stilum, prememoratus direxit aciem Karlus[l] in campo Vinciaco[m] adversus Chilpericum et Raganfridum[n], dominica die inlucescente, XII.[o] Kl. Aprilis in quadragesima, et triumphum de eis, sicut desideravit, adeptus, iniustissime ab hoc almo pontifice episcopium Remense abstulit, actutum ut inde est reversus[5], sicut ante fuerat[p] illi comminatus. Et hoc eius factum non est adeo mirum, et quidem aliis similiter fecit et eis, qui suis partibus faverunt, dedit. De hoc etenim non rege, sed tyranno ita legitur ad locum in Annalibus diversorum regum[6]: *Iste Karlus omnibus audatior*[q] *episcopatus regni Francorum laicis hominibus et comitibus primus dedit, ita ut episcopis*

I. Cap. 12. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 12. a) superliminare 2*b*; superluminari 2*a*, *corr.* b) hoc 2*a*. c) ledit 2*b*. d) invene:::ro 1*a*. e) in 2*a*. f) di *add.* 2*a*. g) mixti 2*a* *(non Flod.)*. h) vim 2*a* *(non Flod.)*. i) Hiis 2*c*. k) revertamus 2*a*. l) Karolus 2*a*; *item infra*. m) Vintiaco 2*b*. n) Ra:ganfr., *ras.* n 1*b*. o) XU (*i. e.* XV?) 2*a*. p) illi f. 1*a*. 2*c*. q) auditor 2*a*.

la Société de l'histoire de France', 1884, *p.* 25; *A. Molinier*, *'Obituaires de la province de Sens' I*, 1, 1902, *p.* 276*)*: Begoni comitis. 1) *Bouconville (dép. Aisne, arr. Laon, cant. Craonne).* 2) *'Chaussée pavée traversant une place' interpretatus est L. Demaison, 'Explication d'un passage de la vie de saint Rigobert' ('Travaux de l'Acad. nat. de Reims' LXVIII*, 1881, *p.* 501—507*), de loco cogitans, quo viae duae principales civitatis aevo Romano exortae sese secuissent (hodie 'la place Royale').* 3) *Hodie 'rue de la Peirière' (i. e. petraria), ut coniecit Demaison, ib. p.* 504 *sqq.* 4) *Flodoardus II.* 12 *(p.* 460*) addit:* Hoc autem oratorium modo reparatum et in prememorato beati Michaelis veneratur honore restitutum. 5) *Auctor erravit, depositionem Rigoberti cum pugna Vinciacensi coniungens, cum haec a.* 717 *(Mart.* 21*) commissa, ille autem etiam Theuderici IV. regis (*721—737*) diplomata nactus sit, teste Flodoardo II*, 11 *(p.* 459*), ita ut ante a.* 721. *episcopatus ei ablatus esse non possit, id quod monuerunt auctores Galliae christianae IX*, 1751, *col.* 26. *Cf. supra p.* 54. 6) *Qui annales hodie latent (cf. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' I*[7], *p.* 214*). Cf. inprimis Bonifatii epist.* 50 *(MG. Epist. III*, 299*):* Modo autem maxima ex parte per civitates episcopales sedes traditae sunt laicis cupidis ad possidendum; *epist. synodi Carisiacensis a.* 858 *(MG. Capitularia II*, 432*):* Karolus princeps, Pippini regis pater, qui primus inter omnes Francorum reges ac principes res ecclesiarum ab eis separavit atque divisit.

nichil potestatis in rebus ecclesiarum permitteret[a], et cetera. Hunc ergo Karlum[b] passus est et[c] hic vir Domini inimicum usque ad occasum[d] vitae presentis, cum oporteret eius[e] usquequaque fidissimum esse acsi ipsius filium in baptismate[1], et hoc Domini pertulit exemplo, qui ab ipso traditus[f] est impiis discipulo suo. Hinc Gregorii M. Hom. in evang. XXXV, 7. beatus papa infit Gregorius: *Omnes electi, quia summi capitis membra sunt, caput quoque suum in passionibus sequuntur;* paucisque interpositis, subiungit atque ait: *Ut tanto eis*[g] *crescat merces operis, quanto eis virtutis lucrum proficit*[h] *ex alienae dampno caritatis.*

Prov. 17, 13. 13[a]. Verum, ut Scriptura dicit: *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius*, quod huic viro Dei in episcopatu[b] violentia crudeli dempto et de cf. 3 Reg. 8, 32. aliis rebus aliarum fecit ecclesiarum, iusto Dominus iuditio reddidit[c] in[d] caput eius, sicut antiquorum[e] veridica constat scriptum huiusmodi relatione[2]: *Sanctus Eucherius Aurelianensium episcopus, qui in monasterio sancti Trudonis*[f] *requiescit, in oratione positus ad alterum est saeculum raptus et inter cetera, quae, Domino sibi ostendente, conspexit, vidit hunc Karlum*[g] *in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab angelo eius ductore responsum est, quia sanctorum iudicatione, qui in futuro iuditio cum Domino iudicabunt quorumque res abstulit et divisit, ante illud iuditium anima et corpore sempiternis poenis est deputatus et recipit simul cum suis peccatis poenas propter peccata omnium, qui res suas et facultates in honore et amore Domini ad sanctorum loca in*[h] *luminaribus divini cultus et alimoniis servorum Christi ac pauperum pro animarum suarum redemptione tradiderant. Qui in se reversus, sanctum Bonefatium*[i] *et Fulradum*[k] *abbatem monasterii sancti Dyonisii*[l] *et summum capellanum regis Pipini ad se vocavit eisque talia dicens in signum dedit, ut ad sepulchrum illius irent et, si corpus eius*[m] *ibidem non repperissent, ea quae dicebat vera esse concrederent*[n]. *Ipsi autem pergentes ad predictum monasterium, ubi*[o] *corpus ipsius Karli*[p] *humatum fuerat, sepulchrumque illius*[q] *aperientes, visus est subito exisse draco*[r], *et totum illud*[s] *sepulchrum interius inventum*[t] *est denigratum, acsi fuisset exustum*, et cetera. Quae ideo hic inseruimus, ut omnibus haec legentibus nota fieret istius iusta dampnatio, per quem facta est huius[u] rerum ecclesiasticarum iniusta ablatio.

14. Huius vero — haud dubium, quin beati Rigoberti, — et Adrianus apostolicae sedis pontifex meminit in epistola sua felicis memoriae Tilpino[a] huius successori[3] directa, in qua et multiplicem facit super eo quasi querimoniam, scribens in hunc

I. Capp. 12—14. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 12. a) relinqueret 2*c.* b) Karolum 2*a.* c) *om.* 2*a.* d) hoccasum 2*a.* e) eum (1*b*). 2*c.* f) disc. suo tr. est impiis 2*b. c.* g) t. ex eis cr. 2*b*; t. cr. eis 2*c.* h) et *add.* (*sed eras.* 1*a*) 1*a.* (*b*).

Cap. 13. a) *fortasse eras.* 1*b.* b) episcopatum 2*a.* c) reddit 2*b. c.* d) *bis scr.* 2*a.* e) aliquorum 2*c.* f) Tendonis 2*c.* g) Karolum 2*a*; illum *pro* hunc K. *epist. Caris.* h) *om.* 2(*a*). *c.* i) *ita* 2*a. b*; Bonefacium 1*a. b.* 2*c.* k) Fulcradum 2*b.* l) Dionisii 2*b. c.* m) illius 1*b.* 2*b.* n) ::: crederent 2*b*; crederent 2*a.* o) ibi 2*a.* p) Karoli 2*a. b.* q) eius 2*a.* r) claro 2*a.* s) illius 2*a.* t) inventus 2*a.* u) huius reum 2*a*; harum rerum 2*c.*

Cap. 14. a) Turpino 2*c.*

1) *Cf. supra c.* 8 (*p.* 66). 2) *In epistula ab Hincmaro composita, quam synodus Carisiacensis a.* 858. *Ludowico regi misit* (*l. l. p.* 432). 3) *De Tilpino, qui non ipsi Rigoberto successit, sed, aliquot annos post Abel episcopum* (744/5) *sede vacante, episcopus institutus est, cf. Flodoard. II,* 17 (*p.* 463 *sqq.*) *et ea quae ibidem adnotata sunt. Anno* 769. *concilio Romano interfuit* (*Werminghoff, MG. Concilia II,* 75. 80). *In codice Bertiniano Annalium regni Francorum* (*ed. Kurze p.* 84) *obitus eius a.* 789. *attribuitur; at cf. SS. XIII,* 465, *n.* 1.

modum[1]: *Tua fraternitas nobis retulit, quia, faciente discordia inter Francos, archiepiscopus Remensis nomine Rigobertus a sede contra canones deiectus et expulsus fuit sine ullo crimine et sine ullo episcoporum iuditio et sine ullo apostolicae sedis consensu*[a] *vel interrogatione, sed solummodo quia*[b] *antea non consensit in parte illius, qui postea partem de illo regno in sua*[c] *potestate accepit, in qua parte Remensis civitas*[d] *est; et donatus atque*[e] *magis usurpatus contra Deum*[f] *et eius auctoritatem fuit ille episcopatus simul cum alio episcopatu*[2] *et aliis ecclesiis et*[g] *saecularibus potestatibus Miloni*[h] *cuidam*[3] *sola*[i] *tonsura clerico, nichil sapienti de ordine ecclesiastico, et alii episcopatus de*[k] *ipsa Remensi diocesi diverso modo essent divisi, et aliqui*[l] *ex magna*[m] *parte sine*[n] *episcopis consistentes, et ad alios episcopos et metropolitanos episcopi et clerici ordinationes aliquando accipientes*[o] *erant et refugia indebita habebant*[4] *et a suis episcopis iudicari*[p] *et distringi non sustinebant, et clerici et*[q] *sacerdotes et monachi et sanctimoniales sine lege ecclesiastica pro voluntate et licentia vivebant,* et reliqua.

15. Ceterum sanctus Domini Rigobertus dominicis obtemperando preceptis, quibus ita iubetur: *Cum persequuti*[a] *vos fuerint in civitate*[b] *ista, fugite in aliam,* Matth. 10, 23

I. Capp. 14. 15. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 14. a) assensu 2*c*. b) quod 2(*a*). *c cum Flod. II,* 13. c) *om.* 2*b*. *c*. d) est civ. 2*b*. e) immo 2*c*. f) D. et e. auct. *om.* 2*b*; eius *om.* 1*a*. g) a *fortasse recte Flod.; cf. supra p.* 67, 2. h) Muloni 2*b*. i) *om.* 2*c cum Hincmaro, V. Remigii, Praef.* k) in 2*c*. l) et *add.* (*sed eras.* 1*a*) 1*a*. *b* (*non Flod.*). m) maxima 2*b*. n) in episcopio 2*a*. o) accipiunt et ref. 2*c*. p) distr. et iud. 2*c*. q) cler. sacerdotesque 2*b*.

Cap. 15. a) *ita* 1*a*; persequti 2*c*; persecuti *rell.* b) in unam civitatem, fug. 2*c*.

1) *Jaffé, Reg. pont. Rom. I²,* n. 2411. *Partem epistulae supra allatam iteravit Flodoardus II,* 13 (*p.* 461), *idemque c.* 16. 17 (*p.* 462 *sqq.*) *initium et partem posteriorem supplevit; sed antea iam Hincmarus archiepiscopus inde ab a.* 864. *eandem et citavit* (*Opusculum LV capitulorum c.* 16, *Opera ed. Sirmond II,* 436) *et exscripsit* (*ad Nicolaum papam, Flodoard. III,* 13, *p.* 498; *De iure metropolitanorum c.* 20, *Opera II,* 731; *V. Remigii, praefatio, SS. R. Merov. III,* 251). *Epistulam, quae a.* 779. *scripta esse videtur* (*cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II³, p.* 211, *n.* 4), *spuriam esse statuerunt J. Vanhecke, AA. SS. Oct. VII,* 2. *p.* 1072, *et P. Hinschius, 'Kirchenrecht' I,* 1869, *p.* 602 *sqq., et K. Ribbeck, 'Die sogenannte Divisio des fränkischen Kirchengutes',* 1883, *p.* 25 *sqq., e quibus secundus et tertius instrumentum ab ipso Hincmaro confectum esse coniecerunt; atque etsi rationes allatae ad chartam reiciendam non sufficiunt* (*cf. Hauck l. l. p.* 211; *R. Weyl, 'Die Beziehungen des Papstthums zum fränkischen Staats- und Kirchenrecht unter den Karolingern', 'Untersuchungen zur Deutschen Staats- und Rechtsgeschichte' ed. O. Gierke XL,* 1892, *p.* 94. 148 *sqq.; E. Lesne, 'La hiérarchie épiscopale en Gaule et Germanie* 742—882', *'Mémoires et travaux des facultés catholiques de Lille' I,* 1905, *p.* 63, *n.* 6, *et p.* 242, *n.* 3), *tamen suspiciones quaedam restant, atque nescio an epistula potius cum studiis asseclarum Ebonis archiepiscopi depositi* (*cf. supra l.* 2) *quam Hincmari quocumque modo coniuncta sit.* 2) *Treverensi; v. n.* 3. 3) *Milo, filius Leodoini episcopi Treverensis* (*cf. placitum Caroli M. a.* 781/91, *MG. Dipl. Karol. I, n.* 148), *a.* 706/7. *diaconus erat* (*charta Leodoini, Pardessus II, p.* 269; *H. Beyer, 'Urkundenbuch der mittelrheinischen Territorien' I, p.* 10); *a.* 715. *signum eius chartae Hugonis sacerdotis subscriptum legitur* (*Pertz, Dipl. Merov. p.* 215; *Mühlbacher, Reg. I², n.* 27). *Inter episcopos a.* 723 (*Iul.* 19) *occurrit* (*Gesta abb. Fontanell. c.* 7, *ed. Loewenfeld p.* 25), *sive tunc iam Remensem dioecesem occupaverat, sive patri in solo episcopatu Treverensi successerat* (*cf. placitum Caroli l. l.*). *Abel archiepiscopum a.* 744. *Remis institutum* (*MG. Epist. III,* 313. 315. 340. 721; *Concilia II,* 34) *eiecisse videtur* (*epist. Hadriani apud Flodoardum II,* 16, *p.* 463) *atque etiam a.* 751. *supererat* (*MG. Epist. III,* 371), *cum a.* 762. *Treveris Wiomadus successisset* (*Dipl. Karol. I, n.* 16; *cf. A. Poncelet, AA. SS. Nov. III,* 852 *sqq.*). 4) *Cf. partem epistulae posteriorem* (*Flodoard. II,* 17, *p.* 463, 48): Et quod ad nostram notitiam perduxisti, quia ad alios episcopos de ipsa diocesi (= *provincia ecclesiastica; cf. ib.*

secessit in Wasconicam[a] regionem ibique exulando, dum multas sancta indefessus intentione memorias sanctorum lustraret, in quandam introivit basilicam simili modo causa orationis. Et inter orandum campanae pulsabantur secundum morem ecclesiasticum ad fidelium contionem congregandam, ibique fuerunt geminae, quae nullum dederunt sonum[b] pulsatae. Tunc sacerdos loci et alii qui circumstabant sollicite ab eo sciscitabantur, quis esset et unde illo venisset. 'Quid', inquiens[c], 'vultis? Clericus sum, veluti videtis, et de Frantia[d] veni'. Quibus[e] illi aditiunt, dicentes: 'Cur nostrae non hodie sonant nolae[f, 1] tuo in adventu, sicut[g] ceteris in diebus consueverant, priusquam tu venires ad nos[g]?' Ad quod ipse: 'Ignoro', inquit, 'verum duas habui in mea ecclesia, quae michi furtim ablatae sunt, cum adhuc essem in Frantia; fortassis hae sunt. Ostendite michi eas, et ego dicam vobis, si illae sunt an aliae'. Quae cum[h] sibi fuissent ostensae, asseveravit[i] ipsas esse. Tum[k], inito cum sacerdote loci[l] eiusdem consilio, protinus suae[m] restituunt eas turriculae et dixerunt ad virum Dei: 'Tu magis accede[n] et illas pulsa, ut pro certo[o] experiamur tuorum veritatem verborum'. Quod cum ille fecisset, sicut ante solebant, altisone[p] reboabant. Quod cernens omnis populus Deum glorificavit; cf. Ioh. 1, 5. ipse quoque, quis esset, apparuit[q], quia lumen in tenebris latere non potuit. Hae vero in prefata creberrime[r] Gerniaca corte[s] et sancti Petri[t] ecclesia usque hodie permanent in testimonium huius mirabilis[r] facti et in aevum mirandi.

16[a]. Hunc predictus Milo abba[b], qui, dante[c] Karlo[d], habebat Remense episcopium, repperit in eadem regione, functus apud eosdem Wascones legatione; cui et dixit: 'Quid hic agis? Revertere in Frantiam[e], et si proprias res, quas ibi habes, michi dederis, ego tuum fatiam tibi[f] a principe restitui episcopatum'. Ad quod sanctus Domini[g] pontifex ei respondit: 'Quascumque res inibi videor possidere, tibi[h] dabo, si feceris quod polliceris'. Regressus est itaque in Frantiam[i] et in sepe memorata Gerniaca corte[k], peculiari possessione sua, conversabatur. Quem e vestigio adiit prefatus Milo: 'Trade', inquiens, 'michi[l] res, quas pollicitus fuisti; tibi quippe apud procerem obtinui quod spopondi'. Cui beatus ait[m] Rigobertus: 'Quotquot[n] res habere visus fui, dedi ecclesiae Christi; non possum modo tollere ei et dare alteri'. Ad quem furibundus Milo: 'Quia me fefellisti, tuus nunc tibi non redhibebitur[o] episcopatus'. Et idem mox illi dedit dignum episcopo[p] responsum: 'Altare', aiens[q], 'michi, queso, obtineas sanctae Mariae[2]; de rebus episcopii[r] facito quod volueris, unde minus curo'.

I. Capp. 15. 16. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 15. a) Wasconiam 2*b. c.* b) sonitum 2*(a). c cum Flod. II,* 12. c) inquit 2*a.* d) Francia 1*a. b.* 2*c*; *item infra.* e) Cui 2(*a*). *c.* f) uole 2*c.* g) sicut — ad nos *om.* 2*b*; sicut in ceteris d. consueverunt 2*c.* h) *om.* 2*a.* i) asseruit 2*a. b (non* 2*c)*; asserit *Flod.* k) Tunc 2*b. c.* l) l. illius c. 2*b*; l. ei. *om.* 2*c.* m) rest. eas suae 2*b*; eas sue rest. 2*c.* n) acc. et *om.* 2*c.* o) pro certe 2*a.* p) *ita* 1*b cum Bollando*; altissime r. 1*a.* 2*b**; altissone r. 2*c*; altiss::e r. 2*b*; altis onçre boabant 2*a*; his alt. reboantibus *Flod.* q) apperuit 2*a.* r) *om.* 2*c.* s) G. curte 2*c.* t) apostoli *add.* 2*b.*

Cap. 16. a) *eras.* 1*b.* b) abbas 2*c.* c) ante 2(*a*). *b. c.* d) Karolo 2*a*; Karlum 2*b. c.* e) Franciam *(1b).* 2*c.* f) tibi *om.* 2*b*; a pr. *om.* 2*c.* g) vir Dei *pro* Dom. 2*a*; pont. Dom. 2*c.* h) dabo tibi 1*b.* i) Franciam 2*c.* k) G. curte 2*c.* l) *om.* 2*b. c.* m) R. ait 1*b*; ait *om.* 2*b.* n) Quodquot 2*a.* o) *ita* 1*a. b*; reddetur 2*a. b. c.* p) eps 1*a.* q) aieiens *(sic)* 2*c*; *om.* 2*b.* r) epū 2*a.*

l. 31. 32. 37. *et supra l.* 9) Remensi quidam accipiebant ordinationes et habebant indebita refugia, et hoc per omnia prohibemus. 1) *I. q. tintinnabula, campanae; cf. Du Cange s. v.* 2) *I. e. ecclesiam maiorem Remensem.* Ut scilicet in eo missas sibi liceat celebrare, *addit Flodoardus II,* 12 *(p.* 461*).*

17[a]. Habitavit ergo in Gerniaca corte[b] tempore non pauco, vitam in parcitate, humilitate, vigiliis, oratione, elemosinis, ceterorum quoque operum bonorum exhibitione agens, morisque ei fuit sepissime civitatem Remorum invisere et in ara beatissimae Mariae, ut pre omnibus obtaverat, missas celebrare indeque memoriam petere sancti Mauritii[c. 1], deinde almum adire Remigium, tum in monte[d] Or sanctum Theodericum[e. 2], deinceps in villa Culmisciaco[f] beatum Cyricum, ac demum remeabat ad sanctum[g] Petrum in Gerneicurt[h], ubi tunc habitatio sua erat.

18[a]. Quod cum ex pia consuetudine quadam ageret die, devenit in Culmisciacum[b] ad sanctum Cyricum[c] pro se suaque ecclesia, ut consueverat, exorandum et, facta oratione, loquutus[d] est cum oeconomo[e. 3] Remensi, qui aderat, nomine Wiperto[f]. Qui mox suppliciter accersivit eum ad prandium, quod sibi fuerat preparatum. Quod ille rennuens, dixit: 'Ad sanctum Petrum in basilica mea habeo missas facere; idcirco quod postulas non possum[g]'. Dumque colloquerentur, paupercula quaedam vidua huic vicedomino in eulogiis[4] attulit anserem, respitiensque vicedominus ad sanctum episcopum: 'Quoniam', inquit, 'non dignamini nobiscum[h] vesci, vestro precipite puero saltem hunc recipere, ut, cum veneritis domum, paretur ad opus vestrum'. Quem puer viri Dei suscipiens ferebat, quousque subito in via de manibus eius avolavit et aliquot horis aliorsum volitans non comparuit. Super quo puer quasi perdito satis[i] aegre tristabatur et dolebat. Quem vehementer anxiatum et quasi flentem conspitiens, blande[k] est consolatus, sicut erat vir mitissimus, docens de temporalium amissione rerum nequaquam contristandum aut flendum, sed in Domino semper sperandum, *qui dat omnibus affluenter*. Iac. 1, 5. Ipse autem in silentio Daviticum, ut solebat, resumpsit[l] canticum suum. In itinere enim semper de Deo aut aliquid contulit[5] aut hoc[m] cantavit. V. Germani Paris. c. 73. Et factum est post trium[n] fere horarum spatium, revolans sponte sua haec avis, ad terram coram sancto Rigoberto descendit eumque quasi previa precedebat, nusquam a recto tramite[o] exorbitans, quousque ad Gerniacam cortem[p] pervenirent, quo ibant. Sic mansuescebat feritas avis in operatione virtutis. Fertur haec multis vixisse diebus et ante eum cursitare, quando ad civitatem ibat et redibat. Non enim passus est eam hic vir magnae simplicitatis et pietatis occidi, quamdiu vivere potuit[q].

I. Capp. 17. 18. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. c.

Cap. 17. a) *eras.* 1*b*. b) G. curte 2*c*. c) Mauricii 1*a*; Maricii 2*c*. d) montem 2*a*. e) Teod. 2*a*; Theordericum *(sic)*, deinde in 2*c*. f) Culmisiaco 2(*a*). *c*. g) ad Petrum apostolum in 2*b*. h) *ita* 1*b*. 2*a*. *b*; Gernei (Gerniaca 2*c*) curte 1*a*. 2*c*; Gerniacam cortem *Flod. II*, 12.

Cap. 18. a) *eras.* 1*b*; *om.* 2*b*. *c*. b) Culmisiacum 2*c*. c) Ciricum 1*b*; Cirinum 2*b*. d) *ita* 1*a*; loqutus 2*c*; locutus *rell.* e) echonomo 2*b*; economo 2*c*. f) Wiberto 2*c*. g) adimplere *add.* 2*c*. h) vobiscum 2*a*. *b (non 2c)*. i) *om.* 2*a*. *b (non 2c)*. k) brande 1*a*, *corr.* l) resumpsi 2*a*. m) *om.* 2*c cum V. Germani*. n) triduum 2*a*. o) tramine exorb. 2*a*; exorb. tr. 2*b*. p) *ita* 2*a*; G. curtem *rell.* q) Explicit vita beatissimi Rigoberti Remorum archiepiscopi *subscr.* 2*c*.

1) *'Titulus sancti Mauricii in via Caesarea' vocatur in testamento Remigii spurio ampliore (SS. R. Merov. III, 343, 39).* 2) *Hodie Saint-Thierry (dép. Marne, arr. Reims, cant. Bourgogne). De monasterio cf. Galliae christianae t. IX,* 180 *sqq.* 3) Vicedomino *infra l.* 14. *De cuius officio cf. E. Loening, 'Geschichte des Deutschen Kirchenrechts' I,* 235. *II,* 342 *sqq.*; *F. Senn, 'L'institution des vidamies en France',* 1907, *p.* 11 *sqq.* 4) *Cf. supra p.* 65, *n.* 1. 5) *I. e. collocutus est (cf. Du Cange s. v.* Collatio*):* aliquid aut verbo contulit aut cantavit *Fortunatus, e cuius V. Germani Paris. c.* 73 *(Auct. ant. IV,* 2, *p.* 26*) enuntiatum depromptum est.*

19[a]. Sanctus preterea Rigobertus actibus apostolicis egregius, annis pluribus in hoc[b] loco almifica in conversatione degens[1] et iugiter innumeris virtutibus pollens, consummata viriliter presentis vitae militia, migravit plenus dierum ad patriam aeternae hereditatis. Hic decessit[c] pridie Nonas Ianuarii[2] anno dominicae incarnationis circiter DCCLXXIII[3], indictione[d] VIII[4], ibique cum debito honore a sacerdotibus et ceteris[e] fidelibus fuit humatus, in ecclesia scilicet sancti Petri apostoli, quam[f] ipse fundaverat, positusque est secus altare ad dexteram[5] eius plagam.

cf. Hebr. 9,15. Ian. 4.

20[a]. Qui a[b] multis ibidem post sanctam depositionem suam refulgens miraculis[c], quanti sit apud Deum meriti, frequenter innotuit, quae tamen miracula magnam ob incuriam non fuere descripta. Tres clodi[d] ab incolis eiusdem loci memorantur inibi[e] ab eo fuisse curati, quorum certa priscae debilitatis inditia, videlicet bacilli et scabella, et in abiectione eorum indubia redhibitae[f] incolomitatis signa, multis diebus in eadem visa sunt ubi[g] ipse requievit ecclesia, quousque in mirifica eius evectione, quae post narrabitur, a quibusque fidelibus sunt fideliter[h] et venerabiliter post illum convecta.

Preterea fertur et quaedam mulier caeca[i] nomine Ansildis, ipsius loci habitatrix, ibi pristinum, huius meritis patrocinantibus, recepisse lumen oculorum suorum. Cuius miraculi usque hodie quidam testes existunt; adhuc enim superstites sunt, qui eam cognoverunt.

21[a]. Quidam iuvenis, scolaribus apud loci presbiterum deditus studiis, quadam die absente aedituo super tumulum eius ut levis leviter coepit subsilire[b], non dans honorem Deo neque sancto ipsius[c] in caelo et terris mirificato. Sed ut sepulti meritum panderetur et eiusmodi presumptio poenitus ab omnibus cohiberetur, confestim eum pes suus doluit, quasi quaevis spina acerrime pupugerit; unde claudus mox effectus, pedem illum perdidit, quia eo quicquam incedere postmodum nequivit. Quod videntes tam presbiter quam indigenae, cancellum ibi[6] effecerunt[d], ne quis forte nesciens temere accessisset et simile quid[e] pateretur.

I. Cap. 19—21. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 19. a) *fortasse eras.* 1*b*; *om.* 2*b. c*; *praescr.* In translatione eiusdem 1*b*; Incipit translatio eiusdem 2*c*. b) Gerniaca corte *pro* h. l. 1*a. b.* c) dicessit 2*a*. d) indit 2*a*. e) Christi *add.* 2*a. c* (*ubi* sac. ceterisque). f) quem 2*a*.

Cap. 20. a) *ita* 1*a*; *fortasse eras.* 1*b*; *om.* 2*a. b. c.* b) *ita B. Krusch cum* 1*a* (*cf. M. Bonnet, 'Latin', p.* 598); Quia m. 1*b*. 2*b*; Qui m. 2*(a). c cum Flod. II,* 14. c) *om.* 2*a*. d) *ita pr. m.* 1*a et fortasse* 1*b*; claudi 2*a. b. c.* e) inibi f. ab eodem 2*c*; ibi ab eo (f. *om.*) 2*b*. f) redibitae 2*b*; reddite inc. (sanitatis 2*c*) 2*a. c.* g) ubi i. requ. *om.* 2*b*. h) *ita* 1*a. b*; sunt fid. (et ven. *om.*) 2*b*; sunt et fid. (feliciter 2*a*) et ven. 2*a. c* (post illum *om.*). i) *ita* 1*a. b.* 2*c*; c. A. n. 2*a*; c. n. A. *om.* 2*b*.

Cap. 21. a) *eras.* 1*b*; *om.* 2*a. c.* b) sublimari 2*b*. c) ipsius in caelo (caelis 2*b*) et in terris 1*b*. 2*b*; eius in terra et in celis 2*c*. d) fecerunt 1*a*. 2*b. c*; *at v. p.* 76, 1. e) quod 2*a*; hec *pro* simile quid 2*b*.

1) *Cf. Hincmari epistulam ad Hincmarum Laudunensem a.* 869 (*Migne CXXVI,* 516): Rigobertus Rhemorum episcopus crudeli violentia a sede sua expulsus et in proprietate sua (*cf. supra c.* 16) non longe ab eadem urbe cum magna indigentia pluribus annis residens deguit. 2) *Cf. Martyrologium Remense saec. XIII. die* 4. *Ian.* (*ed. U. Chevalier, Bibliothèque liturgique' VII,* 1900, *p.* 26): Remis depositio sancti Rigoberti episcopi et confessoris; *cf. ib. p.* 72. 167. 3) *Rigobertus, qui iam a.* 692/93. *episcopus erat, certe ante a.* 773. *defunctus est.* 4) *Indictio octava cum mense Ianuario a.* 770. *convenit neque vero* 773. 5) Australem *Flodoardus II,* 14 (*p.* 461). 6) Circa tumbam *addit Flodoardus* (*ib.*).

22[a]. In hac basilica nocturno tempore voces tantae dulcedinis sepius sunt auditae, ut non existimarentur aliae nisi angelicae. Lux quoque caelitus tantae claritatis mediis in eadem noctibus emicuit, ut solis fulgorem vicisse videretur; quae etiam inmenso iubare suo sacerdotis, qui adhuc inibi superest, ediculam[b] penitravit[c], moenibus ecclesiae huius inherentem. Haec per ostium casu patens vibrando coruscavit, per quod de illa in hanc ecclesiam, gradibus subpositis, intratur. Quo viso, tantus timor et tremor presbiterum invasit, ut ab illa die maiorem huic loco reverentiam exhibere visus sit, quam[d] antea solitus fuerit.

23[a]. Ad quem[b] si quis aliquando ex frigoriticis aut acerrimo dentium dolore vexatus cum fide accessit, mox remedium sensit. Quapropter usque hodie multi eorum illuc candelam in votis afferunt[c], et febrientes[d] quidem abrasum pulverem sepulchri eius sumunt, quod tenacissimo fuit illitum coemento, sicut fertur fuisse moris antiquorum in sepulchris eorum; hunc autem aquae inditum siticulosius[e] bibunt, quo hausto, sanitatem ilico adipiscuntur. Quorum quidam Gislemannus[f] hanc misericordiam Domini per eum moderno tempore mirabiliter fuit expertus. Qui cum incurabiliter febricitando nichil cibi diebus aliquot gustare potuisset et non diebus neque noctibus optatam quietem invenire valuisset, acceptum eradendo ut alii pulvisculum sarcofagi istius potavit et continuo sanus abcessit. Dentium vero doloribus crutiati hoc sepulchrum debita cum devotione deosculantur et similiter extimplo curari merentur.

24[a]. Dum hoc in loco hic inclytus Domini confessor eatenus recubaret et his[b] aliisque virtutibus semper glorificatus reniteret, piae recordationis domnus Hincmarus, qui ab eo quintus extitit Remensis archiepiscopus[1], illum transtulit XVIII.[c] Kl. Iulii[2] ad monasterium beati Theoderici et posuit eum in dextera 864, Iun. 14.
parte ad tumbam ipsius pretiosi confessoris Christi, anno utique incarnationis Domini DCCCLXIIII, indictione XII. Idem istic aliquot annis requievit, ubi et plura per eundem Dominus patravit signa, ex quibus pauca brevitati studentes scripsimus[d], ne de eorum nimia prolixitate quodlibet[e] taedium[f] lecturis gigneremus.

25[a]. Quaedam febriens[b] femina diebus illis ad hoc monasterium venit; huic[c] vocabulum Auddinga, existens de ea quae huic contigua est villula cognomine Colmelecta[3]. Haec apud se huiuscemodi facere domi voluit: antequam ve-

I. Capp. 22—25. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 22. a) *ita* 1*a*; *eras.* 1*b*; *om.* 2*a. b. c.* b) ediculum 2*a.* c) *ita* 2*a*; penetravit *rell.* d) qu. s. s. f. *om.* 2*b.*

Cap. 23. a) *om.* 2*a. b. c.* b) locum *add.* 1*a. b.* c) *ita rell. cum lat. cap. (cf. p.* 76, 25*)*; offerunt 2*b cum Flod.* d) febricitantes 2*c cum lat. cap.* e) situla 2*a.* f) Gillemannus 2*c.*

Cap. 24. a) *om.* 2*a. b. c.* b) hiis 2*c.* c) quarto (*in marg. corr.* octavo) decimo 2. d) perscrips. 2*b.* e) *om.* 2*b. c.* f) t. l. gigneretur 1*a*; lectori fastidium gign. 2*c.*

Cap. 25. a) *eras.* 1*b*; *om.* 2*a. b. c.* b) febricitans 2*c.* c) huic — Colmelecta *om.* 2*b*; huic — existens *om.* 2*c.*

1) *Rigobertus, Abel, Tilpinus, Vulfarius, Ebo, Hincmarus (*845 — 882*) sese subsecuti sunt teste Flodoardo, qui Landonem II. (v. supra p.* 55*) ignoravit neque Milonis rationem habuit.* 2) *Cf. Martyrologium Remense saec. XIII. die* 14. *Iunii (ed. Chevalier l. l. p.* 45*):* Remis translatio corporis sancti Rigoberti episcopi et confessoris; *cf. ib. p.* 80. 184. 3) *Cogitaverunt de Courmelois vico (dép. Marne, arr. Reims, cant. Verzy); qui tamen locus monasterio S. Theoderici minus contiguus est, atque etiam Longnon, 'Dict. top. du dép. de la Marne' p.* 378 *(cf. p.* 81*) de eo dubitavit.*

niret, tres candelas unius quantitatis effecit, quarum unam nomine sancti Theoderici[a], alteram sancti Rigoberti, tertiam sancti Theodulfi[b, 1] esse voluit. Quas simul accensas ardere permisit, quousque conspexit, quae earum amplius duraret. hoc experimento cognoscere cupiens, sicut vulgus solet, cui eorundem sanctorum facere potissimum debuisset votum suum. At illa, quae beati[c] facta fuerat Rigoberti nomine candela, ceteris superfuit diutius ardendo. Quod animadvertens, aliam continuo fecit eius venerationi solius dicatam. Venitque illo et ante memoriam ipsius prostrata obdormivit, et evigilans, protinus omni[d] sospitate gavisa est. Huius rei usque hodie testes existunt qui affuerunt.

Similiter et alii ab[e] hoc incommodo sunt sepissime liberati, quotquot[f] eum quesierunt fide ardenti; insuper et hi, quibus dentes doluerunt ac per hoc anxiati ad eum cucurrerunt, simili modo fuerunt statim medicati ab hoc medico caelesti. Et[g] quoniam hi pre multitudine nesciri potuerunt, hic nomina eorum ponere supersedimus, quia non haec nos[h] scimus, qui non singulis adesse quivimus; verum haec poene omnis in giro novit populus.

878, Iun. 14. 26[a]. Annis novem elapsis, hinc rursus in predicto mense eisdemque redeuntibus Kalendis a prescripto presule Hincmaro ad urbem Remorum transfertur et in basilica, quae fuerat sancti Dyonisii[b] honore ab eodem consecrata, ponitur; ubi et Remensium sepultura fratrum[2] tunc habebatur. Tum[c] mulier caeca vocabulo Oda venit de villa secus fluvium Sopia[d, 3] sita, quae Alamannorum cortis[e] noncupatur[4], et ut ad memoriam eius accessit, statim recepit[f] visum olim amissum. Haec priusquam advenisset, nocte domi dormiens audivit vocem dicentem sibi: 'Quid hic facis? Cur iaces? Crastina[g] die pontifex Hincmarus et canonici Remenses sanctum transferent[h] Rigobertum; vade ad eum, et ille te adiuvabit'. At cf. Dan. 6,19. illa diluculo consurgens, acceleravit et, candelam[i] ei afferens[k], suo visui, ut prelocuti[l] sumus, continuo reddita est.

27[a]. Surdus quidam aeque translationis eius die advenit. Qui postquam locellum eius quo[b] gestabatur tetigit, ilico apertae[c] sunt aures eius et audivit. Quem et divina gratia, antequam sanatus fuisset, sic ad deiferum[d] hunc virum accersire dignata est. Noctu in diversorio[5] quiescentem ignota quaedam persona in latere suo leniter percussit et excitavit excitatumque vocavit. et ille actutum

I. Capp. 25—27. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 25. a) Theodori 2*b.* b) Theodulfus *(?) pr. m.* 2*b.* c) abati 2*a.* d) (omni *om.*) sospitati 2*b.* e) ab h. i. sunt *om.* 2*b*; in *pro* ab 2*c.* f) quodquot 2*a.* g) Et — *l.* 15. populus *om.* 2*c.* h) haec noscimus 2*a.*

Cap. 26. a) *eras.* 1*b*; *om.* 2*a. b. c.* b) Dionisii 2*b. c.* c) Tunc 2(*a*). *c.* d) Sopiam 1*b.* (2*a*); Sopyam 2*c.* e) *ita* 1*b*; Alamannorum (Alemann. 2*b*) curtis 1*a.* 2*b*; Alamannorumcurt 2*a*; Alemandorum curtis 2*c.* f) visum rec. (olim am. *om.*) 2*b. c.* g) Cratina 2*a.* h) transferrent *pr. m.* 1*b.* i) lucernam 2*b.* k) afferrens *pr. m.* 1*b.* l) ploquti 2*c*; *cf. supra p.* 73, 10.

Cap. 27. a) *eras.* 1*b*; *om.* 2*a. b. c.* b) que 2*a.* c) ilico auditum recepit. Quem et div. gr., antequ. adveniret, ad 2*c.* d) dei(ferum *om.*) 2*a*; deificum 2*c.*

1) *De Theoderico et Theodulfo abbatibus sanctis, in quorum coenobium Rigobertus translatus erat, cf. Flodoard. I,* 24. 25 *(p.* 442 *sqq.) et Vitas eorum ibidem in notis enumeratas.* 2) Canonicorum *Flodoardus II,* 15 *(p.* 462*).* 3) *Hodie la Suippe fluvius in Aisne influens.* 4) *Aumenancourt-le-Grand et Aumenancourt-le-Petit (dép. Marne, arr. Reims, cant. Bourgogne): cf. Longnon l. l. p.* 10. 5) In diversorii hostare *index (supra p.* 61*).*

sensit se palpantem, set[a] non audivit ut surdus vocantem; homines tamen qui aderant audierunt vocem, ad beatum Rigobertum ire quantotius eum admonentem, licet viderint[b] neminem. Abiit ergo[c] ad eum et mox eo quem prediximus modo promeruit auditum[d]. Haec ita se habere ipse retulit, postquam auditui suo restitutus fuit.

28[a]. Huius sacratissimum corpus — haud dubium quin sancti Rigoberti[1] — rursus transtulit dignissimae devotionis domnus Fulco Remorum archiepiscopus[2] in ęcclesiam felicissimae[b] Mariae Dei genitricis et perpetuae virginis, anno scilicet antistitii[c] sui primo, posuitque retro altare, quod vocatur ad sanctam Crucem, et almos decenter[d] collocavit duos Christi confessores Theodulfum[e] et Basolum[3] hinc et inde, medium autem, ut decuerat, beatum[f] Rigobertum. 883/84.

Hunc tam ibi quam alibi plures infirmi experiuntur divinum esse medicum in subitanea suorum medella[g] morborum. E quibus nuperrime quidam monachus et levita coenobii[h] beatissimi confessoris Christi Remigii die quadam validissima correptus est febre[i], ita ut adversa valitudo incessabiliter[k] per horarum incrementa efficeret inpotem mentis suae. Qui ad noctem usque perveniens, cum, invalescente huius morbi efficatia, incaenatus dormitum pergeret et tamen nullatenus quiescere sineretur, ipsum undique artatus[l] in auxilium sui corde clamavit et protinus per eundem[m] sanitati[n] donatus est. Is Siglohardus[o] vocatur[4] et cum preceptore suo archisacerdote Tetboldo[p, 5], sicut eius ab infantia cliens, huc usque conversatur; propter quod et illum, ut solitus erat, in[q] itinere, a domno archipresule ei precepto, secum ducere volebat, et iste odeporicas[6] incommoditates vitando nolebat, etiam cum adhuc sospes esset. Preceperat enim huic eius magistro prefatus archiepiscopus ceteris cum fidelibus suis transferre condicto tempore sanctum[r] Domini Rigobertum ad illum locum, quo regina Theodrada[7] ei petitoria insinuatione

I. Capp. 27. 28. 1*a. b.* 2*a. b. c.*

Cap. 27. a) *ita* 1*a.* 2*c cum Flod.;* et non 1*b.* 2*a*; nec *pro* set non 2*b.* b) viderit 2*a. c.* c) et predicto modo auditum recepit *pro* ergo — auditum 2*c.* d) visum 2*b.*

Cap. 28. a) XXIII. 2*b*; *eras.* 1*b*; *om.* 2*a. c.* b) eccl. beatissime Dei genitr. Marie, anno (scil. *om.*) 2*c*; Mariae *om.* 2*b.* c) antistiti 2*b*; episcopatus 2*a*; pontificatus 2*c.* d) almos XII Chr. conf. coll. Tb. 2*b.* e) Teod. 1*b.* f) (ut decuerat *om.*) beatissimum 2*c*; sanctum 2*b.* g) *ita pr. m.* 1*a*; medela *rell.* h) lev. cenobii beati Rem. (lev. sancti Rem. coen. 2*b*), *om.* conf. Chr. 2*b. c.* i) febrae 2*a.* k) val. (inc. p. h. incr. *om.*) impotem eum faceret mentis sue 2*c.* l) coartatus 2*b.* m) eum 2*b. c.* n) sanitate 1*b.* 2*a.* o) *ita* 1*b*; Is S. voc. *om.* 2*c*; Sigloardus *rell.* p) Tetboldo 1*a*; Theobaldo 2*c.* q) *om.* 2*a.* r) secundum 2*a.*

1) Quoniam ecclesia prenotata necessitate muri civitatis ob infestationem paganorum *(i. e. Nortmannorum)* construendi evertebatur, *addit Flodoardus l. l.* 2) *A.* 883—900. *De quo cf. inprimis Flodoardi Hist. IV,* 1—10 *(p.* 555—575*).* 3) *De quo cf. Flodoard. II,* 3 *(p.* 449 *sqq.) et Vitas eius (Mabillon, Acta II,* 65 *sqq.; cf. SS. R. Merov. V,* 544, *et A. Poncelet, Catalogus codicum hagiograph. Latin. bibliothecae Vaticanae,* 1910, *p.* 373*).* 4) *Idem, ut videtur, atque Sigloardus monachus, qui ob miraculum a.* 901. *factum columnam crucis erexit, versibus inscriptis (SS. XIII, p.* 441, *n.* 4; *Marlot, Metropolis Remensis historia I,* 1666, *p.* 528 *sq.; 'Histoire de Reims' II,* 1845, *p.* 688 *sq.).* 5) Tetboldus presbyter atque praepositus *primus e monachis S. Remigii inter eos affertur, qui a.* 883 *(Febr.* 5*) litteras excusatorias ad electionem archiepiscopi spectantes Hildeboldo episcopo Suessionensi miserunt (Marlot, Metropolis Remensis hist. I,* 502*).* 6) *I. e.* ὁδοιπορικάς, *itineris.* 7) *Theoderada uxor Eudonis comitis fuit, qui anno* 888. *ineunte rex coronatus est (cf. E. Favre, 'Eudes', 'Bibliothèque de l'École des Hautes Études'* 99, 1893, *p.* 15. 202 *sq.), ita ut non ante a.* 888. *auctor eam reginam vocare potuerit.*

suggesserat transferendum[a]. In eiusmodi obsequio illum assumere quemadmodum adiutorem obtabat, quod ille omnino refutabat. Verumtamen predicta obsitus aegritudine, confugit tota mentis devotione ad eundem mirae potentiae[b] sanctum priusque se reum tacitus fatebatur, eo quod presumpserit recusare iter post subeundum in eius excubitum et cultum; deinde, annuente Domino, proposuit animo, se unum procul dubio ex eorum fore numero, quicumque illo ituri essent cum eo. Quod ut corde suo destinavit, statim ab infirmitate sua, ut supra[c, 1] dictum est, convaluit per hunc archiatrum[2] Domini Rigobertum, quem invocavit. Per ipsum itaque, quicquid boni[d] petitur, invenitur et, quod religioso queritur affectu, celeri optinetur effectu, prestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto in[e] Trinitate et unitate perfecta vivit et regnat Deus per infinita[f] saecula[g] saeculorum. Amen[h].

II.

Anno incarnationis[a] dominicae DCCCXCIIII, presulatus autem domni Fulconis XII.[3], XVIII. Kl. Februarii iussione eiusdem domni Fulconis delatum est sanctissimum[b] corpus egregii pontificis urbis[c] Remorum Rigoberti a clero et plebe ipsius[d] Remensis ecclesiae in pagum Veromandinse[e], in villa scilicet Nemincum[4] super fluvium Dalminionem[5]; quam villam, videlicet mansos L, idem pater reverentissimus Fulco per prestariam apud Odalricum comitem et filiam eius Hyrmintrudim[f] eidem suae ecclesiae acquisivit et acquisitam eiusdem ecclesiae canonicorum victui perpetualiter adauxit. (894. Ian. 15.)

Delata est etiam haec copia pretiosarum reliquiarum cum eo positaque ad caput eius: De ligno Domini, de sepulchro Domini, de sancto Calvariae loco, de columna iuxta quam fuit[g] flagellatus Dominus, de petra supra quam stetit ante Pilatum, de panno quem sancta Maria manibus suis operata est; reliquiae sanctorum apostolorum Iohannis euvangelistae, Petri, Pauli, Andreae, Mathei, et de vestimentis XII apostolorum et de pulverę eorum; reliquiae sanctorum martyrum Iohannis baptistae, Nicasii[h], Dyonisii, Rustici et Eleutherii, Laurentii, Maurici, Candidi, Exuperii, Georgii, Crispini et[i] Crispiniani, Quintini, Valeriani, Cosmae et[i] Damiani, Agapiti, Primi[k] et Feliciani; reliquiae sanctorum confessorum Remigii, Hilarii, Martini, Gregorii, Amandi, Benedicti. Haec omnia pignera[l] sanctorum delata sunt pariter in[m] supra-

I. Cap. 28. 1*a. b.* 2*a. b. c.* *II. Translatio a.* 894. 2*a. c.*

Cap. 28. a) et *add.* 1*b.* b) virum *add.* 2*a. c.* c) praedictum 1*a*; (ut s. d. est *om.*) curatus est per hunc medicum Domini 2*c.* d) cum fide *add.* 2*a (non* 2*c).* e) in tr. et un. perf. *om.* 2*c.* f) omnia 2*a. b*; regnat (Deus *om.*) per (infinita — Amen *pagina exeunte om.*) 2*c.* g) saeculorum saecula 1*b.* h) *desinunt* 1*a. b* (*subscr.* Explicit vita vel actus beati Rigoberti Remorum archiepiscopi); *sequitur Translatio a.* 894 *(II)* 2*a. c, Translatio brachii (III)* 2*b.*

Translatio. a) gratie *pro* inc. dom. 2*c.* b) *om.* 2*c.* c) domni *pro* u. R. 2*c.* d) (ipsius *om.*) eccl. Rem. 2*c.* e) Veromandensem in villam 2*c.* f) Hirmintr. eidem eccl. sue 2*c.* g) flag. fuit 2*c.* h) Nichasii, Dionisii, R. et Eleuterii, Laur., Matyricii, Cand. 2*c.* i) *om.* 2*a.* k) Prim. *(sic)* Felitiani (*om.* et) 2*a.* l) pignora (sanct. *om.*) 2*c.* m) ad 2*c.*

1) *Supra p.* 77, *l.* 19. 2) *I. e.* ἀρχίατρος, *summus medicus.* 3) *Cum Fulco die* 7. *Martii a.* 883. *archiepiscopus factus sit (cf. Favre l. l. p.* 83, *n.* 2*), mensis Ianuarius a.* 894. *in annum* 11. *episcopatus incidit, in* 12. *autem a.* 895, *ita ut aut errorem numeris inesse aut initium anni incarnationis non a nativitate Domini neque a Kalendis Ianuariis computatum esse statuendum sit, sed fortasse a die paschali secundum morem quem postea vocabant Gallicanum (cf. e. gr. A. Giry, 'Manuel de diplomatique',* 1894, *p.* 113 *sq.). Dies* 19. *Ianuarii, quo reliquiae 'cum omni veneratione' in basilica S. Martini collocatae sunt (p.* 79, *l.* 1*), a.* 895. *dominicus fuit.* 4) *Ennemain (dép. Somme, arr. Péronne, cant. Ham).* 5) *Hodie l'Omignon rivus inter Ham et Péronne in Somme fl. influens.*

dictum pagum et collocata cum omni veneratione in basilica sancti Martini XIIII. Kl. Februarii. 894. Ian. 19

Non post multum vero temporis, crebrescente eiusdem[a] almi confessoris Domini Rigoberti longe[a*] lateque fama, accidit, ut quidam presbyter nomine Sigvinus, qui ex monasterio eximii martyris[b] Christi Calisti[1], olim nimium crudelitate paganorum[2] grassante, illuc advenerat, cui Odalricus quondam comes ac vir illuster[c] eiusdemque fisci possessor, misericordia motus super eum, concessit, ut in altera ipsius villae ecclesia, quae in honore sanctae Radegundis[d] videtur esse constructa, sacerdotali fungeretur officio, quoadusque, suae congregationis ecclesiae pace reddita, illuc absque offendiculo valeret reverti. Qui magno admodum cruciabatur dentium dolore, sed audiens illuc pretiosissimum presulis pignus cum canonicis Remorum advenisse, non abnuit munusculum propriae[e] candelae eidem sancto Domini, quia per se non poterat ferre, per alium mittere. Sed licet absens, tamen non distulit precibus quibus potuit et lacrimis uberrimis mirificum[f] atque gloriosum Domini sanctum exorare Rigobertum, quatinus, eius adminiculante misericordia, sanitati mereretur pristinae reddi. Verumtamen ilico ut perventum[g] est ad sancti memoriam, isdem[h] se prebuit medicum caelestem impetranti[i] toto mentis affectu medicinam satis superque sibi desiderabilem. Sed postquam convaluit, ad ecclesiam sancti Martini, ubi nunc prefatus sanctissimus[k] Domini confessor corpore dinoscitur quiescere, omni confestinatione[l] profectus est ac, totum se in lacrimis coram reba[m.3] illius prosternens, innumerabiles[n] ei condignasque veluti tam evidenti medico gratias retulit, annuntians fratribus, videlicet canonicis eius obsequio illic a domno Fulcone deputatis, quanta illi per merita gloriosissimi confessoris sui[o] Rigoberti fecerit Dominus[4]. Quae[p] etiam ideo litteris mandare curavimus, ne et ista et alia, quae per illum Dominus facturus est, oblivioni tradantur, sicut quam plurima, quae, nimia interveniente incuria, nostrae memoriae maxima ex parte abolita esse videntur[p].

cf. Prov. 15, 19.

EXPLICIT[q] SANCTI RIGOBERTI VITA.

II. Translatio a. 894. *2a. c.*

Translatio. a) *om.* 2c. a*) l. l. q. *om.* 2c. b) Chr. m. Calixti 2c. c) illustris eiusdem(que *om.*) 2c. d) Radegondis constructa est, sac. 2c. e) mun. candele sue eidem 2c. f) (mir. atque *om.*) glor. Christi pontificem exorare Rig., ut meritis et precibus suis pristine restitueretur sanitati. Ver. 2c. g) ventum 2c. h) eisdem 2c. i) celestem, desideratam ei impertiens sospitatem. Qui postquam 2c. k) (sanct. *om.*) conf. Dom. Rigobertus corpore 2c. l) cum festinat. 2c *cum Boll.*; confestatione 2a; confestim *Flod.* m) gleba 2c *et Boll.* n) innumeras ei (condignasque *om.*) laudes veluti tam ev. med. ret. 2c. o) Domini *pro* sui 2c. p) Quae — videntur *om.* 2c *et Boll.* q) Expl. vita (*corr.* translatio) beatissimi Rig. Remorum archiepiscopi *subscr.* 2c.

1) *Scil. ex Cisonio monasterio (hodie Cysoing, dép. Nord, arr. Lille); cf. Translationem Calixti papae (SS. XV,* 1, *p.* 418—422*). Cisonium a.* 891. *aut paulo ante ecclesiae Remensi traditum erat; cf. Flodoard. IV,* 1. 2. 6. 8 *(SS. XIII,* 558. 560. 569. 573*).* 2) *I. e. Nortmannorum.* 3) *Feretri operculum, umbraculum, ciborium. Du Cange s. v.* repa. 4) *Flodoardus II,* 15 *(p.* 462*) addit:* Nec longum post haec urbi Remorum sacra membra revocantur et, ecclesia sancti Dyonisii extra murum civitatis canonicorum Remensium studio sumptibusque restructa, ibidem cum beati Theodulfi pigneribus honorifice venerantur illata, *scilicet tempore Herivei archiepiscopi (*900—922*). Cf. ib. IV,* 13 *(p.* 576*) de Heriveo:* Remis quoque ecclesiam in honore sancti Dionisii extra murum civitatis a canonicis urbis constructam consecravit, ubi et membra sanctorum beati Rigoberti episcopi et sancti Theodulfi abbatis servanda deposuit.

III.

His ita magnifice gestis et, ut eque condignum sanctitati fuerat, praeordinatis, Hugo archiepiscopus[1] tertius a Fulcone secundae eius translationis auctore, qui super Artoldum[2] per VII annorum spatia usurpando Remense[a] invasit episcopatum[3], brachium prętiosi confessoris Christi Rigoberti cuidam nobilissimo servorum Dei servo nomine Hilberto summo amicitiarum eius concessit in dono. At ille munus commissum gratanter acceptans et fideliter, ut erat tanti dignum honoris, sudario religans, Deo dicandis servandum munitur in locis et sic, eius patrocinantibus meritis pia devotione per multum tempus veneratur ab incolis. Tandem novae prolis succedentibus filiis, delatum est in suburbio Florinensi[4] et reconditum in monasterio beati baptistae Iohannis[5] et cum eo sancti Walerici reliquiae aliorumque sanctorum, ubi, protegente divina misericordia et eorum interveniente gratia, debita persolvuntur obsequia, cum quibus beatae inmortalitatis sempiternum possimus [obtinere[b]] honorem et regnum, praestante ipso domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto coaeternus et consubstantialis ante temporalia saecula factus est in fine temporum pro nostra salute hostia, sacerdos et ara, vivens et regnans in saeculorum saecula. Amen.

III. Translatio brachii. 2*b*.
Translatio brachii. a) *ita* 2*b*. b) obt. *suppl. Bollandiani; om.* 2*b*.

1) *Filius Heriberti comitis Veromandensis, a.* 925—931. *et iterum a.* 940—946. *sedi Remensi praefectus.* 2) *Archiepiscopum (*931—961*).* 3) *Annis* 940—946*; cf. Ph. Lauer, 'Le règne de Louis IV d'Outre-Mer' ('Bibliothèque de l'École des Hautes Études' CXXVII),* 1900, *p.* 54 *sqq.,* 147 *sqq.* 4) *Florennes (prov. Namur, arr. Philippeville).* 5) *Monasterium S. Iohannis Florinense c. a.* 1010. *conditum est; cf. Mir. Gengulfi auct. Gonzone c.* 6—8 *(SS. XV,* 2, *p.* 792*) et ea quae O. Holder-Egger ib. adnotavit; U. Berlière, 'Monasticon belge' I,* 1897, *p.* 5 *sq.*

VITA WILLIBRORDI

ARCHIEPISCOPI TRAIECTENSIS

AUCTORE ALCVINO.

Duabus e partibus Frisonibus fides christiana illata est, e regno Francorum et e Britannia[1]. *Viri iidem regibus Francorum subditi, qui populares suos etiamtum partim diis patriis adhaerentes convertere studebant, etiam Frisonibus finitimis evangelium praedicare coeperunt. Amandus apud barbaros ostiis Scaldis fluvii propinquos laboravit*[2]; *Eligius ut Flandrensibus, Andoverpensibus, Suevis, ita Frisonibus convertendis instituit*[3]. *Cum auctoritate regum Francorum fides quoque christiana propagabatur. Traiecti (hodie Utrecht) iam saeculo sexto vel ineunte septimo ecclesia sancti Martini extabat, cui Chlotharius et Theudebertus reges horum nominum vel primi (*511—561. *et* 534—548*) vel potius secundi (*584—629. *et* 595—612*) immunitatem concesserant*[4]; *Bonifatio teste Traiectum castellum cum ecclesia a Dagoberto 'antiquo rege', scilicet primo (*623—639*), Coloniensi episcopo donatum erat, ut genti Frisonum evangelium praedicaret*[5], *neque vero episcopi Colonienses laborem iniunctum subierunt, ecclesia illa saeculo VII. exeunte destructa iacebat, neque alii multum profecisse videntur: 'pagana permansit gens Fresonum*[5]*', cum altera ex parte munus praedicandi susceptum est, ab Anglosaxonibus.*

Wilfridus episcopus Eboracensis, cum sede sua expulsus a. 678. *Romam proficisceretur, ob insidias inimicorum evitandas Gallica via neglecta in Frisiam navigavit, ubi ab Aldgislo rege honorifice susceptus est, et per hiemem ibi commoratus Frisonibus evan-*

1) *Cf. Rettberg, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II,* 505 *sqq.; Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' I*³, 321 *sqq.* 431 *sqq.; K. v. Richthofen, 'Untersuchungen über Friesische Rechtsgeschichte' II,* 1, 1882, *p.* 348 *sqq.* 2) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. V,* 395. 3) *V. Eligii II,* 3; *cf. c.* 8 *(ib. IV,* 696. 700*).* 4) *Charta Pippini regis (MG. Dipl. Karol. I, n.* 5*). Potius de Chlothario II. et Theudeberto II. agi quam de regibus horum nominum primis, monuit I. H. Gosses, 'Merowingisch en Karolingisch Utrecht' ('Bijdragen voor vaderlandsche geschiedenis en oudheidkunde',* 4. *series IX,* 1910, *p.* 213 *sq.). Venantius Fortunatus, Carm. IX,* 1, 75 *(ed. Leo, Auct. ant. IV,* 1, *p.* 203*) Chilperici I (*561—584*) quoque auctoritatem apud Frisones viguisse dixit:* Terror [es] extremis Fresonibus atque Suebis, | qui neque bella parant, sed tua frena rogant. 5) *Bonifatii epist.* 109 *(MG. Epist. III,* 395*).*

gelium praedicavit, ita ut plerique principes multaque milia vulgi baptizati esse dicantur[1]. *Quod Stephanus biographus Wilfridi fortasse exaggeravit, neque fructus percepti admodum durasse videntur; tamen ei dicere licebat, episcopum exulem apud Frisones fundamentum fidei posuisse, super quo postea Willibrordus aedificasset.*

Nam via a Wilfrido inita a popularibus eius non derelicta est, quamquam, qui proximus eidem consilio animum advertit, ipse fines Frisonum numquam ingressus est. Inter Anglos, qui inde a saeculo VII. medio in Hiberniam se contulerunt, alii vitae monasticae causa, alii ut a magistris Scotticis litteras discerent[2], *Ecgberct adolescens nobilis (639—729) in Rathmelsigi monasterio Hibernico positus erat*[3]*; qui, cum pestis acerrima a. 664. insulam vastaret, se numquam in Britannicam patriam rediturum esse vovit, si longiore vita ad commissa castiganda uti sibi liceret, morboque liberatus in Hibernia permansit, vir eidem studio Romanae partis addictus atque Wilfridus, cui etiam postea (a. 716) monachos Hienses, propugnaculum Scotticae partis, 'ad ritum paschae ac tonsurae canonicum' perducere contigit. Qui, compluribus annis in Hibernia transactis, gentibus Germanicis paganis evangelium praedicare constituit; sed visionibus uni sociorum ostensis prohibitus est, quippe cui monasterium sancti Columbae Hiense adeundum esset, visionumque confirmationem ex oborta tempesta accepisse sibi videbatur*[4]. *Eo igitur in Hibernia manente, Wictberct socius in Frisiam profectus per duos annos Radbodo duci et populo fidem christianam praedicabat, sed nullo fructu percepto ab ingrato labore destitit et in Hiberniam regressus, 'quoniam externis prodesse ad fidem non poterat, suis amplius ex virtutum exemplis prodesse curabat'*[4]. *Tamen Ecgberct de proposito assequendo non desperabat, sed a. 690. viros duodecim strenuos trans mare misit, 'in quibus eximius Vilbrord presbyteri gradu et merito praefulgebat'*[5].

Willibrordus anno 657. exeunte aut 658.[6] *in Northumbria natus erat, patre Wilgilso, qui postea saeculo relicto ad ostia Humbri fluminis in oratorium sancti Andreae solitarius se recepit cellulaque constructa modicum numerum monachorum congregavit*[7]. *Puerulum pater Hripensi monasterio educandum tradidit*[8], *coenobio illi ab Alchfrido condito, quod Scotticis monachis expulsis paulo ante a. 664. Wilfrido regendum datum est*[9], *ita ut Willibrordus ab infantia studio partis Romanae imbutus sit. Ubi monachus factus est*[10], *ibi usque ad annum vicesimum aetatis permansit eodemque fere tempore*

1) *V. Wilfridi auct. Stephano c.* 26—28 *(SS. R. Merov. VI, p.* 220 *sq.)*. 2) *Cf. H. Zimmer, Nennius vindicatus,* 1893, *p.* 295 *sq.; Plummer, Baedae Opera historica II,* 1896, *p.* 196*; M. Roger, 'L'enseignement des lettres classiques d'Ausone à Alcuin',* 1905, *p.* 275. 284*; L. Gougaud, 'Les chrétientés celtiques',* 1911, *p.* 251 *sq.* 3) *De Ecgbercto cf. Bedae Hist. eccl. III,* 4. *IV,* 3. 24 (26). *V,* 23. 24. *et inprimis III,* 27. *V,* 9. 10. 22. 4) *Ib. V,* 9. 5) *Ib. V,* 10. *E multis, qui de Willibrordo egerunt, Rettberg l. l. II,* 517 *sqq. et Hauck I*[3], 433 *sqq. (cf. eundem, 'Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche' XXI*[3], 1908, *p.* 340 *sqq.) hoc loco commemorentur, quibus iam A. Poncelet b. m., AA. SS. Novembris III,* 1910, *p.* 426 *sqq., summo iure addendus est, cuius opus pluribus annis publici iuris factum est, postquam egomet ipse hanc editionem litteris tradidi, atque et argumentis et rebus illum mecum miro neque tamen mirando modo saepe convenire, quam maxime gaudeo. Etiam K. v. Richthofen l. l. pluribus locis satis utilia collegit. Liber saepius ab aliis citatus auctore P. P. M. Alberdingk Thijm, 'Geschiedenis der kerk in de Nederlanden I: H. Willibrordus',* 1861 *(versio Germanica auct. Tross: 'Der heilige Willibrord',* 1863*) haud multum valet, quippe cuius auctor, fontium penuriae ratione non habita, nimis vanis excogitationibus indulserit, quae proxime ad opera Ebrardi accedunt, quamquam e contraria parte uterque udia votaque nostri aevi temporibus antiquis attribuit; cf. Poncelet l. l. p.* 426. 6) *Cf. ea quae infra p.* 117, *n.* 4, *adnotavi.* 7) *V. Willibrordi auct. Alcvino I, prol. et c.* 1*; lib. II, c.* 33 (34). 8) *Ib. I,* 3. *Cf. V. Wilfridi c.* 26 *(l. l. p.* 220*):* in Hripis nutritus. 9) *Cf. SS. R. Merov. VI,* 166. 10) *V. Willibrordi I,* 3*:* pia professione monachum se fecit esse.

e monasterio egressus est, quo Wilfridus primum sede deiectus (a. 678) Romam profecturus patriam reliquit[1]*, et nescio an utriusque secessum eodem tempore haud casu contigisse viri docti iure coniecerint. Willibrordus in Hiberniam se contulit ibique per duodecim annos apud Ecgberctum commoratus est*[2]*, et ipsum propugnatorem consuetudinum Romanarum, cumque iam presbyter factus 'peregrinam pro aeterna patria duceret vitam'*[3]*, inter socios eius erat, quo tempore opus a Wilfrido apud Frisones inchoatum continuare ille sibi proposuit.*

Ab Ecgbercto igitur Willibrordus, tricesimum tertium annum agens[4]*, cum undecim sociis a. 690. in Frisiam missus est*[5]*. Munus iis iniunctum iam minus facile aggredi licebat quam a. 678/79. sub Aldgislo. Quamquam enim etiam Radbodus dux, cum ipse paganus permaneret, minime obsisteret, ne evangelium genti praedicaretur, tamen postquam Pippinus dux rerum potitus est (a. 687), inter Francos et Frisones bellum gestum est (a. 689?)*[6]*, Radbodoque devicto Frisiae pars citra Rhenum sita ad Francos pervenerat*[7]*, neque fieri potuit, quin inimicitiae inter Francos christianos et Frisones paganos obortae fidei christianae propagandae obstarent. Itaque socii, cum primo Traiectum castellum, si Alcvinus recte rettulit, tum in dicione Radbodi situm adiissent*[8]*, brevi post ad Pippinum se contulerunt, et ab eo honorifice suscepti, parti Frisonum ei subditae convertendae operam dabant, duce eos adiuvante beneficiaque in paganos baptizatos conferente*[9]*. Willibrordus autem, facultate praedicandi a Pippino accepta, 'primis temporibus adventus eorum in Fresiam', ut erat discipulus Wilfridi et Ecgbercti, exemplo adhuc apud Francos inaudito Romam profectus est, ut cum licentia et benedictione Sergii I. papae (687—701) laborem propositum subiret, votoque completo rediit, reliquias apostolorum martyrumque adeptus, in quorum honorem ecclesiae idolis dirutis construendae dedicari possent*[10]*. Andoverpense castellum ad fines Frisonum situm, ubi olim*

1) *Cf. SS. Merov. VI, 171.* 2) *V. Willibrordi I, 4.* 3) *Beda III, 13. miraculum Oswaldi regis rettulit, quod Acca episcopus a Willibrordo accepisset, hic autem vidisset 'in Hibernia, cum presbyter adhuc peregrinam pro aeterna patria duceret vitam'.* 4) *V. Willibrordi I, 5.* 5) *Beda V, 10. Annus constat e nota Kalendarii Epternacensis, infra p. 92. Hewaldos duos, qui paulo post apud Saxones martyrium passi sunt, cum Willibrordo in Germaniam venisse, Beda in Martyrologio expresse dixit (H. Quentin, 'Les Martyrologes historiques du moyen âge', p. 105 sq.), eosque in praescriptione capitis Hist. eccl. V, 10. socios eiusdem vocavit, cum in ipso capite eos exempla horum, scilicet eorum, qui cum Willibrordo praecessissent, secutos esse dixerit, monente A. Poncelet l. l. p. 415, n. 1.* 6) *Lib. hist. Franc. c. 49; Fredegar. cont. c. 6. Fortasse hoc tempore, ut in charta Caroli maioris domus (MG. Dipl. Merov. p. 100; Mühlbacher, Reg. I*[2]*, n. 38) narratur, Everhardo villa Elst ablata est,* dum ipse infidelis regi apparuit et in regis Francorum infidelitate foris patria ad infideles se sociavit, *cuius res fisco vindicatas Childebertus rex Pippino concessit.* 7) *Beda V, 10: (Pippinus)* nuper citeriorem Fresiam expulso inde Rathbedo rege ceperat. *In 'citeriore' Frisia interpretanda cum Hauck l. l. p. 435, n. 5. convenio, quamquam neque hanc sententiam omnino certam esse et alia, quae de rationibus saeculo VII. et VIII. inter Francos et Frisones intercedentibus tradita sunt, satis obscura esse iure monuit F. Patetta, 'La Lex Frisionum' ('Memorie della Reale Accademia delle scienze di Torino', 2. series XLIII, 1893), p. 5 sqq. Non semel difficillimum est distinguere, quanta pars Frisonum in ipsam dicionem Francorum redacta sit et ubi de auctoritate tantum regni Francorum praevalente agatur.* 8) *V. Willibrordi I, 5.* 9) *Beda V, 10.* 10) *Beda V, 11. Alcvinus iter Romanum Willibrordi prius silentio praetermisit. Reliquias a Willibrordo Roma delatas iure satis incerto sibi vindicant Embricenses; cf. F. X. Kraus, 'Die christlichen Inschriften der Rheinlande' II, 1894, p. 303, n. 664:* He sunt reliquiae, quas sanctus Willibrordus Rome a papa Sergio accepit et Embrike transportavit. *Treveris altare portabile reliquias continens extat,*

Amandus et Eligius laboraverant, iis annis Willibrordo quasi propugnaculum in evangelio propagando fuisse videtur. Anno enim tertio Chlodovei III. regis (c. a. 693) Rauchingus vir inluster ei ecclesiam in Andoverpensi castro sitam donavit, quam Amandus episcopus nominibus Petri et Pauli apostolorum dicatam construxerat, tertia quoque parte telonei eiusdem castelli, quae ad Rauchingum pervenerat, Willibrordo concessa[1].

Eodem fere tempore viri in Frisia praedicantes — neque vero Willibrordus abfuisse videtur — numero fidelium crescente dioecesim novam constituere conati sunt, siquidem Suidberctum presbyterum e numero suo elegerunt, qui episcopus ipsis ordinaretur, eumque consecrandum in Britanniam miserunt. Cum Berctwaldus archiepiscopus Cantuariensis Kalendis Iuliis a. 692. electus et ipse consecrandus in Gallia moraretur, die demum 31. Augusti a. 693. in sede sua constitutus[2]*, Suidberctus a Wilfrido episcopo consecratus est, qui iis annis apud Mercios degebat*[3]*. Idem post ordinationem regressus non multum tempus perstitit, sed brevi post fidem praedicaturus ad Boructuaros secessit*[4]*. Causa omnino latet, alii Suidberctum Willibrordo opposuerunt, alii Pippinum episcopatum se nescio constitutum non probasse coniecerunt, cum ego testibus omnibus deficientibus me ignorare confitear. Boructuaris paulo post a Saxonibus impugnatis, Suidberctus ad Pippinum rediit et in insula Rheni quae hodie Kaiserswerth dicitur, Plectrude uxore ducis intercedente, possessionem ab eo accepit; ubi, monasterio condito, anno 713. vita defunctus est*[5].

Interea termini regni Francorum propagati esse videntur, Traiectum castellum in dicionem Pippini redactum erat[6]*, et quamquam inimicitiae non deerant Frisonibusque Radbodo adversis ad Francos refugium erat*[7]*, tamen pax utriusque gentis composita esse videtur, Grimoaldus filius Pippini filiam Radbodi in matrimonium duxit*[8]*. Ecclesiam igitur inter Frisones exortam paulatimque crescentem ipse Pippinus in certum ordinem adducere sibi proposuit neque episcopum dioecesi novae praeficere contentus erat, sed id egisse videtur, ut provincia ecclesiastica propria gentem illam complectens constitueretur, sicque papam Romanum in rei societatem vocavit. Willibrordum igitur Romam ad Sergium misit, 'ut eidem Fresonum genti archiepiscopus ordinaretur*[9]*', atque papa duci obsecutus in ecclesia S. Caeciliae die 21. Novembris a. 695. eum archiepiscopum consecravit pallioque donatum Clementem vocavit*[9] *de nomine sancti, cuius festivitas altero*

saec. XI/XII. compositum, cui inscriptum est (ib. p. 174, n. 362; cf. Poncelet l. l. p. 435): Hoc altare beatus Willibrordus in honore dn. Salvatoris consecravit, supra quod in itinere missarum oblationes Deo offerre consuevit. *Posteriora mitto, neque haec gravioris momenti sunt. Reliquias sancti Oswaldi regis a Willibrordo trans mare asportatas esse, e Beda III, 13. intellegi videtur.* 1) *Ipsa charta deperdita est, de qua Theodericus in Chronico Epternacensi rettulit, idemque alteram chartam servavit a. 726. a Rauchingo et Bebelina uxore de eadem re editam, in qua sane prioris donationis mentio non facta est (SS. XXIII, 55. 63 sq.). Terrae ab iisdem ad ecclesiam Andoverpensem illam concessae sunt, 'ubi Willibrordus episcopus praeesse videtur' (ib. p. 64), eodem ut videtur tempore (a. 726); cf. testamentum, quod dicitur, Willibrordi (v. infra p. 91, n. 9); Krusch, SS. R. Merov. V, 396. Nomen* sancti Amandi *ad diem 6. Februarii prima manu Kalendario Epternacensi initio saeculi VIII. exarato inscriptum est (Arndt, 'N. Arch.' II, 292; Krusch l. l. p. 399).* 2) *Beda V, 8.* 3) *Cf. SS. R. Merov. VI, 175.* 4) *Beda V, 11.* 5) *Beda V, 11; Annales S. Amandi et Petaviani a. 713 (SS. I, 6. 7).* 6) *Beda V, 11.* 7) *Wursingus avus Liudgeri ob insidias Radbodi ad Grimoaldum filium Pippini fugit; cf. V. Liudgeri auct. Altfrido I, 2 (ed. Diekamp, 'Geschichtsquellen des Bisthums Münster' IV, 1881, p. 7).* 8) *Lib. hist. Franc. c. 50.* 9) *Beda, Chronica maiora c. 566 (ed. Mommsen, MG. Auct. ant. XIII, 316) et Hist. eccl. V, 11; Bonifatius l. l.; V. Willibrordi I, 6. 7; nota Kalendarii Epternacensis, infra p. 92; cf. Librum pontificalem c. 86 (ed. Mommsen I, 216) de Sergio:* Hic ordinavit Bertoaldum Britanniae archiepiscopum atque Clementem in gentem Frisonum. *Testes de anno et die et ecclesia, in qua consecratio facta sit, non conveniunt; quos ad c. 7. examinavi. Willibrordus in chartis aliorum postea quoque nomine priore vocatus est,*

die post (Nov. 23) celebranda erat[1]. *Diebus quattuordecim in urbe transactis, Willibrordus ad gentem sibi commissam regressus est*[2].

Sedes episcopalis Willibrordo a Pippino in Traiecto castello data est[2], *idemque episcopatui partem decimam omnium redituum fisco ibi competentium concessit*[3]. *Ubi Willibrordus ecclesiam in honore sancti Salvatoris aedificavit*[4]; *alteram illam 'ecclesiolam' a paganis dirutam a fundamento restituit et denuo sancto Martino dicavit*[5]. *Munere suscepto, longe lateque in partibus finitimis evangelium praedicabat, complures ecclesiae et monasteria nonnulla constructa sunt*[2], *fana diruta*[6]; *sed gesta itineraque eius accuratius cognoscere ob penuriam fontium non licet, in Walichrensi insula idolum destruxisse dicitur*[7].

A Pippino Romam missus erat, ut archiepiscopus gentis Frisonum consecraretur, Bedaque testis aequalis refert, Willibrordum non multo post alios quoque 'antistites' in illis regionibus constituisse e numero fratrum, qui secum vel post se illuc venissent, e quibus aliquot iam vita functi essent (a. 731)[2]. *Quod num iuxta rationem a Beda usitatam aliter accipi possit atque de episcopis, admodum dubito, ita ut episcopi sedi Traiectensi subditi instituti sint, neque de Suidbercto et Bonifatio agi potest, quos minime Willibrordus episcopos constituit; sed praeterea tale quicquam non compertum est, nisi aevo Willibrordiano Theutbertum episcopum de Dorostato (Wijk bij Duurstede supra Utrecht) recte attribui, cuius octavo saeculo, testante subscriptione, codex Livii Vindo-*

sed se ipsum et a. 726/27. in testamento et a. 728. in nota Kalendarii Epternacensis Clementem Willibrordum nominavit. Nominis a papa impositi Beda mentionem fecit et locis citatis et in Vita Cudbercti prosaica c. 44 (ed. Stevenson, Bedae Opera historica minora, 1841, p. 132): clericus quidam reverentissimi et sanctissimi Wilbrordi C l e m e n t i s Fresonum gentis episcopi. *Willibrordum in chartis episcopum (vel pontificem), non archiepiscopum vocari cum more illius aevi convenit; tamen* Willibrordus archiepiscopus *in charta Caroli maioris domus a. 723. legitur (MG. Dipl. Merov. p. 99; Mühlbacher, Reg. I², n. 34).*

1) *Cf. ea quae disserui 'N. Arch.' XXXIII, 1908, p. 528 sq.* 2) *Beda V, 11.* 3) *Charta deperdita est, sed confirmatio Pippini regis a. 753. extat, in qua errore librarii Pippinus avus* rex, *non* dux *vocatur (MG. Dipl. Karol. n. 4).* 4) *Bonifatius l. l.; V. Liudgeri I, 18 (ed. Diekamp p. 21); cf. Bedam V, 11:* aedificata ecclesia. *Anno 775. Gregorius moriturus ante* oratorium sancti Salvatoris *se portari iussit; cf. V. Gregorii auct. Liudgero c. 15 (SS. XV, 79).* 5) *Bonifatius l. l.; cf. supra p. 81. S. Muller, 'Die S. Salvatorskirche in Utrecht' ('Westdeutsche Zeitschrift' XVI, 1897, p. 256—292; cf. 'Archief voor de Geschiedenis van het Aartsbisdom Utrecht' XXV, 1898, p. 21—73. XXVII, 1901, p. 287—299), demonstrare conatus est, titulos S. Salvatoris et S. Martini ante saeculum X. ad unam neque ad duas ecclesias Traiectenses pertinuisse, ita ut semper de eadem ecclesia ageretur neque ecclesiola S. Martini a Willibrordo restituta alia fuisset nisi capella ecclesiae maioris eadem, quae postea sub nomine S. Crucis commemoraretur; sed Bonifatius de 'ecclesia' S. Salvatoris et 'ecclesiola' S. Martini (infra etiam* destructa ecclesia) *tam distincte locutus est, ut hanc ad illam pertinuisse mihi non persuadeam, itemque ab Eigilo in V. Sturmi c. 15 (SS. II, 372) de Traiectensibus a. 754. corpora Bonifatii et sociorum deferentibus narrante 'minor quae eis vicinior erat ecclesia' et 'basilica maior' distinguuntur. Etiam O. Oppermann, 'Die älteren Urkunden des Klosters Brauweiler' ('Westdeutsche Zeitschrift' XXII, 1903, p. 212, n. 59), duas ecclesias adfuisse statuit, eandemque sententiam I. H. Gosses l. l. p. 220—237. pluribus verbis probavit (cf. p. 256 sqq.) atque contra S. Muller, 'De echtheid van het charter van bisschop Balderik' (Bijdragen voor vaderlandsche geschiedenis en oudheidkunde', 4. series X, 1912, p. 44 sqq.) defendit (ib. p. 58—70). Ecclesia sancti Martini iam paulo post medium saeculum VIII. cathedralis facta erat; cf. chartam Pippini supra in n. 3. citatam et ea quae N. B. Tenhaeff, 'Diplomatische studiën over Utrechtsche oorkonden der X^e tot XIIe eeuw', Rheno-Traiecti 1913, p. 30 sqq. disseruit, etsi de quibusdam rebus nimis coniecturis indulsit atque iusto plura inter lineas ut dicunt legit.* 6) *Bonifatius l. l.* 7) *V. Willibrordi I, 14.*

bonensis clarissimus erat[1], *etsi et nominis forma et genus scripturae hominem non e Britannia ortum fuisse suadent, siquidem ipse neque librarius quidam nomen codici intulit. Neque de aliis sociis Willibrordi multa constant. Egmondae (prov. Nordholland) Adalbertus ut socius eius colebatur, idem fortasse atque Adalbertus abbas, qui a.* 714. *chartae Pippini pro Willibrordo datae subscripsit*[2]. *Elst locus in Batua pago situs (prov. Gelderland), a.* 726. *ecclesiae Traiectensi a Carolo concessus, Werenfridum Anglum ut patronum celebrabat, cui Willibrordus et hunc locum et ecclesiam in Westervoort villa prope ad Rhenum sita 'praedicationis cura' regenda commisisset*[3]. *Quae sane satis incerta sunt. Ex contrario constat Laurentium presbyterum apud Willibrordum degisse, artis scriptoriae studiosum, qui a.* 704. 710. 717. *chartas pro Willibrordo datas scripsit*[4], *idemque et codicem Epternacensem Martyrologii Hieronymiani praestantissimum*[5] *et librum evangeliorum hodie Maihingae servatum exaravit*[6]; *scriptura virum ostendit aut e Britannia oriundum aut discipulum Anglorum*[7]. *Willibrordus etiam apud Frisones peregri-*

1) *Mommsen et Studemund, Analecta Liviana,* 1873, *tab. IV; M. Gitlbauer, De codice Liviano vetustissimo Vindobonensi,* 1876, *p.* 2 *sqq.; E. Chatelain, 'Paléographie des classiques latins' II, p.* 8; *C. Wessely, Livius, Codex Vindobonensis Lat.* 15. *phototypice editus (Codices Graeci et Latini photographice depicti duce Scatone De Vries XI),* 1907, *fol.* 193' *(cf. p. VII); cf. L. Traube, 'Palaeographische Forschungen' IV ('Abhandlungen der historischen Klasse der Münchener Akademie' XXIV,* 1909, *p.* 17 *sq.), et ea quae ipse disserui, 'N. Arch.' XXXIII,* 1908, *p.* 517—525. *In ultima pagina codicis saec. V. attributi legitur subscriptio saec. VIII. addita:* Iste codex est Theutberti epi̅ de Dorostat. *De episcopis Dorostatensibus aliunde nihil compertum est. Gitlbauer coniecit eum eundem esse atque Thiadbraht presbyterum ab Altfrido commemoratum (V. Liudgeri I,* 17, *ed. Diekamp p.* 21*) eumque episcopum vocatum esse, quod presbyter muneribus episcopalibus functus ecclesiae Dorostatensi praefuisset, id quod minime veri simile mihi videtur; deinde coniecit, Jaffeum secutus, eum postea ecclesiam Traiectensem rexisse neque alium esse atque Thiaterdum vel Theotardum episcopum, Albrici (†* 784*) successorem, cuius nomen in catalogis (SS. II I,* 295. *XV,* 79, *n.* 4*) corruptum sit; quae omnia incerta sunt. Monuerim quoque subscriptionem antea errore Suidbercto attributam esse, nomine minus accurate lecto.* 2) *SS. XXIII,* 59; *Dipl. Merov. p.* 96. *Cf. ea quae ad c.* 31. *adnotavi.* 3) *Cf. V. Werenfridi (AA. SS. Aug. VI,* 102 *sqq.).* 4) *Laurentius presbyter scripsit chartas Hedeni ducis a.* 704. *Wirziburgi (SS. XXIII,* 55 *sq.), Bertilindis a.* 710. *Calae (ib. p.* 57*), Ansbaldi a.* 717. *Suestrae (ib. p.* 61 *sq.). Nescio an idem sit Laurentius Virgilius, qui Theoderico teste a.* 721/22. *chartam Ebroini comitis exaravit (ib. p.* 63*); Virgilius quidam presbyter a.* 709. *et* 721/22. *chartas pro Willibrordo datas scripsit (ib. p.* 57. 62 *sq.).* 5) *Cf. Arndt, 'N. Arch.' II,* 291 *sqq.; de Rossi et Duchesne, AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [VIII]; A. Reiners, 'Publications de la section historique de l'institut royal grand-ducal de Luxembourg' XL,* 1889, *p.* 21 *sqq.; B. Krusch, 'N. Arch.' XXIV,* 297 *sqq.; J. Chapman, 'Notes on the early history of the Vulgate Gospels',* 1908, *p.* 149 *sqq. In fine Martyrologii (cod. Parisin. n.* 10837, *fol.* 32'*) legitur:* Tuorum, Domine, quorum nomina scribsi, sanctorum, eorum, queso, suffragis miserum leva Laurentium, tuque idem, lector, ora. 6) *Cf. W. Wattenbach, 'Anzeiger für Kunde der Deutschen Vorzeit, Neue Folge' XVI,* 1869, *col.* 289 *sqq. (='Revue celtique' I,* 27 *sqq.; cf. 'N. Archiv' XII,* 234*); E. Dümmler, ib. XXVI,* 1879, *col.* 84 *sqq. (cf. MG. Poetae I,* 164. 631*); K. Bartsch, 'Zeitschrift für Romanische Philologie' II,* 1878, *p.* 216 *sq.; S. Berger, 'Histoire de la Vulgate',* 1893, *p.* 52. *et* 393; *L. Traube et R. Ehwald, 'Palaeographische Forschungen' III ('Abhandlungen der histor. Klasse der Münchener Akademie' XXIII,* 1906, *p.* 326*). In ultima pagina codicis, qui ad bibliothecam principis de Oettingen-Wallerstein pertinet, versus acrostichici leguntur, qui verba exhibent:* Laurentius vivat senio. *Alterum evangelium Epternacense, hodie codex Parisinus n.* 9389 *(cf. Reiners l. l. p.* 25 *sqq.; Berger p.* 52. 406; *Chapman l. l. p.* 26 *sqq. et dissertationem eiusdem 'Cassiodorus and the Echternach Gospels', 'Revue*

natus consuetudinem cum popularibus habitam non intermittebat. Anno 703/4. *Wilfridus episcopus, tertium Romam migraturus, apud Willibrordum 'filium'* [1], *in coenobio suo Hripensi nutritum, cum Acca ceterisque sociis itineris commoratus est* [2]; *de miraculis sancti Oswaldi regis Willibrordum hospitibus rettulisse compertum habetur. Eodem fere tempore, scilicet inter a.* 698. *et* 705, *clericus quidam de 'familia' Willibrordi trans mare in Northumbriam ad monachos Lindisfarnenses pervenerat; ubi infirmitate correptus, postquam ad sepulchrum Cudbercti sanitatem recuperavit, post paucos dies abscessit* [3]. *Ex insula patria etiam post a.* 690. *monachi ad Willibrordum pervenerunt* [4] *velut Bonifatius, de quo infra agendum est; Marchelmus Anglus, postea socius Liafwini et Liudgeri, a pueritia a Willibrordo instructus est* [5]. *Neque minus id agebat, ut ex ipsa gente conversa clerus nasceretur; Willibraht et Thiadbraht, quos Adelburga soror Willibrordo commendaverat, avia Liudgeri futuri episcopi Monasteriensis, 'primi omnium gentis Fresonum clericatus acceperunt officium* [6]*'.*

Neque Willibrordus regiones sedi finitimas fidei christianae acquirere contentus erat. Ultra fines regni Francorum progressus, ipsum Radbodum adiit; deinde primus evangelium usque ad Danos pertulit; sed re infecta ei redeundum erat, nisi quod triginta pueros e Danis secum duxit et in itinere baptizavit [7]. *Navis ad Fositesland insulam Fosite deo sacram pervenit, ubi, religione gentilium contempta, in fonte sacrato tres homines baptizavit animaliaque pascentia mactari et pro cibo sumi iussit* [8]. *Unde Radbodus, ut iniurias deorum ulcisceretur, per tres dies de peregrinis sortes consuluit, unusque e sociis Willibrordi sorte ostensus et interfectus est; ceteri cum episcopo dimissi sunt et in regnum Francorum redierunt* [9].

Deinde Willibrordus intra fines Pippino subditos laborabat. Post reditum plurimas ecclesias constructas atque presbyteros ad singulas constitutos esse Alcvinus tradidit [10], *iam parrochiae certo ordine institui coeptae esse videntur. Possessiones multae iis annis Willibrordo traditae sunt* [10]; *donatio Gerberti comitis c. a.* 696. *facta post episcopatum susceptum prima commemoratur* [11]. *Plura e praediis concessis citra Mosam in Texandria (Nordbrabant) sita erant, quasi propugnacula receptaculaque contra Frisones obiecta* [12]. *Cum interioribus quoque partibus Germaniae rationes habitae sunt, quamquam quomodo institutae sint latet: Hedenus dux Thuringorum ultimus Willibrordo a.* 704. *Arnstadt curtem (Schwarzburg-Sondershausen) aliaque donavit* [13] *atque a.* 717. *possessiones in Hammelburg loco Franconiae inferioris sitas concessit, ubi 'per ipsius apostolici viri consilium' monasterium construere sibi proposuerat* [14]. *Quod num perfectum sit dubitare*

Bénédictine' XXVIII, 1911, *p.* 283—295*), quod aevo Willibrordi attributum erat, posterius est e iudicio gravissimo Leopoldi Delisle, 'Cabinet des mss.' III,* 231. 7) *Nomen Virgilii (cf. supra n.* 4*) illo aevo potissimum Scottorum fuit velut abbatis et episcopi Salisburgensis (*745—784*) 'Fergil' vel 'Feirgil' in patria vocati (cf. H. Zimmer, 'N. Arch.' VII,* 211*).*

1) *Ita Stephanus, V. Wilfridi c.* 26 *(l. l. p.* 220*).* 2) *Beda III,* 13. *Cf. SS. R. Merov. VI,* 176. 3) *V. Cudbercti auct. anonymo c.* 45 *(ed. Stevenson l. l. p.* 283*); V. Cudbercti prosaica auct. Beda c.* 44 *(ib. p.* 132*).* 4) *Cf. Bedam V,* 11: ex eorum numero fratrum, qui vel secum vel post se illo ad praedicandum venerant. 5) *V. Liudgeri I,* 13 *(ed. Diekamp p.* 18*). Cf. Hauck II*[3], 360. 6) *V. Liudgeri I,* 5 *(l. l. p.* 10*).* 7) *V. Willibrordi I,* 9. 8) *Ib. c.* 10. 9) *Ib. c.* 11. 10) *Ib. c.* 12. 11) *SS. XXIII,* 55. 12) *Ad Texandriam pertinent donationes Aengilbaldi a.* 703/4 *(ib. p.* 56*), Aengelberti a.* 709 *(p.* 57*) et a.* 713 *(p.* 58*), Bertilindis a.* 710 *(p.* 57*), Ansbaldi a.* 712 *(p.* 58*) et a.* 717 *(p.* 61*). Ecclesia in pago Marsum ad ostium Mosae sita ab Heribaldo clerico anno incerto tradita est, ut e testamento Willibrordi (Pardessus II, p.* 350; *Poncelet, Analecta Bolland. XXV,* 167*) et Vita eius auctore Thiofrido c.* 12 *(SS. XXIII,* 23; *AA. SS. Nov. III,* 467*) compertum habetur; donationes alias paucas ex iisdem cognitas praetermitto.* 13) *SS. XXIII,* 55 *(Dobenecker, Regesta Thuringiae I, n.* 5*).* 14) *Ib. p.* 60 *(Dobenecker I, n.* 7*).*

licet; nam paucis annis post, cum Bonifatius in Thuringiam venit, regimen ducum ibi desierat.

Ante omnia monasterium Epternacense in pago Bedensi ad Suram fluvium situm cum nomine Willibrordi coniunctum est, peculiare 'monasterium sancti Willibrordi[1]*'. Ermina*[2] *sive Irmina abbatissa Treverensis, quae Horreensi coenobio praefuisse videtur, cum consilio Basini et Leotwini episcoporum Treverensium*[3] *et consensu sanctimonialium in Epternaco villa propria basilicas sanctae Trinitati, beatae Mariae, Petro et Paulo apostolis dicatas et 'monasteriolum' construxerat, ubi monachi peregrini conversarentur. Willibrordi autem 'sanctitatem et dilectionem' erga se sororesque suas assidue habitam experta, Treveris Kalendis Novembribus a.* 697. *aut* 698. *basilicas illas ei gubernandas donavit atque omnem portionem, quae in Epternaco villa ex hereditate parentum ad se pervenisset, cum appendiciis ad eadem loca sanctorum a die praesenti tradidit, addita vinea montis Viennensis (hodie Vianden) exceptisque hominibus, quos per epistulas liberos fecisset*[4]*. Mense transacto, scilicet die primo Decembris, cum Willibrordus ecclesiae Epternacensi iam 'rector et gubernator' praeesset, donationem sub nomine testamenti iteravit, non alia statuens atque in charta priore, nisi quod liberti annis singulis libram cerae ad monasterium dare iubentur et singuli enumerantur, cum in illa generaliter commemorati essent, et nescio an ea de causa altera charta edita sit*[5]*. Ermina postea quoque fautricem coenobio se praestitit. Anno* 699. *monasterio, quod iam Willibrordi erat*[6]*, villam Montis in pago Tulpiacensi sitam donavit*[7]*, a.* 704. *Steinheim villam*[8] *et vineam Treveris sitam concessit*[8]*. Alii quoque Willibrordo*[9] *vel coenobio eius*[10] *possessiones in regionibus finitimis sitas tradiderunt.*

Erminae autem nil nisi portio villae Epternacensis fuerat, cum Theotharius dux dimidiam partem tenuisset, quam Theodardus filius eius Pippino et Plectrudi uxori concessit. Itaque his Willibrordus etiam alteram partem villae sibi ab Ermina datam tradidit[11]*,*

1) *Ita iam a.* 759 *(Beyer, 'Urkundenbuch der mittelrhein. Territorien' II, p.* 4*).* 2) *Chartas Erminae K. Pertz, Dipl. Merov. p.* 173 *sqq. instrumentis spuriis adnumeravit, sed rationes eius minus idoneas viri docti (velut Sickel, Mühlbacher) e mea quidem opinione optimo iure reiecerunt. At Hauck I*³*, p.* 301, *n.* 2, *chartis Erminae et Pippini collatis, monuit idem monasterium hic 'de fundo proprio' Erminae, ibi 'in re proprietatis' Pippini constructum esse dici, ideoque suspicionem non removendam esse censuit. Ex contrario mihi rationes sufficere videntur, quas Th. Sickel pro chartis attulit, 'Beiträge zur Diplomatik' III ('Wiener Sitzungsberichte' XLVII,* 1864, *p.* 208*), statuens, ut Pippinum partem propriam monasterio donasse, ita Willibrordum alteram partem ab Ermina acceptam Pippino tradidisse, ita ut iam omne monasterium 'in re proprietatis' eius situm esset. Cf. infra n.* 11. 3) *Leotwinus vivo praedecessore episcopus factus sit oportet; cf. Rettberg I,* 469*; Hauck I*³*,* 406. 4) *Pertz, Dipl. Merov. p.* 173*; SS. XXIII,* 51. 5) *Dipl. Merov. p.* 174*; SS. XXIII,* 50. *Monuerim et hic et alibi (e. gr. in Lege Ribuaria) nomen testamenti ad quamlibet chartam pertinere (cf. e. gr. Poncelet, Analecta Bolland. XXV,* 170, *n.* 1*), et quamquam formulae testamenti Romani ex parte usurpatae sunt (cf. e. gr. 'N. Arch.' XXVII,* 341*), minime de voluntate post obitum perficienda agitur, sed de traditione 'a die praesenti' facta.* 6) Ad monasterium v e s t r u m. 7) *Dipl. Merov. p.* 175*; SS. XXIII,* 51. *Ermina villam ab Erminitrude consobrina, filia Pantini, emerat, quae et ipsa Willibrordo vineam dedit, ab eo c. a.* 710. *commutatione facta ad Anastasiam abbatissam Horreensem concessam (ib. p.* 58*).* 8) *Dipl. Merov. p.* 176*; SS. XXIII,* 52. 9) *Gerelindis (c. a.* 698*), Haderici (c. a.* 699*), Ymenae et filiarum (c. a.* 704*) Theodericus mentionem fecit (ib. p.* 55*).* 10) *Ita Berta a.* 721/22 *(ib. p.* 63*), eadem ut videtur, ad quam initia monasterii Prumiensis referuntur.* 11) *Ita verba accipienda esse videntur, quae in altera charta Pippini de Epternaco monasterio leguntur:* unde ipse beatus Willibrordus testamentum

ita ut monasterium iam 'in re proprietatis' eorum situm esset[1]. *Altera ex parte Pippinus et Plectrudis ei die* 13. *Maii a.* 706. *chartas duas dederunt: Portionem villae Epternacensis a Theodardo sibi traditam monasterio donaverunt, ea condicione, ut coenobium semper 'in dominatione vel defensione' sua et heredum suorum permaneret*[2]; *deinde altera charta Willibrordo monasterium confirmantes, monachis ius concesserunt, ut post obitum episcopi sibi ex ipsis abbatem eligerent, qui heredibus suis in omnibus fidelis esset, monasterio sub mundeburdio suo et defensione persistente*[3]. *Epternacum igitur coenobium Carolingicum factum est, unde Willibrordus a.* 726/27. *Carolum maiorem domus 'seniorem' suum vocavit*[4], *sicque, cum domus Carolingica dignitate regia potita esset, Epternaco ut monasterio regio etiam immunitas competebat*[5].

Anno 714. *Pippinus ultimo morbo decubuit neque aeger Willibrordi oblitus est, sed die* 2. *Martii una cum Plectrude coniuge oratorium et cellam, quae Suestrae in pago Mosariorum (Susteren, prov. Limburg) construxerant, Willibrordo concessit, ut 'fratres peregrinos vel alios Deum timentes' ibi congregaret, qui post mortem Willibrordi ius abbatis ex se eligendi haberent atque sub mundeburdio et defensione Pippini, Grimoaldi filii nepotumque permanerent*[6], *ita ut condicio monasterii eadem facta sit atque Epternacensium. Mense proximo Grimoaldus Leodii a Rantgario gentili interemptus est*[7], *cumque ipse Pippinus anno exeunte obiisset et regnum Francorum per complures annos bellis civilibus turbaretur, Radbodus dux Frisonum, cum Neustrasiis contra Carolum summam rerum sibi vindicantem coniunctus, a.* 716. *usque ad Coloniam progressus est Carolumque in fugam vertit*[8]. *Totum opus Willibrordi iis annis dilabi videbatur, ecclesiae maxima ex parte a Frisonibus destructae sunt, fana denuo surgebant, clerici expulsi sunt, Traiectum in dicionem Radbodi redactum est*[9]. *Cum Wynfrith ille, qui nomine Bonifatii a.* 719. *accepto clarissimus factus est, a.* 716. *primum in Frisiam perveniret, Willibrordi mentio non fit; ubi degerit latet, fortasse Epternacum se receperat, paulo post ut monui Hedenus dux Thuringorum e consilio eius coenobium construere cogitabat. Neque temporibus turbatis genus Pippini monasterium suum neglexit. Arnulfus dux,*

confirmavit, ut sub nostra defensione haberemus ac heredum nostrorum; *cf. V. Willibrordi auct. Thiofrido c.* 22 *(SS. XXIII,* 25; *AA. SS. Nov. III,* 473*): (Willibrordus Epternacum)* neque vicinae *(Treverensi)* neque longinquae suae sedi Traiectensi voluit esse in rebus materialibus subditum, sed rata concessione ac firma testamenti conscriptione et astipulatione tradidit in ius et mundiburdium regum et imperatorum in ordine sibi legali iure succedentium. *Quod sane 'testamentum' deperditum est; sed chartas Pippini traditio similis de parte Epternaci ab Ermina accepta praecesserit oportet, qualis e. gr. commemoratur in diplomate Caroli M. a.* 775. *pro Hersfeldensibus dato (Dipl. Karol. I, n.* 89*). Cf. A. Poncelet, Analecta Bolland. XXV,* 164 *sq.* 1) *Fortasse iam ante a.* 706. *pars possessionis Pippini Willibrordo concessa erat, ut coniecit Sickel l. l. n.* 1, *et quod* i p s e *Willibrordus in altera charta Pippini monasterium aedificasse dicitur, accuratius fortasse ad aedificia ibi constructa pertinet, praesertim cum Ermina in primis chartis praeter basilicas 'monasteriolum' tantum a se conditum esse referat, quod nescio an Willibrordus ampliaverit.* 2) *Mühlbacher I*², *n.* 14; *Dipl. Merov. p.* 93; *SS. XXIII,* 53. 3) *Mühlbacher n.* 15; *Dipl. Merov. p.* 94; *SS. XXIII,* 54. 4) *Willibrordus 'testamento' scripto possessiones coenobio tradidit,* ut et ibidem omni tempore pro nostra mercede vel s e n i o r e n o s t r o Karulo maior domus — — proficiat in augmentis *(Pardessus II, p.* 350; *Poncelet l. l. p.* 168*).* 5) *Ita primum in diplomate Pippini a.* 751/68 *(Dipl. Karol. I, n.* 30*).* 6) *Mühlbacher n.* 20; *Dipl. Merov. p.* 95; *SS. XXIII,* 59. *Notam temporis emendavi 'N. Arch.' XXXV,* 47 *sq.* 7) *Lib. hist. Franc. c.* 50; *Ann. S. Amandi (SS. I,* 6*).* 8) *Lib. hist. Franc. c.* 52; *Ann. S. Amandi (l. l.); Ann. Mosellani (SS. XVI,* 494*), etc.* 9) *V. Bonifatii auct. Willibaldo c.* 4 *(ed. Levison p.* 16 *sq.).*

nepos eius, filius Drogonis, a. 715/16. portionem Bollendorf villae (prope Echternach, Kreis Bitburg) sibi competentem Epternacensibus donavit[1]*; aliam partem eiusdem villae ex hereditate patris acceptam eisdem a. 718. ipse Carolus concessit*[2]*, cuius filium Pippinum Willibrordus a. 714/15. baptizaverat*[3]*. Carolus, postquam a. 717. Neustrasios devicit, etiam ab altera parte magis magisque profecit; a. 718. fines Saxonum vastavit, proximo anno Radbodus adversarius acerrimus obiit, Francorum potentia apud Frisones restituebatur. Iam vero, 'atrocis cessante regis Raedbodi persecutione*[4]*', a. 719. adiutor clarissimus futurus cum Willibrordo coniunctus est Bonifatius, qui modo, benedictione Gregorii II. papae accepta, Roma redierat, ut populis Germaniae convertendis operam navaret. Qui per duos tresve annos apud Willibrordum commoratus est, dum fana rursus destruuntur ecclesiaeque denuo aedificantur. Willibrordus sexagesimum annum aetatis iam superaverat, annisque gravatus, Bonifatium adhortatus est ut dignitate episcopali suscepta in populo regendo sibi subveniret, neque vero eum movit, qui a. 721/22, mandatum papae secutus, praedicaturus in interiores partes Germaniae profectus est*[5]*.*

Willibrordus post obitum Radbodi a Carolo sedem Traiectensem receperat[6]*; monachi 'coenobitali ordine' cum eo ibi in monasterio degebant*[7]*, apud ecclesiam, ut videtur, sancti Salvatoris habitantes*[8]*. Cui monasterio Carolus, qui a. 722. contra hostes 'aquilonales' bellum gesserat*[9]*, fortasse contra Frisones, Kalendis Ianuariis a. 723. donationem concessit, scilicet omnes res in Traiecto castro ad fiscum pertinentes et Fethnam castrum propinquum (Vechten supra Utrecht)*[7]*; deinde a. 726. basilicae S. Salvatoris Heliste villam in Batua pago sitam (Elst, prov. Gelderland) donavit*[10]*. Epternacenses quoque postea possessiones complures in maritimis partibus Frisonum sitas, Adrichaim*[11]*, Egmondam*[12]*, Felison (Velsen, prov. Nordholland)*[13]*, Heilegelo (Heilo)*[14]* aliasque, sibi vindicabant, quae 'a Karolo et orthodoxis patribus aliis' Willibrordo concessa essent*[15]*; quae tamen ex iis re vera ad aevum Willibrordi referenda sint, latet. Fides christiana iis annis sine dubio in regionibus Carolo subditis magis magisque propagabatur, damna a. 714—719. illata sarciebantur. Stephano presbytero teste (a. 711/31) Willibrordus in opere suscepto 'multo labore' desudabat*[16]*; e iudicio Bonifatii gens Frisonum maxima ex parte conversa*

1) *Mühlbacher, Reg. n. 24; Dipl. Merov. p. 96; SS. XXIII, 60. Idem Arnulfus a. 719/20. Willibrordo vineam dedit (Mühlbacher n. 25; SS. XXIII, 61).* 2) *Mühlbacher, Reg. n. 31; Dipl. Merov. p. 97; SS. XXIII, 61.* 3) *V. Willibrordi I, 23.* 4) *V. Bonifatii c. 5 (l. l. p. 23).* 5) *Ib. (p. 24 sqq.). De spatio temporis cf. M. Tangl, 'Die Briefe des heil. Bonifatius' ('Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' 92), 1912, p. 11 sq.* 6) *V. Willibrordi I, 13.* 7) *Mühlbacher, Reg. n. 34; Dipl. Merov. p. 99; S. Muller, 'Het oudste cartularium van het sticht Utrecht' ('Werken uitgegeven door het historisch genootschap, gevestigd te Utrecht', 3. series III), 1892, p. 3.* 8) *Cf. Gosses l. l. p. 256 sqq.* 9) *Ann. Laureshaм., Alamann., Nazariani (SS. I, 24 sq.), Mosellani (ib. XVI, 494).* 10) *Mühlbacher n. 38; Dipl. Merov. p. 100; Muller p. 5. Cf. supra p. 86.* 11) *Mühlbacher n. 40; V. Willibrordi auct. Thiofrido c. 12 (SS. XXIII, 23; AA. SS. Nov. III, 467).* 12) *Ubi Adalbertus socius Willibrordi colebatur; cf. supra p. 86.* 13) *Mühlbacher n. 41; Dipl. Merov. p. 101. Chartam, de qua antea nemo dubitasse videtur, spuriam esse recte statuit Patetta l. l. p. 8, monens instrumentum Willibrordo vivo a Carolo datum esse non posse, quo* fratribus in Epternaco Deo et sancto Willibrordo famulantibus *donatio conceditur, quae* ad mensam fratrum Deo et sancto Willibrordo in Epternaco servientium *pertineret, etc. Neque magis cum saeculo VIII. convenit, quod potestas tribuitur faciendi,* quicquid supradicti fratres vel illorum ministeriales elegerint, *indicium aevi multo posterioris.* 14) *Cf. ea quae ad c. 16. adnotavi.* 15) *Charta Wilhelmi episc. Traiect. a. 1063, Muller l. l. p. 99. et Van den Bergh, 'Oorkondenboek van Holland en Zeeland' I, 1866, p. 54. Cf. ib. p. 85 sq. (a. 1156); V. Willibrordi auct. Thiofrido c. 33 (SS. XXIII, 25; AA. SS. Nov. III, 479).* 16) *V. Wilfridi c. 26 (l. l. p. 220).*

est[1], *quamquam priore parte saeculi octavi evangelium trans Fleo fluvium minime radicasse videtur. Quomodo singulis locis temporibusve Willibrordus fructus perceperit, ignoratur; exemplum familiae conversae genus Wursingi prope Traiectum habitantis praebet, quocum Willibrordus magna familiaritate coniunctus erat*[2]. *Iis quoque annis possessiones eius augebantur. Basilicam nominibus sanctorum Petri et Pauli atque Landoberti episcopi dedicatam, quae in Baclaos loco (Bakel, prov. Nordbrabant) sita erat, Herelaef ei regendam tradidit et a.* 721. *praediis donavit*[3]. *Deinde Willibrordus etiam ecclesiae in Rinharun loco (Rindern, Kreis Kleve) praeerat, cui anno* 721/22. *Ebroinus comes duas chartas donationum concessit*[4].

De ultimis annis episcopi pauca comperta sunt. Willibrordus senuerat, socii complures iam vita functi erant[5]. *Beda, cum a.* 725. *innumera detrimenta diaboli augmentaque fidei christianae commemoraret cottidie a Willibrordo perfecta*[6], *a.* 731. *eum longa aetate venerabilem post multa certamina tota mente ad praemia remunerationis supernae suspirare rettulit*[7]. *Iam a.* 721/2. *Bonifatium narravi ab eo monitum esse, ut gradu episcopali accepto ei subveniret; etiam eo in alias partes profecto, 'usque ad debilem senectutem' praedicabat, chorepiscopo ad ministerium implendum sibi substituto*[8]. *Anno* 726/27. *possessiones sibi a Pippino, Plectrude, Carolo Francisque ingenuis traditas, charta donationis conscripta, monasterio suo Epternacensi concessit, in quo sepulturam se inventurum esse sperabat*[9]. *Privilegio, quod Widegernus episcopus Stratoburgensis a.* 728. *coenobio Murbacensi tribuit, consensit, si modo ad episcopum Traiectensem subscriptio fortasse postea adiecta pertinet:* Ego in Dei nomen Willibrordus subscripsi[10].

Eodem anno nota Kalendarii Epternacensis scripta est, quod primis annis saeculi octavi exaratum[11] *ipsius Willibrordi fuisse videtur. Ad mensem enim Novembrem manu aequali simillima ei, quae diei* 21. *verba* Ordinatio domni nostri Clementis *adscripsit, nota in margine adiecta est, cuius litterae admodum evanuerunt multoque post manu alia superductae sunt; est autem talis*[12]*:*

1) *Bonifatius l. l.* 2) *V. Liudgeri I,* 4. 5 *(ed. Diekamp p.* 9*).* 3) *SS. XXIII,* 62. *In Kalendario Willibrordi Epternacensi XV. Kal. Octobr. nomen* sancti Landberichti episcopi *litteris semiuncialibus adscriptum est (Arndt, 'N. Arch.' II,* 292; *SS. R. Merov. VI,* 303*).* 4) *SS. XXIII,* 62 *sq. Cum Raginfrido episcopo Coloniensi iis annis Willibrordus mancipia commutavit (ib. p.* 63*).* 5) *Beda, Hist. eccl. V,* 11. 6) *Beda, Chronica maiora c.* 566 *(ed. Mommsen l. l. p.* 316*).* 7) *Beda, Hist. eccl. V,* 11. 8) *Bonifatius l. l.* 9) *Pardessus II, p.* 349; *Van den Bergh I, p.* 2; *Poncelet, Analecta Bolland. XXV,* 167, *qui p.* 163—176. *optimo iure suspiciones levissimas refutavit, quas et olim A. Thijm (l. l. p.* 255 *sqq., ed. Tross p.* 179 *sq.) et nuper L. Van der Essen, 'Geschiedkundige Bladen' I,* 2, 1905, *p.* 378—382, *contra hoc 'testamentum vel donationem' moverunt (ibi quoque de donatione a die praesenti facta agitur neque de testamento iuris Romani; cf. supra p.* 88, *n.* 5*), atque ipse Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique',* 1907, *p.* 431, *n.* 7, *iam sententiae Ponceleti accessit. Cf. ea quae ipse dixi 'N. Arch.' XXXI,* 777, *et Poncelet, AA. SS. Nov. III,* 431. *Chartam donationis alterius aut spuriam aut certe suspectam atque adhuc ineditam, qua Willibrordus coenobio Epternacensi possessiones* in loco qui dicitur Erle *concessisse dicitur, commemoravit Poncelet, ib. p.* 432, *n.* 1. 10) *Pardessus II, p.* 355; *Wiegand, 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' I, p.* 3. *Cf. Poncelet, AA. SS. Nov. III,* 430, *n.* 4. 11) *Cf. AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [VIII]; Chapman l. l. p.* 151 *sqq. Kalendarium in codice Parisiensi n.* 10837, *fol.* 34—41, *Martyrologio Hieronymiano affixum est.* 12) *Notam exhibuerunt cum alii tum Bollandus, AA. SS. Ian. I, p. XLVI; W. Arndt, 'N. Arch.' II,* 293; *Duchesne, Liber pontificalis I,* 382; *Hauck, 'KG.' I*[3], *p.* 446, *n.* 5; *A. Poncelet, AA. SS. Nov. III,* 415 *sq. Spe-*

In nomine Domini Clemens Willibrordus anno sexcentessimo[1] nonagessimo[1] ab incarnatione Christi veniebat ultra mare in Francia et in Dei nomen[2] anno sexcentessimo[1] nonagessimo[1] quinto ab incarnatione Domini, quamvis indignus, fuit ordinatus in Romae episcopus ab apostolico viro domno Sergio papa, nunc vero in Dei nomen[2] agens annum septengentessimum[1] vigessimum[1] octavum ab incarnatione domini nostri Iesu Christi in Dei nomen[2] feliciter.

Veri simillimum, immo paene certum est, ut viri docti monuerunt, neminem scripsisse verba quamvis indignus *nisi ipsum Willibrordum, neque quicquam obstat, quin notam ab episcopo a.* 728. *scriptam esse accipiamus quasi annos praecipuos vitae transactae recolente*[3].

Complures annos supervixit, vidit bellum a Carolo a. 733. *et* 734. *contra Frisones paganos gestum*[4]*; anno* 81. *vitae completo*[5], *die* 7. *Novembris a.* 739. *decessit*[6] *et Epternaci sepultus est. Codici Epternacensi Martyrologii Hieronymiani nomen eius litteris Anglosaxonicis bis inscriptum est, et die* 7. *Novembris:* Hic domnus apostolicus vir Willibrordus episcopus migravit ad Christum, *et die* 10. *Novembris:* Hic translatio eiusdem sancti Willibrordi[7], *neque vero quicquam de hac translatione constat, nisi de die agitur, quo corpus defuncti in sepulchro positum est*[8].

Non omnia, quae a Willibrordo inchoata sunt, ei ad finem perducere licebat neque omnia duraverunt. Sedes Traiectensis complures annos orbata manebat, neque dignitas archiepiscopalis successoribus eius tributa est; dioecesis primo Bonifatio, deinde Coloniensi metropoli subdita est. Willibrordus fidem christianam usque ad Danos praedicare conatus est, sed ne Frisones quidem omnes aevo eius conversi sunt neque evangelium praevaluisse videtur nisi citra Fleo fluvium, etiam per omne tempus Pippini regis Lauwers fluvius terminus Frisonum christianorum et paganorum erat[9], *ita ut ecclesia Traiectensis minus speciem episcopatus vetustioribus similis exhiberet quam caput esset laborum in paganis convertendis praestandorum*[10]. *Tamen Willibrordus intra fines Francis subiectos firmum fundamentum fidei posuerat, ecclesiae monasteriaque surrexerant, fana diruta iacebant; Bonifatio testi praestantissimo segnitiem aevi praecedentis industriae Willibrordi opponere licuit, quo auctore gens Frisonum magna ex parte conversa esset. Alia quoque ratione vita Willibrordi maximi momenti fuit. Wilfridus occasione data trans mare praedicationi studuerat, Willibrordus primus ex Anglis omnem vitam ei operi impendit, simulque, cum discipulus Wilfridi a Pippino Romam consecran-*

cimen scripturae dedit Delisle, 'Le Cabinet des mss. de la Bibliothèque Nationale', 1881, *tab. XIX, n.* 4. 1) *Ita prima manus, teste A. Poncelet l. l.* 2) *Ita* (nom) *hoc loco codex (aliter l.* 1*), siquidem vox abbreviata modo postea usitato explicanda est; cf. supra p.* 91, *l.* 21. 3) *Canones* 20 *paenitentiales, quibus praescriptum est:* Incipit iudicium Clementis, *an episcopi Traiectensis sint, omnino incertum est (ed. et alii et Wasserschleben, 'Die Bussordnungen der abendländ. Kirche',* 1851, *p.* 433 *sqq.; Haddan et Stubbs, 'Councils and ecclesiastical documents' III,* 1871, *p.* 226 *sq.). Canones omnes, uno excepto, e Paenitentiali pendent, quod Wasserschleben Merseburgense* a *vocavit, nonnullis immutatis.* 4) *Fredegar. cont. c.* 17*; Ann. S. Amandi (SS. I,* 8*), Mosellani (SS. XVI,* 495*), etc.* 5) *V. Willibrordi II, c.* 24. 6) *Cf. ea quae ad c.* 24. *adnotavi. Ubi obierit, non traditum est. Charta Pippini a.* 752 *(Dipl. Karol. I, n.* 31*), in qua Willibrordus ante paucos annos Epternaci in pace quievisse dicitur, post a.* 1192. *confictum est; cf. Mühlbacher, 'Mittheilungen des Instituts für Österreich. Geschichtsforschung' XXI,* 1900, *p.* 350 *sqq.* 7) *Arndt, 'N. Arch.' II,* 292*; AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [*140*] sq.; Poncelet, ib. III,* 432. 8) *Tamen Poncelet, ib. p.* 433, *n.* 6, *monuit hanc occasionem potius 'depositionem' neque 'translationem' vocari solere.* 9) *V. Gregorii auct. Liudgero c.* 5 *(SS. XV,* 71*). Tamen cf. Gosses l. l. p.* 239. 10) *Cf. Gosses l. l. p.* 238 *sqq.*

dus mitteretur, rationes gentis Carolingicae et pontificum Romanorum institutae sunt, brevi post a Bonifatio atque Pippino III. confirmandae atque augendae.

Willibrordus etiam in transmarinis partibus degens popularibus coniunctus manebat, sicque non solum per occasionem nomen eius ab auctoribus Northumbranis commemoratum est, scilicet a primo biographo Cudberchti (698/705)[1] *et Stephano presbytero (711/731)*[2]*, sed etiam vivus pontifex praeconem meritorum invenit Bedam, qui in Historia ecclesiastica gesta praecipua eius litteris mandavit*[3]*, postquam iam antea in Vita Cudberchti prosaica*[4] *et in Chronicis maioribus*[5] *Willibrordi peregrinantis mentionem fecit, atque ea quae Beda narravit inter fontes Willibrordianos una cum chartis facile primum locum obtinent.*

Biographum[6] *autem proprium post dimidium saeculum Alcvinum nanctus est. At Thiofridus abbas Epternacensis Vitam quandam Willibrordi iam antea conscriptam esse tradidit, Alcvino persona potius retractatoris quam auctoris attributa. Quod et soluta oratione rettulit*[7]*:*

Nam primo quidam linguae et gentis Scotticae aggressus tanti viri gesta describere, rustico stilo detrivit dignitatem hystoriae; dein Albinus cognomento Alcwinus de Brittannia, vir urbanae eligantiae, utpote magni Karoli yperasspistes, in argutiis dialecticae ac rethoricae conatus est inurbanum lepido seponere dicto et incompta comere,

et versibus rem enarravit[8]*:*

Excędunt numerum miracula grandia certum,
Indita sed cartae non sunt, scriptore vacante.
Nempe vacat Scottus, rem tantam primus adorsus,
Ingenii nebula tegit, oblinit inclita gesta.
Hoc Alcwin sapiens Karli sapit yperaspistes,
Insulsum lepido satagit seponere dicto.

Unde Thiofridus haec hauserit, latet atque dubito an non aliud protulerit atque famam e traditione Epternacensi acceptam. Sane ipsi Thiofrido opusculum illud rude praesto fuisse L. Weiland iudicavit[9]*, cuius sententiae W. Wattenbach accessit*[10]*. At mihi confitendum est me ne minimum quidem vestigium Vitae illius deperditae apud Thiofridum deprehendisse, immo ea, quae hic de aevo Willibrordi narravit, aut ex Alcvino et chartis et aliis fontibus adhuc extantibus pendere aut pro apertis fabulis habenda esse sermone atque fama ad Thiofridum perlatis. Neque facere possum quin idem de uno exemplo iudicem, quod L. Weiland sententiae illius confirmandae causa attulit, scilicet de Thiofrido referente, Willibrordum primo ad Gravelingam navem applicuisse, cum mihi quidem persuasum sit, hanc opinionem e cultu ibi Willibrordo habito repetendam esse*[11]*. Rem ab ipso Thiofrido fictam esse vix crediderim, sed quo fundamento nisus sit ignoratur, ideoque verba illa auctoris tot saeculis Alcvino posterioris haud temere accipienda sunt. Ex opere autem ipsius Alcvini etsi argumenta de hac re repeti non possunt nisi ex silentio, tamen monendum est, cum in Vita Vedasti studium Vitae* e m e n d a n d a e

1) *Ed. Stevenson l. l. p.* 283 *(c.* 45*).* 2) *V. Wilfridi c.* 26. 3) *Hist. eccl. V,* 10. 11*; cf. III,* 13. *V,* 19. 4) *Stevenson l. l. p.* 132 *(c.* 44*).* 5) *Ed. Mommsen, Auct. ant. XIII,* 316. 6) *De Vitis Willibrordi breviter egit L. Van der Essen, 'De H. Willibrordus en zijne levensbeschrijvingen' ('Geschiedkundige Bladen' I,* 2, 1905, *p.* 382—387*) et iterum in libro laudato 'Étude critique' p.* 432—434. *atque potissimum Poncelet, AA. SS. Nov. III,* 417 *sqq.* 7) *V. Willibrordi prosaica c.* 24 *(ed. Weiland, SS. XXIII,* 11, *n.* 1*; ed. Poncelet l. l. p.* 475*).* 8) *V. Willibrordi metrica III,* 19 *sqq. (ed. Rossberg p.* 43*; Poncelet p.* 494*).* 9) *L. l. p.* 13. 10) *'Geschichtsquellen' I*[7], 148 *sq.* 11) *Cf. ea quae infra ad c.* 5 *(p.* 120, *n.* 3*) adnotavi.*

(neque scribendae) sibi vindicasse[1], eundem in Vita Richarii aperte dixisse se 'quendam libellum stilo simpliciori digestum' cultius adnotasse[2], cum in tertio quod habemus opusculo hagiographico eiusdem auctoris, videlicet in Vita Willibrordi, verba eiusmodi nulla deprehendantur, immo auctor se iussum esse dicat Willibrordi 'vitam, mores et miracula scribere'. Sane quod Alcvinus quodam loco (c. 24) dicit se praefatum esse de Epternacensi monasterio a Willibrordo constructo, id quod minime fecit, inde quis explicare possit, quod auctor vestigia praedecessoris minus presse secutus rem ab eo relatam omiserit; sed vitium etiam ad meram neglegentiam Alcvini facile referri potest, qui propositum non satis diligenter exsecutus sit. Neque maioris momenti aliud argumentum est, quod Alcvinus (c. 26) de discipulo sancti narrans, qui huius animam ad caelum ab angelis portatam esse se vidisse testatus esset, dixit testatur neque testabatur vel testatus est; quod verbum Alcvinum potius ab auctore Willibrordi aequali deprompsisse quam ipsum sua sponte scripsisse aliquis fortasse cogitet. At Alcvinus passim temporibus verborum minus accurate usus est atque eodem modo etiam de matre, quae Willibrordo concepto visionem vidisset, scripsit (c. 5): quod mater olim de eo se vidisse testatur. Unde statuendum est, ne minimum quidem vestigium operis illius Scottici demonstrari posse, atque vereor, ne numquam litteris mandatum sit[3].

Itaque iam agendum est de antiquissima quae extat Vita Willibrordi, ab Alcvino clarissimo illo litterarum magistro composita. Alcvinus cellae praeerat, quam Wilgilsus pater sancti ad ostia Humbri fluminis condidit, atque ipse fortasse e genere sancti ortus erat, quippe qui cellam illam a posteris Wilgilsi possessam per successiones legitimas regendam suscepisset[4]. Neque rationes cum Epternacensibus intercedentes deerant. Beornradus, qui inde ab anno 775 (777) monasterium Willibrordi rexit[5] atque cum sancto 'generis posteritate' et ipse coniunctus erat[6], apud Alcvinum Eboraci litteris studuisse videtur neque minus postea familiaritate eius usus est, a quo in epistulis carminibusque nomine Samuelis vocatur[7]. Alcvinus iam c. a. 780. itinere quodam Epternacum venit, cumque in patriam regressus amicos Rhenanos versibus transmissis ludibundus salutaret, chartulam ultra mare profecturam monuit, ne aedes Beornradi praeteriret[8]:

Et pete Wilbrordi patris loca sancta pedester
Atque sacerdotis Samuhelis tecta require.

1) Epist. ad Radonem (SS. R. Merov. III, 414). 2) Epist. ad Karolum (ib. IV, 389). 3) Etiam A. Poncelet, Analecta Bolland. XXV, 212, opusculum Scotti cuiusdam Alcvino vetustius extitisse negavit eamque sententiam in AA. SS. Nov. III, 418. 424. iam pluribus verbis probavit, argumentis iisdem fere usus atque ego. 4) V. Willibrordi prol. et c. 1; cf. E. Dümmler, 'Zur Lebensgeschichte Alchvins' ('N. Arch.' XVIII, 54 sq.). Tamen nescio, an 'posteri' more apud Scottos Anglosque non raro etiam de monachis post Wilgilsum in cella degentibus intellegi possint, ita ut generis Alcvini mentio non fiat; econtra Beornradum 'generis posteritate' cum Wilgilso coniunctum fuisse Alcvinus manifeste dixit. 5) Catalogi abb. Epternac. (SS. XIII, 738. 740. XXIII, 30. 38). Beornrado archiepiscopo Senonensi abbatique Epternacensi tria diplomata Caroli M. (Dipl. Karol. I, n. 184—186) et complures chartae in Libro Aureo servatae (cf. Fr. X. Wurth-Paquet, 'Publications de la Société pour la recherche et la conservation des monuments historiques dans le grand-duché de Luxembourg' XVI, 1861, p. 14 sqq.) concessa sunt, e quibus charta Wundonis a. 785/86. 'domino magnifico Beonrado' inscripta edita est ab I. Heidemann, 'Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins' V, 1868, p. 186 sq.; a. 790/91. in codice Carolino commemoratur (MG. Epist. III, 632). De annis regiminis et Epternacensis et Senonensis initi non satis certis cf. Mühlbacher, Dipl. p. 248; Reg. n. 341. De Beornrado cf. etiam Hauck II³, 128. 6) V. Willibrordi c. 1. 7) Cf. Dümmler l. l. p. 56. 8) Alcvini carm. n. 4 (MG. Poetae I, 221). Cf. Dümmler l. l. p. 58 sq.

Postquam Beornradus etiam sedi Senonensi praelatus est, Alcvinus eo rogante Vitam Willibrordi conscribendam suscepit, quae 'venerabili atque laudabili Beornrado archiepiscopo' inscripta est. Quod non ante a. 785. factum est, siquidem epistula quaedam iure a. 785/91. attribuitur, in qua 'Wilcharius archiepiscopus provinciae Galliarum', scilicet Senonensis, Beornradi praedecessor, inter vivos commemoratur[1], ita ut origo Vitae Willibrordi annis 785. et 797, quo Beornradus obiit, circumscribatur. Quod intervallum terminis artioribus includere vix licet, neque magis constat, ubinam Vita composita sit. Quod enim Alcvinus c. 30. et 32. 'nos' et 'hic' similiaque scripsit, e personis fratrum Epternacensium dictum est, eodem modo quo auctor in Vita Richarii (c. 18) personam monachi Centulensis induit. Quod autem c. 23. Carolum regem terminos 'nostri' imperii dilatasse praedicavit, dubito, an non aliter accipiendum sit, etsi viri docti[2] negaverunt Vitam a. 790—793. conscriptam esse posse, quibus Alcvinus in patria insula morabatur[3], atque monuerim eum etiam in litteris a. 790. e Britannia missis Caroli 'domini regis nostri' mentionem fecisse[4]. Quae cum ita sint, initia Vitae annis 785. et 797. circumcludere satis habeo[5].

Alcvinus duplicem Vitam Willibrordi composuit, exemplo fortasse Bedae ductus, qui gesta Cudbercti

Prosaice primum scripsit sermone magister
Et post heroico cecinit miracula versu[6].

Prior liber oratione soluta scriptus est, qui publice fratribus in ecclesia legeretur, sermone (c. 32) subnexo, quem abbas festivitate sancti populo congregato praedicaret. Alter libellus metrice scriptus scholasticis legendus erat, eique auctor elegiam de Wilgilso patre Willibrordi adiecit, cuius laudes et initio (c. 1) et fine (c. 31) libri prioris celebraverat. Posteriori paucissima insunt, quae in altero non inveniuntur, et auctor ipse lectorem ad prosam remisit, cum in illo sibi non proposuisset

versu percurrere cuncta,
Sed strictim quaedam properanti tangere plectro[7].

Prior autem liber minime inter meliores Vitas sanctorum aevi illius habendus est. Alcvinus ante omnia id egisse videtur, 'ut virtutes sancti viri auditoribus tamquam exemplar proponeret; miracula praecipuo studio enarravit[8]'. Opera Bedae, quem ut nobilissimum sui temporis magistrum[9] laudibus extulit, Alcvino satis nota erant; ipse olim sanctos Eboracensis ecclesiae celebraverat, ea versibus retractans,

posuit quae Beda magister,
Indubitante fide texens ab origine prima
Historico Anglorum gentes et gesta relatu[10],

ibique Bedam secutus ipsius Willibrordi merita versibus nonnullis commemoravit[11]. Ex

1) Codex Carolinus n. 96 (MG. Epist. III, 644); cf. n. 95 (p. 637). Initium episcopatus Beornradi iuxta chartas Epternacenses ad a. 782/3. referendum est; cf. Wurth-Paquet et Mühlbacher l. l. Annus eius emortualis in Catalogis (l. l.) traditus eo confirmatur, quod annus 809 (Mai. 23) cum anno 13. Magni episcopi Senonensis conveniebat (cf. M. Prou et E. Chartraire, 'Authentiques de reliques de Sens', 'Mémoires de la Société nationale des antiquaires de France' LIX, 1900, p. 162, n. 133; cf. p. 132). 2) Wattenbach apud Jaffé, Bibliotheca VI, 35; Dümmler, Poetae I, 163. 3) Cf. Dümmler, 'N. Arch.' XVIII, 63 sq. 4) Alcvini epist. 8 (Epist. IV, 33). 5) Idem fere iam A. Poncelet l. l. p. 417 sq. iudicavit. G. Hüffer, 'Korveier Studien', 1898, p. 167, n. 4, veri simile esse demonstrare conatus est, Vitam a. 782—786. Epternaci compositam esse; rationes vero allatae non sufficiunt. 6) Alcvinus, De sanctis Euboric. eccl. v. 684 sqq. (MG. Poetae I, 184). Re vera Vita Cudbercti metrica ante prosaicam composita erat. 7) Liber II, c. 13 (Poetae I, 212; AA. SS. Nov. III, 453). 8) Wattenbach l. l. p. 36. 9) Alcvini epist. 19 (p. 55). 10) Alcvinus, De sanctis Euboric. eccl. v. 1206 sqq. (p. 196). 11) Ib. v. 1036 sqq. (p. 192).

contrario in Vita Willibrordi componenda Historiam Bedae minime sibi prae oculis fixerat, cumque sibi proposuisset sancti 'vitam, mores et miracula scribere', quod ad vitam attinet, plura omisit, quae vix omittenda erant et e Beda cognosci poterant. Inde magis de Ecgbercto Wictberctoque instrui poterat, sed ne id quidem narravit Willibrordum ab Ecgbercto in Frisiam missum esse, quasi veritus, ne gloria sancti minueretur, si alio auctore munus praedicandi suscepisset. Prius iter Romanum Willibrordi contra auctoritatem Bedae silentio praetermisit; Romae eum in basilica sancti Petri, non in ecclesia sanctae Caeciliae ordinatum esse voluit. Bonifatii mentio nulla. Magnam partem libri miracula occupant, a fratribus Epternacensibus accepta; plura eorum Epternaci contigisse feruntur (c. 18. 26—30*), unum in civitate finitima Treverensi (c.* 21*), aliud in Suestra cella Willibrordo concessa (c.* 15*), aliud in insula Walachrensi (c.* 14*), in qua Epternacensium possessiones sitae erant, sed ne ipsius quidem monasterii Epternacensis initia proposito neglecto enarravit, ut supra monui. Tamen libro nonnulla insunt haud spernenda, velut ea quae Alcvinus de Wilgilso rettulit, de Ongendo rege Danorum, de Fosite deo et insula ei sacra, alia. Itaque W. Wattenbach b. m. astipuler iudicanti*[1]*: 'Modicae utilitatis liber et proposito suo prorsus indignus, habet tamen quae nobis in tanta rerum caligine utilia sint et scitu digna', neque vero obliviscendum est, Alcvinum non opus historicum componendum sibi proposuisse, sed librum hagiographicum, 'qui publice fratribus in ecclesia legi potuisset', sicut in praefatione ipse dixit*[2].

Dictio Alcvini mendis grammaticis non carebat; genera[3] *et casus*[4] *mutata sunt, activa pro deponentibus usurpata*[5], ut *cum indicativo loco coniunctivi coniunctum pluribus locis deprehenditur. Neque talia vitia librariis imputanda sunt, qui potius menda delere magis magisque studuerunt, quae maxime in codicibus antiquissimis inveniuntur, sicque etiam in V. Willibrordi opinio eorum confirmatur, id quod B. Krusch v. d. in Vitis Vedasti et Richarii monuit*[6]*, qui Alcvinum 'haud ita perfectam habuisse linguae Latinae notitiam' statuerunt.*

Vita Willibrordi celeriter late propagata esse videtur. Cognita erat auctoribus Fontanellensibus, qui Vitas Vulframni et Condedi composuerunt[7]*. Biographus Willehadi (c.* 3. 4*)*[8] *res nonnullas ad exemplum Alcvini (c.* 11. 14*) narravit, verbis eius ex parte servatis, cumque Willehadus, Alcvini amicus*[9]*, duos annos Epternaci degisset*[10]*, non mirum est Vitam Willibrordi priore parte saeculi IX. Bremae notam fuisse, ubi etiam Adami aevo extabat*[11]*. Altfridus episcopus Monasteriensis eam in Vita Liudgeri (I,* 4. 19. 22. 23. 25. 27*) conscribenda inter potiores fontes habuit*[12]*. Deinde adhibita est in Vita Harlindis et Renulae*[13]*, ab Hucbaldo in Vita Lebuini*[14]*, ab altero biographo Erminonis (c.* 7*)*[15]*, a Ruoperto monacho Mediolacensi in Vita Adalberti Egmondani*[16]*. Exscripta est in libello saec. XI. de rebus*

1) *Wattenbach l. l. p.* 36. 2) *Id quod monuit Poncelet l. l. p.* 418. 3) *Masc.* capitulus, *neutr.* exequia. 4) *E. gr.* auxiliari *c. acc.*, parcere *c. abl.*; *acc. pro praepositione c.* 7. advocatis venerabilibus societatem ministerii sacerdotibus, *c.* 5. ostia Hreni fluminis vela deposuit, *c.* 31. refectorium reversi sunt. *Litterae finales* e *et* i *in dat. et abl. saepius commutatae sunt, quam ut de vitio notarii vel librariorum cogitaverim.* 5) Cohortare, imitare, prosequere. 6) *SS. R. Merov. III,* 405. *IV,* 385. 7) *Cf. ib. V,* 644. 658. 8) *SS. II,* 381; *AA. SS. Nov. III,* 843. 9) *Alcvini epist. n.* 6 *(Epist. IV,* 31*)*. 10) *V. Willehadi c.* 7 *(SS. II,* 382; *AA. SS. Nov. III,* 844 *sq.)*. 11) *Adami Gesta Hammaburg. eccl. pont. IV,* 3 *(ed. Lappenberg-Waitz p.* 157; *cf. I,* 11. 17, *ib. p.* 8. 17*)*; *cf. Lappenberg, 'Archiv' VI,* 791. 12) *Cf. W. Diekamp l. l. p. XXII sq.* 13) *Cf. ea quae ad c.* 18. *adnotavi.* 14) *V. Lebuini c.* 9 *(Surius VI,* 1581, *p.* 311*)*; *cf. 'N. Arch.' XXXVII,* 288. 15) *SS. R. Merov. VI,* 469. 16) *Ed. Holder-Egger, SS. XV,* 700 *sqq. (de auctore v. ib. p.* 1264, *n.* 5*). E Vita Adalberti neque ex Alcvino pendere auctorem supplementi*

Treverensibus composito (c. 8)[1], *a Theoderico in Chronico Epternacensi*[2], *denique in Vita Bonifatii et tertia et quinta*[3]. *Posteriores mitto veluti Iohannem de Beka atque falsarium tantum commemoraverim, sub nomine Marcellini notissimum, qui c. a.* 1472. *opus Alcvini in Vita Suidbercti componenda quam maxime expilavit*[4].

Omelia dicenda in natali sancti Donatiani pontificis, *quae in codice Sancti Audomari n.* 716, *vol. V, saec. XIII, olim S. Mariae de Claromarisco, fol.* 123—123'. *legitur*[5], *nihil est nisi Alcvini V. Willibrordi I,* 32, *nomine Donatiani loco Willibrordi substituto locisque duobus (p.* 140, *l.* 7. Nam — *l.* 15. coronaretur; *p.* 141, *l.* 8 Iste — *l.* 11. angelos*) praetermissis.*

Liber secundus Vitae Willibrordi iam inter carmina aevi Carolini suo loco positus est; nunc ad priorem librum edendum hi codices aut praesto fuerunt aut ab aliis adhibiti classibus suis adscribi potuerunt:

1*) Codex Stuttgartensis bibliothecae publicae XIV,* 1, *antea regiae G.* 38, *olim ecclesiae maioris Constantiensis*[6], *deinde* monasterii Weingartensis a. 1630. *atque G.* 42. 4° *signatus*[7], *saec. IX. exaratus, formae quadratae, foliis* 41 *constat, quibus (fol.* 1'—41*) uterque liber Vitae Willibrordi inest. Primo ab ipso librario textus correctus est, deinde manu coaeva, quae sententias omissas in margine ad ipsum exemplar supplevit, denique manu tertia, cuius emendationes nullius momenti sunt. Litterae initiales singulorum capitum variis coloribus depictae sunt.*

1a[1]*) Codex Londiniensis musei Britannici inter Harleianos n.* 2802, *saec. XIII. in., olim (fol.* 231', *m. saec. XV)* Liber sancte Marie virginis sanctique Nicolai in Arinstein 1464, *scilicet volumen tertium legendarii Arnsteinsis, fol.* 95'—99, *et*

1a[2]*) codex Confluentinus bibliothecae gymnasialis n.* 5, *nunc in archivo regio depositus, saec. XIV. exaratus (fol.* 353. 403'*) a Godefrido de Andernacho presbytero, cappellano altaris sancti Mauricii in ecclesia Monasteriensi in Meynevelt (hodie Münstermaifeld prope Mayen, Reg.-Bez. Coblenz), fol.* 258'—264, *librum primum absque prologo et indice capitum et homilia (c.* 32*) continent aeque atque*

1a[3]*) codex Hamburgensis n.* 1113 *(Hist. eccl. fol. n. IV), saec. XVI, cui post Vitam Bonifatii auct. Otloho*[8] *p.* 81—101. *V. Willibrordi inest, manu altera in quaternionibus exarata, qui postea inserti esse possunt, cumque reliquae partes codicis, Cornelio Gualthero Coloniensi curante, pro Iohanne Saxone decano Hamburgensi et canonico Bremensi descriptae esse videantur*[9], *pro qua re hic illi a.* 1556 *(Ianuar.* 24*)*

Annalium Xantensium a. 690. *et* 694 *(ed. B. de Simson, SS. R. Germ.,* 1909, *p.* 35*), monuit S. Hellmann, 'N. Arch.' XXXIII,* 738, *n.* 1. 1) *SS. XIV,* 102. 2) *Cf. Weiland, SS. XXIII,* 18. 3) *Vitae Bonifatii ed. Levison p.* 80. 82. 107 *sq.; cf. p. LVI. LXII.* 4) *Surius II,* 5 *sqq. De aevo auctoris cf. Diekamp, 'Historisches Jahrbuch' II,* 1881, *p.* 272 *sqq.; Oppermann, 'Westdeutsche Zeitschrift' XIX,* 1900, *p.* 296 *sqq.* 5) *Initium e codice Bruxellensi n.* 3176, *vol. I, antea n.* 7460, *saec. XIII, fol.* 84—84', *publici iuris fecerunt Bollandiani, Catalogus Bruxell. I,* 2, *p.* 5 *(n.* 33*).* 6) Liber de vita Willibrordi archiepiscopi Traiactensis *(sic) a.* 1343. *in bibliotheca Constantiensi extabat (Naumann, Serapeum I,* 1840, *p.* 53; *M. Manitius, 'N. Arch.' XXXII,* 661; *K. Löffler, 'Zur Provenienzfrage der Weingartener Handschriften mit Italafragmenten', 'Zentralblatt für Bibliothekswesen' XXVII,* 1910, *p.* 437*), una cum aliis codicibus a.* 1630. *coenobio Weingartensi venditus; cf. P. Lehmann, 'Neue Bruchstücke aus "Weingartener" Itala-Handschriften' ('Münchener Sitzungsberichte, phil.-hist. Klasse'* 1908, *n.* 4*).* 7) *Cf. K. Löffler, 'Die Handschriften des Klosters Weingarten' ('Beihefte zum Zentralblatt für Bibliothekswesen' XLI),* 1912, *p.* 107. 8) *Cf. Levison, Vitae Bonifatii p. LXX sq.* 9) *Ib. p. LXXI; W. Diekamp, 'Geschichtsquellen des Bisthums Münster' IV, p. XXXIV, n.* 1.

gratias egit, V. Willibrordi fortasse exemplar est, quod ut Epternaci a iuvene quodam litterato pro ipso exscriberetur, Iohannes Saxo in eadem epistula rogavit[1].

$1a^4$) *Codex* Coloniensis *archivi urbani inter libros bibliothecae gymnasialis n.* 201, *saec. XV, fol.* 36—45 *et*

$1a^5$) *codex* Parisiensis *n.* 10873 *(Suppl. lat.* 1247*), saec. XV, fol.* 54—68′, *librum I. continent, omissis prologo et laterculo capitum et c.* 31. *et* 32, *atque hunc eiusdem indolis esse atque* $1a^{1.2.3.4}$, *e compluribus lectionibus ab A. Poncelet allatis intellegitur.*

Codices $1a^{1.2.3.4.5}$ *communibus vitiis depravati:*

c. 1. crescente in eo] in eo *om.* $1a^{1.2.3.4.5}$;

c. 4. instigatus — incitatus] inst. est — incit. est $1a^{1.2.3.4.5}$;

c. 16. patiebantur, quod dum suos cernebat] pat(c)iebatur e t suos cerneret $1a^{1.2.3.4}$;

c. 20. domum suam festinabat adire] domi (s. *om.*) fest. ire $1a^{1.2.3.4}$;

c. 21. Aefternaco] Aternacum $1a^{1.2.3}$; Alternacum $1a^4$;

ib. traditione ex legitima] ex *om.* $1a^{1.2.3.4}$,

e codice pendent aut ipso 1 *aut simili:*

c. 3. et statim ablactatum] (et *om.*) st. ablactavit 1; statimque ut ablactavit $1a^{1.2.3.4.5}$;

c. 14. Licet omni [tempore *add.* $1a^{1.2.3.4}$ *cum* 1] miraculorum operatione (operationem 1, *non* $1a^{1.2.3.4}$);

c. 18. dominicae iussionis] iuss. dom. $1a^{1.2.3.4}$ *cum* 1;

c. 26. beatam animam suo creatori reddidit] beatissimam an. s. cr. r. (b. s. cr. r. an. $1a^{1.2}$) $1a^{1.2.3.4}$ *cum* 1;

ib. odoris dulcissimi (dulcissima 1) sensisse flagrantiam] od. et dulcissimam s. fl. (fragrantiam $1a^3$) $1a^{1.2.3.4}$;

c. 30. damnatus] dam(p)natur $1a^{1.2.3.4}$ *cum* 1 *(m. al.).* 3*a. b;*

sed exemplar, ad quod referendi sunt, ad alios libros correctum erat, ita ut hic illic 1 *superent aut lectiones diversi generis exhibeant, e. gr.:*

c. 1. Northanhumbrana] Northanumbrana *(altera littera* n *erasa* $1a^2$*)* $1a^{1.2.4.5}$ *cum* 2*a. b. b**; Northanm̄brana $1a^3$; *plerique aliter (v. infra p.* 105*);*

c. 5. messem quidem multam] *ita* $1a^{1.2.3.4.(5)}$ *cum rell.*; multam *om.* 1. 1*b*;

c. 6. relegiose] religiose $1a^{1.2.3.(5)}$ *cum aliis*; religione $1a^4$; rele(i)gionem 1. 1*b (pr. m.)*;

c. 8. iussione] vigore $1a^{1.2.3.4.5}$ *cum* $3c^{1.2.3}$;

c. 10. baptizavit] $1a^{1.2.3.4}$ *cum* 4*a. b. c.* 5. 6*a. d.* 8*a.* $b^{1.2}$; baptizabat *rell.*;

c. 11. sortes suo more] sortes *om.* 1. 2*b et pr. m.* 2*a. b**; suo m. sortes $1a^{1.2.3.4}$ *cum* 2*b* (m. al.)*;

c. 17. inventa est plena ut ante] *ita* 1*b.* 4*a. b. c.* 5. 6*a*; *haec om.* 1. 2*a. b. b**. 3*a et aliis insertis* 3*b.* $c^{1.2.3}$; ita pl. inv. est ut a. $1a^{1.2.3.4}$;

c. 31. sacratissimarum] sacra missarum $1a^{1.2.3}$ *cum* 2*b* (m. al.).* 3*a. b.* $c^{1.2.3}$,

unde hunc textum contaminatum nullius auctoritatis esse patet.

1*b) Codex* Treverensis *bibliothecae urbanae Cat. mss. n.* 1384, *Num. loc.* 54, *saec. XI, olim* codex sancti Martini Treverensis *(fol.* 1, *s. XIV), deinde* liber Societatis Iesu collegii Trevirensis, *fol.* 59′—67′, *librum primum absque prologo et indice capitum exhibet et desinit in verbis c.* 27 *(p.* 136, *l.* 10*)* vincula resoluta sunt, *clausula addita:* prestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen. *Codex* 1*b item proxime ad* 1 *accedit; cf. locos c.* 5. 6. *supra l.* 29. *et* 30. *allatos et*

c. 3. et statim] et *om.* 1. 1*b (pr. m.).* 8*a*;

ib. Hrypensis] Hyripensis 1. $1a^{1.2}$. *b*; Hiripensis $1a^{4.5}$; Ripensis $1a^3$ *cum aliis,*

1) *P. Burmannus, Sylloge epistolarum a viris illustribus scriptarum II,* 1725, *p.* 243; *cf. p.* 242.

sed etiam lectiones diversi generis ei illatae sunt, discrepante 1, *atque ut est liber Trevcrensis, ita potissimum ad codicem quendam classium Mosellanarum* 5. 6. 7 *(cf. infra p.* 101 *sq.) correctus videtur esse:*

c. 14. qui nimio furore] qui *in ras.*, ille *m. al. in marg.* 5; ille *pro* qui 1*b cum* 1$a^{1.4}$. 6*a*. *d*; ipse *pro* qui 4*c*;

ib. de manibus illorum] *om.* 1*b*. 5. 5*. 5*a (pr. m.)*. 6*a*. d. 7*a (non* 1$a^{1.2.3.4}$*)*;

c. 15. qui famulo Dei] quia f. Dei 1*b*. 5. 5*. 5*a (pr. m.)*. 6*a*. *d (non* 1$a^{1.2.3.4}$*)*;

c. 18. resurrectionis suae] obitus sui 1*b*. 5. 5*. 6*a*. *d (m. al. in ras.)*; *cf. infra p.* 107;

c. 26. locum] hunc *add.* 1*b*. 5*. 6*a et m. al.* 5; illum *add.* 7*a*,

ita ut hunc quoque textum exigui momenti esse manifestum sit.

2*a) Codex Monacensis Lat. n.* 4605 *(Bened.* 105*), saec. XI, olim* monasterii nostri Benedictenpeiren *(fol.* 1, *m. saec. XV), fol.* 1—17, *librum primum sine laterculo capitum continet. Correctores textum et saec. XI/XII. et saec. XV. retractaverunt.*

2*b) Codex Monacensis Lat. n.* 18956 *(Tegernsee* 956*), saec. XI, fol.* 49′—69, *eadem continet. Magna pars Vitae a c.* 18 *(p.* 130, *l.* 17*)* quod cernebat *ad c.* 32 *(p.* 140, *l.* 18*)* non nos derelinquas, *foliis nonnullis excisis, periit, sed saec. XV. e codice simillimo satis accurate suppleta est (=* 2b^1*), foliis* 63—67′. *membranaceis insertis. E quo, antequam haec deerant et codex pluribus locis manum retractatoris passus erat, descriptus est*

2b^**) codex Monacensis n.* 21551 *(Weihenstephan* 51*), saec. XII, fol.* 65′—74′, *qui librum I. continet, prologo et indice et homilia (c.* 32*) omissis*[1]. *Ex contrario*

2b^{**}*) codex Monacensis n.* 23846 *(ZZ* 846*)*[2], *saec. XV. post a.* 1461. *exaratus, fol.* 135—141, *e* 2*b descriptus est, postquam folia illa perierunt, aliis nondum suppletis. Unde codex prologo et indice caret et in verbis c.* 18 *(p.* 130, *l.* 17*)* resurreccionis sue dicerent *desinit, addita clausula:* Et quantis miraculis fulserat vel fulserit, quem *(sic)* divina gracia concessum est ei, ita ut nostris temporibus quasi novus Samuel putaretur, de quo dictum est: Puer Samuel proficiebat atque crescebat et placebat Deo magis quam hominibus *(e c.* 3*)*. Ipse fuit Deo amabilis, populo placabilis et omni perfeccione plenus. Itaque omnibus prebuit bonum exemplum, ipse fuit quasi odor omnibus hominibus suavissimus, cunctorum perfudit nares et pectora. Ipse cum multis virtutibus rexit ecclesiam Traiectensem et multis annis et die *(bis scr.)* noctuque sanctificavit verbum Dei per bonos mores et baptizavit Karolum Magnum[3] et in multis bonis operibus tandem in Domino quievit et obdormivit anno Domini septingentesimo XX° vel citra, etc. *Necessitudinem codicis* 2*b e. gr. hi loci ostendant:*

c. 2. oroma] or : : na 2*b*; orna *(m. al. superscr.* oroma*)* 2b^{**};

c. 4. adoliscente] adolescentiae *corr.* adolescentia 2*b*; adolescencia 2b^{**};

c. 5. ostia] ad ostia 2b^{**} *et m. al.* 2*b*. 4*a*;

c. 8. cum suae potestatis iussione] cum (viris *m. al. add.* 2*b*; viriis *add.* 2b^{**}) su(a)e p. (iuss. *om.*) 2*b*. b^{**};

c. 13. gladio] Pippini gladio 2b^{**} *et m. al.* 2*b*.

2*c) Codex Bambergensis E. III.* 9 *(Misc. hist.* 141*), saec. XV. ex., opus Andreae abbatis S. Michaelis Bambergensis (*1483—1502*) de sanctis ordinis S. Benedicti continet, cui fol.* 51—52′. *liber primus Alcvini inest*[4], *prologo et indice et capitibus*

1) *Etiam Vitae Medardi et Goaris (cf. SS. R. Merov. IV,* 779*) in* 2b^* *extantes e* 2*b descriptae sunt.* 2) *Cf. Holder-Egger, 'N. Arch.' XIII,* 582 *sqq.* 3) *Nescio an auctor clausulae alicubi caput* 23. *minus accurate legerit.* 4) *J. Fassbinder, 'Der Catalogus sanctorum ordinis sancti Benedicti des Abtes Andreas von Michelsberg', dissertatio Bonnensis* 1910, *p.* 55

14—23. *et* 28—32. *locisque minoribus haud paucis omissis aliisque contractis. Capiti* 27, *in quo codex desinit, additum est:* Obiit VII. Idus Novembris.

3a) *Codex Sangallensis n.* 565, *saec. XI. in., p.* 284—329. *librum I, p.* 330—354. *librum II. continet, cuius locos nonnullos Ekkehardus IV. saec. XI. emendavit teste A. Poncelet.*

3a*) *Codex Engelbergensis n.* 2 (1/4), *saec. XII, fol.* 194—201', *qui librum primum continet*[1], *cum libro* 3a *satis convenit, id quod e lectionibus intellegitur, quas speciminis causa A. Poncelet attulit:*

c. 1. in ieiuniis] in ieiunio *3a. a**;

ib. Deo [erat *m. al. add.* 3a; erat 3a*] serviens;

ib. ex sanctitatis eius traditione] et (*m. al. corr.* eam 3a, *et ita* 3a*) s. e. tr., *ita ut fortasse ex illo pendere videatur.*

3b) *Codex Ultraiectinus n.* 122 (*Eccl.* 26, *antea* 248*i et* 285*x*)[2], *saec. XII/XIII, fol.* 76'—91. *librum priorem sine prologo et laterculo continet; quem fol.* 91—97'. Epylogus in vitam sancti Willibrordi *subsequitur, scilicet epitome Vitae in sex lectiones divisa (inc.* Beatus igitur Willibrordus in Brittannia insula provincia Norderumbrana ex religiosis atque inclitis iuxta saeculi dignitatem parentibus est editus, *des. c.* 30. ęcclesiam sacrilegio violare non metuunt. Fiunt preter haec et plurima inibi divinitus miracula, prestante domino *etc.).*

3c¹) *Codex Monacensis n.* 22244 (*Windb.* 44), *saec. XII, legendarii Windbergensis volumen quintum, fol.* 121'—129, *librum primum sine indice exhibet*[3].

3c²) *Codex Monacensis n.* 9506 (*Ober-Alt.* 6), *saec. XII, legendarii Altahensis pars quarta, fol.* 69—73, *librum priorem continet, laterculo et homilia (c.* 32) *praetermissis.*

3c³) *Codex Monacensis n.* 12642 (*Ranshofen* 42)[4], *saec. XIV, olim* monasterii sancti Pancracii in Rannshofen ordinis Augustini Canonicorum Regularium, *fol.* 119—127, *librum primum una cum indice et homilia continet.*

3d¹) *Codex Stuttgartensis Bibl. fol.* 58, *saec. XII, olim Zwifaltensis n.* 167, *vol. III, fol.* 101—106, *et*

3d²) *codex Londiniensis musei Britannici Addit. n.* 10933, *saec. XV, fol.* 136'—140, *librum I. absque prologo et laterculo capitum continent, desinentes medio in capite* 30 (*p.* 137, *l.* 14) exaudire dignetur.

4a) *Codex Wirziburgensis Mp. th. f.* 34, *saec. X/XI, olim* liber monasterii sancti Petri in Wissenburg, *deinde Collegii Societatis Iesu Molsheimensis, fol.* 104—130', *librum utrumque continet*[5]. *Folium* 126. *inter folia* 115. *et* 116. *collo-*

(*c.* 170); *cf. p.* 120. *Andreas fortasse codice usus est, qui saeculo XII. in coenobio eius habebatur; cf. infra p.* 105. 1) *Cf. 'Archiv' VII,* 179; *B. Gottwald, Catalogus codicum mss. Engelbergensium,* 1891, *p.* 10. 2) *Cf. P. A. Tiele, Catalogus codicum mss. bibliothecae universitatis Rheno-Trajectinae (I),* 1887, *p.* 36. *Varias lectiones complures e codice attulit Thijm l. l. p.* 292—294 (*editio Germanica p.* 206—208); *easdem universas cum editione Mabilloniana collatas in codice Hamburgensi Hist. n.* 321. *in* 4°, *p.* 208—223, *legi, qui a.* 1716. *Z. C. ab Uffenbach iubente scriptus est, Fr. Burg v. c. me certiorem fecit (cf. 'Archiv' VI,* 247), *easdemque saec. XIX. in codice Bruxellensi bibliothecae Bollandianae n.* 167, *fol.* 116—118', *adnotatas esse, rettulit A. Poncelet l. l. p.* 420. 3) *Eiusdem fortasse generis sunt exemplaria legendarii magni Austriaci, codex Mellicensis M.* 8, *saec. XV, et Zwettlensis n.* 14, *saec. XIII (cf. Analecta Bolland. XVII,* 89), *itemque Admontensis n.* 225, *saec. XII (cf. 'Archiv' VI,* 173. *X,* 635); *cf. locum prologi:* Beornrado] Bernrado *Admontensis cum* 3c¹·². 4) *Cf. Holder-Egger, 'N. Arch.' XIII,* 580 *sqq.* 5) *Cf. A. Poncelet, Analecta Bolland. XXXII,* 411. *Lectiones*

candum est, unde manus saec. XV. fol. 115. *adnotavit:* Hic deficit unum folium, sed quere illud post decem folia, *atque fol.* 126: Istud folium pertinet ad librum primum. Revolve inante 10 folia.

4*b) Codex Treverensis bibliothecae ecclesiae cathedralis n.* 93 *(antea* 102*), saec. XII, olim S. Petri et Pauli Patherbrunnensis, deinde* ex libris Christophori comitis de Kesselstatt, decani Paderbornensis a. 1803, *fol.* 10′—17′, *librum priorem continet, omissis indice et homilia. Folium post fol.* 16. *excisum est, ita ut textus a c.* 24 *(p.* 134, *l.* 18*)* plenus in omni perfectione *ad c.* 30 *(p.* 137, *l.* 13*)* divina clementia per sancti *hiet.*

4*c) Codex Duesseldorfensis bibliothecae provincialis Bibl. Theol. I. A.* 91, *saec. XVI. in., duobus libris a.* 1518. *impressis adiunctus, fol.* 54—62′, *librum priorem absque prologo et indice et homilia continet atque pluribus vitiis peculiaribus depravatus est. Liber, ut mendis* 4*a. b communibus (cf. infra p.* 106*) caret, ita hic illic propius ad* 4*a accedit velut*

c. 9. Ongendus] Origendus 4*a. c (non* 4*b);*

c. 22. cum sanctificatione aquae benedictae] cum sanct. atque (et 4*c*) benedict(c)ione(e) 3*a. b.* 4*a. c (non* 4*b).*

5*) Codex Parisiensis n.* 10865 *(Suppl. Lat.* 1002*), saec. X/XI, olim* codex Sancti Maximini extra muros Treverum 48 *(fol.* 38, *m. saec. XIV), fol.* 1′—23′, *librum priorem continet, sed foliis deperditis mutilus in verbis c.* 32 *(p.* 139, *l.* 30*)* hodie concurrit *desinit. E quo libro a correctore retractato descriptus videtur esse*

5**) codex Berolinensis Lat. n.* 790 *(Ms. theol. Lat. fol.* 267*), saec. XII, olim (saec. XV) Passionale maius Springirsbacense (dioec. Trever.)*[1], *fol.* 161—166′. *Inest liber I, prologo et laterculo capitum et homilia omissis. Rationis cum* 5 *intercedentis hoc exemplum afferatur (cf. infra p.* 107*):*

c. 3. et pia professione monachum se fecit esse] *haec om.* 5 *(versu exeunte m. al. suppl.).* 5*.

5*a) Codex Treverensis seminarii clericalis n.* 75 *(R. IV,* 11*), saec. XII, olim S. Matthiae Treverensis, fol.* 2—29, *utrumque librum continet, sed pars extrema libri I. inde a c.* 30 *(p.* 137, *l.* 9*)* misera subito morte[2] *et liber II. saeculo demum XV. suppleta sunt. Lectiones varias A. Poncelet adnotavit; ipse librum non vidi.*

Prologum, indicem, homiliam etiam codices familiae 6 *praetermiserunt:*

6*a) Codex Parisiensis n.* 5294 *(Colb.* 2509, *Regius* $418\underset{5}{7}$*), saec. XI/XII, olim (fol.* 177′*)* lkbfr sc̄k Skmphprkbnk Mfttfnsks cfnpbkk *(i. e.* liber sc̄i Simphoriani Mettensis cenobii*), fol.* 144—158.

6*b) Codex Parisiensis n.* 5308 *(olim Chesnianus, deinde Colbertinus* 18, *tum Regius* $359\overset{2}{3}$*), saec. XII, fol.* 226′—230′, *e quo descriptus est*

6*b*) codex Parisiensis n.* 11774, *saec. XVII, fol.* 301—318′, *scilicet exemplar in usum monachorum Congregationis S. Mauri confectum teste A. Poncelet*[3].

6*c) Codex Parisiensis n.* 5278 *(Colbert.* 11, *Regius* 3594. 7*), saec. XIII, fol.* 325′—330′, *cuius lectiones nonnullas ex editione A. Poncelet cognovi.*

6*d) Codex Berolinensis Lat. n.* 121, *inter Phillippsianos n.* 1874, *saec. XI, olim monasterii S. Vincentii Mettensis, deinde collegii Claromontani Parisiensis, tum Meermanianus*[4], *fol.* 30—39, *textum exhibet passim in breve coactum atque desinit, post*

nonnullas libri alterius attulit L. Traube, 'Karolingische Dichtungen' ('Schriften zur Germanischen Philologie' ed. M. Roediger I), 1888, *p.* 48 *sq.*

1) *Cf. V. Rose, 'Verzeichniss der Latein. Handschriften der Kgl. Bibliothek zu Berlin' II,* 2, 1903, *p.* 829.

2) *Poncelet l. l. p.* 448, *qui codicem signo* 1c *distinxit (cf. p.* 419*). Cf. Sauerland, 'N. Arch.' XVII,* 606; *J. Marx, 'Handschriftenverzeichnis der Seminar-Bibliothek zu Trier' ('Trierisches Archiv, Ergänzungsheft' XIII),* 1913, *p.* 60.

3) *L. l. p.* 420.

4) *Cf. V. Rose l. l. I,* 1893, *p.* 250 *sqq.*

caput 21. *initio c.* 23 *(p.* 133, *l.* 16*) addito:* Idem quoque vir Deo amabilis quaedam prophetico praedixerat spiritu, quae post rerum eventus vera probavit.

7a) *Codex Treverensis seminarii clericalis n.* 36 *(R. I,* 12*), saec. XIII, olim pars legendarii S. Maximini mensem Novembrem complectens*[1], *fol.* 26'—34', *librum primum sine laterculo capitum exhibet.*

7b) *Codex Treverensis bibliothecae urbanae Cat. mss. n.* 788, *Num. loc.* 1372 *(antea* 783*), saec. XV, olim Clusae Eberhardinae, fol.* 146—173, *et*

7b*) *codex eiusdem bibliothecae Cat. mss. n.* 1216, *Num. loc.* 512 *(antea* 558*), saec. XV, olim eiusdem coenobii, fol.* 223—233, *mihi non nisi ex editione A. Poncelet comperti sunt*[2].

8a) *Codex Alentionensis n.* 14, *saec. XII. partim ab Orderico Vitali rerum gestarum scriptore notissimo exaratus*[3], *olim S. Ebrulfi Uticensis n.* 125, *fol.* 12—23. *utrumque librum continet, sed alterius libri capita* 27—30. *et capitis* 33. *versus* 20—66. *omissa sunt. Lectiones varias ex editione A. Poncelet cognovi; de indole libri II. egit L. Traube l. l. (cf. p.* 100, *n.* 5*) p.* 48 *sq.*

8a*) *Fragmentum folii unius saeculi XIV. Duesseldorfii repertum tractari Ferdinandus Deycks, Index lectionum — — in academia theologica et philosophica Monasteriensi per menses aestivos a. MDCCCLVI. — — habendarum, Monasterii Westphalorum (*1856*), p.* 3—10, *lectionibus nonnullis allatis, e quibus consuetudinem librorum* 8a. a* *intercedentem recte cognovit A. Poncelet*[4]*:*

c. 3. nihil videret nisi honesta, nihil audiret nisi sancta] nihil v. nisi sancta, nihil aud. nisi honesta 8*a. a**;

c. 5. sorduit] sordebat 8*a. a**.

8b¹) *Codex Sancti Audomari n.* 716, *vol. VIII, saec. XIII, olim S. Mariae de Claromarisco*[5], *fol.* 66'—71', *et*

8b²) *codex Bruxellensis n.* 3176, *vol. II, antea n.* 7461, *saec. XIII. in., olim (p.* 412*)* liber sancte Marie de Valcellis, *deinde (p.* 1*) Balthasaris Moreti, tum a.* 1637. *permutatione facta* domus prof. Soc. Iesu Antverp. *atque a Bollandianis P.* 160 *signatus, p.* 29—39, *librum primum absque indice et homilia continent aeque atque*

8b³) *codex Duacensis n.* 838 *(*792*)*[6], *saec. XIII, olim Marcianensis, fol.* 40'—43', *cuius varias lectiones A. Poncelet in editione sua attulit.*

8b⁴) *Codex Compendiensis a Mabillonio adhibitus iam latet.*

8b⁵) *Codex Londiniensis musei Britannici inter Arundelianos n.* 91, *saec. XII, olim (fol.* 2*)* Soc(ietatis) Reg(iae) Lond(iniensis) ex dono Henr. Howard Norfolciensis, *fol.* 213—216', *epitomen libri prioris continet (inc.* Fuit in Britanniae insulae provincia*), prologo et indice et capite* 19. *omissis, desinens c.* 30 *(p.* 137, *l.* 10*)* quod furtu rapuerat indicavit, *addita clausula:* Sunt alia quam plurima, quae divina maiestas per merita servi sui Willebrordi dignatur cotidie operari — — obtineat nobis gratiam apud summam et individuam Trinitatem, cui laus, honor et imperium per infinita saecula saeculorum. Amen. *Epitomen e codice generis* 8b *pendere, ex interpolationibus c.* 9. 14. *cognoscitur, scilicet*

1) *Cf. Krusch, 'N. Arch.' XVIII,* 627 *sq.; J. Marx l. l. p.* 32. 2) *Cf. 'Archiv' VIII,* 598. 601. 3) *Cf. L. Delisle, 'Matériaux pour l'édition de Guillaume de Jumièges préparée par Jules Lair' ('Bibliothèque de l'École des chartes' LXXI,* 1910, *p.* 502 *sq.).* 4) *L. l. p.* 421. 5) *Cf. 'Archiv' VIII,* 416. *In indice (fol.* 1, *saec. XIII) codicis S. Audomari n.* 715, *vol. IV, saec. XII, olim S. Audomari, loco* 47. Vita sancti Willebrordi *enumeratur; sed Vitae n.* 46—50. *iam a volumine absunt.* 6) *Cf. Analecta Bolland. XX,* 390.

c. 9. nequit eum a cultura idolorum convertere, licet in comitatu eius esset venerabilis Wlframnus, qui venerat a Senonum civitate pontifex, ut aliquas animas gentilium inibi Deo lucrifaceret. Quam ob rem beatus Willebrordus ad ferocissimos $8b^5$; *cf. infra p.* 123, *l.* 21, *et*

c. 14. ad quandam insulam oceani Walicrum nomine, in qua antiqui erroris idolum remanserat, ad quod statuto tempore omnis congregabatur populus, colens illud summa cum veneratione. Quod cum $8b^5$; *cf. infra p.* 128, *l.* 19.

9*) Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 9740 *(Suppl. Lat.* 243. 3*)* [1], *saec. XII, olim Epternacensis, fol.* 146′—162, *librum primum absque laterculo et homilia continet, atque prologus, foliis* 147. *et* 148. *chartaceis insertis, demum saeculo XV. in folio* 148 *(folium* 147. *vacat) praefixus est, cumque etiam folia* 149. *et* 150. *membranacea res mathematicas continentia postea adiecta sint, textus antiquus non nisi fol.* 151. *incipit. Sequuntur fol.* 162—164. *Miracula Willibrordi, quae ediderunt et socii* B o l l a n d i a n i, *Catalogus codicum hagiographicorum Latinorum Parisiensium II,* 1890, *p.* 581—583, *et Albertus* P o n c e l e t, *Acta sanctorum Novembris III,* 1910, *p.* 458—459, *eadem, quae a Thiofrido in ipsius Vita Willibrordi (c.* 25—27. 30. 34. 35*) retractata videntur esse; cf. infra p.* 111, *n.* 5.

Codex nulli aliarum familiarum nostrarum attribuendus videtur, etsi specimen haud ita magnum in usum nostrum exscriptum est neque A. Poncelet lectiones eius adnotavit nisi selectas; sed textum notae deterioris exhibet, atque hic illic lectiones familiae $1a^{1.2.3.4.5}$ *deprehenduntur, cuius progenies* $1a^3$ *fortasse et ipsa ad coenobium Epternacense referenda est, cf.*

c. 5. in praedicationis veritate] in predicatione veritatis (v. pr. $1a^1$. 3*b*) $1a^1$. 3*b*. 9 *(non* $1a^4$*)*;
ib. undecim fratribus] duodecim (XII $1a^1$) fr. $1a^{1.2.3.4.5}$. 4*b*. 9;
c. 10. 13. Rabbodo] Rabodo $1a^{1.2.3}$. 9 *et c.* 13. $1a^4$.

9*a) Codex* V i r o d u n e n s i s *n.* 74 *(antea n.* 109*)* [2], *saec. XII, olim S. Vitoni n.* 100, *fol.* 67—82′, *laterculo capitum et homilia destitutus est. Lectiones libri mihi non praesto sunt nisi nonnullae, quas A. Poncelet apparatui suo intulit (signo usus* 1*i), unde necessitudinem quandam librorum* 9 *et* 9a *intercedere statuendum videtur; cf.*

c. 4. ibique dulcissimos — hauriebat conversatione] *om.* 9. 9*a (non* $1a^{1.2.3.4}$*)*;
c. 24. adiuvaret] adiuverit 9. 9*a*;
ib. Die sexta — octavas (VII. $3c^{1.2.3}$. 5^*) Idus] Die septimo (VII. 9*a*) — septimo (VII. 9*a*) Idus 9. 9*a (non* $1a^{1.2.3.4}$*)*;
c. 31. impletur] completur 9. 9*a*.

10*a) Codex* H a g e n s i s *L.* 29 *(Weesp* 14*)* [3], *a.* 1461. *in Weesp finitus (fol.* 326′*), olim* liber sororum Sancte Katerine Muden, *fol.* 281′—287, *librum primum continet, omissis laterculo capitum et capitibus* 31. 32, *atque libro simillimo*

10*b) codici* B r u x e l l e n s i *n.* 8059, *saec. XV. in., qui olim fuit (fol.* 214*)* liber monasterii sancti Pauli in Traiecto, *deinde musei Bollandiani P. Ms.* 22, *fol.* 199′—207′, *praeterea prologus deest. Textus* 10*a. b adeo adulteratus et interpolatus est, ut paene pro Vita alia haberi possit, interpolatus et proprio Marte et e Willibaldi Vita Bonifatii:*

c. 3. et statim ablactatum] Quem competenti tempore abl. 10*a. b*;
c. 6. honorifica legatione] litteris commendaticiis 10*a. b e V. Bonifatii c.* 5 [4]:
c. 7. cum magno eum gaudio (g. eum m. 10*a*), u t d e c u i t, summa suscepit v e n e r a t i o n e. M o x q u e e x e m p t o p a l l i o c a r t a m e x m o r e i n v o l u t a m l i t t e r a s q u e v i r b e a t u s p r o t u l i t, u t m u t a t a n t u m l i t-

1) *Cf. Krusch, 'N. Arch.' XVIII,* 594. 2) *Cf. 'Archiv' VIII,* 447. 3) *Cf. Analecta Bolland. VI,* 172 *sqq.* 4) *Ed. Levison p.* 19, 15.

tera omnem sibi per ordinem itineris sui atque adventus occasionem manifestaret, et quali anxius desiderio diutius desudasset, aperiret. Et ut cum eo deinceps cotidiane disputationis colloquio didicit, in eo esse sancte Trinitatis fidem inviolabilem, religionis devotionem, sapientie plenitudinem, die competenti 10*a. b. Verba latius impressa a textu genuino absunt, maxima ex parte hausta e V. Bonifatii c.* 5. 6 [1],

desinitque c. 30 *(p.* 137, *l.* 19*):* firma fide (fide firma 10*a*) et operacione perfecta preveniamus faciem Domini in confessione, ut, sancti huius archiepiscopi Willibrordi (Willebrordi 10*b*) suffragantibus meritis, nostris celerius ignoscat culpis, qui de conversis peccatoribus angelis dixit esse gaudium in celis *(cf. Luc.* 15, 7, 10*)*, Iesus Christus dominus noster (qui est benedictus in secula. Amen *add.* 10*b)* [2].

Praeterea codices sequentes mihi noti sunt, priorem tantum librum continentes, excepto fragmento libri II. Vindobonensi:

Bernensis n. 598, *saec. XII (epitome)* [3].

Bruxellenses bibliothecae regiae n. 3131 *(*197*), a.* 1465 *(epitome); n.* 3160 *(*3391 — 99*), a.* 1480 *(epitome, cuius interpolationes v. p.* 126 *sq.); n.* 3234, *vol. IV (*11987*), ab Antonio Gentio (†* 1543*) exaratus* [4].

Bruxellensis bibliothecae Bollandianae n. 167, *saec. XVII, laudationem Wilgilsi continet e volumine II. legendarii Bodecensis deperdito (saec. XV, fol.* 239'*) descriptam* [5].

Moeno-Francofurtensis bibliothecae urbanae e codicibus ecclesiae S. Bartholomaei n. 5, *a.* 1356. *exaratus, prologum diversum exhibet (inc.* Sicut sanctissimus precursor domini nostri Iesu, *cf. c.* 2*), sed Vita Alcviniana subsequitur (inc.* Fuit igitur in Britania insula*)*.

Hagensis L. 59, *saec. XIV (fragmentum)* [6].

Leodiensis n. 58 *(*210 [II]*), saec. XIV (epitome)* [7].

Namurcensis n. 15, *saec. XIII. in. (epitome)* [8].

Parisiensis n. 10837, *olim codex Martyrologii Hieronymiani Epternacensis clarissimus (cf. supra p.* 86*), in folio praefixo saec. XI. lectiones e c.* 3—6. *depromptas exhibet, quae initio et fine mutilae sunt* [9].

Romanus Vaticanus Palatinus Lat. n. 477, *saec. XV, fol.* 213 — 213', *epitomen Vitae continet (inc.* Erat in Britania vir religiosus*) in tres lectiones divisam atque eo errore deformatam, quod Willibrordum, cum vicesimum annum aetatis attigisset,* in Hyspaniam *neque in Hiberniam (c.* 4*) perrexisse ibi legitur.*

Stratoburgensis, saec. XV. [10] *(fortasse a.* 1870. *periit).*

Treverensis seminarii clericalis n. 33 *(R. I,* 8*), olim S. Paulini Treverensis, inter lectiones ecclesiasticas fol.* 93'— 95'. *textum retractatum continet* [11].

1) *Ed. Levison p.* 21, 18 *sq.; p.* 28, 17; *p.* 21, 12—14. 22 *sq.* 2) *Versio Germanica textus* 10. *inest codici olim Coloniensi coenobii virginum viae S. Gereonis ('susteren zo up sent Gereoins straissen'), iam Francisci Schultz professoris Stratoburgensis v. c., a.* 1463. *exarato, fol.* 240 — 248 *(praescr.* 'Van sente Wilbort dem heiligen ende gloriosen busschof'; *inc.* 'In dem lande van Britanien was eyn insel', *des.* 'dat den heiligen engelen blijtschaff is in den hemelen van den bekierden sunderen, Ihesus Christus unse here. Amen'*)*. 3) *Poncelet l. l. p.* 422, *n.* 1. 4) *'Archiv' VIII,* 538; *'N. Arch.' II,* 259. 5) *Cf. H. Moretus, Analecta Bolland. XXVII,* 1908, *p.* 292. 6) *Analecta Bolland. VI,* 192. 7) *Anal. Boll. V,* 337. 8) *Ib. I,* 499; *'N. Arch.' II,* 265. 9) *Cf. Poncelet l. l. p.* 419, *ubi codex* 1*f signatus est.* 10) *'Archiv' VIII,* 466. 11) *Cf. J. Marx l. l. p.* 27.

Ultraiectinus n. 391, *vol. I (Eccl.* 20*), paulo ante a.* 1424. *exaratus, fol.* 142—143', *capita* 1—13. 24. 25. *abbreviata continet (inc.* Beatus Willibrordus in Brittania insula ex religiosis*), dum volumini III (Eccl.* 22*), a.* 1426, *fol.* 19'—21, *capita* 14—20. 24. *insunt, quibusdam omissis*[1].

Vindobonenses bibliothecae imperatoris privatae n. 9363 *(Iohannis Gielemans Hagiologium Brabantinorum), vol. II, saec. XV (prol. inc.* Cum a fidelibus populis*); n.* 9375*a, saec. XV; n.* 9397*a (Iohannis Gielemans Sanctilogium), vol. II, saec. XV*[2].

Vindobonensis bibliothecae palatinae n. 808 *(Salisb.* 234*), saec. IX. in., fol.* 233, *versus* 27 *libri secundi continet*[3], *quos quasi carmen peculiare edidit F r o b e n i u s, Alcuini Opera II,* 236 *(cf. p.* 620*), iteravit M i g n e CI,* 801 *sq.*

Wirziburgensis Mp. th. f. m. 10, *saec. XIV (lectiones)*[4].

Saeculo IX. Vita Willibrordi in coenobio Laureshamensi extabat[5], *saec. XII. in Stabulensi*[6] *et Bambergensi S. Michaelis*[7], *saeculo eodem exeunte in monasterio Carolilocensi in dioecesi Silvanectensi sito*[8]. *Codex Turicensis bibliothecae cantonalis n.* 5, *saec. XII, olim Rhenaugiensis, indice (p.* 1*) teste, loco* 67. *V. Willibrordi continebat, quae iam cum parte posteriore codicis abest.*

Exemplar, ad quod codices nostri referendi sunt, nisi fallor, litteris Saxonicis exaratum erat, id quod e mendo concluserim, quod in plerisque invenitur:

c. 1. Northanhumbrana] *ita recte (cf. e. gr. Bosworth-Toller, 'An Anglo-Saxon dictionary',* 1882, *p.* 725*) soli* $3c^{3}$ *(corr.* Nordanhumrana*).* $8b^{1.2.3.5}$; Northanumbr. 2*a. b*; Nordhanhumbr. 8*a*; Northarhumbr. 1. 1*b*. 3*a*. $d^{1.2}$. 4*a*. *c*. 5. 6*a*; Northarumbr. 3*b*. 4*b*; Nortarumbr. 9; Notarumbr. 7*a*. *b*; North : : humbr. $3c^{2}$; Northahumbr. $3c^{1}$; Northumbr. 2*c*. 10*b*; Northimbr. 10*a*. *Litterae* n *et* r *in scriptura insulana satis similes commutatae erant, quod mendum in paucis codicibus correctum est,*

neque in auctore Britannico mirum est archetypum litteris eiusmodi exaratum fuisse.

In eodem verba nonnulla fortasse in margine suppleta erant (cf. p. 107, 38*), ita ut in ipsis libris melioribus desint, in aliis recte inserta:*

index c. 5. euangelicae praedicationis] *ita recte* $3c^{1}$. 5*a*. 8*a* *(cf. p.* 119, 19. 120, 2. 128, 1*)*; praed. *om.* 1. 3*a*. 4*a*. 5;

c. 5. in ipsa eiusdem fluminis ripa situm est] *ita* $1a^{1.2.3}$. 2*a*. *b*. *c*. $3c^{1.2.3}$. 4*b*. *c*. 7*a*. 8*a* *et m. al.* 1*b*; in ipsa ripa (vicinia $3d^{1}$; vicina $3d^{2}$) eiusdem fl. s. est 3*a*. *b*. $d^{1.2}$; in ipsa eiusdem fl. s. est ripa $8b^{1.2}$; ripa *om.* 1. 4*a*. 5. 6*a* *et pr. m.* 1*b*,

atque uno loco vox quaedam omnino excidisse videtur:

index c. 21. ab inminente vastantis pestis] *ita* 1 *(pr. m.).* 3*a*. c^{3}. 4*a*. 5; ab inm. vastantium peste *m. al.* 1; ab inm. periculo v. p. 8*a*; ab inm. v. p. acervitate *coniecit B. Krusch; cf. p.* 132, 6.

Etsi igitur libri 1. 3*a*. 4*a*. 5 *ceteris praestant atque potissimum codex* 1 *antiquus reliquos haud semel superat, tamen aliorum ope non omnino carere possumus.*

Codices 1. 2. 3 *ab eodem exemplari originem duxerunt:*

c. 8. cum suae potestatis iussione] *ita* 1*b* *cum rell.;* iussione *om.* 1. 3*a* *et pr. m.* 2*a*. *b*. b^{*}; *pro* iuss. *habent* imperio 2*c*, amminiculo 3*b*, vigore $3c^{1.2.3}$, privilegio 8*a*;

1) *Ipse inspexi; cf. Thijm l. l. p.* 295 *(ed. Tross p.* 208*); Tiele l. l. p.* 134 *sq.* 2) *Anal. Bolland. XIV,* 41. 55. 253. 3) *Cf. Dümmler, 'N. Arch.' IV,* 119. 124; *Poetae I,* 163. 166; *Poncelet l. l. p.* 419, *qui codicem* 1d *vocavit.* 4) *Poncelet, Analecta Bolland. XXXII,* 420. 5) *G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui,* 1885, *p.* 113, *n.* 501; *M. Manitius, 'N. Arch.' XXXII,* 661; *cf. Th. Gottlieb, 'Ueber mittelalterliche Bibliotheken',* 1890, *p.* 49. 6) *Gottlieb l. l. p.* 287, *n.* 101/2; *Manitius l. l.* 7) *Becker l. l. p.* 193, *n.* 157; *Bresslau, 'N. Arch.' XXI,* 166, *n.* 112; *Manitius l. l.* 8) *H. Martin, 'Catalogue des manuscrits de la bibliothèque de l'Arsenal' VIII,* 1899, *p.* 444, *n.* 118; *M. Manitius, 'N. Arch.' XXXVI,* 764.

m. al. suppl. auctoritate 2a. b^{*}, viris (ante suae) 2b; (cum om.) sua potestate (iuss. om.) $3d^{1.2}$;

c. 10. baptizavit] ita rell. cum V. Liudgeri I, 22; baptiz(s)abat 1. 2a. b. c. 3a. b. $c^{(1.2).3}$. $d^{1.2}$;

c. 17. flasco, de qua tanti bibebant homines, inventa est plena ut ante] ita 1b cum rell. (plena inv. est 8a; ut ante om. 6d); fl., de q. tantum b. tanti (tot $8b^{3}$) h., a ministro ita pl. inv. est ut ante $8b^{1.2.3}$ (cf. c. 31: inventa est a ministro ita plena ut ante); inventa e. pl. ut a. om. 1. 3a, pro quibus habent plena reperta est 3b, plena fuit $3c^{1.2.3}$, similiterque lacunam supplent flasca plena fuit, de qua t. b. hom. 2a. b; flasco — ante una cum verbis praecedentibus (cf. infra l. 39) om. $3d^{1.2}$;

c. 27. circulis ferreis more solito circumdatis] ita (circumdatis m. s. 2a. b^{1}. b^{*}) 1. 2a. b^{1}. b^{*}. 3a. b. $d^{1.2}$ cum $8b^{1}$ (pr. m.). b^{2}. 9; circulis f. m. sol. circumdati (circulis f. circumdati m. s. 2c) $1a^{1.2.3}$. b cum rell.,

atque libri 2a. b (b^{*}. b^{1}). c vitiis communibus inquinati sunt e. gr. his:

c. 4. adoliscente] adolescent(c)i(a)e (corr. adolescentia 2b) 2a. b. c;

c. 11. est enim Deus] enim om. 2a. b. c;

c. 12. illius terrae] t. i. 2a. b. c cum 4c;

ib. plurimi] om. 2a. b. c;

c. 20. domum suam festinabat] f. d. s. 2a. b^{*}. b^{1};

c. 31. celassem] celarem 2a. b^{*}. b^{1}.

E codicibus 3 mendis haud ita multis concris:

c. 11. sortes suo more] sortes om. 1. 2b et pr. m. 2a; sortem suo m. 3a cum 2c et m. al. 2a; suo m. sortem $3c^{1.2.3}$. 8a; sortem (suo more om.) 3b; per tres dies semper tribus vicibus sortes suo more mittebat et om. $3d^{1.2}$;

c. 31. sacratissimarum] sacra missarum 3a. b. $c^{1.2.3}$ et m. al. $2b^{*}$ cum $1a^{1.2.3}$;

c. 32. concelebrant] c(a)elebrant 3a. b. c^{1} (non $3c^{3}$),

e quibus 3a reliquos superat:

c. 2. Quam diligentius intuens] Quam (corr. e Quia $3c^{1}$; om. 3b) cum (dum $3d^{1.2}$) dil. intueretur 3b. $c^{1.2.3}$. $d^{1.2}$,

libri $3c^{1.2.3}$ quam maxime inter se coniuncti sunt, cf. e. gr.:

prol. sanctissimo patri Willibrordo servienti] sanct. (patri om.) Will. suffragantibus $3c^{1.2.3}$;

ib. digessi libellos] l. d. $3c^{1.2.3}$;

ib. tuum est] vestrum est $3c^{1.2.3}$;

prol., c. 1. Beornraedo, Beornrade] Bernrado(e) $3c^{1.2}$; Berinhardo(e) $3c^{3}$,

atque codices $3d^{1.2}$ ab alio libro classis 3 originem duxerunt, et ipsi mendis communibus affecti:

c. 4. incitatus] om. $3d^{1.2}$;

c. 7. societatem ministerii] soc. om. 3a. $c^{1.2}$ (non 3b. c^{3}); soc. min. om. $3d^{1.2}$;

c. 14. Walichrum] Walrichum $3d^{1.2}$;

c. 17. et mirum in modum — plena ut ante] haec om. $3d^{1.2}$;

c. 21. traditione ex legitima patris et] patris tradit(c)ionem legit(t)imam $3d^{1.2}$.

Libri 4a. b. c ex uno exemplari pendent, quod mendis et 1. 2. 3 communibus et reliquarum classium carebat, atque 4a. c vitiis nonnullis coniuncti sunt (cf. supra p. 101), ita 4a. b aliis locis deficiunt, quibus 4c in melius recedit:

prol. rogasti] rogas 4a. b;

c. 18. in una repperit tunna] r. (in add. 4b et m. al. 4a) t. (om. una) 4a. b:

c. 20. ore eius] eius ore 4a. b;

ib. Sero tandem] Sed t. 4a. b;

c. 21. traditione ex legitima patris] alii aliter; ex leg. tr. p. 4a. b;

c. 24. iste vir] vir iste 4a. b,

atque 4b hic illic etiam cum 2a. b convenit:

c. 6. uberrime] *om.* 2*a. b (non* 2*c) et versu exeunte* 4*b;*
c. 14. hominis morte] morte *om.* 2*a. b.* 4*b.*

Codices 5. 6. 7 *item ad unum exemplar redeunt:*

c. 4. amore instigatus — conversatione incitatus] a. incitatus — conv. instigatus 5. 5*a.* 6*a. b. c. d.* 7*a. b cum V. Condedi c.* 1;
c. 14. de manibus illorum] *haec om.* 5. 6*a. d.* 7*a et pr. m.* 5*a;*
c. 18. ante diem resurrectionis] *ita rell., sed* resurr. *e corr. in ras.* 5*a;* ante d. obitus *(ita paulo infra:* ante diem obitus sui*)* 5. 6*a. d;* ante d. passionis 7*a,*

atque ut 5*a cum* 5 *et cum assecla eius* 5* *facit:*

prol. Beornraedo] *ita more Saxonico* 5. 5*a (pr. m.);* Beo(r)nredo *pauci; plerique aliter;*
c. 10. Rabbodo] *m. al. corr.* Rabbodoni 5, *et ita* 5*. 5*a;*
c. 11. miratus] miseratus 5. 5*; mi: : ratus 5*a.* 6*a;*
c. 22. per servum suum] per suum servum 5. 5*. 5*a,*

ita libri 6 *aliquanto artius cum codicibus* 7 *coniuncti videntur esse:*

c. 1. provintia Northanhumbrana] prov. *om.* 6*a. b. c. d (habet* 5 *cum rell.);* civitate *pro* prov. 7*a,*

qui compluribus vitiis communibus a libris 6 *seiunguntur:*

prol. ac nisi me] sed nisi me 7*a. b. b**;
c. 1. ut — celebrae factum est] ut — celebre fieret 7*a. b. b**;
c. 2. parentibus, ut euangelica — relegiosis parentibus] ut — parentibus *om.* 7*a. b. b**;
ib. adlicit] colliget 7*a. b. b**;
c. 3. et statim ablactatum infantulum, tradidit eum pater] Quem ablact. diligenti cura, traditur a patre 7*a. b. b**.

Codices 8*a. b saepius iisdem mendis conveniunt, potissimum in parte Vitae posteriore, e. gr.:*

c. 20. equos volens] voluit equos 8*a.* $b^{2.3}$;
c. 25. Conditum est [autem *add.* 8*a.* $b^{2.3}$] venerabile [eius *add.* 8*a.* $b^{2.3}$] corpus;
c. 26. frequentasse cives, in quo sancta anima migravit ad Dominum] frequentare c., in quo sancti an. m. ad Christum 8*a.* $b^{2.3}$; in quo — Dominum *om.* 4*c;*
c. 29. Item adolescens quidam] Fuit autem qu. ad. 8*a.* $b^{2.3}$;
c. 31. qui fuit huius sancti viri, ut ante diximus, pater] huius sancti, ut ante d., patre 8*a.* $b^{1.2.3}$;
ib. Aldberctus] Alcbertus 8*a.* $b^{1.2.3}$,

utque 8*a paucis locis ad* 4*a aut* 4*b accedit:*

prol. Wilgilso] Wilsigo *pr. m.* 4*a;* Vilsicho 8*a;* Wilgiso 8$b^{1.2.3}$ *cum aliis;*
index c. 1. Wilgilso] Wilsigo 1. 4*a;* Vulsigo 8*a;*
c. 3. imposuit ei pater] imp. ei mater 4*b.* 8*a (non* 4*a. c.* 8$b^{1.2.3}$*);*
c. 5. inlustrare. Adsumptisque — fratribus, eo fidei fervore armatos quo et ipse, navem conscendit] quo — conscendit (concendit 4*a*) *m. coaeva in margine inferiore suppl.* 1 *(item fortasse in archetypo), post* inlustrare *collocat* 4*a (non* 4*b. c);* inl. Itaque ipse navem ascendit assumpsitque — fratres — armatos 8*a (non* 8$b^{1.2.3}$*),*

ita libri 8$b^{1.2.3.4}$ *aliis locis raro cum* 4*b congruunt:*

prol. meae paupertatis] me(a)e parvitatis (p. m. 4*b*) 4*b.* 8$b^{1.2.3.(4)}$;
ib. tum] tamen 4*b.* 8$b^{1.2.3.(4)}$;
c. 2. Luna enim] enim *om.* 3*b.* 4*b.* 7*a.* 8$b^{1.2.3.(4)}$.

Atque 8*a et alterum Alcvini librum continet et in priore codices* 8*b saepe superat, etsi propriis vitiis minime caret velut*

c. 9. idolatriae deditam] idolatriae debitam servitutem 8*a;*

sed libri 8$b^{1.2.3.4}$ *pluribus mendis inquinati sunt, artius inter se convenientes quam cum* 8*a, e. gr.*

c. 8. adunavit in locis] congregavit in l. $8b^{1.2.3.4}$;

c. 9. vitae fonte] fonte salubri $8b^{1.2.3.4}$;

c. 11. errore, o rex, deceptum — — flammis. Non est enim] errore seduxit, o rex. Non enim est, *reliquis omissis,* $8b^{1.2.3.4}$,

atque inprimis interpolationibus de Vulframno (c. 9) et Walichro insula (c. 14) conspicui sunt, quae etiam exemplari Iohannis Tynemuthani (cf. infra l. 40) inerant.

Ad textum Alcvini constituendum potissimum codicibus antiquis et praestantissimis 1. 3*a.* 4*a.* 5 *usus sum: deinde* 2*a. b* (*b*[1]). 3*b.* 4*b et, ubi textus antiquus* 2*b deficit, codicem* $2b^{*}$ *atque in indice capitum* $3c^{1}$ *adhibui neque vero in universum lectiones singulorum peculiares adnotavi nisi codicum illorum quattuor* [1].

In rebus orthographicis maxime 1 *secutus sum, codicum quoque* 3*a.* 4*a.* 5 *ratione habita, atque libri* 1, *ubicumque ab eo recessi, etiam orthographica pleraque in apparatum recepi. Rationem scribendi eo modo constitutam non semper cum libello auctoris de Orthographia convenire, non mirum est, cum doctrina Alcvini minus usu quam traditione praedecessorum nitatur, atque fortasse in V. Willibrordi minus de orthographia ipsius Alcvini agitur quam notarii cuiusdam, cui auctor opus scribendum dictavit, id quod in aliis opusculis eius factum esse constat* [2].

Nomen sancti in codicibus plerumque Willibrordus *scriptum est, quemadmodum ipse Kalendario Epternacensi nomen intulerat; tamen saepius in codice* 5 *atque raro (c.* 3. 13. 21. 22*) etiam in* 1. 4*b.* 6*a* Wilbrord(us) *legitur, quibus locis hanc formam in textum recepi, quae etiam a Stephano et Beda et Bonifatio adhibita est, neque hanc rationem scribendi postea abolitam a librariis intrusam esse putaverim, sed potius forma vulgata* Willibrordus *magis magisque pro illa substituta est. Alcvinum autem in altero libro Vitae et in opusculo de sanctis Eboracensibus (v.* 1036*) et in carmine n.* 4 *(v.* 24*)* [3] *episcopum modo Anglosaxonico Wilbrordum vocasse neque Willibrordum, vel e metro concludere licet. Tamen ubicumque codices omnes in forma vulgata conveniunt, recedere nolui, sive a librariis introducta est sive ipse auctor sibi non constitit.*

Codices contulerunt 1. 5 *W. Arndt b. m.,* 3*b L. Bethmann b. m. maiore ex parte,* 4*a O. Holder-Egger b. m.,* 2*a.* 3*a et iterum* 1. 4*a.* 5 *B. Krusch v. c.,* 4*c P. Wolff v. c.; libri* 2*b.* b^{*}. $3d^{1}$. 4*b.* 5^{*} *et totus* 3*b a me ipso evoluti sunt. Specimina exscripserunt* $3c^{2}$ *Holder-Egger,* 1*b.* $3c^{1}$. 6*a. b. d.* 7*a.* 9 *Krusch; ipse* $1a^{1.2.3.4}$. $2b^{**}$. *c.* $3c^{3}$. d^{2}. 4*c.* $8b^{1.2.5}$. 10*a. b examinavi.*

Vitae Willibrordi primo epitome libri prioris a. 1483. *Coloniae in appendice Legendae Aureae edita est* [4], *cui inscripta sunt:* ***Historie plurimorum sanctorum noviter addite laboriose collecte et prolongate,*** *fol.* 365^{b}—367^{a}. *Capita* 1—9. 12—14. 21—24. *maiore ex parte adsunt, atque mendum vel primis verbis inest:* In Britania quedam mulier nomine Oronia peperit filium; *nam Oronia nomen matri Willibrordi inditum nihil est nisi* oroma, *i. e. visio nocturna illius (cf. c.* 2*) non intellecta. Codex adhibitus aliquatenus ad librum* 3*b accedebat, etsi paucae lectiones generis* 2*a. b illatae erant.*

Deinde epitome altera Alcvini inter ***Nova Legenda Anglie*** *edita est, quae parte priore saeculi XIV. a* ***Iohanne Tynemuthano*** *compilata atque sub nomine* ***Iohannis Capgravii*** *(*1393—1464*) vulgata* [5], *primum a.* 1516. *Londinii typis mandata sunt (fol.* 307′—309′*). Textui e libro priore Alcvini excerpto (inc.* Fuit enim in Britannia Maiori*), qui e codice* $8b^{5}$ *simili pendet, narratiunculae Vincentii Bellova-*

1) *Quae librarii posteriores in codicibus immutaverunt, ea in universum non curavi. Ph. Jaffé b. m. editor hic illic lectiones manu alia illatas quasi primigenias adnotavit, ita ut codex* 2*a apud eum mendis pluribus affectus esse videatur, quam re vera affectus erat, antequam correctores eo potiti sunt.* 2) *Cf. Dümmler, 'Alchvinstudien' ('Berliner Sitzungsberichte'* 1891, *vol. I. p.* 499 *sq.); Krusch, SS. R. Merov. IV,* 385. 3) *Supra p.* 94. 4) *Alteram editionem (Lovanii* 1485*) non vidi.* 5) *Cf. Krusch, Ionae Vitae sanctorum p.* 139.

censis subiunctae sunt. In altera editione, quam Carolus Horstman instituit (Oxonii 1901) Vita volumini II, p. 447—450, inest.

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis VI, Coloniae Agrippinae 1575, p. 127—137, primus Vitae Willibrordi librum priorem integrum edidit, laterculo capitum et homilia omissis. Textus quem exhibet similis est codicis nostri 4b neque vero ex hoc aut ipso aut solo pendet; nam loca adsunt integra, quae in 4b depravata leguntur.

Henricus Canisius, Antiquae lectionis tomus VI, Ingolstadii 1604, p. 345—347. libri prioris caput ultimum, p. 349—364. librum alterum e codice 3a publici iuris fecit; quae in altera editione a Iacobo Basnage parata, Thesaurus monumentorum, Amstelaedami 1725, tom. II, 1, p. 460—471, iterata sunt.

Andreas Quercetanus (vulgo du Chesne), Alchvvini abbatis Opera, Lutetiae Parisiorum 1617, col. 1431—62, textui Suriano Canisianum adiunxit sicque opusculum totum, excepto indice libri prioris, primus coegit[1].

Iohannes Mabillonius, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti III, 1, Lutetiae Parisiorum 1672, p. 603—629, universum opus edidit, ad librum priorem codice Compendiensi (8b') adhibito, ad utrumque Uticensi (8a).

Augustinus Oldoinus, Clementes titulo sanctitatis vel morum sanctimonia illustres, Perusiae 1675, p. 189—218, librum priorem e Surio iteravit, prologo et indice et capitibus 31. et 32. praetermissis.

Martinus Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis 1741, p. 641—642, particulas libri prosaici e Mabillonio excerpsit.

Frobenius, Alcuini opera II, Ratisbonae 1777, p. 183—200, editionem Quercetani iteravit cum Canisio et Mabillonio collatam, textumque Frobenii iterum prelo mandavit Migne, Patrologia Latina, tom. CI, Lutetiae Parisiorum 1851, col. 693—724, eo a praedecessore digressus, quod, laterculo capitum libri II. discerpto, singulis capitibus titulos praescripsit[2].

Wilhelmus Wattenbach inter Monumenta Alcuiniana a Philippo Jaffé praeparata (Bibliotheca rerum Germanicarum VI), Berolini 1873, p. 39—79, utrumque librum omissis indicibus recensuit, collatis codicibus 1. 2a. 3a. 5, e quibus 3a ad solum prologum adhibitus est, cum homilia et liber secundus ad unum librum 1 et antiquissimum et praestantissimum emendata sint.

Ernestus Duemmler, MG. Poetae Latini medii aevi I, Berolini 1881, p. 207—220, libri metrici editionem instituit, codicibus usus et nostris 1. 3a. 8a et frustulis

1) Etiam in editione quarta Surii, De probatis sanctorum vitis (XI), November, Coloniae Agrippinae 1618, p. 175—184, editio princeps e Canisio et Quercetano suppleta est. Auctores Historiae litterariae Francogalliae IV, 321, referunt, librum metricum editum esse Zwickaviae a. 1662. et 1672. a Christiano Daum (rectore Zwickaviensi, † 1687), id quod iteravit Frobenius II, 158, libro non viso, atque in testimonium afferunt 'Syllabum poetarum christianorum', quem Daumius editioni Paulini Petrocorii (Lipsiae 1686) praemisit. Ubi ille haec minime testatus est, sed rettulit Vitam Willibrordi metricam a Canisio editam esse, se ipsum vero a. 1662. et 1672. 'monosticha' edidisse, quae alii Alcvino, alii Aldhelmo, ipse Columbano attribuissent. Agitur autem de carmine Alcvini n. 62 (ed. Duemmler, MG. Poetae I, 275—281), quod extat post 'Dionysii Catonis disticha de moribus . . . a Martino Opitio expressa, cum excerptis ac notis . . . auctis . . . a Christiano Daumio', Cygneae (Zwickau) 1672, p. 230—236. Editionem a. 1662. non vidi (de qua cf. G. Ludovici, 'Schul-Historie' III, 1711, p. 115), sed vidi tertiam a Gilberto Wachio (Gedani 1697) institutam, ubi non magis de Vita Willibrordi agitur, neque dubito, quin mentio eius orta sit e 'Syllabo' illo neglegentius perlustrato. 2) J. T. Fowler. 'Memorials of Ripon' I ('Publications of the Surtees Society' LXXIV), Dunelmi 1882, p. 1—2, caput unum et dimidium (c. 3. 4) e Frobenio depromptum collectioni suae inseruit.

libri Vindobonensis n. 808 *(cf. supra p.* 105*), idemque, MG. Epistolae IV, Berolini* 1895, *p.* 174—175, *prologum Beornrado inscriptum edidit, libris* 1. 2*a.* 3*a.* c^2. 4*a.* 5 *collatis.*

Denique Albertus Poncelet, *Acta sanctorum, Novembris tom. III, Bruxellis* 1910, *p.* 435—457, *opus Alcvini integrum egregie edidit, ampla praefatione praemissa et adhibitis codicibus satis multis, scilicet nostris* 1. 1*b.* 2*a.* 3*a.* 4*a. b.* 5. 5*a.* 6*a.* 8*a, aliorumque librorum plurium specimina in apparatum redegit, scilicet nostrorum* $1a^{1-5}$. 2*b.* b^{*}. b^{**}. $3a^{*}$. 3*b.* $c^{1.2.3}$. 5^{*}. 6*b.* b^{*}. *c. d.* 7*b.* b^{*}. $8a^{*}$. $b^{2.3.5}$. 9. 9*a.* 10*b et Echeberti (cf. infra p.* 112*) et fragmentorum Parisiensis n.* 10837. *et Vindobonensis n.* 808 *(cf. supra p.* 105*), e quibus libris nonnullos non nisi ex editione eius classibus nostris inferre mihi licebat, atque textum ita constituit, ut perpaucis locis dissentiam.*

Librum priorem in linguam Germanicam verterunt (cf. supra p. 104, *n.* 2*) in breve coactum atque liberius retractatum A.* Dederich, *'Beiträge zur Römisch-Deutschen Geschichte am Niederrhein', Emmerich* 1850, *p.* 59—73 *(cap.* 1—30*), accurate redditum W.* Wattenbach, *'Die Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit,* 2. *Gesammtausgabe (vol. XIV),* 8. *Jahrhundert', fasc. III, Lipsiae* 1888, *p.* 5—26 *(cap.* 1—24*). Versionem Gallicam eiusdem libri, quam Ch.* Barthélemy, *'Les Vies de tous les saints de France' IX, Versailles* 1868, *col.* 380—404, *edidit, capitibus* 28—32. *omissis*[1], *non vidi.*

Alcvinus V. Willibrordi composuerat abbate Epternacensi rogante, itemque reliquae Vitae eius ad monasterium pertinent, in quo corpus sancti requiescebat. Saeculo nono vita regularis magis magisque decreverat, canonici locum monachorum occupabant, dum a. 973. *canonicis expulsis regula restituta est, atque cum monachis paulatim cultus litterarum redibat. Cuius monumenta praecipua sunt opera* Thiofridi *abbatis*[2], *qui a.* 1083—1110, *turbatis temporibus partibus imperatoris fideliter adhaerens, monasterium strenuissime rexit, homo litteris admodum instructus, quamquam sermo eius tumidus verbisque Graecis et flosculis auctorum veterum nimis refertus, ut artem studiaque illius aevi aperte demonstrat, ita temporibus nostris taedio est. Vita quoque Willibrordi, quam inter a.* 1102. *et* 1106. *composuit*[3], *potius ad historiam artis grammaticae cognoscendam pertinet quam ad res gestas indagandas: de qua paucis hic disserere satis est, quippe quae accuratius egregieque iam inter monumenta Epternacensia a L. Weiland b. m. tractata sit*[4].

Thiofridus opus duplex Alcvini sibi pro exemplo proposuerat, unde et ipse Vitam Willibrordi bis enarravit, et oratione soluta nimis turgida et versibus Leoninis qui dicuntur satis elegantibus. Opusculo priori, quod 36 *capita complectitur, sermo de Willibrordo subiunctus est; Vitae metricae e quattuor libris constanti pro elegia Alcviniana alterum sermonem addidit die natali Wilgilsi habendum. Quamquam Alcvinum plurima memoria dignissima praeteriisse exprobravit*[5], *tamen ipse eum omnino fere secutus est, narratione nimio verborum fuco aucta et amplificata. Addidit nonnulla hausta e Beda (Vita prosaica c.* 8. 10*), Continuatione ut videtur Fredegarii (c.* 12*), V. Bonifatii auctore Willibaldo*[6] *(c.* 23*), V. Vulframni (c.* 11*)*[7], *V. Willehadi (c.* 29*), V. Amal-*

1) *Cf. Poncelet l. l. p.* 419, *n.* 2. 2) *De Thiofrido cf. Weiland, SS. XXIII,* 12 *sqq.; Rossberg, Thiofridi Vita Willibrordi metrica, p. IV sqq.; van Werveke, Thiofridi sermones duo, p.* 1 *sqq.* 3) *Cf. Weiland l. l. p.* 13. *Vita metrica a.* 1105. *scripta est (cf. lib. II, v.* 675, *ed. Rossberg p.* 39; *Poncelet p.* 493*) post prosaicam.* 4) *Iam cf. etiam Poncelet l. l. p.* 423 *sqq.* 5) *Vita prosaica c.* 24; *Vita metrica III, v.* 25 *sqq.* 6) *Praeterea* per XIII revolutiones annorum *Bonifatium adiutorem Willibrordi fuisse aut e Vita Gregorii auct. Liudgero c.* 2 *(SS. XV,* 67*) aut e Vita III. Bonifatii c.* 3 *(ed. Levison p.* 81*) contra auctoritatem Willibaldi narravit.* 7) *Sed nescio utrum Vitam Vulframni ipsam an relationem inde excerptam viderit; de Chronicis Sigeberti eodem fere tempore compositis a.* 718 *(SS. VI,* 330*) cogitavit Poncelet l. l. p.* 423, *n.* 9.

bergae[1] (c. 30), Reginone (c. 12. 22) neque chartas in monasterio servatas adhibere praetermisit[2] (c. 12) et in distinguendis temporibus fortasse nota illa usus est (c. 5. 7), quam ipse Willibrordus Kalendario inscripserat[3]. Utque Alcvinus, magnitudinem Pippini a sancto praedictam enarrans, gloriam Caroli M. celebravit, ita Thiofridus, gestis Pippini latius descriptis, exposuit, quomodo e radice eius per ramos genealogiae stemma regium usque ad 'victoriosissimum et clementissimum' Heinricum IV. imperatorem deductum esset (c. 22). Denique adiecit fabulas nonnullas fama acceptas (c. 5. 13)[4], miracula sancti[5], translationem a. 1031. factam, rebusque Walichrensium, quorum bella civilia Thiofridus ipse pace restituta sedaverat, vivide descriptis ad suum aevum pervenit.

Opus Thiofridi Theoderico praesto erat, qui Vitam prosaicam in Chronico Epternacensi et in epistula a. 1192. Heinrico VI. imperatori missa[6] exscripsit.

Postquam antea frustula nonnulla eruta sunt[7], primus Ludewicus Weiland, MG. Scriptores, tom. XXIII, Hannoverae 1874, p. 23—30[8], partes praestantiores Vitae prosaicae e codice Epternacensi, iam Gothano I, 70[9], aevo auctoris elegantissime exarato, publici iuris fecit: totam inde edidit I. Schmitz, Vita sancti Willibrordi a Thiofrido conscripta ('Beilage zum Programm des Grossherzoglichen Athenäums zu Luxemburg, August 1898'), Luxemburgii 1898, idemque eam in linguam Germanicam vertit, 'Thiofrids Leben des heiligen Willibrord' ('Ons Hémecht, Organ des Vereins für Luxemburger Geschichte, Litteratur und Kunst', vol. V. et VI, Luxemburgii 1899—1900). Metricam Vitam primus e codice bibliothecae urbanae Treverensis saec. XII. eruit Richardus Decker, 'Programm des Kgl. Gymnasiums zu Trier für das Schuljahr 1880—81', Treveris 1881, p. 1—26; deinde e codice illo Gothano eandem typis mandavit Konradus Rossberg, Thiofridi Vita Willibrordi metrica, Lipsiae 1883, praefatione et adnotationibus uberibus additis[10]. Sermones de Willibrordo et Wilgilso edidit

1) AA. SS. Iulii III, 90 sqq. Cf. A. Poncelet, 'Les biographes de Ste Amelberge' (Analecta Bolland. XXXI, 1912, p. 405 sq.). 2) Weiland p. 11. 13. 18. statuit traditiones Epternacenses iam a Beornrado (v. supra p. 94) descriptas esse coniecitque codicem hunc traditionum a Thiofrido adhibitum esse; sed verba quibus nititur Thiofridi e mea quidem opinione aliter accipienda sunt, scil. V. Willibrordi c. 29 (SS. XXIII, 25; Poncelet p. 477): advenerunt Beornradus — — et Stigandus, Anglorum archipresul eximius, quorum alter, eiusdem coenobii rector effectus, incusis auro et argento et gemmatis ornatibus et descriptis ab eo in testamenti pagina prediorum reditibus, alter Efternacense oratorium exornavit et ditavit maximis sanctorum patrociniis. Ubi Thiofridus e mea quidem opinione nihil dixit nisi monasterium a Stigando reliquiis donatum esse, a Beornrado autem et ornamentis pretiosis (e. gr. vasibus sacris) et praediis, quae testamento conscripto coenobio suo idem concessisset. 3) Supra p. 91 sq. 4) Cf. supra p. 93; Poncelet p. 424. 5) Miracula nonnulla, quae Vitae Alcvinianae in codice Epternacensi, nunc Parisiensi n. 9740 (nobis 9), saec. XII. exarato subiuncta leguntur (cf. supra p. 103), in opere Thiofridi (c. 25—27. 30. 34. 35) retractata esse demonstravit A. Poncelet, Analecta Bolland. XXVI, 1907, p. 73—77, coniciens, etiam enarrationem illam eorundem vetustiorem ad ipsum Thiofridum referendam esse (cf. L. Van der Essen l. l. p. 433; Levison, 'N. Arch.' XXXII, 761). 6) SS. XXIII, 68. 7) Cf. Biblioth. hagiogr. Lat. II, p. 1290. Addendus est Arn. Buchelius, Historia episc. Ultraiect. auctore Wilhelmo Heda, Ultraiecti 1643, p. 22—24, ubi laterculus capitum editus est. 8) Index capitum et frustula duo leguntur p. 11, n. 1; p. 13 sq.; p. 15, n. 37. 9) De quo cf. A. Chroust, Monumenta palaeographica, II. series, fasc. V, 1910, tab. 6 sq. 10) Cf. ea, quae de hac editione scripsit A. Goldmann, 'Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner- und dem Cistercienser-Orden, 5. Jahrgang' I, 1884, p. 248 sqq.

N. van Werveke, Thiofridi abbatis Epternacensis sermones duo in die natali bb. Willibrordi et Wilgisli, Luxemburgii 1885, p. 11—35[1]. Denique utrumque librum, tamen sermonibus non admissis, qua excellebat doctrina et diligentia, denuo edidit Albertus Poncelet l. l. p. 459—500, codicibus et Gothano et Treverensi adhibitis.

Tertius auctor Vitae Willibrordi conscribendae Echebertus presbyter quidam extitit[2], qui Gerardo abbati Epternacensi aut I (1110—22) aut II (1155—73)[3] Vitam Willibrordi 'aliqua dictaminis immutatione' se innovaturum esse temere promiserat; opus autem aggressus, stilum satis tolerabilem laboremque iniunctum immensum neque necessarium esse iudicavit. Unde sermonem quidem in fronte Vitae collocatum composuit (inc. Letis cordibus et festivis laudibus), qui, in festivitate sancti legendus, e locis communibus piisque contemplationibus constat, longius versatus in explicando, quae sit 'scientia sanctorum' (Sap. 10, 10) Willibrordo attributa, neque quicquam in eo commemorandum est, nisi quod enuntiata duo saeculo XIII. ineunte a biographo Davidis monachi Himmerodensis († 1179) expilata sunt[4]. Sermonem ipsa Vita subsequitur (inc. Vir Domini sanctus Willibrordus), cuius solum initium[5] ad Echebertum referendum est, capitibus duobus primis Alcvini in paucas sententias redactis, cum reliqua eademque maior pars textus inde a verbis c. 3 (p. 118, l. 3) Quem divina [mox] gratia absque immutatione ex opere Alcvini descripta sit, id quod ipse auctor in epistula praefixa aperte professus est, codice usus nostro 1b Treverensi[6] saec. XI. exarato, ita ut aeque atque hic in c. 27. desinat, doxologia addita.

Opusculum Echeberti codex unus servavit iam Parisiensis 'Nouv. acq. lat.' n. 1836, saec. XIII. in., olim (fol. 116') liber monachorum sancte Marie in Hymmerode ordinis Cistertiensis, Treverensis diocesis, postea bibliothecae Iosephi Goerres Confluentiae[7] atque Monaci asservatae n. 72, donec a. 1902. venditione Parisiensibus concessus est[8], fol. 117—125'. E quo primus Henricus Omont, 'Un plagiat littéraire au XIIe siècle' ('Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, Comptes rendus' 1903, p. 98—100) litteras Echeberti Gerardo abbati inscriptas et initium Vitae publici iuris fecit, paulo post totum fere opusculum editurus, scilicet litteras et initium clausulamque sermonis et Vitam universam, in dissertatione 'Notice du ms. Nouv. acq. lat. 763 de la Bibliothèque nationale et de quelques autres manuscrits provenant de Saint-Maximin de Trèves' ('Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque nationale' XXXVIII, 1,

1) Teste A. Poncelet (Bibliotheca hagiographica Latina, Supplementi editio altera, 1911, p. 313. 315) libellus N. van Werveke seorsum editus est ex annalibus mihi non visis 'Organ des Vereins für christliche Kunst in der Diöcese Luxemburg' XV, p. 83—107. 2) De opusculo eius egi in dissertatiuncula 'Eine neue Vita Willibrordi' ('N. Arch.' XXIX, 1904, p. 255—261). Echebertus monasterio Epternacensi adscriptus non erat, neque vero quicquam de eo constat. Codex, qui opusculum eius servavit, unicus e coenobio Himmerodensi in Eiflia prope Wittlich a. 1134. condito oriundus est; Eckebertus abbas Schonaugiensis (c. 1165—84), frater Elisabethae ob visiones clarissimae, qui a. 1155. presbyter factus est, paulo antequam monasterium intravit, aetate convenit, cum de rationibus eius cum Epternacensibus intercedentibus nihil compertum sit. 3) Catalogi abb. Epternac. (SS. XIII, 742. XXIII, 33 sq. 39). 4) V. Davidis c. 1 (ed. N. Hees, Manipulus Hemmenrodensis, Coloniae 1641, p. 51, adiunctus libro G. Jongelini, Notitia abbatiarum ordinis Cistertiensis, ib. 1640); cf. 'N. Arch.' l. l. p. 259 sq. 5) Quod una cum opere Alcvini a. 1191. Theodericus in Chronico Epternacensi I, 33 (SS. XXIII, 45) exscripsit; cf. 'N. Arch.' l. l. p. 258 sq. 6) Cf. supra p. 98; 'N. Arch.' l. l. p. 256 sq. 7) Cf. 'Archiv' VIII, 616. 8) Cf. H. Omont, 'Bibliothèque de l'École des chartes' LXIV, 1903, p. 27.

Parisiis 1903, *p.* 386—396). *E cuius editione Albertus Poncelet, Analecta Bollandiana XXII, Bruxellis* 1903, *p.* 420, *epistulam Echeberti iteravit, quam ipse denuo e codice edidi in annalibus nostris 'Neues Archiv' XXIX,* 1904, *p.* 260 *sq.*

W. Levison.

INCIPIT[a] PRAEFATIO DE VITA SANCTI WILLIBRORDI ARCHIEPISCOPI LIBRI PRIMI[b].

DOMINO[c] EXIMIO, VENERABILI ATQUE[d] LAUDABILI BEORNRAEDO[e] ARCHIEPISCOPO[1] HUMILIS LEVITA ALCVINE[f] SALUTEM.

Delatis ad nos vestrae excellentiae litteris, in quibus vestrum agnoscens in Domino studium et diuturnam in lege eius meditationem, magno me gaudio affec- cf. Ps. 118, 77. tum esse fateor; sed tamen longe imparem me petitionis[g] vestrae consideravi, utpote nullo praerogativae munere eloquentiae suffultus[2] ad implendum, quod iussisti, ac[h] nisi me caritas urgeret[i], quae nulla negare solet, non auderem ultra meae[k] paupertatis vires negotium[k*] attingere. Tamen vestris orationibus, divina donante gratia[l], et sanctissimo patri[m] Willibrordo servienti[n, 3], cuius me vitam, mores et miracula scribere pio studio rogasti[o], tuis parui, pater sancte, praeceptis[p] et duos digessi libellos, unum prosaico sermone gradientem[q], qui puplice fratribus in ecclesia, si dignum tuae[r] videatur sapientiae, legi potuisset; alterum Piereo[s] pede currentem[4], qui in secreto cubili inter scolasticos tuos[t] tantummodo ruminare[u] debuisset. Uterque tum[v] propter occupationes diurnas furtivis noctium lucubra-

Praef. 1. 2*a*. *b*. 3*a*. 4*a*. *b*. 5.

Praef. a) *ita* 5; Inc. *om.* 1 (*ubi* prefatio). 3*a*; *praescr.* Inc. pr. de v. s. W. episcopi et confessoris (Christi *add.* 2*a*) 2*a*. *b*; (Incipit *add.* $3c^{3}$) Prologus in vitam s. W. episcopi (archiepiscopi $3c^{3}$) $3c^{1.2.3}$; Inc. prologus (Alcwini *add.* 4*b*) in vitam s. W. (Willebrordi episcopi 7*a*) 4*b*. 7*a*; *praescr. om., versu vacante,* 4*a*; *praefatio et laterculus capitum desunt* 1*b*. 3*b et* 2*b** (*ubi in marg. adnot.:* Huius sanctissimi viri Willibrordi vitam Alcuinus humilis levita composuit). b) secundi (*m. al. corr.* duo), VII: Id. Novemb. *pro* primi 3*a*. c) Domno 4*a*. *b*. d) AQ· 1. e) *ita* 5. 5*a* (*pr. m.*); Beornredo 3*a*. $8b^{1.2}$; Beonredo 7*a*; Beornrado (*corr. e* Beonrado 4*a*) 1. 4*a*. *b*; Bernrado $3c^{1.2}$; Berinhardo $3c^{3}$; Beorbeato (beor *superscr.* 2*b*) 2*a*. *b*. f) *ita pr. m.*, Alchuinus *al. m.* 1; Alcuinus 4*b*. 5. 7*a*. $8b^{1.2}$; Alquinus 3*a*. 4*a*; Alcwine (Alcwino 2*a*) *m. al. corr.* Alcwinus 2*a*. *b*; Alchwinus $3c^{1.2.3}$. g) *corr.* petitioni 3*a*. 5. h) at (ad? *pr. m.*) si minime c. 3*a*. i) urgueret 2*a*. *b et m. al.* 1. k) me(a)e parvitatis (p. m. 4*b*) 4*b*. $8b^{1.2}$. k*) nogotium 1. l) adiutus *add.* 3*a* (*non* $3c^{1.2.3}$). m) patre 2*a*. 4*b*. n) serviente 2*a*. *b*; intercedente 4*b*. o) rogati *pr. m.* 2*a*; rogastis $3c^{1.2.3}$; rogas 4*a*. *b*. p) prçcibus (et *om.*) duos(que *m. al. add.*) 3*a*. q) ac *add.* 3*a*. r) vestr(a)e $3c^{1.2.3}$. s) Pierio 2*a*. *b*. 4*b*; Pyrreo 3*a*. t) vestros $3c^{1.2.3}$. u) *ita* 1. 2*a*. 4*a* (*pr. m.*); rum(inare *in litura*) *m. al. corr.* ruminari 2*b*, *et ita rell.* v) tuum (?) *m. al. corr.* tuis 3*a*; dum 2*a*, *et ita* (?) *superscr., sed eras.* 2*b*; tamen 4*b*. $8b^{1.2}$.

1) *Archiepiscopo Senonensi abbatique Epternacensi; cf. supra p.* 94. 2) *Cf. Sedulii Carmen paschale, prol. (ed. Huemer, Corpus script. eccl. Latin. X, p.* 1): utpote qui, nulla veteris scientiae praerogativa suffultus, — — cucurrerim. 3) *Pro* serviens, *nisi fallor, neque vero ex hoc vocabulo efficitur, Alcvinum Vitam Epternaci scripsisse, id quod statuit G. Hüffer, 'Korveier Studien',* 1898, *p.* 168 *n. A. Poncelet l. l. p.* 422. patre Will. adiuvante *interpretatus est, vix recte.* [Servienti *est ablativus, quem auctor ita formare solebat, atque* serviente *pro ablativo absoluto accipiendum est, subiecto non mutato (cf. p.* 128, 17) *neque indicato, deficiente scilicet* me, *similiaque deprehenduntur apud Fortunatum, cf. Carm. I,* 16, 31, *app.* 1, 64. *B. Kr.*]. 4) *Cf. prologum libri alterius (ed. Duemmler p.* 209; *Poncelet p.* 452):

Aera minuta duo diversi ponderis ista,
Sancte pater, supplex in tua templa fero.
Sed prius aes retinet planis nummisma figuris,
Posterius sed iam Pierium rutilat.

tiunculis[a] dictatus[1] est[b], et eo magis vestrae indigent defensionis[c], quo minus ab auctore proprio expoliti sunt. Meum fuit praecipientis[d] non spernere auctoritatem; tuum[e] est oboedientis defendere inperitiam[2]. Unam quoque priori libello superaddidi omeliam, quae utinam[f] digna esset tuo[g] venerando ore populo praedicari. Item secundo adieci sermoni[h] heleiacum[i.3] carmen de viro venerabili Wilgilso[k], patri[l] scilicet sanctissimi pontificis Wilbrordi[m], cuius corpus requiescit in cellula[n] quadam maritima[4], cui ego, indignus licet, legitima, Deo donante, successione praesedeo[o]. Sed et omnia, quae vel prosa gradiente vel versu currente dictavi[p], tuae[q] sanctitatis[r] spectant iudicium, utrum digna[s] memoriae an pumice radenda feroci; nec nisi tuo[t] roborata examine procedant in puplicum[u].

INCIPIUNT[a] CAPITULI[b] LIBRI[c] PRIMI.

Praef. 1. 2*a*. *b*. 3*a*. 4*a*. *b*. 5. *Index.* 1. 3*a*. c^{3}. 4*a*. 5.

tissimarum[a. 1] solemnia et honorem Deo debitum cum fratribus epulari et gaudere aggressus[b]; sed in eo monasterio nil[c] plus vini inventum est quam duae tantummodo flascones, quarum una prandi[d] hora epotata est, altera in[e] horam cenae reservata est. Igitur post vespertinam melodiam pro reverentia eius diei fratres[f] refectorium reversi sunt, et post sacras lectiones praefatus abbas fratres allocutus est: 'Decet enim[g] nos[h], o venerandi patres[i], cum gaudio spiritali venerabilium patrum nostrorum festivos celebrare dies et aliquanto relaxius solito rigore nostris indulgere corporibus, non luxoriae[k] causa[l. 2], sed caritatis. Nequaquam vobis celassem[m], si aliquid plus habuissem in hoc monasterio quam hanc solam[n] flasconem, quae nobis hora prandi[o] restabat[p]. Potens est tamen Deus per praeces sanctorum suorum hanc eandem[q] nobis habundare facere, illos honorificare et[r] nos laetificare et ostendere nobis, licet indignis, suae pietatis[s] miracula, qui per benedictionem[t] quondam[u] sancti Willibrordi patris[v] nostri ex IIII flasconibus XL viros satiare dignatus est[3]. Tantum cum gratulatione in spe bibamus, quod habemus[w]'. Primo et secundo de[x] eadem flascone omnes biberunt fratres[y]; inventa est a ministro ita plena ut ante. Hoc audito, abbas cum fratribus Deo agere[z] gratias satagebat, biberuntque congratulantes[a] divinae clementiae illa nocte cum sobrietate et laetitia, quantum voluerunt[b]. O felix pater, qui talem generat[c] filium, qui tale[d] herede[e] a Deo dignus habebatur! In quo benedictio illa impletur[f], quae in Deuteronomio[g] Deut. 28, 3. 4. legitur: *Benedictus*[h] *tu et benedictus fructus ventris tui*[i]*!*

32.[a] Omelia[b] dicenda[c] die natalis sancti[d] Wilbrordi[e].

Licet per totius orbis ecclesias convenit[f] omni populo christiano sanctorum

Cap. 31. 1. 2*a*. *b*[1]. *b*[*]. 3*a*. *b*. 4*a*. *b*. 5. *Cap.* 32. 1. 2*a*. *b*[1]. 3*a*. *b*. 4*a*. 5.

Cap. 31. a) *ita rell.; m. al. superscr.* missarum 2*a*; *m. al. corr.* sacra missarum 2*b*[*], *et ita* 3*a*. *b*. c[1. 2. 3]; sacratissima missarum 2*b*[1]. 4*b*. b) est *add.* 3*b*. 4*b*. c) nib 1, *corr.*; nihil 2*b*[*]. d) *ita pr. m.* 1; prandii *rell.* e) in hora 4*a*; ad h. 3*b*. f) in *add.* 3*a*. *b*; ad *add.* 3c[1. 2] *et m. al. add.* 2*b*[*]. g) *om.* 3*b*. 4*b*. h) *om.* 4*a*. i) tres 4*a*. k) *ita* 1 *(pr. m.)*. 4*a*; luxuriae *rell.* l) *om.* 3*a*. m) celarem 2*a*. *b*[1]. *b*[*]. n) *versu ex. om.* 1. o) *ita pr. m.* 1; prandii *rell.* p) stabat 2*a*. *b*[1] *(non* 2*b*[*]*)*. q) eadem *pr. m.* 3*a*. r) (et *om.*) nos laet. (et ost. — suae *om.*) piet. miraculo 3*b*. s) piaetatis 1. t) benedictiom *pr. m.* 1. u) quandam 3*a*; *om.* 2*b*[1]. v) patres 2*a*, *corr.* w) habeamus 4*a*. x) deadem 4*a*. y) et *add.* 3*a* (*m. al.*). *b*. 4*a*. *b*. z) gr. agere 2*a*. *b*[1]. *b*[*]. a) cum gratulatione 1; *cf. l.* 14. b) volebant 3*a*. c) genuerat 2*a*. *b*[1]. *b*[*]. 3*a*; generarat 4*b*. d) *ita* 2*b*[1] *et pr. m.* 1. 2*a*; tali *rell.* e) a Deo her. 4*a*. f) impleretur 2*a*. *b*[1]. *b*[*]. 3*b*. g) Deutron. 2*b*[*]. 4*a*. h) Bened. — tui *in inferiore marg. suppl.* 5. i) (Amen *add.* 4*b*) Explicit vita sancti Willibrordi *add.* 2*a*. 4*b*; *desinunt* 2*b*[*]. 3c[2]. 4*b*. 6*a*. *b*. 8*b*[1. 2].

Cap. 32. a) *om.* 2*b*[1]. 3*b*. b) Sermo (eiusdem de sancto Witt *add.* 3*b*; legendus *add.* 7*a*) *praescr.* 3*b*. c[1]. 7*a*; *praescr. om.* 1. 3c[3]. c) *ita* 2*a cum indice*; dic. in nat. die 2*b*[1]; (dic. *om.*) de natale 3*a*; dic. de nat̄ 4*a*; dic. *post* Wilbr. 5. d) *ita* 2*a*. *b*[1]. 3*a cum indice;* almi 4*a*. 5. e) *ita* 5; Willibrordi (episcopi et confessoris *add.* 2*a*; archiepiscopi *add.* 3*a*) *rell.* f) *ita* 4*a*; conve|venit 1; conveniat *rell.*

Caroli regum a. 751/68. 768/69. 771/72. *datae sunt (Dipl. Karol. I. n.* 30. 48. 70*) traditionesque nonnullae hominum privatorum inscriptae (duae 'Mittelrhein. Urk.-Buch' II, p.* 5; *cf. Wurth-Paquet l. l. p.* 9 *sq.). Puer quidam* Aldberchtes de Aefternacae *in epistula Lulli n.* 110. *commemoratur (MG. Epist. III,* 397*). Quem O. Holder-Egger ('N. Archiv' XIII,* 29 *sqq.) eundem esse coniecit atque Adalbertum abbatem, qui a.* 714. *chartae Pippini Willibrordo concessae subscripsit (SS. XXIII,* 59; *Dipl. Merov. p.* 96*), neque alium atque Adalbertum diaconum Egmondae cultum et pro socio Willibrordi habitum (cf. V. Adalberti auct. Ruoperto, ed. Holder-Egger, SS. XV,* 700 *sqq., cf. p.* 1319*). Ut autem sanctum Egmondanum et abbatem a.* 714. *eundem esse satis veri simile est, ita abbatem Epternacensem ob nimium spatium temporis potius seiungendum esse recte monuit Hauck I*[3]*, p.* 440*, n.* 1. 1) *Pro 'missarum'.* 2) *Cf. V. Vedasti auct. Alcvino c.* 8 *(SS. R. Merov. III,* 422*):* non luxoriae causa, sed praedicationis obtentu. 3) *Cf. supra c.* 19 *(p.* 130 *sq.).*

festa celebrare, victorias laudare, vitam[a] imitare[b], et quia *in omnem terram exivit*[c] *sonus eorum et in fines*[d] *orbis terrae verba eorum*[e], in omni terra consona[e] cunctorum viventium voce[f] laudandi sint[g], tamen singulis in locis propter familiaritatem cohabitationis cuiuslibet illorum et propter praesentiam sanctarum reliquiarum, quae in solatium illis vel illis condonatae sunt habitatoribus, speciali quadam[h] veneratione apud cives suos familiarius honorantur. Ps. 18, 5.

Igitur Roma[i] urbs, orbis caput, beatorum apostolorum Petri et Pauli specialius quodammodo gloriosissimis laetatur triumphis. Unde ad[k] eam gentes et populi cum devoto pectoris officio cotidiae[l] concurrunt, ut maiori quique apud beatos apostolos fidei conpunctione vel sua defleant crimina vel caelestis vitae habundantiori spe sibi aditum apperire[m] deposcant. Mediolana olim civitas imperialis sancto Ambrosio gaudet defensore. Alpes Acaununiae[n, 1] sanctorum Thebanorum[o] felicius sanguine quam nivali[p] proceritate exaltantur. Beatius fecunda Pictavia beati Hilari[q] pontificis reliquiis exultat quam venditionum et emptionum altercatione[r], in quibus saepe versatur[s] iniquitas. Quid[t] te[u], Toronica[v], loquor, civitas, muris[w] quidem parvula et dispectibilis[x, 2], sed sancti Martini patrociniis magna et laudabilis[t]? Quis te propter te adierit[y]? Nonne propter illius certissima suffragia turbae ad te confluunt christianorum? Omnia Parisiacae[z] civitatis suburbana sancti Dionisi[a] vel sancti Germani magnificis iucundantur auxiliis et festivas[b] illorum dies maiori populorum concelebrant[c] frequentia. Tota Campania[d] cum populis suis propter Remedium[e] venerabilem[f] praedicatorem ad Remanam[g] festinat urbem, apud eum quasi praesenti patrono sua vota ferentes. Sic divina clementia toto consuluit mundo, dans singulis provinciis vel populis, quo speciali gauderet[h] patrono.

Nobis vero sanctissimi Wilbrordi[i] non infima perdonavit[3] auxilia, sed praeclara et gloriosa[k] contulit suffragia. Gaudeamus[l], dilectissimi fratres, in Domino et[m] spiritali[n] iucunditate laetemur, qui nobis talem vitae perdonavit[3] doctorem, iustitiae praeceptorem, unanimitatis[o] nostrae auctorem, qui nos in hoc sacratissimum ovile congregavit et pietatis magisterio erudivit. Gaudeat et nobiscum omnis populus, qui ad natalicia sanctissimi patris hodie concurrit[p] et vigiliis apostolici viri pia devotione interesse studuit et in praesentia domini nostri Iesu

Cap. 32. 1. *2a. b^1. 3a. b. 4a.* 5 (*ad l.* 30).

Cap. 32. a) v. im. *om.* *3a.* b) *ita* 1 *(pr. m.)*. *2a.* 5; imitari $2b^1$. *3b. 4a.* c) exiit *3b*; et reliqua *pro* exivit — v. eorum *2a.* b^1. d) vines (?) *pr. m. 4a.* e) *om. 3b.* f) *om. 4a.* g) sunt $2b^1$. h) quaedam *4a.* i) Romana *3b.* k) eadem *pro* ad eam *3a.* l) *ita (corr. e* cutidiae*)* 1. m) *ita* 1. 5. n) *ita pr. m.* 1; Agaununiae $2b^1$; Agaunouiae *Sermo de Donatiano et m. al.* 1; Acaunumiae *3a*; Agaumuniae *2a*; Accuniae *4a*; Agaunie $3c^{1.3}$; Aquiniae 5; *om. 3b.* o) Thebeorum *3b.* $c^{1.3}$. *4a.* p) -niciali *3a.* q) *ita pr. m.* 1; Hilarii *rell.* r) alternacione $2b^1$; alteratione *4a.* s) versat *2a.* b^1. t) Quid — laudabilis *om. 4a.* u) de *2a.* b^1. v) *ita* 1. *3a. 4a*; Turon. *2a. 3b* (*ubi* loquar). 5: Thuron. $2b^1$. w) qu. m. *2a.* b^1. x) desp. $2b^1$. *3b.* 5. y) adidierit, *m. al. del.* ad 1; aderit *4a.* z) Parasiacae *pr. m. 3a.* a) *ita* 1. 5; Dionisii *2a. 3a. b. 4a*; Dyonisii $2b^1$. $3c^{1.3}$. b) vestivas *pr. m. 2a*; festivitas *pr. m. 3a*; festivos *m. al.* 1. *2a.* c) c(a)elebrant *3a. b.* c^1 *(non* $3c^3$*)*. d) Canpania *pr. m.* 1. e) Remigium *3b. 4a.* 5. f) venerabilium 1, *corr.* g) *corr.* Romanam 1, *et ita* *3a.* c^3; Remorum *3b*; Remensem $3c^1$. h) *ita rell. (corr. e* guauderet *2a)*; gauderent $3c^{1.3}$. i) *ita* 5; Willibrordi *rell.* k) osa *in ras. 4a*; gloriosia *2a, corr.* l) gaudemus 1. m) *om. 3b.* n) spiratali 1, *corr.* o) una animit. 1, *corr.* p) concurit 1, *corr.*; cucurrit *2a (non* $2b^1$*)*; *in* conc. *desinit* 5, *quaternione deperdito.*

1) *Prope Acaunum, hodie Saint-Maurice; cf. Krusch, SS. R. Merov. III,* 20 *sqq.* 2) *Carolus M. Alcvinum 'fumo sordentia Turonorum tecta auratis Romanorum arcibus praeponere' exprobravit; cf. Alcvini epist.* 178 *(MG. Epist. IV,* 295*).* 3) *I. e. concessit (ita p.* 140, 3*), scilicet divina clementia.*

Christi et sanctorum angelorum et[a] beatissimi huius[b] pontificis[c] stare satagebant[d]. Nullus, obsecro, dubitet in fide nec[e] de veniae[f] largitione haesitet nec de piae petitionis fluctuet[g] effectu[h, 1], qui talem nobis concessit patronum. Illius nos[i] praecibus concedit[k] exaudiri, quia, quanto fiducialius depraecamur, tanto citius exaudiemur. Fides[l] enim omnia impetrat, sicuti[m] huius sanctissimi viri, cuius hodie festivum caelebramus[m*] diem, certissima[n] ante oculos habemus[o] exempla, qui mox ab infantia sua per fidem Deo placere contendit. Nam patriam, cognationem et amicos, fervente fide[p], pro amore Dei dereliquit[q]; terrena[r] contempsit, ut caelestia adquireret[s]. Idcirco magnum laboris sui fructum[t] invenit et multas populorum turbas ad Christum convertit et plurimos paganorum ab erroris iniquitate avertit
cf. Eph. 2, 3. et, divina cooperante gratia, filios irae filios fecit esse missericordiae[u]. Inferna conclusit, caelum[v] apperit[w], plurimos[w*] peragravit gentes, ut omnes in[x] viam veritatis adduceret. Nec se[y] ipso pepercit; populos adhibuit[z] feroces, si forte purpureas martyrii[a] coronas inveniret. Quem Deus ob multorum servavit salutem, quatenus maiori praedicationis gloria honoretur[b], quam si solus martyrio coronaretur. In pace[c] quievit, qui in spe laboravit. Vitam invenit aeternam, qui temporalem reliquit, nobis ablatus, angelis sociatus[d].

O beatissime[e] Christi sacerdos, non[f] nos derelinquas laborantes[g] in terris, sed praecibus tuis de caelis adiuvare non cessas[h]. Vita tua apud homines semper[i] probata fuit pro Deo; sint praeces tuae apud Deum semper intentae pro homi-
cf. Ps. 118, 97. Ios. 1, 8. nibus. Meditatio tua fuit in lege Domini die ac nocte; ideo sicut palma floruisti
cf. Ps. 91, 13. in domu[k] Domini. Sicut cedrus[l] Libani[m] multiplicasti filios tuos, qui ad te tota mentis intentione[n] clamant: Tu illos pia intercessione adiuvare digneris. Sentiamus, tuum nobis clementissime adesse[o] auxilium, qui tuis devotissime instamus officiis[p]. O felix anima, quae[q] saeculi labores dereliquisti et caelestem cum multi-
cf. Matth. 25, 16 sqq. plici sudoris tui fructu requiem intrasti; talenta tibi commissa multiplicasti, prae-
cf. ib. 25, 21. mia promissa accepisti[r]! In pauca fidelis[s] fuisti in terris, supra multa constitutus gloriaris in caelis. Gaudia domini Dei tui, quae semper optasti, semper habere caepisti. Te continuis, o pater, prosequimur laudibus; tu nos[t] assiduis auxiliare[u] praecibus. Credimus[v], te in[w] praesentia domini Dei tui omnia posse impetrare, quae poposcis[x], dum tanta potuisti[y] in praesentia nostra per eius gratiam efficere

Cap. 32. 1. 2*a*. *b* (*a l.* 18). b^1 (*ad l.* 18). 3*a*. *b*. 4*a*.

Cap. 32. a) ac $2b^1$. b) *om.* 3*a*. c) pontificiis 1. d) *m. al. corr.* satagebat 1. $3c^1$, *et ita* 3*b*. c^2. e) ne 1. f) vene *pr. m.* 2*a*. g) *ita 3b cum Sermone de Donatiano;* fluctu et 1. 2*a*. 3*a*. 4*a*; *corr.* fructu et 3*a*, *et ita* $2b^1$. $3c^{1.3}$; *m. al. superscr.* at fletu 1. h) quia *add.* 3*b*. i) non (2*a*. 3*a*). k) concedi 2*a*. b^1. l) Fide e. o. impetrant (*m. al. corr.* impetrantur) 3*a*. m) sicut 3*b*. m*) caelebra:¦mus, *ras.* b 1. n) certissimā 4*a*. o) habeamus 4*a*. p) ferv. fidei flamma pro 3*b*. q) reliquid 4*a*. r) terra *pr. m.* 2*a*. s) adquirere|ret 1. t) inv. fr. 2*a*. b^1. u) *ita* 1; miseric. *rell.* v) celos $2b^1$. w) aperit 4*a*; aperuit 2*a*. b^1. 3*b*. w*) *ita pr. m.* 1; plurimas *rell.*; *cf. p.* 120, 10. 134, 5. x) ad 3*b*. y) *ita* $2b^1$. 4*a et pr. m.* 1. 2*a*; sibi (*om.* $3c^2$) ipsi 3*a*. *b*. $c^{1.3}$ *et m. al.* 2*a*; sibimet ipsi *m. al.* 1. z) *m. al. corr.* adivit 3*a*, *et ita* 3*b*. c^1 (*non* $3c^2$). a) martirum 3*b*. b) honoraretur 2*a*. b^1. 3*b*. c) quam si — In pace *pagina ineunte iterata sunt* $2b^1$. d) socius 1, *corr.* e) beatissimae *pr. m.* 1. f) ne 3*a*. g) *in* labor. *pristina manus redit* 2*b*. h) cesses 2*a*. *b*. 3*b*. i) intente *add., sed del.* 4*a*. k) *ita pr. m.* 1; domo *rell.* l) cedros *pr. m.* 3*a*. m) Lybani 3*b*. n) cordis *add.* 4*a*. o) *ita* $3c^1$ *cum rell.;* adesse *om.*, aux. qui t. dev. *m. al. suppl.* 3*a*. p) *m. al. suppl.* 2*a*. q) qui *pr. m.* 3*a*. r) accipisti *pr. m.* 1. s) fuisti fidelis 2*a*. *b cum Vulg.* t) nobis 3*b*. u) axiliare 1. v) craedimus 1. w) et *pro* in 3*b*. x) *ita* 1. 4*a et pr. m.* 2*a*. *b*. 3*a*; poscis 3*b*. c^1. y) in pr. n. pot. (pot:: *eras.*, potuisti *in marg. suppl.* 2*b*) 2*a*. *b*.

1) *Cf. V. Vedasti auct. Alcvino c.* 5 (*l. l. p.* 420): Nil de divino dubitans auxilio, nil de suae petitionis hesitans effectu.

miracula. Tu modo cives[a] angelorum, tu socius sanctorum, tu laetus cum illis canticum novum cantabis: *Sicut audivimus, ita et vidimus. Beati qui habitant in* Ps. 47, 9. ib. 83, 5. *domo tua, Domine; in saeculum saeculi laudabunt te*[a*]; et: *Videbitur Deus deorum in* ib. v. 8. *Sion*[b]. Cuius[c] beata vissio[d] plena est felicitas[e], sicut ipsa veritas in[f] euangelio testatur[g], dicens: *Qui autem diligit me, diligitur*[h] *a patre meo, et ego diligo*[i] *eum et* Ioh. 14, 21. *manifestabo ei me ipsum.* In cuius dulcissima dilectione iste sanctus vixit in mundo, ideo in eius aspectu laetatur in caelo[k].

Videte, fratres karissimi, quanta gloria est Deum sequi. Iste pro amore Christi patriam contempsit, peregrinationem elegit, divitias saeculi parvi pendebat, paupertatem voluntariae[l] amavit. Et cognovimus, qualem honorem postea habuit inter homines; sed melior est[m] gloria, quam aeternaliter possidet inter angelos. Huius sanctissimi doctoris nos exempla de ignaviae torpori[n] suscitent, faciant[o] nos forti[p] animo pro vita decertare caelesti et temporalia dispicere[q] et[r] aeterna desiderare[s], et quod in illo praedicamus, impleamus in nobis. Agones laboris[t] illius laudamus, vias nostras in vestigia eius[u] corrigamus[v], quatenus, qui sanctitatis eius sequimur exempla, beatitudinis sortiamur et praemia, per eum, qui illum coronavit et nos adiuvavit[w], Iesum Christum dominum nostrum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in gloria[x] sempiterna. Amen.

EXPLICIT[y] LIBER PRIMUS FELICITER.

Cap. 32. 1. 2*a*. *b*. 3*a*. *b*. 4*a*.

Cap. 32. a) *ita pr. m.* 1. 3*a*; civis 3*b et Sermo de Donatiano;* ques *(sic)* 4*a*; laus 2*a*. *b*. a*) laudabunte, et 1. b) Syon 3*b*. c) est *(?) add., sed eras.* 2*b*. d) *corr.* visio 1; iussio 4*a*; visio *rell.* e) felicitatis 1. f) t. in e. 4*a*. g) testatus 2*b*, *corr.* h) *ita* 1. 4*a*; diligeretur *corr.* diligetur 2*a*, *et ita* 2*b*. 3*a*. *b*. c[1.2] *cum Vulg.* i) diligam 3*a*. c[1.2] *(non 3b) cum Vulg.* k) caelis 1. l) *ita* 1. 2*a*. *b*. 3*a*; voluntarie 3*b*. 4*a*. m) *om.* 2*a*. *b*. n) *ita pr. m.* 1; torpores (?) *pr. m.* 2*a*; torpore *rell.* o) *ita* 2*a*. *b*. 3*b*. c[1]. 4*a*; facient 1. 3*a (pr. m.)*. p) *om.* 3*b*. q) despic. 2*a*. *b*. 3*a*. *b*. r) *om.* 2*a*. s) et aeter (?) *iterat., sed eras.* 1. t) *ita* 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. 7*a*; labores ill. 1; ill. lab. 3*a*; lab. *om.* 3c[1.2]; *cf. p.* 116, 17: laboris agones. u) *m. al. suppl.* 3*a*. v) corrigiamus 2*a*, *corr.* w) adiuvabit 3*b et m. al.* 3*a*; adiuvit 3c[2]. 7*a et m. al.* 1. x) s(a)ecula s(a)eculorum *pro* gl. semp. 2*a*. *b*; gloriam sempiternam 3*b*. y) *ita* 1. 4*a*; felic. *om.* 2*a*. *b*; Expl. l. pr. prosaico gradiens (gradientem *pr. m.*) sermone de vita ac virtutibus obituque sancti Willibrordi archiepiscopi *subscr.* 3*a*; Expl. vita sancti Willebrordi archiepiscopi *subscr.* 7*a*; *subscr. om.* 3*b*. c[1.2]. *Sequitur liber II. (metricus)* 1. 3*a*. 4*a*. 5*a*. 8*a*; *sequitur* Epylogus in vitam sancti Willibrordi, *i. e. epitome libri primi*, 3*b*.

VITA GANGULFI MARTYRIS VARENNENSIS.

Pauca de Gangulfo[1] *martyre comperta habentur, etsi fortasse plura, quam auctori cognita erant, qui primus Vitam eius composuit, dolensque gesta eius numquam conscripta esse, nihil de eo tradere potuit nisi fabulas 'per succedentium relationem' acceptas. Testes enim duo Gangulfi cuiusdam mentionem fecerunt, qui in regione Lingonensi opibus et auctoritate fruitus esset, cumque cultum sancti inde propagatum et Varennas vicum prope Lingonas situm (hodie Varennes-sur-Amance, dép. Haute-Marne, arr. Langres) pro loco sepulchri habitum esse constet, ut non utrumque testem, ita aut unum aut alterum ad Gangulfum nostrum spectare veri simile videtur esse.*

Prius testimonium praeceptum Chlotharii III. regis exhibet a. 667. *pro monasterio Fontis Besuae datum. Cum enim coenobium 'a malis hominibus irruptum et expoliatum' esset, cum alia tum chartae donationum ablata erant, unde Waldalenus abbas a.* 665. *possessiones a rege confirmandas curaverat*[2]. *Tamen contentiones de iis ortae esse videntur, cumque causam apud iudices per alium agere in universum non liceret atque, ut alteri committi posset, praecepto regio opus esset*[3], *Waldalenus a Chlothario petiit, 'ut inluster vir Gengulfus omnes causas ipsius monasterii ad prosequendum et redintegrandum deberet recipere', petentique rex ea quae rogaverat die* 18. *Augusti a.* 667. *concessit*[4], *permansura, quamdiu utraque pars vellet, ita ut Gangulfus munus advocati susciperet*[5]. *Apparet igitur Gangulfum 'virum inlustrem' a.* 667. *in regione Lingonensi*

1) *Nomen* Gangulfus *etiam in Vita retinui, in cuius codicibus sanctus* Gangolfus, Gengulfus, Gengulphus, Gengolfus, Gingolfus *vocatur, neque in iis forma genuina serrata est nisi plerumque in libro* 3a² *et semel (c. 4) in 1b, quemadmodum idem in notitia reliquiarum Milidunensi a.* 809 *(v. p.* 144, *l.* 25*) audit, atque apud biographum Ceolfridi non solum* Gangulfus, *sed etiam modo vetustiore* Gangvulfus *legitur.* 2) *Pertz, MG. Dipl. Merov. p.* 39 *sq.; E. Bougaud et I. Garnier, 'Chronique de l'abbaye de Saint-Bénigne de Dijon suivie de la Chronique de Saint-Pierre de Bèze' (Analecta Divionensia I),* 1875, *p.* 243 *(pars posterior diplomatis adulterata est). Cf. K. Zeumer, 'Ueber den Ersatz verlorener Urkunden' ('Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Germ. Abth.' I,* 1880, *p.* 112 *sq.).* 3) *Cf. H. Brunner, 'Zeugen- und Inquisitionsbeweis' ('Forschungen zur Geschichte des deutschen und französischen Rechts',* 1894, *p.* 128 *sqq.); 'Deutsche Rechtsgeschichte' II,* 304 *sq.* 4) *Dipl. Merov. p.* 41*; Bougaud et Garnier l. l. p.* 245. *Cum charta, quae in chronico Besuensi serrata est, cf. formulam Marculfi I,* 21 *(ed. Zeumer p.* 56*).* 5) *In chronico Besuensi ante chartam haec leguntur (Garnier l. l.):* et defensorem et advocatum Gengulfum virum illustrissimum praedicto monasterio con-

auctoritate viguisse; nam monasterium Besuense a civitate Lingonensi ad meridiem versus in pago Attoariorum situm erat[1].

Alterum quod extat testimonium dimidio fere saeculo posterius est, unde ibi de eodem Gangulfo agi ut non omnino refutari potest, ita minus veri simile est atque potius de alio cogitandum, e. gr. prioris filio vel nepote. Testimonium ab auctore aequali fidelique litteris mandatum est, neque mirum est id et biographum illum de quo infra agendum est latuisse et quantum scio omnino adhuc neglectum esse. Inest enim Vitae Ceolfridi abbatis coenobiorum Gyrvensis et Wiremuthensis in Northumbria sitorum, quam monachus anonymus paulo post obitum eius († 716) composuit[2], *ita ut iam Beda in Historia abbatum monasteriorum eorundem conscribenda ante a. 731. ea usus sit*[3]. *Quae in hoc opusculo inter antiquissima studia hagiographica Anglorum habendo ad Gangulfum pertinent, haec sunt: Ceolfridus abbas, postquam per plures annos coenobiis illis praefuit, a. 716, dignitate abdicata, die 4. Iunii iter Romanum aggressus est, ut ad limina apostolorum iam antea ab ipso visa diem supremum expectaret. Neque vero, itinere cum 80 fere comitibus suscepto, consilium ad finem perducere ei licebat. Die enim 14. Augusti in Galliam appulit, ubi a Chilperico II. rege honorifice susceptus epistulas commendaticias et in provinciis Francicis proferendas et aliam Liudprando regi Langobardorum inscriptam accepit*[4]. *Deinde vero in itinere aetate morboque affectus magis magisque defecit sicque aeger die 25. Septembris Lingonas pervenit*[4],

applicansque in pratis eiusdem civitatis gratanter a Gangulfo regionum illarum domino susceptus est, quippe qui ipsum et in via prius inveniens illo venire et benigne suscipi, etiam si ipse non adesset, praecepit, multum obsecrans, ne inde nisi sospes abiret, sed ibi potius ad loca sanctorum martyrum, si ita Deus voluisset, vitae caelestis expectaret introitum[5].

Ipso autem die adventus Ceolfridus vita defunctus est;

cuius corpus mane magno et comitum ipsius et accolarum civitatis illius agmine portatum est per tria ferme milia passuum in monasterium eiusdem Gangvulfi, quod erat ad meridianam plagam civitatis *(scilicet Lingonensis)* spatio circiter miliarii et dimidii, sepultumque in aecclesia sanctorum martyrum Geminorum, quorum nomina sunt haec: Speusippus, Eleosippus, Meliosippus[6].

Comites abbatis alii in patriam statim regressi sunt, alii Romam profecti, per quos codex scripturae sacrae clarissimus qui dicitur Amiatinus in Italiam pervenit[7]; *denique alii ob amorem Ceolfridi in Lingonensi civitate remanserunt, votum itineris Romani postea soluturi:*

Tantam autem gratiam apud Gangvulfum comites reverentissimi abbatis invenerunt, ut et magnificis omnes epulis, sepulto eo, reficeret et huc et illuc

stituit, *ita ut auctor diploma recte interpretatus sit. Tamen cf. F. Senn, 'L'institution des avoueries ecclésiastiques en France',* 1903, *p.* 7. 1) *Mabillon, Annales ordinis S. Benedicti II,* 755, *sub privilegio Prumiensi a.* 762. *a Pippino dato (MG. Dipl. Karol. I, n. 16)* Signum Gangulfi comitis *extare ratus, eum 'haud dubie' eundem fuisse iudicavit atque Gangulfum, qui pro martyre colebatur. Neque vero ibi Gangulfi nomen, sed* Signum Baugulfi comitis *legendum esse, ex editione novissima (ib. p.* 25, 3) *constat.* 2) *Ed. C. Plummer, Baedae Opera historica I,* 1896, *p.* 388—404. 3) *Ib. p.* 364—387. *Beda, narratione praedecessoris modo aucta, modo contracta, mentionem Gangulfi praetermisit.* 4) *Vita Ceolfridi c.* 32 *(p.* 400). 5) *Ib. c.* 35 *(p.* 402). 6) *Ib. c.* 36 *(p.* 402). 7) *Ib. c.* 37 *(p.* 402); *cf. S. Berger, 'Histoire de la Vulgate',* 1893, *p.* 37 *sq.; Fr. Steffens, 'Lateinische Paläographie',* 1903, *tab.* 28 *(editionis alterius,* 1909, *tab.* 21*b*).

abeuntibus duces itineris, simul et viaticum praeberet, sed et ibidem residentibus annonam, quamdiu manere vellent, constitueret[1].

Signa sanitatesque ad sepulchrum facta, de quibus a comitibus Ceolfridi et fama narrante certior factus esset, commemorans auctor desinit[2].

Pauca ab eo de Gangulfo tradita commentario vix indigent. Constat inde, Gangulfum quendam a. 716. *inter possessores locupletissimos regionis Lingonensis fuisse, nescioque an eum, qui 'regionum illarum dominus' nominetur, munere publico (fortasse comitatu) functum esse conicere liceat. Quem eundem fuisse atque 'inlustrem virum Gengulfum' a.* 667. *commemoratum ob intervallum temporis minus veri simile est, tamen de eadem, nisi fallor, familia agitur, cum et nomen et auctoritas virorum et regio conveniant. Tempore, quo Warnacharius Acta sanctorum Geminorum retractata*[3] *Ceraunio episcopo Parisiensi (c. a.* 614*) transmisit*[4], *in quibus martyres Cappadocii contra auctoritatem Actorum priorum*[5] *e Graeca lingua translatorum civitati Lingonensi vindicati sunt, basilica eorum ab urbe in meridiem versus sita iam extabat, cuius dedicatio una cum inventione corporum sanctorum die* 18. *Septembris celebrabatur*[6]; *monasterium autem ibi situm Gangulfi fuisse, fortasse quod ab eo constructum esset, non compertum habetur nisi ex auctore illo Britannico. Monasterium sane* Sancti Gangulfi, *regno Lotharii II. diviso, a.* 870. *Ludowico regi attributum est*[7], *atque* ecclesiam sancti Gengulfi martyris Christi *in comitatu Portensi sitam quasi ecclesiae Lingonensis propriam chartae a.* 814. *a Ludowico Pio concessae falsarii saeculo IX. exeunte intulerunt*[8]; *neque vero ibi de monasterio sanctorum Geminorum agitur, quod proprio nomine servato et ipsum eidem diplomati intrusum est*[9], *sed de ecclesia ut videtur Varennensi, in qua Gangulfus quidam sepulturam invenerat, nomini ipsius dicata.*

Eo enim tempore Gangulfus inter martyres celebrari coeptus erat. Reliquiae sancti Gangulfi martyris *ad ecclesiam Milidunensem pertinebant a.* 809. *dedicatam*[10].

1) *V. Ceolfridi c.* 38 *(p.* 403*).* 2) *Ib. c.* 40 *(p.* 403 *sq.).* 3) *AA. SS. Ian. II,* 76—80. 4) *MG. Epist. III,* 457. *Ceraunius a.* 614. *concilio Parisiensi interfuit (MG. Concilia I,* 192*).* 5) *AA. SS. Ian. II,* 74—76, *suppleta in Analectis Bollandianis II,* 378—380; *H. Grégoire, 'Saints jumeaux et dieux cavaliers' ('Bibliothèque hagiographique orientale' IX), Parisiis* 1905, *p.* 11—24. *Acta Warnacharii iam a.* 615/29. *auctori Martyrologii Hieronymiani Luxoviensi nota fuisse videntur, qui martyrium sanctorum et ipse civitati Lingonensi attribuit, die* 17. *Ianuarii referens (AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [9]):* L i n g u n i s passio sanctorum martyrum Geminorum Speusippi, Helasippi, Melasippi, Leonillae, Iunillae, Neonis diaconi, *atque commemorare licet Miecium episcopum Lingonensem (c. a.* 614*) avunculum Eustasii abbatis Luxoviensis fuisse (Ionae V. Columbani I,* 20*). At certe C. Narbey omnino erravit, statuens, opus Warnacharii aevo demum Carolingico ortum esse ('Supplément aux Acta sanctorum' I,* 1899, *p.* 270*), quod iam biographus Ceolfridi (cf. Acta Geminorum auct. Warnachario §* 6, *l. l. p.* 77*:* tres gemini fratres u n o p a r t u simul editi, *et V. Ceolfridi c.* 36, *p.* 402: una geniti matre u n o p a r t u*) et Beda (cf. H. Quentin. 'Les martyrologes historiques du moyen âge',* 1908, *p.* 62 *sq.) legerunt. Cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux'* I^2, 53 *sqq, H. Günter, 'Legenden-Studien', Coloniae* 1906, *p.* 86 *sqq., et alterum librum eiusdem auctoris, 'Die christliche Legende des Abendlandes' ('Religionswissenschaftliche Bibliothek' ed. Streitberg et Wünsch II), Heidelbergae* 1910, *p.* 140 *sqq.* 6) *Warnacharius §* 19. 22 *(p.* 80*). Hodie locus audit Saint-Geosmes (dép. Haute-Marne, arr. et cant. Langres). Circa a.* 826. *Libro confraternitatum Augiensium* ex Sanctis Geminis nomina canonicorum *illata sunt (MG. Libri confratern. ed. Piper p.* 322*).* 7) *Ann. Bertiniani ed. Waitz p.* 110; *MG. Capitularia II,* 194. 8) *Bouquet VI,* 461; *Quantin, 'Cartulaire général de l'Yonne' I,* 1854, *p.* 27. *Cf. Mühlbacher, Reg.* I^2, *n.* 539. 9) *Etiam monasterium Besuense supra p.* 142. *commemoratum falsarius ecclesiae Lingonensi vindicavit.* 10) *M. Prou et E. Chartraire, 'Authentiques de reliques conservées au trésor de la cathédrale de Sens' ('Mémoires de la Société nationale des Antiquaires de*

Nomen eius die 11. *et* 13. *Maii Kalendariis inscriptum est*[1]. *Die sane* 11. *codici Senonensi Martyrologii Hieronymiani postea illatus est:* Lingon. civitat(e) dep(ositio) sancti Iengulfi confessoris[2], *cum die* 13. *Maii nomen eius exhibeant breviaria et Augiense (m. al.):* Gangolfi martyris[3], *et Sangallense (a.* 956*):* In Francia Gangolfi martyris[3], *et Kalendaria Frisingense c. a.* 990: Sancti Gengolfi martyris[4], *et Tegernseense c. a.* 1009. *exaratum:* Gengolfi ducis[5], *atque inde a saeculo decimo nomen eius passim illis diebus propagatum est*[6].

Quisnam sanctus fuisset et quomodo martyr effectus esset, testis satis antiquus fideque dignus non rettulit, neque de Gangulfo ullo praeter pauca quae attuli quicquam traditum est ante Vitam multo post aevum sancto attributum compositam. Auctor conquestus, se gesta Gangulfi litteris mandata nusquam repperisse, professus est se ea conscribere, quae 'per succedentium relationem fideli narratione' ad se pervenissent[7]. *Erat autem si non ecclesiae S. Petri*[8] *Varennensi adscriptus, in qua corpus Gangulfi requiescebat, at certe cum clericis eius rationibus quibuslibet coniunctus atque in regione ea degisse videtur; basilicam tunc Gangulfi nomini dicatam esse referens (c.* 3. 4*), commemoravit, eam mediis in silvis sitam esse (c.* 2*), galeam, loricam, gladium, brachialia defuncti recondita ibi haberi (c.* 3*), fontem per sanctum ibi miro modo exortum 'hodieque' saluberrime exundare (c.* 5*), denique Gangulfum 'omnem praediorum suorum possessionem' ecclesiae delegasse, ut ibi deservientes, scilicet clerici, reditibus necessariis fruerentur (c.* 11*). Vitam igitur sive a clerico ecclesiae sive clericis rogantibus compositam esse patet. Tempus auctoris accuratius definire non habeo; saeculo X. codex qui extat antiquissimus (*1*a) exaratus est, atque saeculi eiusdem parte posteriore et alter biographus et Hrotsvitha opusculum praedecessoris retractaverunt, neque auctorem multo ante aevum eorum Vitam composuisse putaverim. Quod in prologo statuit, Gesta antiqua sine dubio extitisse et perdita esse persecutione paganorum contra ecclesiam exorta, 'tempore infelicitatis, monasteriis et ecclesiis depopulatis', cum suae quisque saluti consulens de custodiendis archivis curam non habuisset (c.* 14*), ut coniectura Vitae antiquae perditae satis vana est, ita rationem iacturae allatam ad incursiones Nortmannorum saeculo IX. factas spectare Henschenius haud absone coniecit*[9]*, ita ut Vita saeculo sive IX. extremo aut priori parti saeculi X. attribuenda esset*[10].

France' LIX, 1900, *p.* 162, *n.* 133*):* — — Sancti Gangulfi mar(tyris). — — X. Kl. Iun. fuit dedicata illa ecl'a ad castro Miliduno in anno VIIII. imperii domni Caroli et anno XIII. episcopatū Magnoni *(Senonensis).* 1) *Cf. AA. SS. Maii II,* 642; *G. Zilliken, 'Der Kölner Festkalender' ('Bonner Jahrbücher' CXIX,* 1910, *p.* 68*).* 2) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [59].* 3) *Ib. p. [60].* 4) *A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern',* 1891, *p.* 13. 5) *Analecta Bolland. XVII,* 9. 6) *Cf. n.* 1. *Addiderim Kalendarium psalterio Egberti archiepiscopi Treverensis saec. XI. ex. aut XII. in. adiunctum et alterum saec. XI. in. Treverense, quae attulerunt H. V. Sauerland et A. Haseloff, 'Der Psalter Erzbischof Egberts von Trier in Cividale',* 1901, *p.* 39. 156; *denique Kalendaria quattuor regionis Augustanae saec. XI. et XII (A. Schröder, 'Die ältesten Heiligenkalendarien des Bistums Augsburg', 'Archiv für die Geschichte des Hochstifts Augsburg' I,* 1910, *p.* 282*). Etiam Martyrologio Hermanni Augiensis nomen eius saeculo XII. ad diem* 13. *Maii insertum est (cf. Dümmler, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXV,* 1885, *p.* 216*):* In Burgundia sancti Gangolfi martyris gloriosi miraculis, *ut alia mittam. Inter reliquias ecclesiae Aschaffenburgensi c. a.* 974. *oblatas* sancti Gingnolfi martyris *enumerantur (P. Lehmann, 'N. Archiv' XXXVI,* 674*).* 7) *V. Gangulfi, prol.* 8) *Ib. c.* 11. 9) *AA. SS. Maii II,* 643. 10) *Etiam P. Roth, 'Geschichte des Beneficialwesens',* 1850, *p.* 149, *et R. Köpke, 'Ottonische Studien II (Hrotsuit)',* 1869, *p.* 47, *Vitam saeculo X. attribuerunt.*

Pauca autem, quae auctor de Gangulfo 'per succedentium relationem' se accepisse affirmat, minimi pretii sunt. Narrat enim talia fere: Gangulfus e nobili genere in Burgundia ortus erat praediaque possidebat et in regione Varennensi (c. 4. 11) et in territorio Avalensi (c. 8) sita, atque silvae Varennenses densissimae occasionem ei praestabant venationis exercendae (c. 2). Erat autem Pippino regi, eidem qui antea maior domus fuerat, 'militari officio coniunctus' et inter fortissimos in exercitu eius habebatur (c. 3). Tempore quodam 'peracta expeditione in regali servitio' regressus, in Campania fontem centum solidis emit, qui miro modo eum in possessionem Varennensem secutus est, loco priore relicto (c. 4. 5). Uxor eius cum clerico quodam adulterium commiserat; quod crimen Gangulfus iudicio Dei detexit, cum manus mulieris fonti cuidam immissa, aqua effervescente, cute nudaretur, unde eam domo eiecit, possessione ad victum concessa (c. 6—8). Ipse, dum in praediis Avalensibus moratur, dormiens a clerico illo gladio petitus vulnereque affectus brevi post vita defunctus est (c. 9. 10). Willedrudis et Willegossa amitae eius, qui 'sanctimoniae atque castitatis studiis' in possessione Varennensi studebant, corpus eo translatum in ecclesia sancti Petri sepelierunt, quam vivus ditaverat, postea nomini eius dicatam (c. 11). Neque vindicta defuit, miro modo in partibus posterioribus et clerici et feminae ostensa. Ille enim visceribus in latrinam diffusis morte praereptus est (c. 12), atque mulier, cum miracula feria sexta ad corpus Gangulfi facta detestata exclamaret: 'Sic operatur virtutes Gangulfus quomodo anus meus', eo modo punita est, ut ad finem vitae, quotcumque verba illo die proferret, anus responderet. Quod miraculum passim vulgatum etiam Pippinum regem movit, ut mitteret de re inquisituros, eamque sic sese re vera habere comprobatum est (c. 13)! Res allatae in Vita sancti partim satis mirae[1] sufficiunt, pluraque de auctoritate Vitae commemorare supersedeo[2]. Id tantum monuerim, omnino negari non posse, tertium Gangulfum aevo Pippini regis (751—768) iisdem in partibus atque priores viguisse; cum autem Vita omni auctoritate careat, nescio an potius existimare liceat, sanctum eundem fuisse atque Gangulfum sive primum (a. 667) sive alterum (a. 716), qui testimoniis certis cogniti habentur, sicque coniectura fortasse veri simili eum aetati Pippini medii († 714), non nepotis († 768) attribuendum esse, quamquam qui mediis aevis Gangulfi mentionem fecerunt, auctoritatem biographi secuti memoriam eius annis 759[3], 767[4] similibusve adscripserunt.

Auctor, ut sententiae nonnullae expilatae demonstrant, Vitas Sebastiani (prol. et c. 1) et Germani Autissiodorensis (c. 1. 8), Dialogos Gregorii M. (c. 4. 10), Regulam Benedicti (c. 2) et fortasse Einhardi Vitam Karoli M. (c. 3) legerat; adhibuit etiam Augustini Enarrationem in psalmos (prol.), Gregorii M. Homilias in evangelia (c. 2), Carmen paschale Sedulii, quem 'evangelicum poetam' vocavit (c. 14)[5]: denique in prologo alterum poetam ut 'nostrum' citavit, neque vero eruere mihi licebat, quis sub eo nomine lateret.

1) Res in Vita narratas fabulis ioculatorum originem debere, coniecit L. Zoepf, 'Das Heiligen-Leben im 10. Jahrhundert' ('Beiträge zur Kulturgeschichte des Mittelalters und der Renaissance' ed. W. Goetz I), 1908, p. 236 sq. 2) Quae de officio militari narrantur, ea sine dubio ad arma in ecclesia Varennensi servata referenda sunt, id quod monuit P. Roth l. l. n. 151. 3) Ekkehardus (SS. VI, 160), Sigebertus (ib. p. 332), Annalista Saxo ex Ekkehardo et Vita (ib. p. 556). 4) Helinandus a. 767 (Migne CCXII, 830), cum codices Vitae II. Gangulfi mortem errore ad a. 667. exhibeant (infra p. 164, n. 3). Albericus monachus Trium Fontium (Chronicon a. 766, ed. Leibnitius, 1698, p. 101 sq.) maximam partem narrationis non ex ipsa Vita deprompsit (cf. Wilmans, 'Archiv' X, 232), sed ex Helinando, etsi perpauca e Vita supplevit (aliter Scheffer-Boichorst, SS. XXIII, 712, n. 94). Henricus de Hervordia (Chronicon ed. Potthast, 1859, p. 21 sq.) a. 757. Martinum Oppaviensem, a. 765. Vincentium Bellovacensem exscripsit. 5) Cf. V. Gangulfi, prol. et c. 1. 12.

Epitome Vitae Legendae Aureae Iacobi a Varagine (c. 204) postea adiecta est[1], *aliam Helinandus libro 45. Chronici inseruerat*[2]. *Auctor sive Gislebertus sive alius, qui Vitam et Miracula Romani abbatis Autissiodorensis duobus libris composuit*[3], *libro primo et prologum praefixit totum e Vita Gangulfi depromptum neque minus alia ex eodem fonte hausta in capitibus sequentibus (§ 3. 9. 10. 16) iteravit, codice classis 2 adhibito. Etiam biographus Davidis monachi Himmerodensis*[4] *(† 1179) saec. XIII. ineunte prologum, nonnullis omissis, ad verbum fere e Vita Gangulfi descripsit, codice usus ut videtur classis* 1.

Denique epistula commemoranda est, quae post Vitam Miraculaque Gangulfi Florinensia[5] *legitur in codice olim Alnensi, nunc Bruxellensi n.* 3299 *(II,* 1055, *antea Phillippsiano n.* 4632'*), saec. XII. ex., et edita est a Bollandianis, Catalogus codicum hagiograph. Latinorum bibliothecae regiae Bruxellensis II,* 1889, *p.* 482—485. *Vitam Gangulfi apud se repositam clerici viro cuidam venerabili commiserant, qui longum tempus in lege Dei desudasse rerumque circa se gestarum non incuriosus procurator extitisse dicitur. Qui cum historiolam de ano sonante legisset, eam 'fidelium fidei damnandam, detestandam anathematizandamque' iudicavit atque 'in locis ab episcopis consecratis non debere recoli' statuit*[6]. *Unde clerici epistula conscripta opinionem eius refellere conati sunt, rationibus e scriptura sacra aliisque allatis, ut demonstrarent, naturalia minime abhorrenda esse, monueruntque rem similem in historia quadam ecclesiastica inveniri, quae in armario Remensis ecclesiae recondita esset. Unde controversiam in ea regione gestam esse concludere licet.*

Neque vero multi fabulam illam insulsam reiecisse videntur, sed saepissime Vita Gangulfi mediis aevis descripta est. E codicibus sexaginta quinque, quos compertos habeo[7], *in usum nostrum evoluti sunt hi, partim ob ipsam Vitam, partim occasione data adhibiti:*

1*a) Codex M o n a c e n s i s Latinus n.* 19162 *(Tegernsee n.* 1162*), saec. X. fol.* 192—203', *multis locis a librariis posterioribus correctus est.*

1*a*) Codex M o n a c e n s i s n.* 4605 *(Bened. n.* 105*), saec. XI, olim (fol.* 1, *m. saec. XV) monasterii Benedictenpeiren, fol.* 187'—197', *cum* 1*a artissimo vinculo coniunctus est: cf. e. gr.:*

prol. subprimi] haec *add.* 1*a. a**;
ib. operari dignatus est] operatus est 1*a. a* cum* 3*c*²;

1) *Ed. Th. Graesse*³, 1890, *p.* 903. 2) *Epitomen Helinandi Vincentius Bellovacensis iteravit, paucis verbis e Sigeberto praemissis (Spec. hist. XXIV [XXIII],* 159*), Vincentium Martinus Oppaviensis (SS. XXII,* 426*) et Henricus de Hervordia exscripserunt (cf. supra p.* 146, *n.* 4*), itemque Petrus Calo monachus ordinis Praedicatorum (†* 1348*) in Legendario c.* 707 *(Poncelet, Analecta Bolland. XXIX,* 1910, *p.* 96*) e Vincentio pendere videtur.* 3) *AA. SS. Maii V,* 153—165. 4) *Ed. Nicolaus Hees, Manipulus Hemmenrodensis,* 1641 *(cf. supra p.* 112, *n.* 4*), p.* 50 *sq. Cf. 'N. Arch.' XXIX,* 259, *n.* 5. 5) *Ex parte ed. Holder-Egger, SS. XV,* 791—796. *Nonnulla correxit C. G. Roland, 'Un texte ms. du Miracula S. Gengulfi' ('Annales de la Société archéologique de Namur' XXVI,* 1906, *p.* 259—261*); cf. H. Moretus, Analecta Bollandiana XXVI,* 1907, *p.* 346. 6) *Eadem narratio in codice* 3*a*¹ *in breve coacta est (cf. infra p.* 166, *l.* 25*), atque eam in publico non legendam esse manus coaeva in margine libri* 2*e* adnotavit (ib. l.* 23*).* 7) *Inter vetustiores sunt codices saec. XI. B e r n e n s i s n.* 24, *B r u x e l l e n s i s n.* 3292 *(II,* 992, *antea Phillippsianus n.* 8391*), C a m e r a c e n s i s n.* 863 *(*767¹*). Nihil compertum habeo de V. Gengulfi, quae incipit:* Creator rerum Deus omnia *et extat in codice Korssendonckano a.* 1498. *exarato, nunc P a r i s i e n s i bibliothecae Mazarineae n.* 1733 *(*1329*), fol.* 13; *cf. A. Molinier, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque Mazarine' II,* 1886, *p.* 203. *Vitas Genulfi (Bibl. hagiogr. Lat. n.* 3352 *sqq.) cave ne pro Gangulfi accipias.*

c. 1. Erat enim] beatus Gengulfus *add.* 1*a*. a^*;

c. 4. nihilque utilitatis percipere posse ex hoc, quod tanti emerat] *haec om.* 1*a*. a^*.

1*b) Codex Sangallensis n.* 565, *saec. XI. in., pag.* 201—222; *post pag.* 206. *folium periit, ita ut verba c.* 2 (*p.* 158, *l.* 4) te]xtus. Quam — *c.* 3 (*p.* 159, *l.* 4) agebant, quae a[genda *desiderentur.*

$1b^1$) *Codex Monacensis n.* 701, *saec. XIV, lectionarium continet, cui inter lectiones e Vitis sanctorum haustas (fol.* 55—253′) *fol.* 80—81′. *Vitae Gangulfi c.* 1—5. *insunt. Necessitudinem cum* 1*b intercedentem loci demonstrant hi:*

c. 1. Vir itaque Domini] sanctus *add.* $1b^1$ *cum* 1*a. b.* $c^{1.2.3}$ (*non* $1c^4$);

c. 2. evasisset] adesset $1b^1$ *cum* 1*a. b.* $c^{1.2.3.4}$;

c. 4. ista ab eo dicta] i. ab eo dici 1*b*. b^1;

ib. sociata] *ita* 1*a. b.* b^1 *cum* $2c^1$. $3b^4$; sociatam *aut* sociati *rell.*

$1c^1$) *Codex Monacensis n.* 9536 (*Ober-Altaich n.* 36), *saec. XII, olim (fol.* 260′) 'S. *Petri in Obernaltach', fol.* 39′—47.

$1c^2$) *Codex Monacensis n.* 22241 (*Windberg n.* 41), *saec. XII, volumen alterum legendarii Windbergensis*[1], *fol.* 82—86.

$1c^3$) *Codex Romanus Vaticanus Latinus n.* 6444, *saec. XII, olim (fol.* 243′, *m. saec. XV) monasterii Canonicorum Regularium 'in maiore Franchentall inter Spiram et Wormaciam circa Renum' siti, fol.* 94—100. *Sanctus in hoc libro* Gingolfus *audit.*

$1c^4$) *Codex Monacensis n.* 23846 (*ZZ.* 846)[2], *saec. XV, fol.* 437′—442, *prologo caret.*

1*d) Codex Dresdensis R* 52ᵘ *inter particulas de tegumentis librorum detractas fol.* 49′. *et* 49. *ordine inverso fragmentum Vitae Gangulfi vel, ut ibi quoque vocatur, Gingolfi saec. XII. exaratae continet, scilicet c.* 7 (*p.* 162, *l.* 17) diu tuam non — *c.* 12 (*p.* 166, *l.* 1) persecutoris ultio sub[secuta].

2*a) Codex Carlsruhanus n. LXXXIIII, saec. XI, olim 'monasterii Augiae divitis', fol.* 40—47, *humore affectus est, ita ut textus hic illic evanuerit.*

2*b) Codex Monacensis n.* 2552 (*Alderspach n.* 22)[3], *saec. XII, fol.* 50—54′.

$2c^1$) *Codex archivi capitularis Civitatis Foroiuliensis in Museo Archaeologico asservati n. XXIII*[4], *saec. XI, olim in capitulo signatus 'lib.* 17', *fol.* 153′—158′, *prologo caret aeque atque*

$2c^2$) *codex Vindobonensis n.* 336 (*Hist. eccl.* 5), *saec. XIII. in., pars exemplaris cuiusdam legendarii Austriaci*[5], *fol.* 188′—190 (*errore* 200), *quocum quam maxime convenit, e. gr.:*

c. 1. adeo ut — sanctitatis *om.* $2c^{1.2}$;

c. 3. quae hodieque — nomine dedicata *om.* $2c^{1.2}$;

c. 13. vehebatur gleba] gl. ferebatur (fer. *m. al. superscr.* $2c^1$) $2c^{1.2}$;

c. 14. Ut enim ait — humilis corde *om.* $2c^{1.2}$;

ib. dum adviveret] dum | viveret $2c^1$; dum viveret $2c^2$;

ib. sed vel segni — detrimentum *om.* $2c^{1.2}$,

etsi $2c^2$ *ut recentior, ita deterior altero est, atque nonnulla suadere videntur,* $2c^2$ *ex libro* $2c^1$ *sive ipso sive tertio intercedente pendere, qui, folio completo, in ipsa Vita Gangulfi desinit, ita ut loci c.* 14. *omissi ad studium paginam non transgrediendi referri*

1) *Cf. Analecta Bolland. XVII,* 97 *sqq.* 2) *Cf. Holder-Egger, 'N. Arch.' XIII,* 582 *sqq.* 3) *Cf. ib. p.* 577 *sqq.* 4) *G. Mazzatinti, 'Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia' III,* 1893, *p.* 166, *codicem (n.* 12) *errore saeculo IX/X. attribuit.* 5) *Cf. Analecta Bolland. XVII,* 61.

possint; tamen loci pauci, quibus librarius $2c^2$ alterum superat, obstant, ne illum ex hoc aut ipso aut solo fluxisse statuamus.

2d) Codex C o l o n i e n s i s *archivi urbani inter Wallrafianos* n. 164 *(VI,* 21*), a.* 1463. *finitus, olim 'monasterii Corporis Christi Canonicorum Regularium in Colonia', fol.* 23′—29.

$2d^*$) Codex B r u x e l l e n s i s *n.* 3137, *vol. II, antea n.* 380—382, *saec. XV, olim* liber monasterii Canonicorum Regularium Vallis sancti Martini in Lovanio, collatus eidem a fratribus Swollensibus in subsidium fundationis prime, *fol.* 27—31, *quam maxime ad 2d accedit; cf. e. gr.:*

prol. proniores] prompt(c)iores *2d.* d^* *et m. al.* $3c^{2*}$;
c. 1. ruminare] imitari *2d.* d^*;
c. 6. amore — illecta] amore — illicito *2d.* d^*;
c. 9. appetere maluisset] app. non valuisset *2d.* d^*.

2e) Codex E i n s i d l e n s i s *n.* 247, *saec. XII, p.* 308—328, *et*

$2e^*$) codex S t u t t g a r t e n s i s *Bibl. fol.* 58, *saec. XII, olim Zwifaltensis n.* 167, *vol. III, fol.* 50—53′, *textum similem iisdem interpolationibus auctum exhibent et maiore c.* 11 *(infra p.* 165*) et minoribus his:*

c. 2. thelonei [negociis vel *add. 2e.* e^*] lucris;
c. 14. Nec ociose praetermittendum (praetereundum *2e*) esse] arbitror illos increpare *add. 2e.* e^*;
c. 15. memoria sanctissimi confessoris Domini Gangulfi (Gangolfi *2e.* e^* *cum aliis*)] tercio (III° $2e^*$) Idus Maii celebrata *add. 2e.* e^*,

alibi quoque passim convenientes, neque vero unus ex altero pendet, sed uterque mendis peculiaribus inquinatus est.

3a) Codex R o m a n u s *Vaticanus Reginae Latinus n.* 561, *saec. XI, olim liber S. Remigii Remensis*[1], *fol.* 93—100.

$3a^1$) Codex R o m a n u s *Vaticanus Reginae Latinus n.* 541, *saec. XII. in Gallia scriptus, fol.* 87′—90′. *Narratio obscoena de ultione mulieri illata (c.* 13*) in pauca verba contracta est.*

$3a^2$) Codex T r e v e r e n s i s *bibliothecae urbanae Cat. mss. n.* 1151, *Num. loc.* 454 *(antea n.* 963*), saec. XIII, volumen tertium legendarii S. Maximini, fol.* 46′—50′. *Ex hoc libro descriptus est*

$3a^{2*}$) codex L o n d i n i e n s i s *Musei Britannici inter Harleianos n.* 3597, *olim* codex monasterii beate Marie ad Martires prope Treverim, *atque a.* 1475. *a fratre Oiswaldo de Welschpilsch exaratus, fol.* 85′—92*: cf. e. gr.*

prol. reperire valeamus] reperimus $3a^2$. a^{2*};
ib. perdere] reddere $3a^2$. a^{2*};
c. 1. deturpare] turbare $3a^2$. a^{2*};
c. 4. pro superius fato fonte] superius :::: (*corr.* pro) fonte $3a^2$; superius pro fonte $3a^{2*}$;
c. 11. stauroforia] saurophoria $3a^{2.\,2*}$,

neque minus $3a^{2*}$ in praescriptionibus capitum cum altero convenit.

$3a^3$) Codex B r u x e l l e n s i s *n.* 3221, *vol. II, antea n.* 9120, *saec. XIII, fol.* 22—24′.

$3b^1$) Codex O x o n i e n s i s *bibliothecae Bodleianae Add. D.* 106, *saec. XI, olim inter codices a Libri a.* 1859. *venditos atque a.* 1886. *bibliothecae Bodleianae illatus, in cuius catalogo impresso n.* 29645. *distinctus est*[2], *fol.* 90′—95′.

1) *Cf. A. Poncelet, Catalogus codicum hagiograph. Latin. bibliothecae Vaticanae,* 1910, *p.* 372. 2) *F. Madan, 'A summary catalogue of western MSS. in the Bodleian library at Oxford' V,* 1905, *p.* 665.

3b²) *Codex seminarii* Namurcensis *saec. XI, olim S. Gerardi Broniensis, fol.* 162—164'.

3b³) *Codex* Bruxellensis *n.* 3239, *antea n.* 18018, *saec. XII, olim (saec. XVI)* 'liber Sancti Petri Laubiensis', *fol.* 146'—151'.

3b⁴) *Codex* Namurcensis *bibliothecae civitatis n.* 53, *saec. XII, olim (fol. 2. m. saec. XVII)* Monasterii sancti Huberti in Arduenna catalogo inscriptus Tomus 2, *cuius monasterii documenta*[1] *iam saeculo XII. fol.* 1'. *illata sunt, fol.* 34'—38. *V. Gangulfi continet*[2], *parte prologi omissa hac: p.* 155, *l.* 8. qui post priorum — *p.* 156, *l.* 9. quae super terram.

3c¹) *Codex* Trecensis *n.* 1, *saec XIII. in., olim pars tertia legendarii Claraevallensis atque Q.* 70 *signatus, fol.* 65'—69.

3c²) *Codex* Divionensis *n.* 640 *(383*[III]*), saec. XIII, olim (fol. 1, m. rec.)* Liber Cistercii, *fol.* 45'—49.

3c²*) *Codex* Parisiensis *n.* 9740 *(Suppl. Lat.* 243, 3*), saec. XII, olim Epternacensis, fol.* 26—32', *cuius paucae lectiones exscriptae sunt, cum* 3c² *necessitudine quadam coniunctus videtur esse*[3]*; cf.*

prol. reddit affectio] reddidit aff. 3c²· ²* *(non* 3c¹*)*;

interpolatio c. 14. parum ignoramus] tamen *add.* 3c¹· ² *et m. al. in ras.* 3c²*.

3d) *Codex* Berolinensis *Latinus n.* 123 *(Phillippsianus n.* 1839*) saec. XIII, olim S. Vincentii Mettensis*[4], *deinde* Collegii Parisiensis Soc(ietatis) Iesu *(Claromontani), tum a.* 1764. *G. Meermani, denique a.* 1824. *Thomae Phillipps, fol.* 220—222', *prologo caret. E quo descriptus est*

3d*) *codex* Parisiensis *collectionis Chesnianae*[5] *n.* 84, *saec. XVII, fol.* 358—361'. *quibus praescriptum est:* Ex cod. S. Vincentii Metensis, *scilicet* 3*d, id quod vel ex unico loco* 3*d mihi comperto*[6] *confirmatur:*

c. 1. alto parentum germine] a. p. sanguine 3*d. d**.

3e¹) *Codex* Londiniensis *Musei Britannici inter Harleianos n.* 2800, *saec. XIII. in., volumen primum legendarii Arnsteinensis, fol.* 169'—172.

3e¹*) *Codex* Bruxellensis *n.* 3132, *vol. I, antea n.* 207—208, *saec. XIII, fol.* 241—243', *quam maxime cum* 3e¹ *convenit; cf. e. gr.*

c. 9. ut quo modo ei necem inferrent] quomodo ei n. inf. 3e²· ³ *cum aliis;* qualiter ei n. inf. 3e¹· ¹*;

c. 15. qui cum deo Patre — saecula saeculorum. Amen] *hanc clausulam om.* 3e¹· ¹* *(non* 3e²· ³*)*.

3e²) *Codex* Bonnensis *S.* 369 *(226, a), saec. XIV, fol.* 182'—187.

3e³) *Codex* Duesseldorfensis *C.* 10*b, saec. XV, fol.* 182—188.

Breviaria coenobii Murbacensis excerpta Vitae continent in lectiones octo divisa:

4a) *Codex* Colmariensis *n.* 421, *saec. XIII, fol.* 186, *qui iam. foliis deperditis, in lectione* 6. *mutilus incipit, continens non nisi c.* 3 *(p.* 159, *l.* 9 — *l.* 14*)* ‖ et nomine dedicata — acuendo illustrabat *(= lectio* 6. 7*) et c.* 1 *(p.* 157, *l.* 13 — *l.* 15*)* Erat enim reverendus — profunda respuens *(= lectio* 8*), et breviarium alterum fortasse e* 4*a descriptum, sed adhuc has lectiones integras exhibens, scilicet*

1) *Cf. G. Kurth, 'Chartes de l'abbaye de Saint-Hubert en Ardenne' I,* 1903, *p.* 93 *(n.* 77*).* 608. 2) *Cf. 'Archiv' VIII,* 477; *'N. Archiv' II,* 265; *Analecta Bollandiana I,* 508. 3) *Etiam codices* Parisienses *n.* 11757, *saec. XIII, fol.* 52—54', *et n.* 16737, *saec. XII. ex., fol.* 45—47'. *et iterum fol.* 134'—136' *(Catalogus codicum hagiograph. Latin. Paris. III,* 71. 358. 360*) generis* 3*c esse, simillimum veri est.* 4) *Cf. V. Rose, 'Verzeichniss der Lateinischen Handschriften der Königl. Bibliothek zu Berlin' I,* 1893, *p.* 259 *sqq.* 5) *Cf. R. Poupardin, 'Bibliothèque Nationale, Catalogue des manuscrits des collections Duchesne et Bréquigny',* 1905, *p.* 98 *sq.* 6) *Rose l. l. p.* 265.

4b) codex C o l m a r i e n s i s *n.* 430, *saec. XIII/XIV, fol.* 329—329', *cui insunt Vitae Gangulfi prologus (p.* 155, *l.* 4 — *l.* 17*)* Veneranda f e s t i v i t a s beati Gangolfi egregii martiris Christi — proveheret, sublimaret *(= lectio* 1—4*) et c.* 3 *(p.* 159, *l.* 5 — *l.* 14*)* Hic beatissimum hunc — acuendo illustrabat *(= lectio* 5—7*) et c.* 1 *(p.* 157, *l.* 13 — *l.* 15*)* Erat enim reverendus — profunda respuens *(= lectio* 8*).*

Epitome Vitae Gangulfi Legendae Aureae postea adiuncta est[1] *aliaeque in legendariis et lectionariis saepius inveniuntur, e quibus a me visi sunt codices* R o m a n i *Vaticani Palatini Latini n.* 439, *saec. XV, fol.* 140—141' *(inc.* Vir Domini sanctus Gingolfus Burgundia oriundus, nobilis genere, *des.* in ecclesia beati Petri, quam ipse construxit, honorifice sepelierunt; in cuius honore Dominus prestat multa beneficia, qui vivit et regnat*), et n.* 863, *saec. XIV/XV, fol.* 15—15' *(inc.* Vir Dei Gingilfus secundum seculum nobilis, Burgundia oriundus, *des.* turpi pena punitur usque ad finem vite*), et* V i n d o b o n e n s i s *n.* 1675 *(Nov.* 208*), saec. XIV, a Petro rectore capellae S. Hieronymi in Wienna saec. XV. donatus ad domum Portae beatae Mariae in Axpach ordinis Carthusiensis, fol.* 29'—30 *(inc.* Angolfus ex nobili progenie Burgundie oriundus, *des.* mortuus crepuit medius*), scilicet Legendae Aureae appendix c.* 204, *parte extrema omissa, et* V r a t i s l a v i e n s i s *bibliothecae universitatis IV. F.* 183, *saec. XV, olim ecclesiae cathedralis Neissensis, vol. I, fol.* 194'—196 *(inc.* Vir Dei Gangolphus nobilis fuit, *des.* non sunt in hoc libro scripta, etc.).

Codices in duas partes discedunt, quarum alteram libri classis primae, alteram reliqui occupant, et hi et illi mendis communibus inquinati, etsi classis prima saepius praestare videtur: cf. e. gr.:

prol. gloriosa] *ita* 1*a. b.* $c^{1.2.3}$; gratiosa *rell.;*
ib. vacuum erat — — privatos sua perdere, miseros flere] *ita* 1*a. a'. b.* c^{1} *(ubi* v. ierat*).* $c^{2.3}$ *(om.* sua); vacabat — — privatis perdere, miseris flere *modo usitatiore rell.;*
c. 7. contagione] *ita* 1*a. b.* $c^{1.2.3}$; contagiam vel contagione 1c^{4}; contagio *rell.; cf. c.* 12: sceleris contagione;
c. 15. miraculorum insignia] *ita* 1*a. b.* $c^{1.2.3.4}$; mir. signa *rell.; cf. c.* 13: prodigiorum eius insignia;
c. 1. scripturas tamen normae ecclesiasticae] *ita* 1c^{4} *cum rell.* (*cf. Sedulii Carm. pasch., prol.:* scripturas autem ecclesiastici dogmatis); scripturarum t. normam ecclesiasticam 1*a. b.* b^{1}. $c^{1.2.3}$;
c. 4. habilis] *ita rell.;* abilis 2*d*; amabilis 1*a. b.* b^{1}. $c^{1.2.3.4}$.

E libris primi generis codices 1*c vinculo quodam artiore cum* 1*b conexi videntur esse:*

c. 5. in loco] incola *(m. al. corr.* in solo 1*b)* 1*b.* b^{1}. c^{4}; incole 1$c^{1.3}$;
c. 8. simul pacienter vivere, simul] pac. v. simul *om.* 1*b.* $c^{1.3.4}$;
c. 15. volet] valet 1*b.* $c^{1.2.3.4}$,

dum inter ipsos maior necessitudo intercedit:

c. 11. quas gemina in div. disp. aff., quoniam quidem] et qu(a)e (qui 1c^{3}) de *pro his habent* 1$c^{1.2.3.4}$,

e quibus 1$c^{1.2}$ *etiam propius ad se accedunt:*

prol. possidet caelum] praedicamus 1$c^{1.2}$ *(non* 1c^{3}*);*
c. 11. Willegossa atque Willedrudis] *haec om.* 1$c^{1.2}$; Willegossa atque *om.* 1*a. b.* $c^{3.4}$,

atque libro 1c^{4} *recenti nonnullis locis lectiones classis diversae illatae sunt.*

E fragmenti 1*d mendis peculiaribus e. gr. afferantur:*

c. 7. pendens carnem] pendentem (*om.* carnem) 1*d*;
c. 11. summa dilectione] d. s. 1*d*;
ib. in mundo] in terra 1*d*.

1) *Cf. supra p.* 147.

E reliquis libris codices 3 *saepius contra textum* 2 *meliorem faciunt atque et interpolatione c.* 14 *(p.* 169*)*[1] *et aliis mendis distinguuntur, velut*

c. 2. si — exerceantur, — aliquis subiacebit] si — exerceat aliquis, — subiacebit 3*a.* $a^{1.2}$. b^{4}. $c^{1.2}$. d^{*}. $e^{1.1^{*}.2.3}$;

c. 3. interius tamen] in pectore eius (e. p. 3a^{1}) *add.* 3*a.* $a^{1.2}$. b^{4}. $c^{1.2}$. d^{*}. $e^{1.1^{*}.2.3}$;

c. 13. non est huic paginae, licet sit horridum dictu, incongruum inserere] *ita rell.* (*cf. c.* 12: non est incongruum huic narrationi inserere); non est ineptum (incongruum *solus* 3b^{4}), l. sit horr. (horrendum 3d^{*}) d., huic p. ins. 3*a.* $a^{2.3}$. $b^{1.4}$. $c^{1.2}$. d^{*}. $e^{1.1^{*}.2.3}$;

ib. ab ore] (a *add.* 3b^{4}. $c^{1.2}$. $e^{1.1^{*}.2.3}$) gutture (illius *add.* 3b^{4}. $c^{1.2}$) 3*a.* $a^{2.3}$. b^{4}. $c^{1.2}$. $e^{1.1^{*}.2.3}$ (*locus immutatus est* 3a^{1}); ex eius gutture 3d^{*};

c. 14. non pleniter legimus] plen. *om.* 3*a.* $a^{1.2.3}$. $b^{2.3.4}$. $c^{1.2.2^{*}}$. d^{*}. $e^{1.1^{*}.2.3}$; *at cf. prol.:* haud pleniter scimus.

E quibus libri 3*a.* $a^{1.2.3}$ *et aliis locis affinitatem produnt et narratione de 'lucerna divinitus accensa' (infra p.* 167*) post c.* 13. *inserta, quae a reliquis codicibus abest. Codex autem* 3a^{3}, *lectionibus ut videtur originis diversae illatis, haud semel ab affinibus* 3*a.* $a^{1.2}$ *recedit, ad quorum proavum etiam libri* 3*(d).* d^{*}. $e^{1.1^{*}.2.3}$ *referendi sunt, artissime cum hac familia coniuncti:*

prol. devotione [colenda *add.* 3$a^{2^{*}}$. $e^{1.1^{*}.2.3}$, colendo 3*a.* $a^{1.2}$] amplectenda *(non* 3$b^{1.4}$. $c^{1.2.2^{*}}$*);*

ib. quae sursum sunt [sapit et *add.* 3*a.* $a^{1.2.3}$. $e^{1.1^{*}.2.3}$] querit *(non* 3b^{1}. $c^{2^{*}}$; *haec desunt* 3b^{4}. $c^{1.2}$*);*

c. 13. Pippinus] Lo(u)do(e)w(v)icus 3*a.* $a^{2.3}$. d^{*}. $e^{1.1^{*}.2.3}$ *(non* 3$b^{1.4}$. $c^{1.2}$; *immutatus est* 3a^{1}*),*

etsi ex his codices 3$e^{1.1^{*}.2.3}$ *reliquis multo deteriores sunt, pluribus vitiis communibus inquinati, e. gr.:*

prol. constitutus] institutus 3$e^{1.1^{*}.2.3}$;

c. 2. Matheum vero — — negotiis resedisse] *haec om.* 3$e^{1.1^{*}.2.3}$;

c. 7. adseverare] asserere 3$e^{1.1^{*}.2.3}$.

Libri 3$b^{1.2.3.4}$ *cum* 3$c^{1.2}$ *vinculo artiore conexi sunt:*

c. 9. eoque evaginato, ut caput dormientis amputaret, dum manum in alto libravit] eumque libravit, *ceteris omissis,* 3$b^{1.2.3.4}$. $c^{1.2}$,

utque codices 3$c^{1.2}$ *mendis peculiaribus affecti sunt, e quibus nonnulla infra p.* 153. *attuli, ita haud semel* 3$b^{1.2.3.4}$ *erroribus communibus coniuncti ab eis recedunt:*

prol. extolleret, proveheret, sublimaret] *ita* 3$c^{1.2.2^{*}}$ *cum rell.;* extolli prov. et subl. 3$b^{1.2.3}$ *(haec desunt* 3b^{4}*);*

ib. fide integra, spe robusta — — bonitate conspicua] *haec om.* 3$b^{1.4}$ *(non* 3$c^{1.2.2^{*}}$*).*

Nullus codicum vitiis immunis est, ideoque hic illic etiam librorum deteriorum ratio habenda erat. Ne autem apparatus nimia congerie lectionum inutilium oneraretur, varias lectiones universas non adnotari nisi 1*a. b.* 2*a.* 3*a; deinde libros* 1c^{1}. 2*b.* c^{2}. *d. e.* 3$a^{2.3}$ *adhibui, sed lectiones singulorum peculiares haud paucas plerumque reieci, cum alios codices hic illic curaverim. Libros* 1*a. b.* 2*a B. Krusch v. c. contulit, idemque specimina* 1a^{*}. c^{2}. 3$b^{2.3}$. $c^{2^{*}}$ *sumpsit; ipse codices* 1c^{1}. *d.* 2*b.* c^{2}. *d. e.* e^{*}. 3*a.* $a^{2.3}$. b^{4}. $c^{2.3}$ *contuli,* 1b^{1}. $c^{3.4}$. 2c^{1}. d^{*}. 3$a^{1.2^{*}}$. b^{1}. $c^{1.2}$. d^{*}. $e^{1.1^{*}}$. 4*a. b examinavi.*

Vita Gangulfi, prologo et c. 14. *et* 15. *nonnullisque aliis omissis, primum Coloniae a.* 1483. *edita est*[2] *in appendice Legendae Aureae, cui inscriptum est:* ***Historie plurimorum sanctorum*** *noviter addite, laboriose collecte et prolongate, fol.* 283[b]

1) *Hoc loco non de enuntiato agi ob homoeoteleuton in libris* 1. 2 *omisso, id quod primo aspectu fortasse statuatur, sed de additamento classis* 3, *omni indole codicum iterum iterumque considerata, mihi persuasum est.* 2) *Alteram editionem (Lovanii* 1485*) non vidi.*

— 285[a]. *Post c. 3. fabella de lucerna divinitus accensa legitur, quae in codicibus nostris 3a. a[1.2.2*.3] post c. 13. extat, neque minus lectiones alius originis deprehenduntur. Deinde*

Laurentius Surius, *De probatis sanctorum historiis III, Coloniae Agrippinae* 1572, *p.* 163—166, *Vitam ex 'antiquis' codicibus, quibus nonnullae lectiones 3a. e inerant, typis mandavit neque vero integram; sed capita* 14. 15. *absunt, 'et stylus passim nonnihil mutatus est, et pleraque compraehensius reddita', more apud Surium usitato.*

Godefridus Henschenius, *Acta sanctorum, Maii tom. II, Antverpiae* 1680, *p.* 644 —648, *complures codices adhibuit, scilicet Windbergensem (1c²), Treverenses S. Maximini (3a²) et S. Martini (item generis 3a), Wingartensem, Vaticanum reginae Christinae n.* 81 *(sive 3a sive 3a¹), Florinensem, Carthusiae Confluentinae, Rubeaevallis (fortasse Hagiologium Brabantinorum Iohannis Gielemans, hodie codicem Vindobonensem bibliothecae imperatoris Austriaci privatae n.* 9363; *cf. Analecta Bolland. XIV,* 48*), 'illustrem' codicem bibliothecae Bollandianae, denique libros Montis S. Mariae et Accincti, qui c.* 4. cibum *pro* gentaculum *cum 3c¹·² exhibebant, itemque aliae lectiones eiusdem generis in textu Henschenii deprehenduntur; cf. e. gr.*

prol. ad deteriora] ad exteriora *Hensch. cum 3c¹·²; haec om. 3c²*;*

ib. qui ea quae sursum sunt querit, non quae super terram] *haec om. Hensch. et 3c¹. 3c² (versu exeunte);*

ib. narratione contigit emanasse] cont. narr. manasse *Hensch. cum 3c¹·²;*

c. 15. silentii modio contegi et non ad profectum — — publicari ad laudem et gloriam summae lucis et viae, veritatis et vitae, Dei et domini nostri] sil. nodo arceri (arc. *om. 3c¹*) et non ad *(versus incipit 3c²)* summ(a)e lucis et vi(a)e *(et add. Hensch.)* verit. et vit(a)e societatem efferri, Dei ac domini n. *Hensch. cum 3c¹·².*

E qua editione frustulum iteravit

Martinus Bouquet, *'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis* 1741, *p.* 635.

Inde a saeculo X. codices Vitae supersunt, eoque aevo cultu Gangulfi iam magis propagato, etiam Gerardus episcopus Tullensis (963—994) reliquias eius a pontifice Lingonensi impetravit et ecclesiam in honorem sancti construxit, monasterio sanctimonialium adiuncto[1], *idque fortasse eo facilius fieri poterat, quod monasterium S. Gangulfi Varennense aetate illa per aliquod tempus inter possessiones ecclesiae Tullensis fuerat*[2].

1) *Quod ante annum* 978. *contigit, quo translatio Apri Kalendis Iuniis facta est; cf. Mirac. Apri c.* 32 *(SS. IV,* 519 *sq.); V. Gerardi Tull. auctore Widrico c.* 5 *(ib. p.* 494*). Coenobium sanctimonialium, 'quia inibi ultra modum sancta castitas patiebatur dispendium', non diu perstitit; quod Udo episcopus (*1051—69*) restitutum canonicis tradidit; cf. chartas Udonis episcopi et Heinrici IV. regis a.* 1065 *(A. Calmet, 'Histoire de Lorraine' II²,* 1748, *col. CCCXXIV sqq.; Stumpf, 'Reichskanzler' II, n.* 2671*a et* 2672*) et Gesta episc. Tull. c.* 43 *(SS. VIII,* 645*). Cf. E. Martin, 'Histoire des diocèses de Toul, de Nancy et de Saint-Dié' I,* 1900, *p.* 162 *sqq.* 214. 2) *In charta Ottonis II. a.* 973. *Gerardo episcopo Tullensi concessa (MG. Dipl. II,* 73, *n.* 62*)* abbatia sancti Gengulphi Verennensis monasterii, quam praedecessor eius Gauzilinus *(*922—962*)* suae ecclesiae legaliter restituit, *commemoratur; tamen haec verba suspicione interpolationis non carent, atque potius Gauzlinum 'abbatiam de Varennis' Achardo episcopo Lingonensi commutatione facta dedisse testatur auctor Gestorum episc. Tull. c.* 33 *(l. l. p.* 640*); cf. Widrici V. Gerardi c.* 21 *(SS. IV,* 503*) de controversiis subsequentibus. Ecclesia a.* 1084. *a Rainardo episcopo Lingonensi, petente Rainerio domino Causeoli, coenobio Molismensi concessa atque prioratus eiusdem facta est; cf. J. Laurent, 'Cartulaires de l'abbaye de Molesme' I ('Collection de documents publiés avec le concours de la Commission des antiquités de la Côte-d'Or' I), Parisiis* 1907, *p.* 211 *sq. (cf. p.* 90 *sqq.). Episcopus in charta fundationis (ib., tab. VI; cf. vol. II,* 1911, *p.* 36 *sqq.* 385. 561*) commemoravit* ecclesiam in honore beati Petri apostoli et sancti Gengulfi martyris dedicatam in loco qui

Translatio autem reliquiarum occasionem dedit Vitae retractandae, id quod non ante a. 975, sed vivo ut videtur Gerardo episcopo († 994) Tulli factum est. Biographus Gangulfi alter codice Vitae prioris generis 3a usus est, cui velut libris nostris 3a. $a^{1.2.2^*.3}$ *fabula de lucerna coram rege divinitus accensa inserta erat*[1], *quique etiam in c.* 13. *una cum codicibus 3a. d. e nomen Ludowici regis pro Pippini exhibebat*[2], *atque auctor Tullensis vestigia decessoris secutus, in universum easdem res verbis aliis saepiusque pluribus enarravit, etsi pauca addidit cum alia minoris momenti tum nonnulla de origine Burgundionum, quae e Passione Sigismundi*[3] *et fortasse ex Orosio deprompsit, eoque ab ordine Vitae I. recessit, ut narrationem illam lucernae loco magis congruo post* c. 3. *neque post* c. 13. *collocaret*[1] *et poenam mulieris probrosam prius referret quam mortem clerici scelerati. Denique Vitae retractatae miracula quattuor subiunxit, quae tempore Gerardi in translatione illa reliquiarum et paulo post Tulli contigissent, atque unum ex iis (c. 3) anno* 975. *aut* 986. *attribuendum videtur*[4].

Opus auctoris Tullensis nondum typis mandatum est neque dignum videtur, quod integrum publici iuris fiat; tamen partes a Vita priore alienas, scilicet prologum satis amplum et caput ad Burgundiones spectans Miraculaque Tullensia, Vitae I. infra p. 170—174. *subiunxi, frustula quoque nonnulla partis ex hac pendentis in adnotationes recepi. Codices autem Vitae II. duo mihi praesto fuerunt:*

1) *Codex* B e r o l i n e n s i s *Ms. theol. Lat. oct.* 155 *(olim Phillippsianus n.* 16372)[5], *saec. XI, fol.* 91′—113′, *ubi Vitae hymnus in honorem Gangulfi versibus Asclepiadeis compositus praefixus est, quem infra p.* 170. *edidi*[6]. *Cum margines foliorum admodum humore affecti sint, litterae nonnullae versuum singulorum absunt, quas supplet*

2) *codex* M e t t e n s i s *n.* 395, *saec. XII, olim (fol.* 1, *m. saec. XVII)* liber S. Arnulphi, *fol.* 155—164, *quem B. Krusch v. c. inspexerat, ipse una cum* 1 *contuli, postquam E. Paulus bibliothecae praefectus b. m. locos quosdam me rogante officiosissime exscripsit.*

Aliquot annis antequam alter biographus vitam miraculaque Tullensia Gangulfi descripsit, etiam H r o t s v i t h a *sanctimonialis illa clarissima Gandersheimensis, gestis eius potita, Vitam priorem distichis aptavit. Narrationem decessoris in universum secuta, tamen libertate poetica usa hic illic ab eo digressa est, ita ut nonnulla immutaverit, suppresserit, addiderit*[7], *maximeque fabellae de fonte vendito et transvecto exornandae institit. Cumque non Varennas, sed Tullum pro loco sepulchri attulerit (v.* 494. 525), *eam post reliquias eo translatas neque ante a.* 963. *carmen perfecisse intellegitur, neque vero de ea re coaeva satis accurate instructa erat, cum etiam in altera Vita Gangulfum in ecclesia Varennensi sepultum esse et tempore demum Gerardi episcopi reliquias eius Tullum perlatas esse referatur. Carmen Hrotsvithae de Gangulfo vel, ut apud eam audit, Gongolfo post alios ediderunt Paulus de* W i n t e r f e l d, *Hrotsvithae Opera (inter Scriptores rerum Germanicarum), Berolini* 1902, *p.* 35—51, *et Karolus* S t r e c k e r, *Hrotsvithae Opera, Lipsiae* 1906 *p.* 36—53[8]. *W. L e v i s o n.*

dicitur Varennas sitam, qui locus predicti martyris possessio fuisse dinoscitur; *quae verba e V. Gangulfi c.* 3. 4. 11. *pendere patet.* 1) *Cf. infra p.* 159, *n.* 4, *et p.* 167. 2) *Ib. p.* 167, *n.* 3. 3) *Ed. Krusch, SS. R. Merov. II,* 333. 4) *Cf. infra p.* 173, *n.* 4. 5) *Cf. Hampe, 'N. Arch.' XXII,* 688. 6) *U. Chevalier hymnum in Repertorio hymnologico non attulit.* 7) *Köpke l. l. p.* 48 *sq. et A. Ebert, 'Allgemeine Geschichte der Literatur des Mittelalters' III,* 1887, *p.* 290 *sqq. adnotaverunt, quibus rebus maxime Hrotsvitha ab auctore discessisset, neque vero de Vita priore ab ea adhibita dubitari potest neque de Vita Tullensi agi constat.* 8) *Partem carminis, qua de fonte vendito agitur, liberius retractatam P. de Winterfeld linguae Teutonicae reddidit in opere postumo 'Deutsche Dichter des Lateinischen Mittelalters', Monachii* 1913, *p.* 207—210 *(cf. p.* 503 *sq.).*

I.

IN NOMINE DOMINI INCIPIT VITA[a] SANCTI[b] GANGULFI[c] MARTYRIS[d] CHRISTI.

Veneranda[e] commemoratio beatissimi Gangulfi[f], egregii confessoris[g] Christi, adest litteris intimanda; quae licet omnibus pie viventibus sit venerabilis et colenda, illis tamen est praecipua devotione[h] amplectenda, quos proniores in eius veneratione dignissima reddit affectio. Hic enim eorum[i] est specialis patronus et certa provisio, quos protegit meritis[k], virtutibus illustrat; qui post priorum sanctorum virtutes et exempla in ultimis aevi[l] metis[m, 1] ipsorum imitator existens, veluti iubar splendidissimum[n, 2] in orbe refulsit, et in seculari habitu constitutus, ad spiritalis[o] agonis tyrocinium properans[p], contra antiqui hostis temptamenta viriliter decertavit et post, tamquam[q] miles emeritus et diutina[r] exercitatione instructissimus praeliator, cum triumpho bonae operationis caelestis patriae senatum[3] possidet[s] laureatus. Vere felix, vere gloriosus, cui concessum est, ut, mundo iam ad deteriora lapso et plurimis a[t] via veritatis exorbitantibus, per semitam iustitiae indefesse[u] incederet[v] et arcem fidei super Christum fundatam merito[v*] suae actionis nobiliter extolleret, proveheret, sublimaret! Iure ergo[w] eum[x] aequalem[y] ceteris sanctis possidet[z] caelum, quibus adhuc[a] in terris positus mente inseparabiliter extitit sociatus. Sed[b] de isto nobis specialiter sermo agitur, cuius tota conversatio bonorum operum speculum facta est mundo, cui iuxta apostolum *vivere Christus* [Phil. 1, 21.] *fuit et mori lucrum*, et carne, ut diximus, in[c] imis detentus, animo semper in caelestibus versabatur, *dissolvi cupiens et esse cum Christo;* [Ib. 1, 23.] quique[d], secundum quod vates divinus praecipit[e], spiritale[f] canticum *in tuba ductili et voce tubae corneae* [Ps. 97, 6.]

I. Prol. 1a. b. (c^1). 2a. (*b. d. e*). 3a. ($a^{2.3}$).

Prol. a) *ita* 1a; In nomine Domini *om. rell.; praescriptio incipit* Inc. vita et (v. et *om.* 1a*. $3a^{1.2}$) passio 1a*. $3a^{1.2.3}$; Incipiunt gesta 2d; Prologus in vitam $1c^{1.2}$; Inc. ::::::: prologus *m. al. corr.* Inc. prologus de passione 2e; Prefatio in passionem 2b; *prologum om.* $2c^{1.2}$. b) beati 1b. $3a^1$. c) *ita scripsi;* Gengulfi 1a. 2a. d. 3a. $a^{1.2.3}$; Gengolfi 1a*. c^2; Gangolfi 1b. 2b. e; Kangolfi $1c^1$; ęgregii *add.* 3a (*cf. l. 4*). d) *ita* 1a. a*. b. c^2; militis martyrisque Chr. $3a^3$; Chr. *om.* $1c^1$. 2b. d. 3a. $a^{1.2}$; m. Chr. *om.* 2e; confessoris *pro* m. Chr. 2a. e) *caput* I. *inc.* $3a^3$; Ven. *om.* 2e. f) *ita deinceps (aliter p.* 164, 21. 166, 21). $3a^2$; Gangolf. *semper (excepta p.* 160, 5) 1b (*hoc loco prius* g *in litura*). 2e; Gengolf. *semper* $1c^{1.2}$; Gengulf. *plerumque* 2b *et semper rell.* g) martyris $1c^1$. 2d; et marty(i)ris *post* Chr. *add.* 3a. $a^{1.2.3}$. h) colenda *iterant* $3e^{1.2.3}$; colendo *add.* 3a. $a^{1.2}$. i) eorum sp. est 2b; est sp. eorum 3a. a^2; est eorum sp. $3a^1$. k) et *add.* 2b. $3a^{1.2.3}$ (*non* 3a). l) evi *m. al. corr.* eius $1c^1$, *et ita* 1b. m) meritis 1a. b. c^3. 3a (*non* $1c^1$. $3a^{1.3}$); temporibus *in litura* $3a^2$. n) splendissimum 2a (*pr. m.*). d. o) spiritual. 2b. d. $3a^3$. p) se praeparans (1a). q) postquam (*om.* tam) 1b. $3a^1$; quasi 2e. r) divina $3a^3$; diutinam exercitationem 3a (*non* $3a^{1.2}$). s) possedisșet (1a). t) ad via 3a. u) indefessam 3a (*non* $3a^{1.2.3}$). v) cederet (*m. al. corr.* succederet 1a, incederet 1b) *pr. m.* 1a. b; *prima syllaba evanuit* 2a. v*) me non suae 3a; et ad arcem f. s. Chr. fundamenta merito sive nobilitatis active extoll. $3a^2$; m. s. a. nobili 2d; nob. *om.* $3a^1$. w) *bis scr., sed corr.* 1a. x) cum $3a^2$; v i t a e c o r o n a (conona *pr. m.*) l a u r e a t u s *pro* eum aequ. 2e (*non* 2e*). y) cum *add.* 2e. 3a. a^1. z) cael. poss. $3a^3$; praedicamus *pro* p. c. $1c^{1.2}$ (*non* $1c^3$). a) in terris adhuc 3a. b) Et *pro* Sed 1b. c^1. 2a; et *add.* 3a. a^2. c) mimis 1a; nimis $3a^3$; ut unus *pr. m.* 2e (*non* 2e*). d) Quibus 3a. e) precepit 2b. $3a^3$. f) spirituale 2b. d. $3a^3$.

1) *Cf. Vergili Aen. X*, 472: m e t a s que dati pervenit ad a e v i; *Silii Italici Pun. X*, 208: m e t a s hic Aufidus a e v i servabat; *Statii Silv. V*, 3, 255: aevi transcendere metas. 2) *Cf. V. Galli auct. Walahfrido I*, 1 (*SS. R. Merov. IV*, 285): veluti splendidum ignei solis iubar. 3) *Cf. Sedulii Carmen paschale, prol. (ed. Huemer, Corpus script. eccl. Lat. X*, 9): ut in c a e l e s t i s p a t r i a e s e n a t u fieri mereatur adlecta; *hymnum de Petro et Paulo v.* 8 (*Chevalier, Repert. hymnol. I, n.* 1596; *Cl. Blume, Thesauri hymnologici hymnarium I [Analecta hymnica medii aevi LI]*, 1908, *p.* 216): vitae s e n a t u m l a u r e a t i p o s s i d e n t; *Vitam I. Hildulfi* § 8 (*H. Belhomme, Historia Mediani in monte Vosago Monasterii*, 1724, *p.* 57; *AA. SS. Iulii III*, 222): post d i u t i n a m in Christi a g o n e m i litiam vitae s e n a t u m l a u r e a t u s intravit.

Deo iugiter modulatus est. Tuba quippe ductilis, quae crebris percussionibus ex metalli massa producitur, mortificationem carnis designat, et ille in tuba ductili cf. Gal. 5, 24. 1. Cor. 9, 27. Deo canit[a], qui carnem suam cum vitiis et concupiscentiis crucifigit, qui castigat corpus suum et in servitutem redigit, ut productum[b] extenuatumque disciplinis caelestibus supernam possit concinere melodiam. Tuba vero cornea caelestem conversationem figuraliter exprimit; cornu[1] quippe de carne nascitur, sed carnem excedens, carneam[c] mollitiem deserit et in osseam proficit firmitatem. In tuba ergo cf. 2. Cor. 10, 3. cornea[d] Deo psallit, qui in carne ambulans non secundum carnem militat, qui ea cf. Col. 3, 1. 2. quae sursum sunt[e] querit, non quae super terram. Talis huius sancti conversatio, talis eius[f] tota vita fuit, sancta, innocua, celebs, gloriosa[g], fide integra, spe robusta, caritate diffusa[2], omni postremo bonitate conspicua[3]. De qua, quia nihil est, quod digne satis valeat dici, idcirco haec breviter perstringimus[h] et veluti quasdam conversationis eius lineas ducimus, quia[i], quod non[k] sine magno cordis dolore dicimus, nusquam eam[l] scriptam reperire valeamus[m]. Et quidem tanti viri actus et miracula[n] non dubitamus fuisse scripta; esset quippe inhumanissimum, immo impium subprimi[o] silentio, quae per famulum suum ad profectum[p][4] multorum Deus operari[q] dignatus est. Sed incandescente[r] contra ęcclesiam paganorum inmanissima persecutione, adeo ut, plurimis[s] vel[t] fugientibus vel in necem[u] accumbentibus[v][5], maxima raritas[w] superesset christianorum, — et, ut noster poeta dicit[6], vacuum[x] erat[7] tunc temporis potentibus obprimere, prioribus[8] rapere, privatos[y] sua perdere, miseros flere, — et hoc modo, sicut et[z] aliorum multorum sanctorum, sic etiam vitam beati[a] huius, de quo loquimur, Gangulfi perditum[b] iri contigit, dum unusquisque cogitabat magis, qualiter vitam morti iam iamque inminenti eximeret, quam in custodiendis proferendisque libris operam daret. Atque ideo, quae in primeva aetate[9] gesserit, quas[c] diaboli temptationes pertulerit, haud pleniter[d]

I. Prol. 1*a*. *b*. (c^{1}). 2*a*. (*b*. *d*. *e*). 3*a*. ($a^{2.3}$).

Prol. a) canitur 3*a*. b) perductum 1*a*. *b*. $c^{1.2}$; *at cf. l.* 2. c) c. mollitiam (*m. al. corr.* mollitiaem) 2*a*; moll. carneam 1*a*. d) corna *pr. m.* 1*b*. e) sapit et *(e Col.* 3, 2*) add.* 3*a*. $a^{1.2.3}$. f) tota eius v. (v. e. 3a^{2}) 2*b*. 3a^{2}; huius t. v. 2*a*. g) *ita* 1*a*. *b*. $c^{1.2}$; gratiosa *rell.* h) perstrinximus 3*a*. $a^{2.3}$. i) quia — dicimus *om.* 3a^{2}. e^{2}; quod *om.* 3*a*. k) (non *om.*) sine m. *m. al. corr.* cum m. 1*b*; non *versu ex. om.* 3a^{3}. l) eas scriptas 1*a*. m) *corr.* valemus 1*a*, *et ita* 1*b*. 2*b*. *e*; reperimus (v. *om.*) 3a^{2}. n) mirabilia 1*b* *(non* 1c^{1}*)*. o) haec *add.* 1*a*. p) provectum 1*a*. q) operatus *pro* op. d. 1*a*. r) incanescente 1*a*. $c^{1.2}$ *(non* 1*b)*; invalescente 3*a* *(non* 3$a^{2.3}$*)*. s) pluribus 2*a*. *b*. t) *om.* 1*a*. 2*a*. 3a^{3}. u) nece *pr. m.* 2*a*. v) occumbentibus 3b^{4}. (c^{2*}). w) :aritas *pr. m.* 1*b*. 3a^{2}. x) *ita* 1*a*. a^{*}. *b*. c^{2}; v. ierat 1c^{1}; vacabat *pro* v. e. *rell.* y) *ita* 1*a*. a^{*}. *b*. $c^{1.2}$; privatis (sua *om.*) p. (reddere 3a^{2}), miseris fl. *rell.* z) *om.* 3*a*. a) sancti 3*a*. b) ductum 1*a*. a^{*}. *b*. $c^{1.2}$. c) quam 3*a*; quas — pertul. haud *om.* 1*b*; quas — pertul. *om.* 3a^{2}. d) non *m. al. add.* 1*b*; pl. nescimus 3a^{2}.

1) *Cf. Augustini Enarrationem in psalmum* 97, 7 *(Migne XXXVII,* 1256*)*: Vox tubae corneae quid est? Cornu excedit carnem: necesse est, ut carnem superando sit firmum ad perdurandum et capax vocis. — — Qui vult esse tuba cornea, superet carnem. — — Audi tubas corneas: 'Si autem resurrexistis cum Christo', apostolus dicit *(Coloss.* 3, 1. 2*)*, 'quae sursum sunt quaerite, — — quae sursum sunt sapite, non quae super terram'. — — Cornu et carni haeret et carnem excedit, et quamquam de carne oriatur, superat carnem. — — 'In carne enim ambulantes', inquit *(*2. *Cor.* 10, 3*)*, 'non secundum carnem militamus'. 2) *V. Silvestri (Catal. hagiogr. Bruxell. I,* 1, *p.* 6; *contuli codices)*: Erat enim aspectu angelicus, sermone nitidus, opere s a n c t u s, corpore i n t e g e r, — — f i d e catholicus, s p e patientissimus, c a r i t a t e d i f f u s u s *(cf. Rom.* 5, 5*)*. 3) *Cf. Acta Sebastiani* c. 1 *(AA. SS. Ian. II,* 265*)*: in bonitate conspicuus. 4) *Cf. V. Germani Autissiod. auct. Constantio, epilog.*: s u p p r i m e n d o, quod mirabiliter ad p r o f e c t u m omnium divina virtus o p e r a t a est. 5) *Accumbere pro occumbere alibi non deprehendimus.* 6) *De quo poeta agatur, nescio.* 7) *I. e. licuit.* 8) *I. e. proceres, principes. Cangius.* 9) *Sedulius l. l., prol. (p.* 7*)*: ab aetatis primaevae tirocinio.

scimus; sed quaedam ad nos per succedentium relationem[a] fideli narratione contigit emanasse. De quibus omnibus quasi quoddam breve corpusculum[1] colligentes, quae de sancto nobis comperta sunt, ipsius adiuti precibus, conabimur[b] explicare[c, 2].

(1)[a, *]. Vir itaque Domini[b] Gangulfus[c] alto parentum germine et superbi sanguinis nobilitate[3] Burgundia[d] extitit oriundus et disciplinis christiani[e] dogmatis a[f] parentibus adprime eruditus est. Qui puerulus adhuc et praeclarae indolis forma ornatus, adsuescebat crebris interesse piorum conventibus et, favos[g] divini eloquii ab eorum ore suscipiens, catholicas ruminare[h] sententias et in[i] ventrem memoriae trahicere[k] non desistebat, adeo[l] ut in tenero ipsius pectore inpressam cerneres[m] imaginem sanctitatis, et licet saeculari esset toga praetextus[n], scripturas[o] tamen normae ecclesiasticae sitienti indesinenter epotabat pectore[4]. Erudiebatur *V. Germani Autiss. c. 1.* profecto divinitatis occulto iudicio, ne quid minus perfectionis postmodum[p] inesset beatissimo viro. Erat enim[q] reverendus in vultu, affabilis in alloquio[r], prudens *Acta Sebastiani c. 1.* in opere, facundus in[s] ore, universa morum praeclarus honestate. Ludicra[t] nihilominus[u] inreligiosorum spectacula veluti[v] baratri profunda[5] respuens, obscenas vitare studebat iuvenum confabulationes, quae animi puritatem solent suis illecebris deturpare[w], atque euangelicae admonitionis non surdus auditor[6], serpentinae pru- *cf. Matth. 10, 16.* dentiam[x] astutiae[y] retinens, columbinae simplicitatis mansuetudinem non amittebat[7]. Moxque ut praediorum amplitudo, qua nimium pollebat, et patrimonii census ditioni eius cessit[8], quantum circa egenos dapsilis dispensator extiterit, non est nostrae[z] facultatis enarrare[a, 9]; nam[b] iuxta exemplum beati Iob *oculus fuit ceco et pes* *Iob 29, 15.* *claudo, ostiumque* eius *viatori patuit.* *ib. 31, 32.*

*) Quid in teneris annis gesserit *praescr.* 3*a*.

I. Prol. 1*a*. *b*. (c^1). 2*a*. (*b*. *d*. *e*). 3*a*. ($a^{2.3}$). *Cap.* 1. 1*a*. *b*. (c^1). 2*a*. (*b*. c^2. *d*. *e*). 3*a*. ($a^{2.3}$).

Prol. a) revelationem f. 1*b*; r. fidei 3*a*. b) cona::bimur, *ras.* na *(?)* 1*b*. c) *add.* Explicit prefatio 1*a*; Explicit prefatio (prologus 2*e*). Incipit passio sancti Gangolfi (martyris *add.* 2*b*) 2*b*. *e*; De sancto Gangolfo martyre 1c^1; *praescr.* Vita sancti Gengolfi 2c^1, Passio s. Gangolfi martyris 2c^2.

Cap. 1. a) *numeri desunt codd., nisi quod adsunt quos adnotavi* 3a^3. b) sanctus *add.* 1*a*. *b*. $c^{1.2}$. c) Gengolf. *semper* 2$c^{1.2}$. d) Bugundia 3a^3, *corr.*; Burgundi(a)e 3*a*. a^2 *(non* 3a^1*)*. e) christianis 1*a*, *corr.*; *om.* 1*b*. f) deo providente *pro* a par. 2*e*; a par. *om.* 3a^2. g) suavos 3*a*. h) imitari *pro* rum. 2*d*; vel imitari *add.* 3a^3. i) in ventre 1*b*. 2*b*. c^1; inventae: 1*a*; *fere evanuit* 2*a*. k) *ita* 3*a*. b^1; tra:icere, *ras.* d *(?)* 2*a*; traicere 1c^4. 2*b*. *d*. *e*. 3$a^{2.3}$. b^4. $c^{1.2}$; trahere 2$c^{1.2}$; traducere 1*a*. *b*. c^1. l) adeo — sanctitatis *om.* 2$c^{1.2}$; adeo et ut *corr.* adeo ut et 2*e*. m) cern. *om.*, esse demonstraret *post* sanct. *add.* 1*b*. n) praetectus *m. al. in litura* 1*a*; pertextus 2*d*; *fere evanuit* 2*a*. o) scripturarum t. normam ecclesiasticam (norma ecclesiastica *pr. m.* 1*a*) 1*a*. *b*. $c^{1.2.3}$ *(non* 1c^4*)*. p) *om.* 3*a*. a^2. q) beatus Gengulfus *add.* 1*a*. r) eloquio 2*b*. 3a^2. s) *om.* 2*b*. *d*. *e*. 3*a*. a^2. t) Lud:icra, *ras.* r 2*a*. u) et *add.* 1*b*; nih. *post* spectacula 2*e*. v) velut 1*a*. w) proturbare 1*a*; turbare 3a^2. x) prudentia 2*d*; prudentiae 2c^2 *(non* 2c^1*)*. y) angustiae *pr. m.* 1*b*; astutiam 2c^2 *(non* 2c^1*)*. z) nostra 3*a*. a) evolvere 3*a*. a^2. $e^{2.3}$ *(non* 3$b^{1.4}$. $c^{1.2}$. d^**) cum Sulpicio.* b) reverendus (reverundus 1a^*) Gengulfus *in marg. add.* 1*a*. a^*.

1) *Cf. Iustini Hist., prol.* 4: breve veluti florum corpusculum feci. 2) *Dionysii Exigui epistula ad Petronium (Migne LXVII,* 484*):* nunc, adiuti precibus vestris, explicare curavimus. 3) *V. Remigii auct. Hincmaro c.* 1 *(SS. R. Merov. III,* 261, 16*):* alto parentum sanguine; *Sedulius l. l. (p.* 9*):* superbi sanguinis nobilitatem. 4) *Ib. (p.* 9*):* Scripturas autem ecclesiastici dogmatis ita sitiens epotavit. 5) *Cf. Iuvenci Evang. IV,* 286 *(ed. Huemer, Corpus script. eccl. Lat. XXIV,* 124*):* horrendis barathri per stagna profundis. 6) *Cf. Sulpicii Severi V. Martini c.* 2, 8 *(ed. Halm p.* 112*):* euangelii non surdus auditor. 7) *Sedulius l. l. (p.* 7*):* lenitate placabilis, quo et serpentis astutiam cum lege custodiat et columbae simplicis animum non amittat. 8) *Cf. ib. (p.* 7*):* qui substantiam sui patrimonii sic amavit, ut, ecclesiis et egenis universa distribuens, tanti census effusione nihil perderet. 9) *Cf. Sulpicii Severi V. Martini c.* 10, 1 *(p.* 119*):* non est nostrae facultatis evolvere.

(2)*. Dehinc, decursis adolescentiae metis[1], cum[a] robur virilis[b, 2] evasisset[c] aetatis, genere consimilem sortitur[d] uxorem[3]. Quae licet nobilissimis adforet[e] orta natalibus, dissimilis tamen extitit moribus, ut postmodum nostrae narrationis monstrabit[f] textus[g]. Quam idcirco occultus arbiter permisit degenerem, ut remur[h], esse[i], ut in illa beati viri patientiae[k] experiretur[4] praeconium et innocentis probaretur simplicitas, qua[l] ita virtutum suarum merita[m] studuit occulere, ut ab illis, qui[n] bonis parati sunt invidere, inertia[o] quadam animi diceretur torpere. Venationi praeterea solitus erat operam dare, quia praedia illius, quibus inmorari prae ceteris consueverat, silvarum opacitate densata erant diversoque[p] ferarum[q] genere exuberabant; quod hodieque[r] demonstrat locus, quo sacri eius somatis**[5] exuviae habentur reconditae, silvis nemorosus[s]. Si quem igitur movet, cur tantus ac talis vir inpendium laboris sui in his sepissime voluisset occupationibus expendere[6], sciat pro certo, quia sunt quaedam negotia, quae, si animo simplici exerceantur[t], nulli exinde detrimento bonae conversationis aliquis subiacebit[u]. Sunt etiam et

Gregor. M. Homil. in evang. 24, 1.

alia, quae vix aut nullatenus sine peccato exerceri possunt, sicut legimus in euangelio, beatum Petrum apostolum post sui a[v] Domino vocationem passionemque salvatoris ac resurrectionem, spretis iam saeculi actibus abiurataque mundi gloria, piscationi insudasse[w], Matheum vero post electionem suam numquam in thelonei negotiis resedisse[x]. *Aliud est* enim, sicut beatus[y] Gregorius dicit[7], *victum per[z] piscationem quaerere, aliud thelonei lucris[a] pecunias augere.* Ita et[b] hic beatissimus ac[c] Deo dilectus Gangulfus[8], ceteris virtutum insigniis[d] ornatus, ne ociositate torperet, — quia ocium virtutes enervat et vitiis alimenta ministrat, et

Reg. Benedicti c. 48.

ociositas inimica est animae, — ne desidia segnis redderetur, causa exercitationis lustra ferarum[9] circuire[e] et eas aut canum sagacitate capere aut cassium[f] nodis[g] nitebatur inretire.

*) Quid [in]super adultus gesserit *praescr.* 3a.

**) vel corporis *m. saec. XV. superscr.* $3a^{2}$.

I. Cap. 2. 1a. b *(ad l. 4)*. (c^{1}). 2a. (*b*. c^{2}. *d*. *e*). 3a. ($a^{2.3}$).

Cap. 2. a) *ita rell.*; in *add.* 2b. $c^{1.2}$. 3a. $a^{2.3}$. b) virile $3a^{2}$; *om.* $3a^{3}$. c) adesset 1a. b. $c^{1.2}$. d) sortitus 1a. e) foret 1a; afferet 3a. f) monstrabat 3a. g) te(xtus — *p.* 159, 5. quae a *folio amisso desunt*)genda 1b. h) reor 1a *et m. al.* $3a^{2}$. i) *om.* $1c^{1}$. k) patientia 3a. l) Quam 1a *(corr.)*. 3a; Qui $2c^{1.2}$. $3a^{2}$ *et m. al. e corr.* 2e. m) nitorem 1a. n) quam 3a; a *(?) add., sed eras.* 1a. o) erentia 3a. p) diversarumque 2d. $3a^{3}$. q) ferorum *pr. m.* 2a. r) quodque hodie d. $3a^{3}$; que *om.* $2c^{2}$. *d*. s) nemorosis 1a. b^{1}. c^{1}. 2b. $3a^{2}$; nemosis $3a^{3}$; *cf. p.* 159, 18. t) exerceat aliquis, n. (nullo $3a^{2}$) e. d. b. c. subiac. 3a. $a^{1.2}$. u) subiacebat 3a; subiaceat 2d. v) Domini *pro* sui a D. $3a^{3}$; a D. *om.* 2a. $3a^{2}$. w) insudat 2a. x) (resedisse — thelonei *om.*) vel lucris $2c^{2}$ *(non* $2c^{1}$, *ubi* redisse*)*. y) *om.* 2d. $3a^{3}$. z) perspicationem *pr. m.* 2a. a) lucrum (p. *om.*) 2a; th. negociis vel lucris 2e. b) *om.* 2d. $3a^{3}$. c) a 3a. a^{3}; et $3a^{2}$. d) insignis 2b, *corr.*; insignibus $1c^{1}$. $2c^{1.2}$. e) circumire 2a *(corr.)*. 3a. f) cassum $1c^{1}$ *(pr. m.)*. $2c^{1.2}$. e; :assu: *pr. m.* $3a^{2}$. g) nobis 3a. a^{2} *(pr. m.)*; nodum 2e.

1) *Cf. Ovidi Metamorph. X,* 597: decursa novissima meta est. 2) *Cf. Passionem Symphoriani c.* 2 *(AA. SS. Augusti IV,* 496; *inde V. Amandi c.* 1, *SS. R. Merov. V,* 432*)*: cum — — in robur virile migraret. 3) *Cf. V. Germani Autissiod. c.* 1: sublimem genere, divitiis, moribus sortitur uxorem. 4) *Sensu passivo.* 5) *I. e.* σώματος, *corporis.* 6) *Vita II. addit:* lege, scribente apostolo *(1. Tim.* 4, 8*)*, exercitationem corporis aliquantulum utilem esse, quia, ut ille ait lyricus *(Horatius, Carm. II,* 10, 19*)*, 'non semper arcum tendit Apollo'; certe et malleator aeris levamine laboris secus ferrum subinde incudinem ferit. 7) *Homilia in evang.* 24, 1 *(Opera ed. Benedictini I,* 1705, *col.* 1540*)*. 8) Linguonensium partium civis *add. Vita II.* 9) *Verg. Georg. II,* 471 *(inde Beda, Hist. eccl. III,* 23*)*: lustra ferarum.

(3)[a, *]. Ea tempestate regnum Francorum Pippinus[b] strenue gubernabat; cui hic[c] sanctus vir militari officio coniunctus[d] inserviebat. Qui Pippinus[e], antequam regalibus insigniretur fascibus, maior domus ideo cognominabatur[1], quia, qui palatio adherebant et per[f] provincias iura dabant, cum eius consilio agebant[g], quae agenda[h] erant, et[i] regni gubernacula administrabant. Hic beatissimum hunc, de quo loquimur, Gangulfum inter fortissimos exercitus sui deputabat[2], quia erat acer animo, fortis viribus, strenuus[k] in armis et omni militari exercitio instructissimus. Cuius rei indicium facit[l] insignis eius armatura, quae[m] hodieque conservatur in ecclesia[3] eius in[n] honore et[o] nomine dedicata[p], quam sacratissima eius inlustrat praesentia; ubi habentur reposita[q] galea, lorica, gladius eius et brachialia. Qui[r] licet exterius talium videretur[s] habere armorum munimina, interius[t] tamen[u] refulgebant invictissima arma, fidei scilicet galea, iusticiae torax inexpugnabilis, cf. Ephes. 6, 14. 17.
equitatis clipeus gladiusque verbi Dei, qui mentis illius secreta mira[v] ac penetrabili acie acuendo[w] inlustraverat[4].

(4)[a, **]. Quodam itaque tempore, peracta expeditione in regali servitio, cum in[b] patriam regredi temptaret, accidit ei iter agere per loca, quae Franci Campaniam[c] vocant, quia sunt[d] ibi prolixa telluris[e] interstitia, frondibus minime densata nec saltibus nemorosa. Cumque quodam[f] die ab itinere diverticulum cum suis peteret, ut gentaculum[g, ***, 5] sumeret et equorum famem pastione solita relevaret[h], devenit ad quendam fontem, qui puras atque perspicuas emanabat[i] aquas. Gregor. M. Dialog. II, 1.

*) Ubi ad militiam venit *praescr.* 3a.
**) De fonte translato *praescr.* 3a.
***) id est prandium *m. al. superscr.* 1a.

I. Capp. 3. 4. 1a. b *(a l. 5).* (c^{1}). 2a. (*b.* c^{2}. *d. e*). 3a. (a$^{2, 3}$).

Cap. 3. a) II. 3a^{3}. b) Pipinus 2c^{2}. 3a. a$^{2, 3}$. c) Gengulfus *add.* 1a. d) *om.* 3a. e) Pipinus 2c^{2}. 3a. a^{3} *(non* 3a^{2}*).* f) *versu exeunte om.* 3a. g) *ita* (agebantur 1b^{1}) 1a. b^{1}. c$^{1, 2}$; *om. rell.* h) *in* ‖genda *redit* 1b. i) *ita* 1a. b. b^{1}. c$^{1, 2}$; *om. rell.* k) strenuis 3a; strenus 3a^{3}. l) *ita* 1a. b. c$^{1, 2}$; patcfacit 2a. b. 3c$^{1, 2}$. e$^{2, 3}$; patefecit 2c$^{1, 2}$. d. e. 3a. a$^{2, 3}$. b$^{1, 4}$. m) quae — dedicata *om.* 2c$^{1, 2}$. n) *om.* 2e. 3a^{3}. o) in *add.* 3a. p) didicata 3a. q) incondita 3a; recondita 3a^{2}. r) Quae 3a. s) viderentur (hab. *m. al. suppl.*) *pr. m.* 1b; habere: (*ras.* t?) vid. 3a^{3}; tal. vid. ext. hab. 3a^{2}. t) interirius 3a. u) in pectore eius (e. p. 3a^{1}) *add.* 3a. a$^{1, 2}$. v) mea *pr. m.* 2e; minis 3a. w) acuando 3a; acu(e *in ras.*)ndo 3a^{2}.

Cap. 4. a) III. 3a^{3}. b) *om.* 2d. 3a^{3}. c) Campania 1a *(pr. m.) et fortasse* 2a; Capaniam 2c^{2}; Campniam *pr. m.* 2d. d) ibi sunt pr. 3a^{2}; sunt prol. (ibi *m. al. superscr.*) 2d. e) tellur:s *pr. m.* 2a. f) quadam 1b; quoddam (die *om.*) 2d. 3a^{3}. g) ientac. 2b; genitac. 2e *(non* 2e**)*; iatac. 3a. h) re(leva *m. al. in ras.*)ret 2a. i) aquas emanabat 3a; emanat a. 2c^{2}. 3a^{2}. e^{2} *(non* 2c^{1}. 3e^{3}*) cum Gregorio.*

1) *Cf. Einhardi V. Karoli c.* 1: Nam et opes et potentia regni penes palatii praefectos, qui maiores domus dicebantur et ad quos summa imperii pertinebat, tenebantur. — — At regni administrationem et omnia, quae vel domi vel foris agenda ac disponenda erant, praefectus aulae procurabat. 2) Regius ut primis esset proconsul ab annis *Hrotsvitha v.* 53. 3) *In ecclesia S. Petri (et S. Gangulfi) Varennensi; cf. infra c.* 4. 11 *(p.* 160. 165*).* 4) *Hoc loco narratiuncula de lumine coram rege accenso, quam libri nostri* 3a. a$^{1, 2, 2*, 3}$ *post c.* 13. *exhibent (infra p.* 167*), in codice Florinensi 'recentiore manu ad marginem adscripta' erat teste Henschenio, ibidemque inter Historias plurimorum sanctorum (Coloniae* 1483, *fol.* 283^{b}*; cf. supra p.* 152 *sq.) legitur. Etiam in Vita II. Gangulfi fabula eadem aliis verbis post c.* 3. *enarrata est* (Ut autem Deus lucernam — — minus militaturus acciperet), *ordine sane magis idoneo instituto atque mentione armorum in ecclesia servatorum omissa.* 5) *I. q. ientaculum, Germ. 'frühstück', Francogall. 'déjeûné'.*

Qui locus obtatae[a] refectioni habilis[b] visus est tam sibi quam animalibus eius[c], quia inerant etiam ibi herbarum gramina. Cumque, ut[d] cibos caperent, una consedissent, homuntio, in cuius haec gerebantur praediolo, advenit, eumque beatus[e] vir, ut erat plenus caritate, ad convescendum invitavit. Dehinc inter prandendum athleta Dei Gangulfus[f] novum hospitem adloquitur, quatinus fontem, super cuius insederant marginibus, taxato pretio sibimet venderet. Haec ille audiens, coepit eum tacite irridere, non considerans[g] puritatem innocentiae eius, sed prae[h] stoliditate ista ab eo dicta[i] arbitrabatur. Coepitque intra se comminisci[1], utrumque[i*] sibi cedere: et quantitatem pretii posse[k] retinere, et quia transmutari de loco ad locum non poterat, fontem de reliquo possidere. Non enim animadvertebat[l] ille cupidus possessor fontis, in famulo Dei virtutem illam refulgere, quam Dominus
Marc. 11, 23. apostolis, immo per[m] apostolos fidelibus[n] cęteris promisit, inquiens[o]: *Amen dico vobis, quicumque dixerit huic*[p] *monti: Tollere et mittere in mare, et non hesitaverit*[q] *in corde suo, sed crediderit*[r], *quodcumque dixerit*[s], *fiet ei.* Quid plura? Centum solidorum quantitatem venditori[t] fontis beatissimus[u] dari iussit. Peractis[v] interim omnibus, quae ad reficiendum necessaria erant, ascensis equis, coeptum iter[w] carpere[x] studuit[y]. Transmissa[z] viarum intercapedine, ad suae proprietatis[a] devenit habitacula, constituta in loco qui Varennas[b] dicitur[2], ubi[c] etiam ipsius sancti[d] nunc basilica habetur. Tunc uxori, quae iam[e] sociata[f, 3] conubii copulam inlicite, ipso ignorante, foedaverat, cuncta quae egerat retulit et pretii summam[g], quam pro superius fato[h] fonte dederat, eidem[i] indicavit. Tunc[k] illa, ut erat animo lubrica[l], quaeque sinistra interpretatione pervertere laborabat, quicquid ab eodem gestum fuisset[m], clam eundem virum suum hebitudine pressum et sua prodige dispensantem causando conqueri coepit, nihilque[n] utilitatis percipere posse ex hoc, quod[o] tanti emerat[n].

(5)[a]. In illis diebus visendi gratia loca domui suae contigua circuiens[b], baculum, quem[c] manu ferebat[d], solo infixit, eoque relicto, rediit. Postera die cum surrexisset[e] mane, aqua[f] abluendis manibus et facie[g] defuit. Tunc sanctus[h] ille plenus fide uni ministrorum iussit, ut celeriter pergeret et denominatum baculum[i] humo defixum abstraheret et limpham quae subsequeretur quantocius ad lavandum

I. Capp. 4. 5. 1*a*. *b*. (c^1). 2*a*. (*b*. c^2. *d*. *e*). 3*a*. ($a^{2.3}$).

Cap. 4. a) optare 3*a*. b) abilis 2*d*; amabilis 1*a*. *b*. $c^{1.2}$. c) *ita* 1*a*. *b*. $c^{1.2}$; suis *rell.* d) et 3*a*. e) vir b. 3$a^{2.3}$. f) *ita hoc loco etiam* 1*b*. g) considerat 3*a*. h) pro 2*a*. *d*. 3a^2. i) *om.* 1*a* (*pr. m. superscr.* rogari). $c^{1.2}$; dici 1*b*. i*) utrum 3a^3. k) se *add.* 1*a*. l) advertebat 1*a*. 2*b*. $c^{1.2}$. 3a^3. m) post 1*a*. *b*. $c^{1.2}$; immo p. ap. *om.* 2*d* (*non* 2*d**). n) ceteris fid. 3*a*. a^2. o) dicens 1*a*. p) m. huic 1*b*. c^1. 2*b cum Matth.* 21, 21. q) inhesit. 2*a*. r) quia *add.* 1*b*. c^1. 2*b*. $c^{1.2}$. *e* (*non* 1b^1) *cum Vulg.* s) in corde suo (Fiat *add.* 3a^2) *add.* 3*a*. a^2; Fiat *add.* 2*b*. c^1. *e cum Vulg.* t) venditor(i *m. al. in ras.*) 2*a*. u) *om.* 3*a* (*versu exeunte*). a^2. v) in *add.*, *sed eras.* 2*a*. w) cum suis *add.* 3*a*. $a^{1.2.3}$; *cf. p.* 159, 18. x) capere 2*a*. 3a^2. y) studuerunt 1*a*. z) que *add.* 3*a*. a^2. a) propietatis 1*a*, *corr.* b) Varentias 3a^3. c) ibi 2*a*. d) nunc s. b. h. 2*a*; s. b. n. h. 2*b*; s. n. h. b. 1*a* (*corr. ut videtur*). 3*a*; nunc *om.* 3$a^{2.3}$ (*ubi* b. s.). e) *versu ex. om.* 2*d*; ei *add.* 1*a*. f) *ita* 1*a*. *b*. 2c^1; soc(t)iatam 1$c^{1.2}$. 2c^2; sociati *rell.* g) summa 3*a*; prec(t)ium quod pro 1*a*. *b*. $c^{1.2}$. h) superius (sup. *om.* 2*e*) pro praefato 2*e*. *e**; (pro *om.*) sup. :::: (*corr.* pro) fonte 3a^2; memorato *pro* fato 3a^3. b^4. i) *om.* 3*a*. a^2. k) Tum 2*a*. *b*. $c^{1.2}$. *e*. 3*a*. l) lubicra *pr. m.* 2*a*; quaeque *om.* 2*e*. m) fuisse 2*a*; et *add.* 2*e*. n) nihilque — emerat *om.* 1*a*. *a**. o) qu(a)e 1$c^{1.2}$ (*non* 1c^4).

Cap. 5. a) IIII. 3a^3. b) circumiens 3*a*. c) quę 3*a*. d) gerebat 2*b*. 3a^2. e) resurrexisset 1*a*. *b*. c^1 (*non* 1b^1). f) aquae 1*a*, *corr.* g) faciem 1*b*; fac(t)iei 2*b*. *e*. h) i. s. 1*a*. i) bacu|::lum, *ras.* cu 3*a*.

1) *I. e. cogitare (cf. p.* 163, 15*), utramque rem sibi contingere.* 2) *Hodie Varennes-sur-Amance (dép. Haute-Marne, arr. Langres), locus a civitate Lingonensi ad orientem versus situs.* 3) *Cf. Gen.* 26, 7: Quod sibi esset sociata coniugio.

deportaret[a]. Mox famulus, praecipientis obsecundans[a*] imperiis, ut lignum a terra sustulit[b], maximȧ statim aquarum inundantia ab imis telluris visceribus profluxit coloremque pristinum, quem[c] in[d] loco, unde divina virtute transmutata fuerat, habuit, quasi repraesentando ostendit; siquidem naturale est fontibus regionis illius, ut subalbidum retineant[e] colorem secundum qualitatem[f] humi, unde[g] videntur oriri. Sic avara spes cupidi venditoris fonte privata est, quem[h] possidendum* estimavit; nam numquam postea in loco quo prius fuit aqua visus[i] est manare[1]. Tua sunt, o domine Iesu, haec opera, qui quondam per heremi vasta de saxi duritia[2] larga fecisti profluere[k] fluenta, unde satiasti sitibunda Israheliticae (cf. Num. 20, 11.) plebis pectora. Qui fons hodieque saluberrime exundans[3]: per beati Gangulfi suffragia divina virtus exinde maxima languentibus praebet sanitatis beneficia.

(6)**. His ita decursis, mulier praefata, beati viri conubio[a] revincta, antiqui serpentis suasu, qui in paradyso Aevam[b] fraude seduxit maligna, amore cuiusdam (cf. Gen. c. 3.) clerici illecta, nefaria commixtione se maculare non est reverita[c]. Hic autem non clericus[d], sed apostata perfidus, qui a via iustitiae et a sorte Dei aberrando[e] deviaverat et in sanctum Dei pro[f] nihilo duxit talia committere mente obstinata! Et primo hoc clanculum[g] est gestum, dehinc per multorum ora vulgatum ad huius de quo loquimur sancti postremo pervenit auditum. At ubi ad aures sanctitatis eius huiusce[h] iniquitatis perlatum est elogium[i], diversos coepit cogitatus ancipiti versare in[k] animo. Sepius enim cordi inherebat[l], ne eam diutius vivere sineret, ne, crebro in huius volutabri caeno[m] devoluta, decus nobilitatis eius graviter[n] dehonestaret[o] infamiae turpitudine; sin autem morti addiceret, homicidii reus effectus, praeteritae[p] vitae suae innocentiam alieni sceleris reatu[q] veritus ne commacularet, non inmemor Scripturae, quae ait: *Mihi vindictam*[r], *ego retribuam, dicit*[s] (Rom. 12, 19.) *Dominus*. His atque[t] huiuscemodi cogitationum[u] tumultibus defatigatus, iudicio[v]

*) cum accepto centum solidorum precio *add.* 3b^{4}.

**) De iudicio aquae frigidae *praescr.* 3*a*.

I. *Capp.* 5. 6. 1*a*. *b*. (c^{1}). 2*a*. (*b*. c^{2}. *d*. *e*). 3*a*. ($a^{2.3}$).

Cap. 5. a) portaret 2*b*. 3a^{2}. a*) obsecundas 3*a*. b) abstulit 3*a*. a^{2}. c) quę 3*a*. d) incola (*m. al. corr.* in solo 1*b*) 1*b*. c^{4}; incole 1$c^{1.3}$. e) retineat 1*a*, *corr.* f) qualitate 3*a*; quantitatem 3a^{2}. g) (unde *om.*) videtur 2*e* (*non* 2e^{*}); u. v. or. *versu ex. om.* 2*b*. h) qu(a *m. al. in ras.*)e 2*a*. i) *ita* 1*a*. $c^{1.2}$; iussus *pr. m.* 1*b*; visa 1b^{1} *cum rell.* k) perfuere 3*a*.

Cap. 6. a) r. c. 1*a*; rev. *m. al. corr.* iuncta 1c^{1}. 3a^{2} (*ubi* c. b. v. r.), *et ita* 2*b*; c. reiuncta 2*e*. 3a^{3} (*non* 2e^{*}). b) Evam 1c^{1}. 2*b*. *d*. *e*. 3*a*. a^{2}. c) verita 2*b*. 3*a*. a^{2}. d) *ita* 1*a* (fuit *post* non *m. al. add.*); est *add.* 1*b*. $c^{1.2}$; non cl. est (*m. al. corr.* non cl., sed 2*e*; non est cl. 2*b*. 3$e^{2.3}$; cl. non est 3*a*. a^{2}) cognominandus (nomin. 3*a*. $a^{2.3}$), sed (est 2*e*) *rell.* e) oberr. 2*a*. c^{1}; aberr. — Dei *om.* 2*d*. d^{*}. f) *ita* 1*a*. *b*. $c^{1.2}$; t. comm. pro n. d. *rell.* g) *ita* 1*a*. *b*. $c^{1.2}$; hoc clanculo (cl. hoc 2*b*. 3a^{2}) *rell.*; *cf. p.* 163, 21. h) huius 2*d*; huiuscemodi 3a^{2} *et m. al.* 1c^{1}; huiusmodi 3a^{3}. i) eulogium 2*a*, *corr.*; eloquium *m. al.* 3*a*. k) *om.* 2*a*. c^{2}. 3a^{3} (*non* 2c^{1}). l) inherebant 2*a*. m) sceno 2*d* *et m. al.* 3a^{2}; cenum 1c^{1}. n) *ita* 1*a*. *b*. $c^{1.2}$; gravide honest. 3*a*; gravi 1c^{4} *cum rell.* o) *m. al. corr.* dehonestaretur 1c^{1}, *et ita* 2c^{2}. p) praeterritae *pr. m.* 1*b*. q) *ita* 1*a*. *b*. $c^{1.2}$; scel. nevo (novo 2c^{1}; veneno 2*b*. 3a^{2}) comm. (*om.* veritus ne) *rell.* r) et *add.* 2*b*. c^{2}. *e*. 3a^{3} (*non* 2c^{1}. e^{*}). s) d. D. *om.* 1*a*. t) *super ras. superscr.* 1*a*; itaque, *superscr.* et 2*a*. u) *om.* 1*a* v) iudicium 3*a*.

1) *Scil. fons.* 2) *Cf. Gregorii M. Dial. III,* 16: Qua in re ostendit omnipotens Deus, quantum sui famuli curam gereret, cui vetusto miraculo potum in solitudine ex petrae d u r i t i a ministraret. 3) *Vita II:* Nam usque hodie Varennenses incolae meritis beati martyris hoc potiuntur fonte.

Tullum[a] gaudenter[b] deferret, ubi noctu mansionem accepit, ante scrinium, quo sancti reliquiae continebantur, ut dignum est, luminaria statuere iussit. Quae repente, vehementi exorto flatu, quotiens extincta, sine[c] alterius luminis adiutorio, ut[d] divina clementia[c] apud se sanctum suum vivere monstraret aeterna claritate, restauravit lumine redivivo[1]. Quare omnes in Domino gaudentes domum, ut ceperant, sunt reversi. Ad promerendam[e] autem misericordissimi Dei clementiam plebs fidelis huius urbis devotionem exequebatur indicti sibi ieiunii. Dies vero erat IIII. Kl. Iul. et, ut mos est fidelium, cum his beatissimi martyris pignoribus[f] reliquiisque aliorum sanctorum locos Deo sacratos cum populo domnus[g] circuibat episcopus veneratque ad beati Apri confessoris Christi[2] patrocinium, et ecce! a patre proprio puella contracta parvula[h] ferebatur. Ut ergo Dominus in adventu devotorum ostenderet, suae visitationis gratiam adesse meritis amborum, debilem illam pedum restauravit offitio et, quae nunquam incesserat[i], surrexit[k] et ambulabat. Interea suam quisque letus repetierat domum, factaque est dies crastina. Iun. 28. Iun. 29.

(2). Cecus autem quispiam, necessitate et spe recuperandi visus actus, ęcclesiam sancti martyris, quam[a] intra moenia[b] suae urbis prefatus antistes devote statuerat[3], est ingressus. Vix vero limen[c] attigerat, cum, illuminata facie, peregrinum lumen miratus obstupuit, ibique usque ad finem missae, quae tunc forte celebrabatur[d], perseverans, visum integerrimum[e] meruit.

(3). Cursu volvente temporum, dies irruerant[a] laetaniarum, quorum III. feria[b] beati erat martyris festivitas[4]. Tunc Deo devotus pontifex Gerardus, ęcclesiae 975. aut 986, Mai. 11.

II. Mirac. Capp. 1—3. 1. 2.

Cap. 1. a) tumulum *(?)* 2, *corr.* b) gauden ::: 2, *corr.* c) sine — clementia *om.* 2. d) ut *deficit* 1. e) (pro *in litura maiore*)merendam 2; *deficit* 1. f) pignoris 2, *corr.* g) dōnus *m. al. corr.* dō *(= deo)* dignus 2. h) pauula *pr. m.* 2. i) inceserat 1. k) surrexer 2, *corr.*

Cap. 2. a) qui *(sed in marg. add.* r., *i. e. 'requiras')* 2. b) moenie 2, *corr.* c) lumen 2, *corr.* d) celebrebatur 2. e) inte | . . . . | rimum *(c.* 3 *litteris destructis)* 1; integrum 2.

Cap. 3. a) irruerat 2. b) F̄R· 2; *nihil nisi* a *superest* 1.

auctor Miraculorum Apri c. 32 *(SS. IV,* 519*):* Praenotatus autem praesul, domnus videlicet Gerardus, intentionem sui animi maxime circa sanctorum locos, corpora et reliquias occupaverat ac iuxta se positas non modo pia devotione colebat, sed et, undecumque valebat, precibus precioque in suam diocesim transferre anhelabat earumque memoriam summa cum devotione recolebat. Hoc igitur amore beati martyris Gengulfi a praesule Linguonense impetratis reliquiis, monasterium statuit.

1) *Cf. fabulam similem supra p.* 167 *sq.*

2) *Episcopi Tullensis, cuius ecclesia clarissima iam a.* 626/27. *commemoratur (Fredegar. IV,* 54, *p.* 147*).*

3) *Cf. Widrici V. Gerardi c.* 5 *(SS. IV,* 494*):* Iuxta introitum quoque eiusdem urbis versus meridiem in sancti honore Gengulfi novam construxit ecclesiam, quam ad Omnipotentis laudandam gloriam sanctimonialium constituit abbatiam; *chartam Udonis episcopi Tullensis a.* 1065 *(Calmet l. l. II*[2]*, col. CCCXXIV sqq.). De ecclesia ab Udone et a posterioribus restituta egerunt Balthasar, 'La collégiale de Saint Gengoult de Toul' ('Revue archéologique' X,* 1, 1853, *p.* 14—29*) et Bagard, 'Notice historique et descriptive de l'église Saint-Gengoult de Toul' ('Mémoires de la Société d'archéologie lorraine, Seconde série' I,* 1859, *p.* 5—92*). Cf. supra p.* 153.

4) *Feria III. litaniarum aevo Gerardi episcopi Tullensis (a.* 963—994*) cum die* 11. *Maii, quem auctor Vitae II. (supra p.* 164, *n.* 3*) pro festivitate Gangulfi habuit (neque dies* 13. *Maii quadrat, de quo cf. supra p.* 145*), non nisi a.* 975. *et* 986. *convenit, quibus*

suae restaurationem sitiens, ob accelerationem reaedificandi — nam pars quaedam monasterii ceciderat — operari in ea consultu suorum iusserat. Beatus autem Dei martyr ruinam adhuc stantis, sed infirmi parietis peccato populi videns imminere, ut alii, si qui essent sanioris animi, excederent, in tali laborantes debilitavit opere. Dicentibus vero omnibus, ob neglectam sui diei festivitatem[a] hoc eum voluisse agere, simul et hoc quod acciderat mirantibus, hora advenit, qua populi Christi[b] laetanias more ęcclesiastico aggrediuntur. Cumque sub eodem pariete, iamiam nescientibus suam ruinam minitante[c], plebs pertransiret, vix extremi huius agminis exierant[d], cum, dato immenso fragore, terrae consternatus est paries, ut aperte intelligeres, meritis Gengulfi cunctum populum mortis periculum evasisse. Concito[e] ergo gradu[f] pastore et grege ad ecclesiam beati viri cum gratiarum actione venientibus ibique ob vitam[g], sibi a Deo meritis eius servatam, devote referentibus, paries residuus, ne postmodum alicui saltem de ruentibus noceret, cecidit, atque mox operarii, qui debiles fuerant delati, virtute martyris pristinae[h] sunt sanitati restituti[i].

(4). Postmodum quoque vir quidam captus et, culpis exigentibus, conpedibus ferreis mancipatus hisque utcumque expeditus, auxilium sancti martyris expetiit et mortis fuga turriculum[a] ęcclesiae subiit. Quem[b] duo homines inibi laborantes exinde moleste deturbant et[c] non sine iniuria beati Gengulfi foribus ęcclesiae cedendo propellunt. Verum ut sanctus Dei sibi velle honorem deferri apperiret[d] ac sibi factam in[e] molestato suis conspectibus[f] homine iniuriam[g] non sileret, postera die operarii illi, videlicet duo, ex hoc quod misero[h] fecerant cum quodam ludibrio exultantes, ceteris incolomitati[i] donatis, terra[k] oppressi[l], in qua defossa laborabant, vitam cum gemitu exalarunt[m].

II. Mirac. Capp. 3. 4. 1. 2.

Cap. 3. a) festivitate 2. b) christiani 2. c) minutante 2, *corr.* d) exierat 2, *corr.* e) Cū·cito 2, *corr.* f) gradu 2, *corr.* g) viam 2. h) pristin(e *e corr.*) 2. i) restituit 2, *corr.*

Cap. 4. a) curric. 2. b) Qe 2. c) si *add., sed eras.* 2. d) appeterat *corr.* appeteret 1. e) immolest. 2. f) in *add.* 1. g) iniuria 1. h) misere 1. i) incolomitate 2, *corr.* k) terre 2, *corr.* l) oppessionibus (*corr.* opressionibus) | . . . . . . sa laborabant 1. m) exalaverunt 1.

Ascensio Domini die 13. *Maii celebrabatur, litaniis dies qui praecedunt tres occupantibus. Cum autem corpus Apri, cuius supra l.* 10. *mentio facta est, per multos annos absconditum anno demum* 978. *inventum et translatum sit (Mirac. Apri c.* 33, *SS. IV,* 520*), nescio an potius de tempore posteriore agatur, scilicet de a.* 986.

VITA BERTUINI
EPISCOPI ET SANCTI MALONIENSIS.

Casus antiquiores ecclesiae Maloniensis in dioecesi Leodiensi ad ripam dexteram Sabis fluvii supra Namurcum sitae (hodie Malonne) admodum latent. Origines ad Bertuinum episcopum saeculi octavi referuntur; sed, Vita eius excepta, inde a decimo demum saeculo ecclesia commemoratur[1]*, quo, si auctori posteriori credere licet, Richarius episcopus Leodiensis* (920—945)*, cum complures ecclesias a Nortmannis destructas aedificaret, etiam abbatiam 'sanctae Mariae, sancti Petri sanctique Bertuini' Maloniensem restituisse dicitur. In qua aeque atque in ceteris, ut fertur, 'novenos constituerunt clericos, inter quos unum statuerunt, qui curam gereret et hospitalitatem tam praesens quam absens exhiberet, ipsumque abbatem vocaverunt, ne antiqua devotio deperiret', abbatesque singuli etiam capellani episcopi dicebantur, cui singulis mensibus assistere debebant*[2]*. Neque vero ecclesia restituta*[3] *fortuna secunda utebatur, sed saeculo duodecimo adeo destructa iacebat, ut Bruno praepositus Heinrico episcopo Leodiensi* (1145—64) *'ecclesiae enormem et miserabilem desolationem, silentium et solitudinem' referret atque, ut cura eius absolveretur, impetraret. Unde Heinricus a.* 1147, *Alexandro episcopo Plocensi* († 1156) *rogante, qui e regione Maloniensi originem duxerat, Walterum huius fratrem, futurum episcopum Vratislaviensem* (1149—69)[4]*, ecclesiae praeposuit, ut canonicos iuxta regulam Augustini viventes introduceret, simul statuens, ut, numero fratrum exigente, abbas investiretur*[5]*. Quod fortasse a.* 1150. *factum est*[6]*, atque deinceps canonici regulares ibidem consistebant*[7].

De initiis autem ecclesiae nihil memoriae mandatum est nisi in Vita Bertuini conditoris[8]*. Qui, in Anglia natus ibidemque in Othello monasterio eruditus, episcopus*

1) *In Virtutibus Eugenii Broniensibus (saec. X. in.) c.* 5. Maglonia *locus commemoratur, qui in V. Gerardi Broniensis c.* 15. *vocatur* villa quam dicunt Malonia *(SS. XV,* 648. 663*); ecclesiae mentio non fit.* 2) *Gesta pontificum Leodiensium abbreviata (ib. XXV,* 130*); cf. chartam Heinrici episcopi infra n.* 5. *allatam.* 3) *Inter 'appendicias' ecclesiae Leodiensis a.* 1006. *in diplomate Heinrici II. regis* Malonia *occurrit (MG. Diplom. III, p.* 142*).* 4) *Cf. ea quae dixi 'Zur Geschichte des Bischofs Walter von Breslau' ('Zeitschrift des Vereins für Geschichte Schlesiens' XXXV,* 1901, *p.* 353—357*); O. Górka, 'Über die Anfänge des Klosters Leubus' ('Darstellungen und Quellen zur schlesischen Geschichte' XVIII),* 1913, *p.* 6 *sqq.* 5) *Charta Heinrici episcopi (Miraeus-Foppens, Opera diplomatica III,* 718; *V. Barbier, 'Histoire de l'abbaye de Malonne',* 1894, *p.* 279*); Translatio Bertuini c.* 2 *(AA. SS. Belgii V,* 183; *de codice cf. Moretus, Analecta Bolland. XXIV,* 448*).* 6) *Nota Aegidii Aureaevallensis ad ipsius Gesta episc. Leod. III,* 31 *(SS. XVI,* 683. *XXV,* 106*).* 7) *U. Berlière, 'Monasticon Belge' I,* 1897, *p.* 140 *sqq.; Barbier l. l. p.* 26 *sqq.; cf. etiam fr. Marien, 'Les églises successives de Malonne' ('Bulletin de l'institut archéologique liégois' XLI,* 1911, *p.* 187—221*).* 8) *De Vitis Bertuini disseruit L. Van der Essen, 'Études d'hagiographie médiévale' ('Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique' XXXII,* 1906, *p.* 6—23*), iterumque in libro 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique',* 1907, *p.* 83 *sqq.*

fuisse dicitur; deinde, insula patria relicta, primum duos annos reclusus Romae degisse fertur, denique Maloniam pervenisse, ubi, postquam possessiones a Roga matrona et Odacro 'principe regis Pippini, qui resedisset in villa Florechia', et quinque villas ab ipso rege accepisset, 'cellulam et ecclesiam' atque 'habitaculum parvum cum oratorio' construxisse traditur, ibidem sepultus a fratribus, 'qui in eodem aderant coenobio'. Etsi, testibus omnino deficientibus, narrationibus ad possessiones spectantibus quicquam fraudis inesse demonstrari nequit, tamen dubium non est, quin opusculo admodum exigua fides adhibenda sit, quippe quod, e traditione ut videtur vulgari haustum, magna ex parte narrationes fabulosae velut visiones angelicae et miracula occupent, rebus ullius momenti omnino fere deficientibus. Odacrus princeps idem potest esse atque Audacrus missus Karoli Magni, qui a. 788. *bello Avarico interfuit*[1] *et a posteris pro patre Balduini I. Ferrei comitis Flandrensis habitus est*[2], *cui idem nomen erat. Auctor Vitae, stilo nimis simplici usus, haud ita brevi post aevum episcopi scripsit*[3], *eumque saeculo IX. opusculum composuisse coniecerim*[4], *antequam Nortmanni, ut fertur, Maloniam diruerunt; narrationem flosculis nonnullis exornavit, quos e Vita Martini Sulpiciana (c.* 1*), Dialogis Gregorii M. (c.* 1*), Vita Landiberti Traiectensis (c.* 1. 14*) et altera Servatii (c.* 2. 4. 5*)*[5] *decerpserat. Vitam Bertuini aut hanc aut aliam is legerat, qui translationem eiusdem a.* 1202. *factam descripsit*[6].

Auctor Annalium Laubiensium Bertuini ad a. 652. *mentionem fecit*[7], *Sigibertus eosdem ut videtur secutus ad a.* 651[8], *neque vero recte, cum episcopus aequalis Pippini regis saeculo post collocandus esset.*

1) *Codex*[9] *Hagensis* X. 73 *(antea n.* 284*), saec. XI, olim* Liber sancti Bertini, *fol.* 92'—97.

2) *Codex Duacensis n.* 349 *(*785*)*[10], *saec. XI, olim* Liber Sanctae Rictrudis *Marcianensis, fol.* 92—95'. *Ex hoc libro manu alia correcto fluxit*

1) *Annales regni Francorum ed. Kurze p.* 82. 2) *Cf. Chron. Vedastinum a.* 788. 879 *(SS. XIII,* 705. 709*); Abel-Simson, 'Jahrbücher des Fränk. Reiches unter Karl d. Gr.' I*², 640; *L. Vanderkindere, 'La formation territoriale des principautés belges au moyen âge' I*², 1902, *p.* 38. *De viris, quibus parte posteriore saeculi VIII. Autcharius sive Otgarius sive Audacrus nomen erat, cf. C. Voretzsch, 'Über die Sage von Ogier dem Dänen',* 1891, *p.* 12 *sqq.; S. Riezler, 'Naimes von Bayern und Ogier der Däne' ('Sitzungsberichte der philos.-philol. und hist. Classe der Münchener Akademie'* 1892, *p.* 740 *sqq.); J. Bédier, 'Les légendes épiques' II,* 1908, *p.* 281 *sqq.; Krusch, SS. R. Merov. V,* 181 *sq.* 3) *Cf. V. Bertuini c.* 7: successores, qui post me venturi sunt; *c.* 14: miracula Dominus ostendit — — usque in hodiernum diem. 4) *L. Van der Essen l. l. p.* 88 *sqq. Vitam alteri parti saeculi VIII. attribuit.* 5) *De Vita Servatii altera (SS. R. Merov. III,* 89—91*) neque de prima (ib. p.* 87—89*) agi, e c.* 2. *cognoscitur, ubi locus exscriptus est, qui in sola Vita II. legitur, cum reliquae sententiae expilatae in utraque extent. Vitam II. Servatii ad editionem Bollandianorum (Analecta Bolland. I,* 94—104*) citavi, quippe quam B. Krusch v. c. ex parte tantum receperit.* 6) *Cf. Translationem Bertuini c.* 1 *(l. l. p.* 183*). De anno translationis egit Berlière l. l. p.* 143 *sq.; cf. etiam S. Balau, 'Étude critique des sources de l'histoire du pays de Liége' ('Mémoires couronnés par l'Académie royale de Belgique' LXI),* 1903, *p.* 497 *sq.* 7) *SS. IV,* 11: Sanctus Landelinus, — — Bertuinus, Eloquius clarent in Gallia. 8) *Ib. VI,* 324: Preter hos et alii multi de Anglia vel Scottia in Galliis peregrinantes — — scilicet Etto, Bertuinus, Eloquius. 9) *De diversis Vitis Bertuini eorumque codicibus cf. Analecta Bolland. VI,* 16 *sq., ubi tamen ordine minus apto Vitae positae sunt. Rectum ordinem exhibuit Bibliotheca hagiographica Latina I, p.* 195 *(n.* 1306—1309*) eumque fusius demonstravit L. Van der Essen l. l. p.* 85 *sqq.* 10) *Cf. 'Catalogue général des mss. des bibliothèques publiques des départements' VI (*4°*),* 1878,

2*) *codex* Bruxellensis *n.* 3500, *antea n.* 8940, *saec. XVII, cui fol.* 266—267'. *inter collectanea Bollandianorum exemplar Vitae Bertuini inest, descriptum 'ex manuscripto Marchianensi vetustissimo post Paschasium Ratbertum de corpore Christi', scilicet nostro* 2, *subsequentibus Vita C (fol.* 268—274'*) et epitome, cuius infra in nota* 5. *mentionem feci (fol.* 274'—276'*), quae exemplaria sunt codicis musei Bollandiani n.* 329.

Libros 1. 2* *B. Krusch,* 2 *ego ipse contulimus. Leo Van der Essen, 'Études d'hagiographie médiévale' ('Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique' XXXII, Lovanii* 1906, *p.* 18—23*), primus Vitam Bertuini e codice* 1 *publici iuris fecit*[1].

B) Praeter codices 1. 2 *ad Vitam primam (A) recensendam hic illic textus locis communibus omissis abbreviatus (incipit aeque atque A:* Vir venerabilis vitae*) usui est, quem e codice Namurcensi n.* 15, *saec. XII/XIII, olim monasterii S. Huberti*[2], *edidit I. Barbier, 'Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique' V, Lovanii et Bruxellis* 1868, *p.* 426—431.

C) Tertius auctor saeculi fere XI.[3] *textum A satis libere retractavit*[4], *amplo fuco verborum addito. Fetum eius (inc.* Humani generis auctor*) e tribus codicibus Bruxellensibus*[5] *publici iuris fecerunt socii Bollandiani, Analecta Bollandiana VI, Bruxellis* 1887, *p.* 18—30.

D) Denique quartum textum (inc. Beatus Bartuinus apud Anglos*) e Vita C excerptum e codice Ultraiectino S. Salvatoris hodie latente*[6] *eruit Cornelius Smetius, Acta sanctorum Belgii selecta V, Bruxellis* 1789, *p.* 179—182, *haesitanter statuens, se Vitam repperisse 'magis genuinam et fortassis ab auctore fere suppare exaratam', cum re vera opusculo ultimus locus competat.*

W. Levison.

INCIPIT[a] VITA BEATISSIMI VIRI BERTUINI CONFESSORIS ADQUE PONTIFICIS, QUOD EST III. IDUS NOVEMBRIS.

(1)[b]. Vir[c] venerabilis vitae, inclytus pontifex Bertuinus, ex provintia Anglisaxonis oriundus fuit et altus a parentibus locupletibus atque ex nobili genere ortus Gregorii M. Dialog. II, prol. V. Landiberti Trai. c. 1.

Cap. 1. 1. 2.

Cap. 1. a) *ita* 1; Inc. v. sancti B. episcopi et conf., v(idelicet?) quod est III. Idus Nov. *B*; Sanctus Bertuinus episcopus *m. al. praescr.* 2. b) *capita ipse distinxi.* c) *ita* 2. *B; om.* 1.

p. 183 *sq.; Analecta Bolland. XX,* 372. 1) *Codex* 2 *iam Smetio praesto erat Vitam primam quasi minus genuinam reicienti; cf. AA. SS. Belgii V,* 166—169. 2) *Cf. Analecta Bolland. I,* 494 *sqq.* 3) *Id quod, monente S. Balau l. l. p.* 117, *ratio clausularum frequenter assonantium suadere videtur.* 4) *Auctorem Vitam A neque contractam B adhibuisse constat e verbis in B omissis, scilicet c.* 1: sic Deo placens et hominibus *(Vita I, c.* 1: dilectus tam Deo quam hominibus*) et c.* 4: solitam exhibens eruditionem *(Vita I, c.* 4: more solito*).* 5) *Bibliothecae regiae n.* 3228 *(antea n.* 9636—37*), saec. XI/XII, et n.* 3234, *vol. IV (*11987*), saec. XVI. Codici musei Bollandiani n.* 329, *saec. XIV, praeter Vitam C epitome textus A inest e Vita C aucta, quantum e locis cognoscitur, quos attulit H. Moretus, Analecta Bolland. XXIV,* 448; *cf. ib. XXV,* 369, *n.* 1. 6) *Exemplar eiusdem, ut videtur, codicis inter collectanea Bollandiana in codice Bruxellensi n.* 3522 *(*8976—78*), saec. XVII, fol.* 195—196, *legitur; cf. J. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque royale de Belgique' V,* 1905, *p.* 621. *Eandem Vitam inveni in codice Carthusiensium Ultraiectinorum, hodie Ultraiectino n.* 391, *vol. III (Eccl.* 22*), a.* 1426, *fol.* 25—26'; *praeterea codex Bruxellensis n.* 3139, *vol. I (antea n.* 858—861*), olim Korssendonckanus, a.* 1490, *fol.* 313'—314', *commemoratur (Van den Gheyn l. l. p.* 95*).*

[V. Landiberti c. 1.] necnon, priusquam nasceretur[1], electus. Cum autem crevisset puer, miserunt[a] eum parentes eius cum[a*] prudentissimis viris[b] litteris edocendum in monasterium, quod vocatur Otbellum[2], et ipsum monasterium eiusdem sancti[c] viri Bertuini erat[d] hereditas atque possessio. A[e] sanctissimae namque nativitatis exordio fuit mansuetus, [V. Martini c. 2, 4. Gregor. 1. 1.] humilis, castus, pius adque modestus et, cum puerili esset aetate, tamen cor gerens senile[f], quicquid in pueritia meditabatur[g], postea devotus implevit. Pollebat cotidie vir sanctus in[h] actibus bonis et coruscabat virtutibus[i] atque miraculis[k]; prudentia[l] et temperantia, fortitudo et iustitia erant[m] in illo. Erat vir [cf. Eccli. 45, 1. V. Landiberti c. 8.] mitissimus et prudens et dilectus tam Deo quam hominibus. Medius erat[n] inter [V. Eligii I, 20.] pauperes et divites, largus in elemosinis, prumptus in vigiliis, sedulus in offitiis divinis. Hospitalitatem[o], humilitatem atque frugalitatem necnon et omnium bonorum virtutum studio erat[p] munitus atque ornatus. Euangelium Christi iugiter [cf. 2. Tim. 1, 3.] gestabat in corde et die noctuque sine intermissione orabat cum lacrimarum imbre[3] et quaerebat horas furtivas, in quibus solus orasset. Et quicquid[q] aliis[r] praedicabat vir sanctus verbis, cotidie depromebat ipse in bonis exemplis, mundum respuens, [cf. Matth. 13, 52.] caelestia desiderans. Erat enim scriba doctus, rutilans in libris divinis et sacris scripturis, et ad eum confluebant omnes, ut audirent prudentiam atque doctrinam viri[s] sancti, quia Deus erat cum illo.

(2). Contigit autem eodem tempore, ut episcopus, qui[a] eidem praeerat parrochiae[b], febre correptus aegrotare coepit; cumque dolor membrorum ad vitalia[c. 4] rediit[d], spiritum[e] exalavit vitae. Sepelierunt[f] eum ita, ut mos est. Cumque reversi fuissent ab offitio funeris, congregaverunt se pariter tam sacerdotes quam reliquus populus, qui in eadem commorabat[g] parrochia[h]; eligere disponebant beatum Bertuinum in ordine episcopatus[i]. Cum[k] haec audiens[l] vir Domini, stupefactus fortiter resistebat et[m] recusabat et dicebat, se indignum fore. Populus[n] autem [cf. Tit. 1, 8.] vociefrabat, quia dignus esset; sciebant[o], illum esse sanctum, castum, iustum[p], sobrium. Cumque vidisset, quia non valebat populo resistere, una cum divino consilio, cum[q] summa reverentia, cum magna humilitate et ingenti studio meruit [V. Landiberti c. 4.] servus Christi Bertuinus devotus, Deo opitulante, onus pontificale accipere. Devote [V. II. Servatii c. 9. V. Landiberti c. 4. 9.] suscepit ac devotius cotidie sacrum offitium adimplevit. Fuit[r] sacerdos magnus et in diebus suis placuit Deo; iustus et fidelis permansit[s]. Sumpto offitio, lustrabat urbes adque provintias et[t] euangelizabat verbum Dei et cuncta idolatria ac de-

Capp. 1. 2. 1. 2.

Cap. 1. a) *m. al. corr.* commiserunt 2. a*) *eras.* 2. b) (viris *m. al. superscr.*) litteras 2. c) viri sancti 2. d) *ita* 2. *B*; erat *om.*, fuit *m. al. in marg. suppl.* 1. e) A: 2. f) *ita* 2. *B*; et *add.* 1. g) midit. *pr. m.* 1. h) *versu exeunte om.* 2. i) almis *m. al. add.* 2. k) claris *m. al. add.* 2. l) vero *add.* 2. m) erat *pr. m.* 2. n) *om.* 2. o) Hospitalitate, humilitate, caritate atque frugalitate 2. p) rat *pr. m.* 1. q) c *m. al. superscr.* 1. r) vir s. al. pr. (verbis *om.*) 2. s) eius *pro* v. s. *m. al. in ras.* 2, *et ita B.*

Cap. 2. a) ::: eiusdem parroechie (*m. al. corr.* parroechiae) *pro* qui e. p. p. 2. b) parrochia *pr. m.* 1. c) vitalium *pr. m.* 1. 2. d) *m. al. corr.* rediret 2; redisset *B.* e) spū *pr. m.* 2 *et fortasse* 1. f) Sepultoque eo *pro* Sepelierunt — off. funeris 2 *(non B).* g) commorabatur 2. h) et *add.* 2 *(ubi m. al.* parroechia*).* i) epm̄ *(?) pr. m.* 1. k) que *add.* 2; Cum *om. B.* l) audiret 2 *(non B).* m) (et *om.*) recusans et dicens 2; recusansque dicebat *B.* n) popolus *(?) pr. m.* 1. o) enim *add.* 2. p) ac *m. al. add.* 2. q) c:: *pr. m.* 1. r) inquid *add.* 1; iam (*m. al. corr.* namque) *add.* 2. s) permanens, quique sumpto 2. t) (et *om.*) euangelizando 2; et euangelizans *B.*

1) *Cf. V. Ursmari auct. Ansone c.* 1 *(SS. R. Merov. VI, 453 sq.):* Qui a Domino est electus — —, priusquam nasceretur. 2) *Nescio, an de Outwell loco in comitatu Norfolk ad fines Cantabrigienses sito agi possit, fortasse eodem, qui in libro censuali qui dicitur 'Domesday Book' (II, 160)* Utuuella *dicitur.* 3) *Cf. Vitam II. Servatii c.* 3 *(Anal. Boll. I, 94):* lacrimarum imbre perfusus. 4) *I. e. intestina.*

lubra deorum funditus destruebat et monasteria adque ęcclesias[a] sanctorum cum magna diligentia restaurare curabat. Pauperes[b] alebat[c], nudos tegebat, infirmos (cf. Matth. 25, 36.) et hos[d], qui in carcere erant, sedulo visitabat. Pater erat orfanorum et iudex (cf. Ps. 67, 6.) viduarum, et cuncta provintia doctrina eius et sapientia erat repleta. Multa[e] vero signa atque miracula* Dominus dignatus est ostendere per servum suum Bertuinum. Caecis[f] reddebat visum, surdis auditum, claudis restaurabat gressus, aegrotos curabat, daemones effugabat[g], ut ait psalmista: *Mirabilis Deus in sanctis suis,* et (Ps. 67, 36.) rursum: *Laudate Dominum in sanctis*[h] *eius.* Bene de ipso congruit, ubi ait: *Ecce* (Ib. 150, 1. Iohann. 1, 47.) *vir*[i] *Israhelita*[k], *in quo dolus non est*[l]*!*

(3). Quadam vero nocte *apparuit ei angelus Domini* per visionem, dicens: (Iudic. 6, 12.) 'Surge, vir sanctissime Bertuine, quia oportet te peregrinare[a] in terra aliena atque longinqua et ibi praeparare habitaculum tuum in saltu magno, qui vocatur Maghligno[b. 1]'. Protinus respondit vir Dei per visionem: 'Domine, provinciam, quam mihi[c] dicis, nescio et locum, ad quem praecipis ire, penitus ignoro'. 'Surge', inquid[d] angelus Domini, 'et concitus proficiscere trans mare partibus Europae, provintiae[e] Galliae, et perquire fluvium[f] Samber, rivolum[g] Landuvii[2], quia ibi te oportet[h] construere cellulam[i] tuam et aedificare ęcclesiam in honore sanctae Mariae et ibidem euangelizare populum, quia multa beneficia Dominus tibi erit facturus in eodem loco'. Cumque evigilaret vir Domini et expergefactus[k] fuisset[l] a[m] somno, coepit intra se cogitare, quae esset haec visio, quam vidit.

(4). Mane a u t e m[a] facto, m o x u t aurora daret initium, surrexit pontifex (V. Landiberti c. 13.) almus maturius solito[b], accersivit[c] parentes et cognatos atque omnes consanguineos suos et tradidit illis hereditatem suam, monasteria scilicet et praedia[d], et[e] divisit (cf. 1. Cor. 12, 11.) illis unicuique, prout voluit[e]. Reliquas ergo facultates distribuit pauperibus, viduis, pupillis[f] et orfanis. Nihil secum retinuit[g] nisi tantum libros canonicos et reliquias sanctorum et pueros, qui in eius aderant obsequium[h. 3]. Memor fuit praefatus vates monita[i] salvatoris, ubi ait: *Vos, qui reliquistis omnia et secuti estis me,* (Matth. 19, 28. 29.) *centuplum accipietis et vitam aeternam possidebitis,* et in alio loco: *Nisi quis*[k] *renuntia-* (Luc. 14, 33.) *verit omnibus, quae possidet, meus esse non potest discipulus.* Desiderabat illam beatitudinem servus Christi, de qua dicitur: *Quod oculus non vidit nec auris audivit nec* (1. Cor. 2, 9.) *in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus his qui diligunt illum.* Tunc praefatus pontifex convocavit omnem multitudinem populi, qui in eadem aderant pro-

*) ut notum est *add.* 2.

Capp. 2—4. 1. 2.

Cap. 2. a) :eccles., *ras., ut videtur,* a 2, *et sic saepius.* b) non minime *add.* 2. c) abebat 1. d) his 2 *et fortasse pr. m.* 1. e) *m. al. in ras.* 1. f) insuper *add.* 2. g) et *add.* 2. h) sci *pr. m.* 1. i) vere *Vulg.* k) Isrtita 2. l) fuit 2.

Cap. 3. a) *ita pr. m.* 1; peregrinari 2. *B.* b) *ita* 1; Mothligna 2; Maghlino *B;* Masligna *C.* c) *ita* 2; me *(?) del.* 1; *om. B.* d) ait *add.* 1. e) provintia 2. f) fluium *pr. m.* 1. g) in quem rivulus L. defluit *pro* r. L. 2; S. ac rivulum Landuvium *B.* h) oporteat 1, *corr.; cf. infra p.* 180, 29. i) cellulam |::: (*ras.* lam) 2. k) experfactus *pr. m.* 2. l) fausset *pr. m.* 1. m) assumpno *pr. m.* 1.

Cap. 4. a) f. a. 1, *corr.* b) et *add.* 2. *B.* c) accessivit *pr. m.* 1. d) (prae *pr. m. in marg. suppl.*)dia 1. e) et — voluit *om.* 2 *(non B).* f) pullis *pr. m.* 1. g) retinens 2 *(non B).* h) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; obsequio *B.* i) *m. al. corr.* monitis 1. k) qui 2.

1) *Hodie Malonne locus prope Namur.* 2) *Hodie Landoir (l'Handoir) rivus in Sabim influens; cf. Barbier, 'Histoire de Malonne' p.* 3. 10 *sq.* 3) *Cf. V. Landiberti c.* 5 *(SS. R. Merov. VI,* 358*)*: nec amplius i n o b s e q u i u m e i u s remanserunt quam duo p u e r i.

vintia, et praedicavit illis verbis[a] divinis et euangelicis instrumentis[1] more solito [V. II. Servatii c. 5.] et, cum[b] desinit a praedicatione sancta, ait illis: 'Num vobis celare potero, fratres mei, quae gesturus sum? Dominus', inquid, 'meus Iesus Christus iubet me istam parrochiam deserere et ad[c] aliam transmigrare in terra aliena atque longinqua et ibidem usque ad finem vitae peregrinari[d]. Ideo flagito almitati[e] vestrae, ut pro [cf. Gen. 24, 40. Iudith 8, 31.] me preces fundere dignemini ad Dominum[f], ut dirigat viam meam et *firmum faciat* [cf. Gen. 33, 12.] *consilium meum* et sit sotius itineris mei, ut[g] perducat me incolumen[h] ad locum [V. II. Servatii c. 5.] usque[i] praefatum. Ab hodie ac[k] deinceps faciem meam amplius[l] non videbitis'. Et [ib. c. 7.] cum haec dixisset, magnus adfuit fletus et ululatus in populo, et [Sulp. Sev. epist. 3, 10.] dicebant: 'Cur nos, pater sancte, deseris? Quare oves, quas custodisti, relinquis? [Matth. 9, 36.] Nunc erimus[m] desolati, *sicut oves non habentes pastorem*. Quis monstraturus erit nobis viam, per quam pergere[n] debemus[o] ad regnum vitae? Et quis erit custus[p] animae nostrae, et quis erit defensor noster[q] a laqueo diaboli?' Et conveniebat multitudo pauperum, viduarum, pupillorum, orfanorum, quos nutriebat beatus [V. II. Servatii c. 7.] Bertuinus; prosternebant[r] se ante pedes eius et[s] deosculantes[t] vestigia plantae eius, percutientes[u] pectora sua, et dicebant: 'Heu! heu! quid faciemus[v] nos miseri? Quis nobis daturus erit victum[w], quis nobis daturus[x] erit vestimentum? Te obsecramus, permitte nobis tecum ire, ne patiemur[y] famem[z] vel inopiam'. [cf. Ioh. 5, 20.] Et ille inquid: 'Vobis maiora Deus[a] praestitit, me autem minora praestabit'. [V. II. Servatii c. 7. 5.] Tunc praedictus pater benedixit illis cum lacrimis et osculatus est eos. Denique accepit libros divinos et sanctorum pignora et pueros, qui in eius aderant obsequium[2], et profectus est.

(5). Cumque venisset ad mare, invenit navim[a] sibi praeparatam. Cumque ascendisset ipse et discipuli eius, ait: *'Salva[3] nos, Christe salvator, per virtutem*[b] [cf. Matth. 14, 31.] *crucis; qui salvasti Petrum in mari, miserere nobis'*. Protinus praeparavit Dominus ventum prosperum[c]; sine remigandi auxilio pervenit ad portum usque oportunum[d], quem desiderabat vir[e] Domini. Cumque ascendisset de navi, ut proficisceretur, [Iudic. 6, 12.] eadem nocte *apparuit ei angelus Domini* secundo *et ait:* 'Surge velociter, quia oportet te prius Romam ire et in eadem urbe biennium clausum commorari'. Tunc illico surrexit vir Domini; more oboedientiae secutus[f], implevit omnia, sicut praecepit ei angelus Domini[g].

[V. II. Servatii c. 5.] (6). Denique cum regressus fuisset ab urbe Roma, pervenit opido[a] Namuco[4], ad locum, ubi fluvius Samber dirivatur in alveo Mosae. Tunc demum cepit proficisci iuxta litus fluminis Samber[b] et pervenit usque rivolum Landuvii et invenit

Capp. 4—6. 1. 2.

Cap. 4. a) verba divina cum euang. 2; verbum divinum *B.* b) relicta *pro* cum des. a 2. c) *m. al. add.* 1. d) et *add.* 2 *(non B).* e) almitatem vestram 1. *B.* f) et *add.* 2 *(non B).* g) et 2. *B.* h) *ita* 1 *(cf. Bonnet, 'Latin' p.* 340*);* incolumem 2. i) *om.* 2 *(versu exeunte). B.* k) et 2. *B.* l) iam *add.* 1. *B.* m) eri:mus, *ras.* m 1. n) p::gere 1. o) *corr.* debeamus 1. p) *ita* 1; custos 2. q) *om.* 2. r) que *add.* 2; prosternens *B.* s) *om.* 2. t) deosculabantur 1; deosculans *B.* u) que *add.* 2; percutiebat *B.* v) fatiem *m. al. corr.* fatiemus 1. w) et *add.* 1. x) erit dat. 2. y) patiamur 2. z) famen 1. a) *om.* 1.

Cap. 5. a) navem 2. b) virtute *pr. m.* 1. c) et *add.* 2. d) ad portunu *pr. m.* 1. e) vir Dom. *om.* 2 *(non B).* f) et *add.* 2 *(non B).* g) *om.* 2 *(non B).*

Cap. 6. a) ad oppidum Namuci (Namucum *B*) 2. *B.* b) Samberi *B.*

1) *I. q. institutis. Benedictini apud Cangium.* 2) *Cf. supra p.* 179, *n.* 3. 3) *Verba* Salva — nobis *deprompta sunt ex antiphonis diei Exaltationis S. Crucis (Sept.* 14*), de quibus egit I. Herwegen, 'Zur Geschichte des Kreuzoffiziums' ('Der Katholik'* 1910, *vol. I, p.* 322 *sqq.).* 4) *Namur.*

ibi quendam pastorem custodientem pecora et ait illi: 'Dic, mi[a] frater, quomodo nominatur rivolus iste?' Et ille inquid: 'Rivolus iste nominatur Landuvius'. Tunc vir Domini gavisus valde secutus est crepidinem rivoli et pervenit ad locum usque praefatum et nihil[b] repperit nisi saltum magnum et frutecta densissima veprium et spinarum et latibula ferarum et speluncas latronum[1] et habitationes demonum. Tunc vir Domini sanctificavit aquam et sparsit et *ibi tetendit tabernaculum* Gen. 12, 8.
suum et castra metatus est in eodem loco.

(7). Eo namque tempore erat quaedam matrona religiosa nomine Roga[a] in villa Hlopanna[b, 2], et haec erat[c] possessio. Cumque audisset, quod servus Christi[d] Bertuinus moraret[e] in saltu[f], accepit[g] munera, cum summo honore pervenit ad eum et ait: 'Domine mi, scio, quia vir sanctus es et iustus et bonus; ideo permisit[h] te Dominus ad hunc locum, ut sis in salutem animarum nostrarum et tuearis nos a decipula satanae. Denique flagito: in loco, quem elegerit animus tuus, praepara habitaculum tuum'. Et ille: 'Nolo ita, ut dicis; sed obsecro te, ut pignus accipias, et sit mihi in possessionem, ut peregrini et[i] successores, qui post me venturi sunt[k], habeant susceptionem et hospitium'. Et ita fecerunt.

(8). Tunc servus Domini coepit succidere silvam fortiter tam ipse quam servi eius, et vicini qui haec audierant[a] praebebant ei auxilium, et coepit construere cellulam[b] et ecclesiam. Eadem nocte *apparuit ei angelus Domini* et depromit[c] ei Iudic. 6, 12.
locum, in quo ęcclesiam debuerat construi. Mane autem facto, apparuit circulum[d] roris in circuitu humidum, et alia terra arida erat, et in eodem loco construxit[e] ecclesiam.

(9). Quadam autem[a] die contigit, ut ferrum deficeret ad aedificationem sartatecta[b] templi; confestim perrexit partibus Niviella[3] ad praesidem nomine Erponem et petiit ab eo obnixe, aliquid sibi dari ferri. Et ille inquid: 'Non est ferrum in loco isto, nisi tantum massa innormis[c] antiqua, quam nemo potest abscidere nec faber nec ullus artifex'. Et ait: 'Ostendite ea[d] mihi'. Cumque perspiceret[e], traxit baculum suum per medium ferrum, et protinus divisum est in duas partes, et glorificaverunt Deum omnes, qui haec viderant.

(10). Cumque remeasset ad cellulam suam cum ferro et venisset spatium medium itineris, ait: 'Habetis aliquid ad reficiendum?' Et dixerunt: 'Habemus panem[a], caseum et flasconem[4] vini'. Cumque attulissent, benedixit; comedit ipse et dedit ceteris. Denique fecit signum crucis super flasconem et biberunt semel,

Capp. 6—10. 1. 2.

Cap. 6. a) mihi 2 *(non B); cf. l.* 11. b) ibi *add.* 2 (*non B*).

Cap. 7. a) Roda *B.* b) *m. al. corr.* Hloxanna 2* (*non* 2); Ropanna *B;* Flovanna *C.* c) eius *add.* 2, *post* poss. *add. B.* d) Domini 2. *B; cf. p.* 178, 29. 179, 30 *et e contrario infra l.* 17. e) *m. al. corr.* moraretur 1, *et ita* 2. *B.* f) saltum *B.* g) accipiens (mox *add.* 2) mun. 2. *B.* h) *ita pr. m.* 1; praemisit *B et m. al.* 1; misit 2. i) *pr. m. superscr.* 1. k) ut *add.* 1.

Cap. 8. a) audierunt 2. b) cellam 2. c) *ita* 2; promit 1; ostendit *B; cf. p.* 178, 15. d) *m. al. corr.* circulus — humidus 1, *et ita B.* e) *ita* 2. *B;* struxit 1.

Cap. 9. a) *ita* 2. *B; om.* 1. b) *ita* 1. 2. c) *ita* 2; ennormis 1. d) *m. al. corr.* eam 1, *et ita* 2. *B.* e) conspic. 2; aspic. *B.*

Cap. 10. a) *ita* 2. *B* (*add.* et); *om.* 1.

1) *Cf. Bedae Hist. eccl. III,* 23: in quibus latronum magis latibula ac lustra ferarum quam habitacula fuisse videbantur hominum. 2) *Hodie fortasse Flawinne ad Sabim fluvium supra Namur, ut statuit Barbier l. l. p.* 14. 3) *Hodie Nivelles (prov. Brabant).* 4) *Cf. supra p.* 130, *n.* 1.

bis et tertio illi duodecim viri, qui cum eo erant, et fuit iterum plenum[a] flasco sicut prius[1]. Tunc provoluti sunt ad pedes eius et dixerunt: 'Magnus vir es tu; magna miracula ostendit Deus per te'. Et ille inquid: 'Non est meum miraculum hoc, sed Domini'. Et pervenit ad cellulam suam.

(11). Postera autem die veniebat plaustrum valde honeratum ad cellulam ipsius. Contigit autem, ut versaretur super puerum, et fregit crura eius[a] et tibias utrasque. Cumque vidisset vir Domini puerum iacentem et matrem eius vehementissime flere, prostravit se in orationem cum lacrimis et diutissime oravit. Protinus solidata sunt crura pueri et ossa, quasi numquam fuissent fracta, et surrexit puer magnificans Deum et habiit[b] sanus.

(12). Alia vero die venit quidam pauper, circulum ferri habens circa lumbos et brachia. Cumque vidisset vir Domini illum in angustia, fecit signum crucis, et
Matth. 9, 26. fregit ferrum quasi vitrum. *Et*[a] *exivit*[b] *fama haec* per totam provinciam.

(13). Denique cum audisset Odacrus[a] princeps regis Pipini, qui residebat in villa Florechia[b, 2], virtutes, quas fecerat adleta Christi, festinus venit ad eum et tradidit[c] possessionem, quam habebat iuxta rivulum Landuvii. Tunc demum deduxit illum ad regem Pipinum et retulit ei, quicquid acciderat[d]. Tunc Pipinus[e] rex suscepit illum cum magna diligentia et dedit illi possessiones villas V, et reversus[f] cum pace ad cellulam suam. His ita gestis, praeparavit habitaculum parvum cum oratorio, et ingressus, ibidem permansit clausus. Confluebat[g] ad eum omnis provincia, et praedicabat illis et multa miracula faciebat.

(14). Cumque adpropinquasset dies exitus sui, convocavit fratres, qui in eodem aderant cenobio, et ait illis: 'Dominus', inquid, 'meus Iesus Christus iam me vocare dignatus est servum suum, et tempus est[a], ut revertar ad illum, qui me misit'. Cumque haec diceret adleta Christi, ceperunt fratres psallere[b] cum fletu, et ipse
Gregorii Dial. IV, 14. V. Landiberti c. 17. pariter psallebat. Cunque oculos et manus ad caelum[c] levasset, anima sancta soluta est a claustra[d] corporis, e t s u s c e p e r u n t e a m angeli sancti et d e p o r t a v e r u n t e a m[e] cum magn o t r i p u d i o i n paradis u m. Tunc discipuli eius accipientes sacrum corpusculum et[f] sepelierunt illud cum magna diligentia. Et multa signa atque miracula Dominus ostendit per servum suum Bertuinum in eodem[g] loco usque in hodiernum diem, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

EXPLICIT[h] VITA SANCTI BERTUINI CONFESSORIS.

Capp. 10—14. 1. 2.

Cap. 10. a) *m. al. corr.* plenus 1.

Cap. 11. a) *om.* 2 (*non B*). b) *ita* 1. 2 (*pr. m.*).

Cap. 12. a) *pr. m. superscr.* 1; at *B.* b) exiit f. haec 2 *cum Vulg.*; ille excitavit famam eius per *B.*

Cap. 13. a) Odarus 1, *corr.* b) Flerechia 2. *B;* Florefia (*al.* Florefila) *C.* c) ei *add.* 2. *B.* d) *ita B;* accideret *pr. m.* 1; qu. de eo audierat 2. e) rex Pip. 2. f) est *add.* 2 (*ubi* cum pace *in litura*). g) Confluebant ad eum omnes provintiae 2; Confluentibus autem ad eum cunctis ex prov. *B.*

Cap. 14. a) *ita* 2. *B; om.* 1. b) sallere 2. c) *m. al. in marg. suppl.* 1. d) *m. al. corr.* claustris 1: claustro 2. *B.* e) illam 2. f) et *deest, sed fortasse eras.* 2. g) inodem (*sic*) 2. h) *subscr. om.* 2; conf. *om. B.*

1) *Cf. V. Willibrordi auct. Alcvino I,* 17 (*supra p.* 130): Ex qua omnes illi XII usque ad sacietatem bibebant, et mirum in modum, illis abeuntibus, ex optimo vino flasco — — inventa est plena ut ante. 2) *Postea Floreffia (hodie Floreffe), ad dextram ripam Sabis supra Maloniam sita.*

VITA GAMALBERTI

PRESBYTERI MICHAELSBUCHENSIS.

Michaelsbuch vicus in Bavaria inferiore ('Bezirksamt Deggendorf') prope Isaram in Danubium influentem situs Gamulbertum vel potius Gamalbertum[1] *patronum veneratur, sanctum satis obscurum, quem die* 17. *Ianuarii cultum esse inde a saeculo X. constat*[2]. *Anonymus quidam, a multis rogatus, cum opus per triennium detestatus esset, vitam sancti 'hactenus latentem' enarrare conatus est neque vero in tractanda materia ab antecessoribus 'intacta dimissa' adeo profecit, nisi forte amplos fucos verborum de virtutibus sancti prolatos miraculaque quaedam enarrata pro Vita viri habes*[3]. *Rettulit autem Gamalbertum, qui et dominus fundi et sacerdos presbyteratu ornatus fuisset, ecclesiam Fageti (i. e. Michaels* b u c h*) vici natalis una cum pago hereditate paterna acceptam per quinquaginta annos rexisse, deinde orandi causa Romam profectum in itinere Uttonem puerulum postea sibi successurum baptizasse, denique, cum successor ab ipso parrochianis promissus advenisset, summa senectute die* 17. *Ianuarii obiisse, etiam post mortem miraculis celebratum. Ne aevum quidem sancti biographus compertum habebat; quod enim narrat, Gamalbertum ortum esse* tempore, quo iam per T e u t o n i c u m r e g n u m floruerat fides catholica, *inde ut nihil de aetate sancti intellegitur, ita constat, auctorem vix ante saeculum XI. scripsisse, ante quod 'Teutonici regni' mentio apud scriptores Germanicos non occurrit*[4]. *Congruit sermo syllabis sententiarum desi-*

1) Gamalbertus *ut in codice Vitae* 1a *ita in fontibus antiquioribus legitur; cf. e. gr. Librum confraternitatum S. Petri Salisburg. (a.* 784*) col.* 81, 12 *(MG. Necrologia II,* 32*):* Camalperht; *Lib. confraternit. Augiens. (c. a.* 830*) col.* 117. 149. 167. 168. 451 *(Piper, MG. Libri confrat. p.* 189. 202. 208. 289*):* Gamalbert(us). 2) *Cf. Kalendarium Ratisbonense (hodie Veronense), saec. X. ex. (Delisle, 'Mémoire sur d'anciens sacramentaires, Mémoires de l'Académie des Inscr. et Belles-Lettres' XXXII,* 1, 1886, *p.* 194*):* Gamalberti confessoris; *Tegernseense c. a.* 1009. *exaratum (Analecta Bolland. XVII,* 9*):* Gamulperti confessoris; *Eistetense Gundecari II. episcopi a.* 1072 *(Hirschmann, ib. p.* 395*):* Gamalperti confessoris; *Martyrologium Hermanni Augiensis c. a.* 1150. *auctum (Dümmler, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXV,* 214*):* In Norico Ripensi sancti Gamalberti presbiteri magnae sanctitatis viri. *Testimonia collegerunt A. Weber, 'Todestag des seligen Gamelbert' ('Zeitschrift für katholische Theologie' XXVI,* 1902, *p.* 583—588*) et B. Ponschab, 'Die seligen Utto und Gamelbert', Metten* 1910, *p.* 26 *sqq.* 3) *Ponschab l. l. p.* 61 *sqq. Vitam iusto pluris aestimavit.* 4) *Cf.*

nentium concinentibus ex more illius aevi exornatus (Germ. 'Reimprosa') neque codices quantum scio extant ante idem saeculum exarati.

Temporibus autem Merovingicis ad finem vergentibus Gamalbertum nulla alia de causa attribuerunt, nisi quod Uttonem successorem eundem fuisse iudicabant atque Uttonem abbatem Metamensis coenobii (Metten) in altera ripa Danubii haud procul a Michaelsbuch siti[1]. *Qui Utto c. a.* 830. *Libro confraternitatum Augiensium illatus est*[2] *atque anno* 837. *non iam inter vivos erat*[3], *quo Nithardus abbas coenobio praefuit et Ludowicus rex chartam defensionis a Carolo M. avo monasterio concessam confirmavit*[4]. *Ad Carolum autem, qui illud etiam possessionibus ditaverat*[5], *posteri initia coenobii referebant contra chartarum silentium atque narrabant, Uttonem, cum Gamalberto successisset, quacumque causa motum, parrochia relicta, trans Danubium in silvas sese recepisse et a rege venationi vacante repertum primum abbatem Metamensi monasterio praefectum esse*[6]. *Quas fabulas posteriores nullius momenti esse constat*[7], *neque quicquam certi de aevo aut Gamalberti aut Uttonis successoris concludere licet, neque magis compertum habetur, quo tempore Metamenses 'ius patronatus in ecclesia Puche cum manso et decima' a.* 1275. *a Gregorio X. papa confirmatum*[8] *nancti sint. Et ecclesia*[9] *et monasterium*[10] *patrocinio Michaelis archangeli subiecta erant; sed initia consuetudinis omnino latent,*

W. Giesebrecht, 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' I[5], 867; *G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' V*[2], 133; *Fr. Vigener, 'Bezeichnungen für Volk und Land der Deutschen'*, 1901, *p.* 202 *sqq.* 1) *Quam opinionem post alios nuper defendere conatus est B. Ponschab, 'Untersuchungen über die Gründungsgeschichte des Klosters Metten' ('Studien und Mitteilungen aus dem Benediktiner- und dem Zisterzienser-Orden' XXV*, 1904, *p.* 181—189. 489—501*), et in libro iam laudato, sed fontibus nimis incertis usus est coniecturisque dubiis aliquatenus indulsit.* 2) *Piper, Libri confrat. p.* 189 *sq.:* Nomina fratrum de monasterio quod Metama nuncupatur. Utto abb., *etc. Uttonem abbatem, qui c. a.* 770. *synodo Dingolfingensi interfuit (MG. Concilia II*, 97*) et a.* 784. *Libro confraternitatum S. Petri Salisburgensis inscriptus est (MG. Necrologia II*, 12*), eundem fuisse, ob tempora nimis distantia minus certum est, etsi fabulae de coenobio a Carolo M. post a.* 788. *demum condito traditae minime obstant (cf. Herzberg-Fränkel, 'N. Arch.' XII*, 106; *Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II*[3], 447, *n.* 4; *Ponschab, 'Utto und Gamelbert' p.* 54*).* 3) *Die* 3. *Octobris obiisse fertur; cf. Ponschab, 'Utto und Gamelbert' p.* 9 *sqq.*, 53. 4) *Monumenta Boica XI*, 420; *Mühlbacher, Reg. I*[2], *n.* 1360. 5) *Cf. confirmationem a Carolo III. a.* 882. *datam (Mon. Boica XI*, 431; *Mühlbacher*[2] *n.* 1639*).* 6) *Cf. Leidinger, Fundationes monasteriorum Bavariae ('N. Arch.' XXIV*, 695 *sq.); J. Bueus, AA. SS. Octobris II*, 207—214; *R. Mittermüller, 'Das Kloster Metten und seine Aebte', Straubing* 1856, *p.* 7 *sqq.; Ponschab, 'Untersuchungen' p.* 495 *sqq., 'Utto und Gamelbert' p.* 73 *sqq. Adhuc baculus pastoralis aevi posterioris in coenobio ostenditur, quem Carolum Uttoni Roma detulisse ferebant, hanc inscriptionem exhibens:*

Quod Dominus Petro, Petrus tibi contulit, Utto

(Mon. Boica XI, 345; *Mittermüller p.* 14; *Ponschab, 'Utto und Gamelbert' p.* 14*).* 7) *Cf. Ponschab, 'Untersuchungen' p.* 492 *sqq.; 'Utto und Gamelbert' p.* 55 *sqq.* 68 *sq.* 8) *Mon. Boica XI*, 449; *'Urkunden-Buch des Landes ob der Enns' III*, 1862, *p.* 426; *Potthast, Reg. pont. Rom. II, n.* 21013. *Nomina plebanorum et vicariorum ecclesiae Mittermüller l. l. p.* 287 *sq. collegit.* 9) *Ut e nomine Michaelsbuch intellegitur; cf. chartam Heinrici II. episcopi Regensburgensis, qua a.* 1294. *Metamensi coenobio* ecclesiam parochialem in Puech S. Michaelis *incorporavit (Mittermüller l. l. p.* 282; *cf. p.* 53*).* 10) *Cf. chartam Ludowici regis a.* 837. *datam (supra n.* 4*):* Nithardus abba ex monasterio quod dicitur Medema, quod est constructum in honore sancti Michaelis archangeli, *et chartas posteriores.*

atque quod Uttonem, heredem Gamalberti, monasterium condidisse atque primi abbatis munere suscepto gubernasse etiam adhuc statuerunt, mera coniectura est neque adeo veri similis existimanda consideranti, auctorem Vitae Gamalberti coenobii Metamensis ne uno quidem verbo mentionem fecisse, ne de Uttonis dignitate abbatiali dicam ei ignota. Uttones ergo duos pro uno eodemque habere ideoque aetatem Gamalberti accuratius circumscribere vix licet.

1*a) Codices*[1] *Monacenses n.* 14031 *(Ratisb. Emm. A.* 31*)*[2], *saec. XI, antea S. Emmerammi, fol.* 75—78, *et*

1*b) n.* 18625 *(Teg.* 625*), saec. XII, olim Tegernseensis, fol.* 28—35, *in verbis* deprecationem eorum exaudit *(AA. SS. Ian. II, p.* 786, *col.* 2, *§* 18*) desinunt, omissis miraculis, quae post depositionem sancti facta esse dicuntur.*

2*a) Codex Monacensis n.* 22240 *(Windb.* 40*), legendarii Windbergensis sub Gebehardo abbate (*1141—91*) exarati tomus primus, fol.* 84—88'.

2*b) Codex Fuldensis bibliothecae provincialis Aa* 96, *saec. XV, olim Blauburanus, deinde Weingartensis G* 5 *fol.*[3], *partis prioris fol.* 29'—32'. *In tegumento anteriore saec. XV. haec adnotata sunt:* Quocumque tollatur, Blaupurren semper meum fatur, *atque in posteriore:* Bartholomeus Krafft scriptor huius libri et aliorum plurimorum obiit 1490.

3*) Codex Mellicensis n.* 310 *(F.* 8*), saec. XIII, fol.* 170—173[4].

Librum 3 *G. H. Pertz b. m.,* 1*b et* 2 *Br. Krusch v. c. contulerunt,* 1*a.* 2*b et iterum* 3 *ipse adhibui; denique particulas nonnullas* 1*a. b.* 2*a primo omissas G. Leidinger v. c. officiosissime supplevit. Neque Vitam integram typis mandare visum est; sed prologus alter, laudes virtutum nimis verbosae, miracula quaedam minoris momenti esse videbantur quam ut iterum ederentur.*

Iohannes Bollandus et Godefredus Henschenius, Acta sanctorum, Ianuarii tom. II, Antverpiae 1643, *p.* 783—787, *Vitam e codice Carthusiae Coloniensis* 3 *simili, quem Iohannes Gamansius descripserat, ediderunt; qui liber inscriptus erat:* Antiquitates selectae de vitis sanctorum ex mss. Carthusiae Gamnicensis in Thuringia[5], opera F. Iacobi Bilagii Erfordiensis Carthusiani. *Pars posterior prooemii alterius etiam in hac editione omissa est.*

W. Levison.

INCIPIT[a] PROLOGUS IN VITAM SANCTI GAMALBERTI[b].

Opusculum quoddam[c] iam dudum incepturus fueram, nisi quod ingenioli adhuc inculti siccitatem pertimueram[d]; sed diutius facere non audeo dilationem propter

Prol. 1*a. b.* 2*a. b.* 3.

Prol. a) *ita* 1*b*; Inc. *om.* 2*a. b (hoc loco; cf. n.* b*)*; Prologus sequentis operis *praescr. et in marg. add.* Require plenius 3; *praescr. om.* 1*a.* b) *ita scripsi;* Gamulberti 2*a*; Gamulperti confessoris 1*b*; Samulberti *(sic)* presbiteri incipit 2*b.* c) qu. iam, *versu vacuo relicto, om.* 1*a.* d) pertimuaram 1*b*, *corr.*

1) *Codices Vitae enumeravit Ponschab, 'Utto und Gamelbert' p.* 60. 2) *Matthaeus Raderus, Bavaria sancta II,* 1624, *p.* 121, *codicis* 1*a mentionem fecit.* 3) *Cf. K. Löffler, 'Die Handschriften des Klosters Weingarten' ('Beihefte zum Zentralblatt für Bibliothekswesen' XLI),* 1912, *p.* 100 *sq.; P. Lehmann et N. Bühler, 'Historisches Jahrbuch' XXXIV,* 1913, *p.* 493—537. 4) *Vitam reliqui quoque codices legendarii Austriaci continent, scilicet Sanctae Crucis n.* 11, *saec. XII. ex.; Lilienfeldensis n.* 58, *saec. XIII; Zwettlensis n.* 13, *saec. XII. ex.; Admuntensis n.* 25, *saec. XIII (cf. Analecta Bolland. XVII,* 43*). Commemoratur etiam codex Admuntensis n.* 393, *saec. XII/XIII ('Archiv' X,* 639*). Codex Monacensis n.* 26272 *(ZZ.* 3272*), a.* 1564. *a Thurnhueber parocho in Michaelsbuch exaratus, fol.* 52—54', *epitomen Vitae Latinam (inc.* Gamulpertus ex inferiori Bavaria et oppido

multorum Domino fideliter servientium, qui hoc[a] a me postulant, peticionem[b]. Hoc autem est, ut vitam sancti Gamalberti[c], omnium anxiorum adiutoris egregii, nimis incommode hactenus latentem, cunctis scire volentibus facerem scribendo patentem. Incommodum quidem[d] erit, si reus eum oratorem ignorabit, qui plurimum aput iudicem valebit. Vereor autem, aliquos lectores suam fastidio habituros utilitatem propter[e] meam qui scriptor eram vilitatem[e]; quod tamen[f] indecens[g] est sapienti[h], ut aliquem bona, etsi non bene[i], loquentem dedignetur oculo liventi. Quapropter eos, si qui sunt, quod absit, volo commonefacere, ut non hoc intendant[k] tantopere, quis vel qualis compositor fuerit, quam quid et de quali composuerit. Et si quisquam me arguerit mihi inpossibilium rerum esse praesumptorem, illi meam ex cordis[l] vena vere pando intentionem, quam habui[m] toto hoc triennio, cum frequenti rogatu persuasus[n] sim hoc[o] inchoare[p], sed egomet me[q] diffiderem rite posse consummare. Quis, inquam, ego sum tantillus, plurimis peccatorum laqueis irretitus[r] nec
cf. Coloss. 4, 6. ullo sapientiae sale conditus, ut sancti cuiusquam gesta dignis scriptis valeam explicare, quae sat scio meis viribus praeponderare? Viri etiam inlustrissimi timuérunt[s] tale opus adsumere sibi, et ob quam[t] aliam rem a pluribus nostris antecessoribus[u] haec eadem materia intacta dimissa est hactenus? Perterruit quoque sententia
Eccli. 15, 9. veridici[v] sermonis, quia *non est speciosa laus in ore peccatoris.* Igitur cum haec menti[w] iugiter inesset meditatio, subintravit alia quaedam huic contraria cogitatio: quippe illum timorem penitus esse reprobandum, qui suaderet, quippiam incipiendi boni propter difficultatem evitandum, maxime cum omnia potentis et bona solummodo volentis[x] Dei adiutorium[y] omnibus beneficis[z] promptissimum sit et voluntarium. Priores autem, quos[a] dicis, Dei margaritam in ignorantiae sterquilinio sordentem viderunt; sed cum eam scientia emundare atque noticia expolire noluerunt[b], forsitan[c] aut[d] acedia[e, 1] aut incuria[f] intermiserunt, quoniam[g], quamvis, ut debuerunt, non poterant[h], tamen,
cf. Ps. 150, 1. ut poterant, Dominum in sanctis eius laudare debuerant. Hi[i] cum finem vitae sibi sensissent adesse, quam tunc voluissent hoc aut tale quid[k] exsudasse[l]! Quomodo
cf. Exod. 23, 15. tu vero excusabilior eris, cum vacuis manibus Domini conspectibus apparueris? Quid, si idem ipsi quos praedixeras petitores a Domino missi sunt tui[m] studii et fraternae oboedientiae exploratores? Quocirca, si quis adversarius[n] inscitiae[o] tibi intorserit obiectionem, tu quasi clippeum obice devotionis et oboedientiae protectionem, et cuiuscumque criminis obtenderit intentionem, satis congruam in praescriptis invenire valebit depulsionem.

EXPLICIT PROLOGUS[p].

Prol. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3.

Prol. a) *corr.* hanc 2*b*; h(an *in ras.*)c 1*a*. 3. b) petionem 1*b*. c) *ita* 1*a*; Gamulberti 2*a*. *b*. 3; Gamulperti 1*b*. d) est *add., sed del.* 2*a*. e) propter — vilitatem *om.* 2*a*. *b*. f) tā 2*b*. g) incedens 3. h) sapienti: 2*a*. i) loqu. bene 1*a*, *corr.* k) intendat 1*a*, *corr.* l) cordū (?) 2*a*, *corr.* m) habitu 1*b*; habuit 3, *corr.* n) persuasis 3, *corr.* o) *om.* (2*a*). 3. p) inquoare 1*b*. q) *corr.* ne 3. r) irritatus (?) *pr. m.* 1*a*. s) tim(uerunt *m. al. in ras.*) 2*a*. t) hoc 3. u) ante::cess. 3. v) unidici 2*a*, *corr.* w) *superscr.* 2*a*. x) voluntas 1*a*; voluntatis 3. y) adiutorio (?) 2*a*, *corr.* z) beneficiis 1*b*. 2*b*. a) quod 2*a*. 3. b) voluerunt 1*b*. 2*a*. c) forsitant 1*a*, *corr.* d) ac 2*a*, *corr.* e) accidia 2*b*. 3. f) incurva 1*b*, *corr.*; iniuria (2*a*). g) qūō, *sed* o *m. al. in ras.* 2*a*. h) potuerant 3. i) *corr.* Hic 3; Hii 2*b*. k) quod 1*b*. l) exsuadasse 2*b*, *corr.*; exsu:d:sse 3, *corr.* m) tu 1*a*, *corr.* n) adversariis 2*b*. o) inscithię 1*a*. p) pr. *om.* 1*a*; *subscriptio deest* 3.

vulgo Michelspuech*), fol.* 63 *sqq. eandem vernacula lingua conscriptam continet (*inc. 'Gamulpert war von edlen und christlichen Eltern'*); B. Krusch v. c. codicem inspexit.* 5) *Immo Carthusia Gamnicensis in Austria Inferiore sita erat (hodie Gaming).*

1) *I. e.* *ἀκήδεια, taedium.*

INCIPIT VITA[a].

Cum[1] genus humanum — — — elegit flocci pendere.

(1)[b]. Hic itaque vir Domini[c] sanctus de Baioaria[d] extitit oriundus, de vico, qui Latina interpretatione dicitur Fagetum[e, 2], non longe[f] a confluentia Danubii et Ysarae[g, 3] fluviorum, de bona et nobili parentela, tempore[h], quo iam per Teutonicum[i] regnum floruerat fides catholica. Parentes eius de propriis victitabant[k] rebus et[l] de sufficientibus praediis[m], quae habebant, non voluptuosos[n], sed moderatos[o] fecerunt sumptus, iustis actionibus et sanctis vitam transigentes[p], quae dicitur secularis. Primam igitur aetatem, quod[q] est infantia[r, 4], quae et alio nomine non irrite vocatur innocentia, tam integre tamque innocenter sanctus iste peregit, ut nec animae suae nec alicui viventium voluntate sua nocuerit. Numquam enim[s] invasit eum[t] iactantia, numquam ineptus ludus aut pueritiae comes petulantia; ira et rixa, quae id aetatis homines[u] aliquoties[v] sine causa stimulant, eius animum[w] raro vel coactum intrabant. Vere iuxta apostolum malitia parvulus, sensu[x] autem (cf. 1. Cor. 14, 20.) fuit perfectus. Et quoniam Dominus illum praeordinaverat fore vas electionis, (cf. Act. 9, 15.) nequivit subici humanis affectibus pravae actionis.

(2). Pater autem cum eum ut heredem[a] et filium nutrire cuperet et, ut moris est, ad[b] usum militiae institueret[c], armigerum sibimet[d] aliquoties[e] fecit armaque militaria aut suspendit puero aut praecinxit; quae numquam vel ad momentum poterant adherere, sed, mox ut[f] circumdata sunt, decidere. Quapropter indignati pater et fratres, eius hoc ignavia fieri existimantes, eum omni inhumanitate arguebant, dicentes segnem et ineptum[g], inertem et fatuum[h], nec divinam providentiam prospectabant, quae ad[i] spiritalem miliciam eum[k] praeelegerat[l]. Tandem pater harum rerum pertesus, non absque Dei nutu posuit eum pastorem suis gregibus, digna quippe ratione, ut cum David[m] custos fieret ovium, (cf. 1. Reg. 16, 11.) qui cum Petro futurus erat pastor animarum. Ille vero, qui se totum humilitati[n] et oboedientiae tradidit, ambienter implevit omne, quod sibi furens pater quasi pro dedecore praecepit. — — — — — —

(3). Quoniam autem totas vires corporis et animi[a] converterat ad discendum et faciendum servitium Domini, eodem die, quo accessit ad clericatum, suscipere meruit omnes ordines ecclesiasticos, etiam prespiteratum[b]. Defuncto quidem[c] eo qui

Capp. 1—3. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 1. a) *ita* 2*a*; eiusdem *add.* 1*b*; ipsius Samulberti presbiteri *add.* 2*b*; *praescr.* Vita sancti Gamalberti 1*a*; Vita Gamelberti confessoris 3. b) *numeri desunt codd.* c) Domino 2*a*. d) Pai:::: *pr. m.* 1*b*. e) Fagitus(?) *m. al. corr.* Fagitum 2*a*. f) longa a 2*a*. *b*. g) Ysari *pr. m.* 2*a*. h) tempora *corr.* temporæ 1*b*. i) Teutunicum 2*b*. k) bant *m. al. in ras.* 1*b*. l) et de s. pr. que *m. al. in ras.* 2*a*; et deffitientibus pr. 1*b*. m) p̄::diis 3. n) *corr. e* voluptuosus (?) 1*a*. 2*a*, *et ita* 1*b*. o) moderatus *pr. m.* 1*b*. 2*a*. p) transeuntes 1*b*. q) *corr.* que 3. r) infancia::(que — vocatur *om.*) 3. s) *corr.* eum 1*a*. t) *om.* 1*a*. u) hominis *pr. m.* 3. v) aliquociens 2*b*. 3. w) animam 1*a*, *corr.* x) sensu:, *ras.* s 2*a*.

Cap. 2. a) f. et h. 1*b*. b) adu::sum, *ras.* er(?) 1*a*. c) instrueret (2*a*). d) sibi 3. e) aliquot(c)iens 2*b*. 3. f) *superscr.* 1*a*. g) ineptem 1*a*, *corr.*; impetum 3. h) fauum 2*a*, *corr.* i) *postea add.* 2*a*. k) *om.* 3. l) praelegerat (2*a*). m) Davit *pr. m.* 1*b*. n) humilitate *pr. m.* 2*a*.

Cap. 3. a) anime 2*a*, *corr.*; iam (?) *corr.* animi 3. b) *ita codices.* c) itaque 1*a*.

1) *Sequitur alter prologus nullius momenti, a Bollando ex parte typis mandatus.* 2) *Hodie Michaelsbuch vicus in Bavaria inferiore ('Bezirksamt Deggendorf') situs.* 3) *Hodie Isar fl.* 4) *Cf. e. gr. Isidori Etymol. XI, 2, 2 (ed. Lindsay, 1911, vol. II; Opera ed. Arevalus IV, 24):* Prima aetas infantia est pueri nascentis ad lucem, quae porrigitur in septem annis.

ipsum genuerat patre et divisa inter fratres, ut par fuit, hereditate, ecclesia simul et pagus, unde natus erat, in partem eius concessit, quam ipse iure sacerdotii[a] et spiritali patrocinio rexit[1], omnibus diebus vitae suae conversatus sine querela, subiectos[b] animarum et corporum defensans tutela. A die ordinationis suae cogitans Domini gratiam in[c] se largiorem, adicere coepit sibi abstinentiae plus, quam antea solitus[d] fuerat, rigorem; inde domi peregit annos quinquaginta, cum interim numquam gustavit carnium ullius generis alimenta. Sufficientem habuit substantiam, sed eam omnimodis distribuit in pauperum indigentiam; esurientes alebat[e], sitientes
f. Iob 29,15. potabat, nudos operiebat, quia[f] carnem suam in[g] illis conspiciebat. Oculus[h] fuit
Ib. 31,32. caeco et pes claudo; ostium[i] eius viantibus patuit, quoniam summe[k] hospitalis fuit. Infirmis[l] et adflictis exhibuit omnem quam praevaluit curam, mortuis[m] cum omni devotione orationem inpendit et debitam sepulturam.

(4). Quinquaginta vero annis, quos supra scripsimus[a. 2], peractis in his et talibus operibus, Romam perrexit causa[b] orationis cum omni affectu intimae devotionis[c]. In qua profectione[d] quantas preces[e] Domino miserit, quam acceptas lacrimas tam in eadem urbe quam per omnia quae attigit templa[f] fuderit[g], quis hominum hoc pleniter[h] enarrare poterit? In eodem itinere, dum ad quoddam diverteret hospicium, forte[i] offerunt ei baptizandum quendam parvulum; quem, uti semper promptus[k] erat benefacere, fide dicta, baptizavit[l] ipseque eum de fonte[m] sancto elevans Uttonem[n. 3] nominavit. Et praevidens, eum in spiritu magnum esse futurum et suam hereditatem[o] post se possessurum[p], indixit parentibus, ut eum sanctitatis studio nutrirent et virum factum ad se domum transmitterent. Indicavit[q] patriam, nominavit provinciam, vicum et locum indiciis patentibus praemonstravit, sicque ceptum iter repetens, consummavit.

(5). Peracto autem, Dei gratia[a] comitante, itinere, regressus ad propriam[b], artioris[c] propositi etiam tunc se[d] constrinxit regula; scilicet quoniam cęteras corporis partes pridem habuit[e] compressas, hic etiam gressibus praefiniti termini modum posuit. Et primum summa diligentia considerans, quantum de atrio suo sibimet esset[f] inevitabile pro[g] perpetrando servitio divino et corporis proprii necessitate, dehinc quattuor cruces ligneas[h] per totidem caeli plagas constituit, quarum metas numquam postea nisi semel praetergressus exiit. Hoc autem factum est solita diaboli fraude et insidiis, ut quidam haut procul ab[i] eo tumultum concitarent prope[k] usque ad effu-

Capp. 3—5. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 3. a) sacerdoti(i *superscr.*) et spirituali 3. b) et *add.* 3. c) *om.* 2*b*. d) solebat rig. 3. e) al. sit. *om.* 1*b*. f) quiā 1*b*. g) *om.* 3. h) Oculis *pr. m.* 1*b*. 2*a*. i) Ostiam *pr. m.* 3. k) summae 1*a*.(2*a*) *et fortasse pr. m.* 3. l) Infirmus 1*b*. m) mortis 2*a*.

Cap. 4. a) scr(ips *m. al. in ras.*)imus 1*b*. b) causa:, *ras.* m 1*a*. c) nis in qua profectio *pr. m. in marg. suppl.* 2*a*. d) profectionis 3. e) pr. *post* acceptas *ponit pr. m.* 1*b*. f) loca 3. g) fuerit 3, *corr.* h) hoc enarr. digne vel plen. pot. 3. i) *corr.* sorte 2*b*. k) ptus *in ras.* 2*a*. l) baptisavit 2*b*. m) sancto fonte 3. n) Utonem 1*a*. 3. o) heriditatem 1*b*. p) possessarum *pr. m.* 1*b*. q) ad *add., sed m. al. del.* 1*b*.

Cap. 5. a) *om.* 1*a*. b) *ita pr. m.* 1*a*(?). 2*a* *(cf. Bonnet, 'Latin' p.* 353*)*; propia *pr. m. corr.* propria 1*b*, *et sic* 2*b*. 3. c) artionis 1*b*. d) *om.* 3. e) c. h. 1*b*. f) esse 3. g) inev. properando (*corr.* properando) 1*b*; pro perpetranda 2*b*. h) lingeas 2*a*. i) habeo 1*b*. k) propie 1*b*.

1) *De possessione ecclesiae ('eigenkirche') et sacerdotio in Bavaria saepe coniunctis cf. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I,* 1, 1895, *p.* 201. 2) *Supra l.* 6. 3) *Quem eundem fuisse voluerunt atque abbatem Metamensem; cf. supra p.* 184.

sionem sanguinis. Ibi tum pater sanctus, sciens, Deo carius esse discordantes pacificare, quam ab[a] opere necessario vacantem[b] pertinaciter[c] in proposito perseverare, arrepto baculo, cursu percito exiens, quamvis obsistentes[d] eos non ante dimisit, quam pacem[e] firmissimam inter eos conciliavit. Et hoc fuit insigne miraculum, quod furiosos et non sanae mentis homines ad quietum[f] reducere valuit animum, sed Domino[g] et his qui cum illo agunt omnia sunt facilia, quae humano modo viventibus videntur inpossibilia. Vere *vocabuntur*[h] *pacifici filii Dei* hereditate possidentes opera Matth. 5, 9. Domini, ipso dicente: *Qui credit in me, opera, quae ego facio, et ipse faciet.* Servis etiam Ioh. 14, 12. suis[i] invicem litigantibus, si non eos sedare praevaluit monitis salutaribus, vestes suas et alias pecunias illis tribuit aut liberos eos[k] una cum filiis esse[l] permisit, dicens: 'Melius est mihi quamvis inmeritam libertatem vobis concedere, quam in corrigendis vobis peccando Deum offendere'. Ipse cum omnibus pacem habuit, insuper quosque discordantes in gratiam redigere studuit.

(6). Fuit autem tam sagax custos matris virtutum humilitatis, ut omnium etiam infimorum[a] colloquiis esset affabilis et omnibus se inferiorem et viliorem non solum sua lingua pronuntiaret[b], sed etiam intimo cordis affectu existimaret. In vestibus etiam eius grandis humilitas ostendebatur, quia talibus libentius utebatur, quas magis hispidas et rigidas vilius posset[c] emere, quam quas[d] maiore pretio deberet[e] adquirere. Patientiam autem testem humilitatis adeo observavit, ut secundum apostolica praecepta maledicentes[f] se benediceret et iniurias sibi aut rebus suis inferentibus praemiis et donis[g] benefaceret. cf. 1. Cor. 4, 12. Pietatem quoque et misericordiam non solum humanae exhibebat naturae, sed propter Deum conditorem omni, quae ab ipso facta est, creaturae, in tantum ut, si aviculam aliquam nido ablatam a quolibet portari conspiceret, eam pretio redimeret de captivitate et in nativa restitueret libertate. Servos[h] etiam proprios in caedendis[i] et adportandis lignis[k] aut in aliquo gravi servitio forinsecus prohibuit laborare, dum caelum tenebatur nimia tempestate. Quietem vero et[l] mansuetudinem summe diligebat, ita ut mansitare nollet in domo propria, quae magna et sumptuosa, tumultu famulantum plena fuerat, construens sibi iuxta ecclesiam quoddam cubiculum, in quo liberius vacare posset ad invocandum Dominum. Ipsi soli in eodem viliter[m] constructus[n] erat lectulus, in quo per noctes quievit solitarius. *Et surgens intempestae*[o] *noctis silentio,* cum omnes illum pausare[p] putabant, 3. Reg. 3, 20. genua flectendo, merendo et flendo Deum exauditorem inclamabat.

(7). Mediocriter doctus erat, sed in dominico[a] servitio totum expendit, quod[b] sciebat. Annuis[c] autem diebus quadragesimae semet dies et noctes inclusit, nec quemquam ad se intrare permittens nec ipse quoquam exiens nisi ad sacrosanctum altare, in quo cottidie[d] non omisit salutarem hostiam immolare. Ipse enim a nullo laicorum videbatur, occultatus[e] velo, quod ante sanctuarium[f] de more suspendebatur. Diaconus vero, qui ad altare ministrabat, expetentibus sacramenta dominici[g] corporis et sanguinis dabat. Quicumque parrochianorum[h] suorum confessionem

Capp. 5—7. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 5. a) ob 2*a*; *om.* 1*a*. b) vocantem 2*b*, *corr.* c) iter *m. al. in ras.* 1*b*. d) *ita* 2*a*. *b*. 3; exist. *corr.* resist. 1*a*; absist. 1*b*. e) pace 1*b*. f) quietem 1*a*, *corr.* g) et Domino his 3. h) pac. voc. 1*b*. i) suis : : 3. k) cos 1*b*; *om.* (3). l) esset 2*a*.

Cap. 6. a) infirmorum 1*a (corr.)*. 2*a*. 3. b) pronunciare 3. c) posse 1*b*. d) quos 2*b*. e) debere 3. f) maledicentes bened. 2*b*; maledicenti se ben. (3). g) suis *add.* (3). h) Servus 1*b*. i) cendis 3, *corr.* k) lingnis 3, *corr.* l) *om.* 1*b*. m) viriliter 1*a*. 2*a*. n) instructus 2*b*. 3. o) intempestate 3, *corr.* p) plausare 2*a*, *corr.*

Cap. 7. a) dominioco *pr. m.* 1*b*. b) quot 3, *corr.* c) Ann : *pr. m.* 3. d) cotitidie 1*b*. e) occultatis *pr. m.* 1*b*. f) santuar. *pr. m.* 1*a*. g) dominico *pr. m.* 3. h) perroch. *pr. m.* 2*a*.

peccatorum facere voluit, huius ipse verba ad fenestram clausae, in qua latebat, audivit et, modum[a] paenitentiae indicens, Domino illum reconciliavit. His diebus inclusionis ante vespertinum tempus numquam manducavit et tunc nihil nisi panem atrum et sordidum, qui cibus[b] servorum[c] est, cum sale et aqua gustavit. Ore suo tota die psallebat, mente semper[d] Domini maiestatem[e] inspiciebat[f], dicens cum psal-
Ps. 26,8. mista Domino: *Tibi dixit cor meum, quesivi vultum tuum; vultum tuum, Domine, requiram.* Talem agebat vitam diebus quadragesimae, ut purior et sanctior appareret festi paschalis tempore.

(8). Quoniam vero sanctus Domini ab[a] annis pueritiae per continentiam[b] et cęteras virtutes exarserat, ut praescripsimus, ad amorem supernae patriae[c], prophetico spiritu a Deo promoveri[d] meruit, ut ante obitum suum praenoscere suisque praedicere heredem rerum suarum ipse potuerit. Nempe, decurso praesentis aevi circulo[1], cum iam carnis in occasum vergeret, cumque[e] familiares amici et vicini eius transitum propinquare[f] cernerent, undique ad[g] illum convenerunt et tali voce compellare coeperunt: 'Hactenus, pater[h] sancte, divina fovebamur[i] protectione, cum tuorum consiliorum usi sumus confabulatione; nullus nos conterere[k] quivit inimicus nec[l] ipse humani generis hostis[m] antiquus[n]. Iam[o] te petere scimus a Domino militiae missionem, ut illam[p], pro qua semper desideranti animo laborabas[q], in caelis accipias remunerationem. Nostras tamen necessitudines antea procurato, nobis pastorem idoneum provideto! Omnes ecclesiasticos viros tibi[r] vicinos cognoscis ideoque, quis eorum dignissimus tua hereditate sit, ipse non nescis[s]'. 'Nolite', ait[t], 'filii, meo discessu contristari[u, 2], quia Dominus, ut coepit, non desinet vos consolari, qui mihi iam dignatus est praemonstrare, quem heredem rebus meis velit subrogare. Hoc quidem anno transacto, veniet[v], qui locum hunc post[w] me possidere et[x] regere debet'.

(9). Iuxta condictum viri Dei, completo anni circulo, venit qui promissus erat a Domino vir, quem sanctus iste[a] in Romana profectione dudum baptizaverat[b] et ad se domum, ut supra diximus[3], pergere iusserat. Tunc, convocatis amicis et subditis, allocutus est eos sanctus Gamalpertus[c] talibus dictis: 'Iam, fratres et filii carissimi, accepimus promissum Domini. Hunc virum procul dubio esse sciatis, quem venturum anno priori praedixeram vobis; istum dedit mihi Dominus heredem, ipsum vult vestrum esse ductorem[d]. Iusta quidem lege successurus est mihi, quem ego filium Christo et sanctae ecclesiae per baptismum generavi. Hunc summa diligentia observate, monitis eius aures animae et corporis adhibete, qui vos obtemperantes perducere valebit ad regnum et requiem, quae nullum finem habebit'. His

Capp. 7—9. 1. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 7. a) pęnetent. (*corr.* pęnitent.) modum 1*a*. b) cibis 1*b*, *corr.* c) bonorum (*m. al. superscr.* vel pauperum) 1*a*. d) semper — dicens *om.* 3. e) magestatem 1*b*. f) inspiciens 2*a*.

Cap. 8. a) *om.* 2*b*. b) continenti: *pr. m.* 1*a*. c) patrie *m. al. suppl.* 1*b*. d) promeruit moveri 1*a*, *corr.* e) eumque 2*a*. f) propinquaret 2*b*, *corr.* g) conv. ad illum 2*a*. *b*. h) autem sancte *in textu*, pater sancte *in marg.* 3. i) foveamus *pr. m.* 1*b*. k) conterrere 2*b*. l) ne *pr. m.* 3. m) inimicus 2*b*. n) antiquis *pr. m.* 1*b*. o) Nam 2*b*, *corr.* p) pro illa, qua 2*b*. q) laboras 2*b*. r) tunc 1*b*. s) noscis 2*b*, *corr.* t) o *add.* 2*b*. u) contristare *pr. m.* 2*a*. v) venit *pr. m.* 3. w) poss. post me 1*b*. x) et *om.* 1*b*; et reg. *om.* 3.

Cap. 9. a) ille 2*b*. b) pabtiz. 1*b*; baptisaverat 2*b*. c) Gam(a *in ras.*)lpertus 1*a*; Gamulp. 1*b*. 2*a*; Gamupertus *corr.* Gamilpertus 3; Samulbertus 2*b*. d) doctorem 3.

1) *Cf. supra p.* 164, *l.* 10. 2) *Similiter Eligius ante obitum locutus esse dicitur; cf. V. Eligii II,* 34 *(SS. R. Merov. IV,* 719*):* Nolite ob id, filioli, contristari. *Cf.* 2. *Esd.* 8, 10. 3) *Supra c.* 4 *(p.* 188*).*

dictis, omnia sua illi[a] contradidit omnesque qui aderant huius traditionis testes adhibuit. Et non longo[b] post tempore, gravi praeventus infirmitate, decidit in[c] lectum, emeritam animam post seculares agones remissurus ad Dominum. Convocans ergo clericos[d], humanorum excessuum fecit confessionem, et sacramenti[e] divini suscipiens communionem, ad illum hilari mente XVI.[f] Kl. Februarii[1] migravit, quem omni Ian. 17. vitae suae tempore desideranter amavit[g]. — — — — — — — — — — — — —

(10). Fuit quidam pauperrimus homo nomine Reginherius[a], rebus tenuis et totius[b] corporis membris adeo debilis, ut nusquam omnino progredi valeret, nisi genibus et ulnis quasi fera quadrupes reptaret. Hic, auditis signis, quae Dominus ad tumbam sui[c] fidelis ministri iugiter ostendebat, quo pacto ad illum locum pertingere posset, cogitabat. Novem etenim annis continuatim gravissima languerat infirmitate proindeque[d] tanta emarcuerat debilitate. Nisu igitur quo poterat coepit se movere et, de adiutorio divino praesumens, reptando obtinuit pervenire. Cumque intima devotione iacuit aliquantum temporis, salutem animae et corporis iugiter expectans et fideliter obsecrans, apud tumulum sanctissimi[e] confessoris, quadam nocte nimius horror cum tremore illum invasit, qui omnia eius membra simul conquassavit. Recedente terrore[f] sanus homo surrexit, quoniam debilitas omnis penitus simul abscessit.

(11). Alio rursus tempore — — — — — restitutus est sanitati[a].

Cap. 9. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3. *Capp*. 10. 11. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 9. a) ille 2*a*. b) longe 1*b*. c) dec. electum (?) 1*a*, *corr.* d) *in marg. suppl.* 2*a*. e) sacramentum *pr. m.* 1*b*. f) VI. 3 *(et reliqui codices legendarii Austriaci, teste Ponschab, 'Die seligen Utto und Gamelbert' p.* 60 *sq.).* g) amuvit 2*b*. *corr.*; *infra in verbis* deprecationem eorum exaudit *(AA. SS. Ian. II,* 786, *col.* 2, § 18*) desinunt* 1*a*. *b*.

Cap. 10. a) Reginherus 3. b) operis *add., sed del.* 3. c) *superscr.* 2*a*. d) provideque 3. e) sanctissimum 3. f) tremore 2*b*.

Cap. 11. a) Finit vita sancti Samulberti confessoris *subscr.* 2*b*.

1) *Cf. supra p.* 183, *n.* 2.

SUPPLEMENTUM.

PASSIO AFRAE VETUSTIOR ET DE PASSIONE AFRAE ARMENIA.

Ad primordia studiorum meorum hagiographicorum rediturus, quibus vera a falsis discernere ausus eram, viris doctis gratias haberi volo, qui severitate qua ipse auctoritatem vitarum passionumque examinaveram eadem mea quoque argumenta iterum iterumque examinaverint, ut suis locum darent, cumque in hac lubrica obscuraque materia, quam haud timide aggressus eram, vix quisquam alterius votis omnibus numeris sufficere possit, magnopere gavisus sum suspiciones quas olim Afrae nostrae Augustanae moveram vel eis paulatim arrisisse, qui cultui sanctorum magis me ipso addicti essent, ita ut ex adversariis[1] socii mei facti sint, atque dubitare licet, num hae litterae magis profecissent, si dubitationes meas suppressissem textusque levioris notae inter genuinos collocati iam absque ullo iudicio a lectoribus minus tritis adhiberentur. Fundamentum solidum iam iactum est tantusque opere nostro impulsus his studiis datus, quantum praeteritis saeculis vix senserant. Profecto Passionis Afrae bini textus prorsus inexspectati ab adversariis meis in lucem vocati sunt, quorum de auctoritate iam disputandum est.

Praeceptis imperatorum christiani non oboedientes illis, quibus diis sacrificare cogebantur, a iudicibus Romanis torti capiteque damnati sunt, cumque praecepta illa imperatorum in vulgata Passione Afrae omnino praetermissa essent, immo absurdis rationibus iudex meretricem ad sacrificandum allicere videretur, ut ab amatoribus suis diligeretur multasque pecunias lucraretur, idemque praenomine miro Gaii praeditus et ipse indignam eam christiana religione iudicasset, cuius sectatores summa crudelitate persequi iussus erat, tantas ineptias perspiciens, facere non poteram, quin concluderem Passionem illam non genuinam esse, non saec. IV. compositam, sed ab homine otioso aevo Carolingico confictam, atque quae subsequebatur quaestio in socias Afrae instituta vestigia manifesta imperiti fabulatoris servabat, quam additamentum de martyribus Romanis excipiebat plane alienum. Eadem quam de Passione tuli sententia de praecedente Conversione ab

1) *A. Bigelmair, 'Die Anfänge des Christenthums in Bayern' ('Festgabe Alois Knöpfler zur Vollendung des 60. Lebensjahres gewidmet. Veröffentlichungen aus dem kirchenhistorischen Seminar München', Monachii 1907, p. 1 sqq.) Passionem Afrae breviorem cum G. Vielhaber saec. IV. etiamtunc attribuit.*

anterioribus criticis iam lata erat, quae in vetustissimis codicibus cum ipsa coniuncta ab eisdem Martyrologii Hieronymiani verbis incipit atque illa.

Argumenta mea splendidissime confirmabantur altera Passionis recensione, quam G. Vielhaber O. Praem. a. 1907. *dexerit*[1], *nam praecepta imperatorum ibi re vera aderant, quae praetermissa actis vulgatis vitio verteram, e contrario iudicis nomen suspectum aberat aberatque etiam actio praeceps in socias instituta, quam una cum Conversione postea additam esse iam constabat, sed neque formula cuius memini Martyrologii Hieronymiani desiderabatur neque additamentum de martyribus alienis ex eodem fonte depromptum atque iudex eandem fere magnam opinionem de religione christiana habebat, quam supra dixi, meretricem ad sacrificandum illiciens, ut eo maiorem quaestum corpore faceret, cum propter flagitia per fidem christianam salvari non posset. Cum talia qualia etiam in hac Passione legebantur verba ex ore iudicis Romani emanasse nequirent, hanc quoque excogitatam esse contendi ortamque ex tenui monachi cuiusdam ingenio.*

Habueram quidem et ipse editionem[2] *meam paraturus tres eiusdem textus codices, sed in his praecepta imperatorum deerant, cumque suo quisque librarius arbitratu textum immutasset, auctoritatem eiusdem agnoscere non potui de brevi compendio cogitans, quod ex prolixioribus actis pendere mihi videbatur. Reperto autem vetustissimo codice, ad quem Vielhaber editionem suam paraverat, de indole huius recensionis rectius iudicari poterat atque tunc demum intellegi licuit Passionem vulgatam (β) foedissime interpolatam esse, quam una cum Conversione praemissa recte reieceram. Quod vero editor doctissimus acta 'pura et integra in genuina forma' repperisse sibi visus erat, in hanc rem denuo inquirens*[3], *spem eum fefellisse probavi, naevis quos dixi adhuc restantibus, subsidiisque deficientibus solum quem eruerat codicem primarium exprimere neque de necessitudine inter ipsum tresque iam antea notos codices quicquam utile statuere potuerat. Ad meam opinionem et A. Bigelmair*[4] *et O. Riedner*[5] *accesserunt de eruenda veritate optime meriti, cum B. Sepp*[6] *acta prolixiora (β) obstinate defenderet, e quibus Passio brevior pessime excerpta esset. Textum vetustissimum primus non solum ad fidem codicis vetustissimi α, sed etiam reliquorum trium codicum edideram, addita discrepantia lectionum variantium eorum, mendaque illius nonnulla ope horum primus sustuleram, etsi haud pauca adhuc emendanda restabant. Sane verba singula arbitrio librariorum quam maxime immutata ne nunc quidem adeo stabiliri possunt, ut dubia moveri nequirent, cumque O. Riedner meo apparatu usus novam editionem instituisset, in qua reliquorum codicum magis me ipso rationem habuerat, argumenta eiusdem expendens hanc Passionem in Appendice iterandam esse duxi, codicibus denuo evolutis, quos enumerare iam libet:*

α) codex Vindobonensis bibliothecae palatinae Lat. 420 *(antea Salisburg.* 39*), saec. IX, fol.* 165'—166', *a compluribus librariis postea correctus,*

1) *G. Vielhaber, De codice hagiographico C. R. Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Lat.* 420 *(Anal. Bolland.* 1907, *XXVI, p.* 33 *sqq.).* 2) *SS. rerum Meroving. III, p.* 41 *sqq.* 3) *'Ein Salzburger Legendar mit der ältesten Passio Afrae', 'N. Arch.' XXXIII, p.* 15 *sqq.* 4) *A. Bigelmair, 'Die Afralegende' (Schröder, 'Archiv für die Geschichte des Hochstifts Augsburg', Dillingae* 1910, *I, p.* 139 — 221*).* 5) *Dr. Otto Riedner, 'Der geschichtliche Wert der Afralegende', Campoduni* 1913. *Passionem Pancratii (Anal. Bolland. X,* 52*) ad examinanda acta Afrae adhibendam non esse probavi 'N. Arch.' XXXIII, p.* 44, *eamque omni fide carere mecum consentit A. Harnack, 'Gesch. der altchristl. Litteratur bis Eusebius' (*1904*) II, p.* 481. 6) *Cf. 'N. Arch.' XXXIV, p.* 233 *sq., p.* 547 *sq.*

α*) codex Vindobonensis bibliothecae palatinae Lat. 339 (olim Salisb. 11) saec. XIII. in., p. 23—24 (praescr. De sancta Affra m. III), ex praecedente exscriptus, postquam interpolationes quas dixi ei a librariis posterioribus illatae sunt,

a) codex Taurinensis bibliothecae Nationalis inter Bobienses n. 49, antea F III, 16 (olim 14), saec. XI. in monasterio Bobiensi scriptus, fol. 72—73 (antea nobis A 7a),

a*) codex Bruxellensis n. 7984, saec. X, olim monasterii Wissenburgensis, fol. 160'—165, Passionem vetustiorem continet, praecedente Conversione auctoris posterioris (antea nobis A 3a),

b) codex Parisiacus Lat. 17002, saec. X. in monasterio Moissiacensi scriptus, fol. 45' (antea nobis A 7b), quem edidit C. Narbey, 'Supplément aux Acta Sanctorum', 1905, II, p. 365 sq.

Postquam certis argumentis allatis docui codices a. a*. b ad idem exemplar redire simile illius, quod auctori prolixioris recensionis β praesto fuerat, cum in utroque 'praecepta imperatorum' (c. 2) eidem retractandi generi succubuissent, horum librorum auctoritas deminuebatur neque vero negari poterat etiam optimo codici α menda inesse. Dum autem libri a. a*. b interpolatione (c. 3) hiatibusque laborant et immutata exhibent vocabula nonnulla modosque, quae in recensione β aeque atque in α integra servata sunt, quaestio eo magis iis locis intricabatur, quibus β discedens a reliquis deficit, ita ut menda propria a. a*. b discerni nequirent, neque vero eos locos ab aliis distingui licuit, quibus iidem libri cum β consentiebant. Desunt in a vocabula ad tormenta pertinentia, quae in β aliter expressa sunt atque in a. a*. b, taliaque β etiam ibi[1] supplevit, ubi ab omnibus reliquis absunt. Item β in c. 4. his verbis: catomis caedi iubeam (p. 202, 40) tormenta reposuit pro mortis poena, qua α statim processit: ut publicam meretricem vivam incendam, locusque textus β una cum facies publica (p. 200, 13) ex verbis Victoris Vitensis I, 28: senem in publica facie catomos ceciderunt pendere videtur neque enim mox minas suas iterans iudex aliud atque mortem intentavit in utraque recensione: certe si nolueris, occideris (α c. 4, p. 202, 10), ita ut verba catomis caesam aut caedam in a. a*. b interpolata esse existimem, sicut verba eadem hora c. 3. in eisdem interpolata sunt. Confusio autem Afrae eo satis explicatur, quod ut publica meretrix vestibus spoliata incendebatur (c. 5). Multo adhuc minus participium tortam paulo infra stare potest una cum vocabulo interpolato ream in solo a* extans, dum vivam aut totam librarii a et b Afram incendi volunt, atque etiam hoc loco lectio ampliata recensionis β (p. 203, 16): nam torquere te faciam et post haec vivam incendi cum aliis interpolatoribus praeluxisse videtur tum librario a. Diversa tormenta (p. 203, 2), quae Afra sustinere parata erat, ad incensionem vivi corporis referenda sunt, alias enim iudex poenas ei comminatus esset, quas non exercuisset, nam mox sententiam dedit, ut viva incenderetur, vivaque iam incensa est. Tormenta igitur alia atque turpem mortem teste auctore Passionis vetustioris Afra non passa erat, quae demum ab interpolatoribus posterioribus illata esse videntur.

At initio interrogationum de agnoscenda Afra (c. 2), quas β paucis perstrinxit, codex a versu exeunte hiare potest, cumque codex a eo plura praetermiserit neque a*. b de mediis inter se conveniant, haud facile dictu est, utri libro maior fides habenda sit. Si prima iudicis interrogatio nomen Afrae postulare videtur, hoc responsum libri a. a* ita exhibent: Respondit[2]: Afra, dum praeterea responsa martyris constanter ita introducuntur: Afra respondit, quod in a re vera legitur versu exeunte, atque martyres nomen interrogati primo respondere solebant se christianos esse, antequam nomen edidis-

1) Passio Afrae c. 2: quam in tormenta deficere add. solus β. 2) Interpunctio in apographo nostro a uncinis inclusa est.

sent, hancque responsionem distincte exhibet b: Respondit Affra: Christiana sum; *alteram autem iudicis interrogationem:* Christiana es? *praeter b etiam liber a* continet, sed mox iterum inter se dissentiunt, nam a* sermonem suo more immutat, scilicet* Afra dixit *pro* Afra respondit, *neque quod in b legitur:* Respondit *nude positum suspicione caret. Verba igitur, quibus acta iudicis hoc loco e codicibus inferioris notae suppleta sunt, non omnino certa esse monuisse velim, licet codicem primarium α hiare concedam. Locum c.* 4: ut per hanc confessionem *hiante codice a excidisse iam divinaveram (p.* 40*), cum verba etiam per recensionem β confirmata ita infra p.* 203, *l.* 14, *redeant, neque anacolutho magnopere perturbor, cum praecedentibus verbis:* si tamen merear *alterum verbum* merear *in enuntiato subsequente facile stilo haerere potuisset, quod in a. a* diversis locis interpolatum est*[1]. *Verba c.* 6. largam et ineffabilem *ante* misericordiam *in a iterum versu exeunte desiderantur, quae a librario neglegenter praetermissa esse videantur.*

Additamentum ad martyres Romae aut Nicomediae passos spectans (c. 7*), quod monente O. Riedner (p.* 65*) natum est ad tenue argumentum aliquo modo extendendum, in codice a eodem verbo cum martyrio Afrae cohaeret, ita ut accusativi subsequantur, dum reliqui codices nominativos exhibent martyresque eidem diei attribuunt, sed iidem verbum necessarium:* passi sunt *diversis locis interpolant atque pronomina relativa delentes, in quibus auctor lapsus videtur esse, non solum* qui *abundans sustulerunt, sed etiam ante illud verba omnino sincera codicis a:* quorum nomina Dominus novit. *Cum autem unus nominativus etiam in codice a adsit, qui pro reliquis certare videtur, textum haesitans ad hos formavi, neque vero* Filadelfam *cum eisdem in genus masculinum mutare ausus sum, cum* Philadelfia *in Mart. Hieron. scriptum sit, quo nomine urbs in Lydia sita significari videtur*[2]. *Hoc certe loco reliqui libri declinationem immutantes textum magis codice optimo α corrupisse videntur.*

Locos illos, qui in α desunt, uncinis inclusos in textum admisi neque eos praeterii, qui deficiente recensione β solis codicibus a. a. b nituntur, sed moneri opus est, etiam interpolationes inter hos esse posse*[3], *quae a textu genuino distingui nequeunt.*

Subsidiis, quae ab aliis me comparasse in dissertatione mea (p. 30*) monui, interim haec addenda sunt. Codicem a* Bruxellis Hannoveram benevole transmissum ipse contuli, antequam bellum atrocissimum exortum est, deinde Bibliotheca Nationali Parisiaca intercedente exemplar photographicum codicis b nancisci contigit, tum codicem vetustissimum a praefectus Bibliothecae palatinae Vindobonensis me petente nuper photographice exprimendum curavit.*

Denuo necopinatum incrementum fontes nostri Passione Afrae ceperunt sermone Armenio conscripta, qua praecepta imperatorum novum triumphum agebant. Ipsa iam a. 1874. *a Mechitharistis in monasterio S. Lazari prope Venetias constitutis inter 'Vitas et passiones sanctorum selectas ex Eclogariis', tom. I, p.* 146—148[4], *edita*[5] *virorum doctorum studia prorsus fugerat. Postquam F. C. Conybeare*[6] *Passionibus*

1) *Simili modo apud Paulum, Hist. Langob. IV,* 37, *infinitivus subsequitur* ut, *quo de loco recte iudicavit G. Waitz, 'N. Arch.' I, p.* 564. 2) *O. Riedner l. l. p.* 74. 3) *Cf. 'N. Arch.' XXXV, p.* 271 *sq.* 4) *Cf. Bibliothecam hagiographicam orientalem Bollandianorum, Bruxellis* 1910. 5) *E codice S. Lazari n.* 17, *a.* 1224. *scripto, sed idem textus paulo contractior in codice S. Lazari n.* 1554, *saec. XII, extat, cuius discrepantiam lectionum publici iuris fecit B. Sepp, 'Das Martyrium Polycarpi nebst Anhang über die Afralegende', Ratisbonae* 1911, *p.* 35 *sqq.* 6) *F. C. Conybeare, 'The Apology and acts of Apollonius and other Monuments of early christianity', Londinii* 1894, *fere omnes textus Armenios ex vetustioribus Graecis aut Syriacis versos esse statuit, sed vereor, ne auctoritatem nonnullorum pluris aestimaverit, quam par erat.*

nonnullis martyrum orientalium illius corporis res haud spernendas inesse primus demonstravit, etiam Afrae Passionem inesse H. Goussen[1] *cognoscens, exemplar quod auctori Latino praesto fuisset eruisse sibi visus est, effrenata insolentia in me invectus. Argumento autem ei erant ea quae ipse in Passione Latina offenderam, ab Armenio ita expressa, ut reprehendi vix possent, sed vel hanc puriorem Passionem ex actis publicis concinnatam non esse advocatus eius mox concessit, immo viri docti eandem atque ille fidem professi adversarii in eius opinionem surrexerunt*[2]*, non Latina ex Armeniis, sed e contrario Armenia ex Latinis pendere contendentes.*

Erat enim opinio P. Basilii Sargisean Veneti e monachis S. Lazari, cuius doctrinam adierant, exemplar Passionis Afrae Latinum a Gregorio II. patriarcha († 1105) aut a Nersete archiepiscopo Tarsensi († 1198) in linguam Armeniam versum esse, qui illud a milite quodam exercitus Friderici Barbarossae in Ciliciam profecti accepisset. Quod si verum esset, conicere necesse esset exemplar illud optimo Salisburgensi simile fuisse[3]*, quod ex tot Passionis Afrae codicibus praecepta imperatorum solum commemorat. Hac coniectura Cilicia pro patria Passionis Armeniae admittebatur, quo re vera vestigia tendere infra videbimus.*

Quibus viris doctis cum olim assensus essem[4]*, quaestione iterum iterumque perpensa, facere non poteram, quin ad contrariam opinionem transirem. Praecepta imperatorum vel potius regum, quo titulo etiam imperatores Romanorum a Graecis appellabantur, in Passione Armenia ubique fundamenta actionis posita sunt, quae in actorum Latinorum codicibus non repperi nisi in unico a. Interrogatio Afrae, quam vel in vetustiore textu Latino minime omnibus numeris perfectam esse supra monui, in Passione Armenia meliorem aspectum praebet, nam quod nomen interrogata Afra primo respondit christianam se esse et tunc demum nomen sibi esse Afrae, eodem fere modo Bonifacius*[5] *martyresque Tarachus, Probus, Andronicus responderant*[6]*, quodque iterum interrogata condicionem suam iudici indicavit sordidam, mox ingenuam vero se esse gloriabatur, idem interrogatus Maximus*[7] *ingenuum se esse professus est. E sequentibus iudicis admonitionibus una ad verbum cum actis Claudii, Asterii, aliorum*[8] *convenit similiterque atque Claudius etiam Afra de diis illis iudicavit*[9]*. Inprimis autem id contra Passionem Latinam me ceperat, quod iudex Afram ad sacrificandum provocavisset, ut diligeretur ab omnibus amatoribus suis multamque pecuniam lucraretur*[10]*. In Passione Armenia Afra sacrificare iussa est, ne gravibus tormentis subiceretur, sicut Claudius et Theonilla*[11] *idem facere iubebantur, ut tormenta evadere possent, moxque mortem pulchritudini iuventutis*

1) *H. Goussen, 'Beiträge zur Hagiologie. Nach orientalischen Quellen. I. Die ältesten Akten über die hl. Afra' ('Theologie und Glaube, Zeitschrift für den katholischen Klerus', Padrabrunni* 1909, *I, p.* 791 *sqq.), qui textum Armenium primus in sermonem patrium transtulit.* 2) *A. Bigelmair, 'Die Afralegende' p.* 61 *sqq. textum Armenium codicis n.* 17. *per S. Euringer denuo translatum edidit, quem O. Riedner, 'Der geschichtliche Wert der Afralegende' p.* 39 *sqq. iteravit, discrepantia lectionum variantium alterius codicis n.* 1554. *addita.* 3) *Riedner l. c. p.* 56. 4) *'N. Arch.' XXXVII, p.* 329 *sqq.* 861 *sq. XXXIX, p.* 212 *sq.* 5) *Passio Bonifacii (Ruinart, Acta martyrum,* 1859, *p.* 328*).* 6) *Acta martyrum Tarachi, Probi cet. (Ruinart l. l. p.* 452. 454. 455*).* 7) *Ruinart p.* 203. 8) *Ruinart l. l. p.* 309: iam nunc accedens sacrifica diis secundum praeceptum domini nostri Augusti; *Passio Afrae Armenia (ed. O. Riedner l. l. p.* 39*)*: 'so komm und opfere den gütigen Göttern gemäss dem Befehle der Könige'; *Passio Afrae Latina c.* 2. 9) *Ruinart l. l. p.* 309: Dii enim vestri daemones immundi sunt; *Passio Afrae Armenia:* 'Es gibt nichts Schmutzigeres als eure Götter'. 10) *'N. Arch.' XXXIII, p.* 42. 11) *Ruinart l. l. p.* 309. 311.

eius iudex comminatur, id quod similiter in iisdem Claudii actis expressum est[1]. *Etiam Eusebio*[2] *teste qui sacrificaverant liberi dimittebantur, recusantes vero tormentis gravissimis cruciabantur, nec facile admittere poteram congrua auctoris Armenii tormenta ex amatoribus quaestuque sordido auctoris Latini exorta esse. Tormenta autem illa, quae si auctor Latinus verbis perraris tetigit, certe non exequenda curavit, Armenius fere eodem modo enarravit atque auctor actorum Claudii, Asterii, aliorum, nam uterque iudex: 'Alapis', inquit, 'tundite faciem eius'*[3], *quodque Afrae simul a tortoribus dicta esse iudex voluit haec: 'Noli resistere praeceptis regis', talia martyribus eadem occasione re vera dicta sunt. Item quae in Passione Armenia subsequuntur, scilicet totum populum lacrimas profudisse iudicique dixisse eum iniuste iudicare et contra leges, qua insolentia quam maxime offendebatur Riedner (p. 50), eadem in actis Tarachi, Probi cet. redeunt*[4] *atque huic iudici iniustitia saevitiaque iusto iure obici poterant. Afram reges eorumque praecepta spernentem statim vinctis manibus pedibusque extra urbem ad fluminis ripam ducendam ibique vivam incendendam esse iudex iussit apud Armenium, qui sententiam iudicis rite dictatam praetermisit talem, qualem auctor Latinus exhibet, sed e contrario hic praecepta regum praetermisit, quae nullo modo hoc loco praetermittenda erant.*

Passionem Armeniam omnia implere contenderunt, quae de exemplari fide digno postulanda esse olim mihi videbantur, sicque argumenta mea diu spreta, quasi nullius momenti essent, prorsus inexpectatam laudem apud adversarium[5] *sortita sunt, qui paulo ante vetustiorem Passionem Latinam pro excerpto pessimo ex actis prolixioribus (β) habuerat. Certe Armenia comparata cum Latinis haud paucas melioris notae formulas sola exhibent, quae etiam aliis Passionibus confirmantur, neque iudex ibi rationibus christianis Afram persequitur neque ulla cum Martyrologio Hieronymiano affinitatis coniunctio adest. Desunt vero certa quae genuinis actis inesse solent indicia neque de actis martyrum publicis cogitandum est, id quod iam H. Goussen minime fugerat. Schedae illae et temporum notis carent et iudicis imperatorumque nominibus, ita ut omnia in incerto relinquantur. Iudex primo Afrae verbis benignis persuadere*[6] *conatus est, ut diis sacrificaret, antequam vel nomen illius explorasset, illaque in extremis posita tanta verborum pompa usa est, ut cum ferro robiginoso se ipsam comparaverit. Homiliam has schedas haud inepte dixeris, de cuius fide haud uno loco dubitare licet, haecque homilia, si auctori Latino praesto fuerit, id quod credam, inter manus illius in omnino novam formam transiit, quae cum exemplari illo vix comparanda est. Sin vero Passionem Armeniam ex Latina pendere statueris, licet viva voce hanc ad auctorem Armenium pervenisse et ex memoria ab eodem litteris mandatam esse conieceris, tamen additamenta melioris notae in textu omnino diverso quamvis affini non explicantur, utque auctorem saec. XII. speciem quandam tantae antiquitatis vix introducere potuisse persuasum mihi est, ita cum K. Löbeck*[7] *textui Armenio priorem locum iam tribuam neque Latino. Auctoritatem eiusdem etiam contrariae opinionis defensores eo agnoscere videntur, quod eum momenti cuiusdam esse*

1) *Ruinart l. l. p.* 309: Noli iuventutem tuam cum insania perdere. 2) *Hist. eccl. lib. VIII, c.* 6, *§* 6 *('Eusebius Werke', ed. Schwartz II, p.* 751*).* 3) *Ruinart l. l. p.* 311. *Passio Armenia:* 'Schlaget ihr mit Backenstreichen ins Gesicht'. 4) *Ruinart l. l. p.* 473: cum magna deprecatione lacrimarum — — factus est timor magnus et murmur populi dicentium: Iniustus iudex, qui sic iudicavit. 5) *Cf. B. Sepp, 'Ein neuer Text der Afralegende' ('Studien und Mitteilungen'* 1908, *XXIX, p.* 185 *sqq. et* 451 *sqq. cum B. Sepp, 'Zur Afralegende' ('Literarische Beilage zur Augsburger Postzeitung'* 1911, *p.* 58*). Idem interrogationes iudicis nonnullas apud auctorem Armenium recte approbavit, sed vir robusta fide praeditus occasione usus est ('Das Martyrium Polycarpi' p.* 40*) ad ipsam Conversionem Afrae defendendam, quasi temporibus Romanorum conscripta esset fabula stolida ab omnibus reiecta.* 6) *Riedner l. c. p.* 50 *sqq.* 7) *'Theologische Revue'* 1911, *nr.* 11, *col.* 340.

concesserunt ad textum Latinum restituendum[1]. *Etiam aliae eiusdem collectionis Armeniae Passiones*[2] *cum exemplari in universum conveniunt neque textus eius in novam formam redacti esse videntur.*

Interim Augustea vel Augusta urbs in Passione Armenia nullo provinciae nomine distincta est, cumque etiam flumen ibi non nominetur, ad cuius ripam Afra comburenda educta est, haud ita certum erat, qualis urbs ex magno Augustarum numero eligenda sit. Cum haec Afrae Passio in Legendariis Armeniis reperta esset, primo aspectu de urbe quadam orientali cogitandum erat[3], *unde acta Afrae meretricis cuiusdam in Afram sacram martyrem Vindelicorum translata essent, atque Notkerus*[4] *iam ad Augustam Euphratensem, i. e. Samosata, se converterat, ut nativitatem sancti Afri martyris diei* 5. *Augusti in Martyrologio attributi*[5] *a subsequente Afra nostra distingueret. Lectorem attentum fugisse vix credam acta Afrae Armenia quam maxime cum actis et Claudii, Asterii, aliorum et Bonifacii et inprimis Tarachi, Probi, Andronici*[6] *convenire tresque Passiones similitudinibus nonnullis cum Afrae coniunctae ad martyres spectant in Cilicia passos et inprimis Tarsi. Cum autem Augusta Graeco sermone Sebastia dicta sit*[7] *aliaque nomina veluti Caesarea in Oriente praevaleant, de Augusta quadam urbe orientali indaganda omnino desperandum erat, qua re vehementer laetabantur scholae legendariae sectatores*[8]. *Eheu! Augusta illa urbs orientalis reperta est eaque in ipsa Cilicia sita erat Plinio teste, Hist. nat. V, c.* 27, 93. *Ibi sedes episcopalis constituta erat, metropoli Tarsensi subdita, atque Theodorus episcopus Augustensis una cum collega Sebastensi concilio Chalcedonensi a.* 451. *interera*t[9]; *fluvius autem ab incolis, qui Augustanoi vocantur, ita celebrabatur, ut deum fluvialem in nummis sculperent*[10]: *potest Pyramus fluvius esse Taurum montem perrumpens aut affluens quidam eius, si Augusta ab Anazarbo ad septemtrionem sita erat, scilicet prope locum Siz.*

Etiam ea quae de sua ipsius condicione Afra teste Armenio edixit moribus magis orientalibus quam plagae frigidioris convenire videntur: lacrimas enim, quas alapis caesa toti populo pulchritudo 'urbis nostrae' elexit, ipsamet ad multa sua stupri opera rettulit,

1) *Riedner l. c. p.* 57. 2) *Passio Irenaei episcopi Sirmiensis Armenia (Vitae et passiones sanctorum selectae ex Eclogariis, Venetiis* 1874, *I, p.* 357—359*), quam in linguam francogallicam versam interveniente Ignatio Ghiurekiar archiepiscopo et abbate monasterii S. Lazari accepi, textum Graecum imitatur, quocum pons Savi fluvii Artemis ibi appellatus est neque Basentis, sicut in uberiore et sinceriore textu Latino, atque nomina et iudicis et regis vel potius imperatoris servata sunt, quae in omnibus Afrae actis desiderantur, immo tres dies Irenaeus in tormentis tentus esse dicitur neque complures, sicut in reliquis actis legitur, sed Savi nomen auctor Armenius praetermisit atque etiam e Passione Polycarpi Armenia nonnulla exciderunt; cf. Sepp, 'Das Martyrium Polycarpi nebst Anhang über die Afralegende', Ratisbonae* 1911, *p.* 31. 3) *A. Bigelmair p.* 64. 4) *Notkeri Martyrologium Non. Aug. (Migne, Patr. Lat.* 131, *col.* 1132*):* In Augusta Euphratensi nativitas sancti Afri martyris. Quorum nominum similitudine, id est et Augustae et Afri, nostrates inducti, hac die apud Augustam Rhetianam sive Vindelicam passionem sanctae Afrae consummatam putaverunt. 5) *SS. rer. Merov. III,* 43. 6) *Acta Tarachi, Probi, Andronici, quae olim eruditorum consensu permagni aestimabantur, nostro aevo in dubium vocata sunt (cf. H. Günter, 'Legenden-Studien', Coloniae* 1906, *p.* 62*), sed vel A. Harnack, 'Gesch. der altchristlichen Literatur bis Eusebius'* (1904) *II,* 2, *p.* 479, *concessit argumentum ex actis publicis satis accurate depromptum esse.* 7) *Isidori Etymol. XV,* 1, 25. 8) *Sepp, 'Das Martyrium Polycarpi' p.* 38. 9) *Mansi, Concil. VII, p.* 402. 10) *Fr. Imhoof-Blumer, 'Zur Münzkunde Kilikiens' (v. Sallet, 'Zeitschr. f. Numismatik', Berolini* 1883, *X, p.* 290 *sqq.); cf. Pauly-Wissowa, 'Real-Encyclopaedie'* (1896), *II, col.* 2345.

quasi cum toto populo Augustano concubuisset, atque meretrix ex ipso foro ad praesidem deducta est, ut fere usque ad illum articulum temporis quaestum ex corpore fecisse[1] *videatur, quae condicio cum fide christiana haud facile concilianda est. Etiam auctor Latinus vel in sententia iudicis eam pro publica meretrice habuit idemque acta Afrae meretricis Armenia eo facilius ad Augustanam nostram referre poterat, cum Afrae nomen cum Veneria quadam in Martyrologio Hieronymiano die 7. Id. Aug. fortuito coniunctum repperisset, quae re vera Antiochena martyr fuerat. Certe Martyrologium illud auctorem Conversionis c. 5. ad sacra Veneris adduxerat, ut loco Lactantii (Div. inst. I, 17) usus*[2] *Cyprum patriam Hilariae matris Afrae statueret.*

Dum in actis Afrae Armeniis passionis dies omnino desideratur, Afra Augustana Vindelicorum diversis Augusti mensis diebus in Martyrologio Hieronymiano[3]*, uni VII. Id. Aug. in Passione Latina attributa est, neque in nominum similitudine haereamus oportet, cum cultus virginis Augustanae a Fortunato confirmatus et a Columbani discipulis*[4] *mox renovatus, quippe qui Martyrologium illud componentes minimum duos dies eidem consecraverint, assiduo usu perdurasse videatur.*

Cum ossa Afrae sacrae martyris aevo Fortunati[5] *Augustae Vindelicorum colerentur, Afra illa meretrix auctoris Armenii viva combusta est, sique huius ossa incendium evasisse conieceris, monendum est eam ad fluminis ripam antea ductam esse atque ad flumina mareve martyres percutiendi, veluti Irenaeus episcopus Sirmiensis*[6]*, ducebantur, ut reliquiae eorum eo proicerentur, ne pro diis habiti postea adorarentur*[7]*. Parum igitur verisimile est ossa Afrae illius meretricis orientalis ad posteros pervenisse, cumque Passio eius in Afram nostram translata esset, interpolatori β (c. 3) expressis verbis addere opus erat, corpus integrum inventum esse.*

Legendas satis fabulosas ex Oriente in Occidentem translatas esse ex Passione septem dormientium apud Ephesum intellegitur, in qua similia de pulchritudine martyrum leguntur atque in Passione Afrae Armenia:

Passio VII. Dormientium[8]*:*	*Passio Afrae Armenia.*
non decet tantam venustatem ac pulchritudinem corporis subdi tormentis.	Obsecramus te, ne diruas pulchritudinem eius.

Hanc legendam Gregorius Turonensis in linguam Latinam verterat, interpretante Iohanne Syro, sique concesseris Passionem Afrae Latinam ad exemplar quoddam orientale compositam esse simile Armenio, scilicet ab auctore magis religioni christianae dedito quam veritati, quippe qui formas omnino novas sibi excogitaverit in maiorem fidei christianae gloriam, iterum de Syro quodam interprete cogitandum est, Syrique in Galliis non solum negotiatores habitabant, hospitalitatem in alios advenas exercentes, veluti in Columbani discipulos, et ipsi advenae 'ex longinquo Orientis solo'[9]*, sed etiam litteras sacras colentes, ita ut cum Syris Graecisque Carolus Magnus paulo ante obitum quattuor evangelia corrigere potuisset*[10]*.* *B. Krusch.*

1) *O. Riedner l. c. p.* 50. 2) *Ita A. Bigelmair p.* 75. 3) *SS. rer. Merov. III,* 43. 4) *Quod in Mart. Hieronymiano diebus non solum Augusti sed etiam Octobris memoria Afrae celebratur, id L. Duchesne ad permutatas litteras* Oc. *et* Aug. *recte rettulisse videtur, qua ex re intellegitur haec festa more francogallico pronuntiata ad auctorem Martyrologii pervenisse neque ex Calendario quodam manu scripto pendere.* 5) *Fortunati V. Martini IV,* 643. 6) *Ruinart p.* 434. 7) *Eusebius, Hist. eccl. lib. VIII, c.* 6, *§* 7 *(ed. Schwartz l. l. II, p.* 751*).* 8) *Anal. Boll. XII,* 380. *Cf. M. Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours' p.* 8. 9) *Ionas, V. Columbani I,* 21. 10) *Cf. Thegani V. Hludovici imp., SS. II, p.* 592*; P. Scheffer-Boichorst, 'Zur Geschichte der Syrer im Abendlande' ('Mitth. d. Inst. f. österreich. Geschichtsforsch.' VI,* 536*; 'Gesammelte Schriften' II,* 206*).*

INCIPIT[a] PASSIO SANCTAE AFRE[b], QUOD[c] EST VII. ID. AG.

(1[d]). Apud[e] provintiam Ritia[f] in civitate Agusta[g], in[h] quo tempore, cum[i] christianis[k] esset[l] gloriosa[m] persequutio, et omnes christiani[n] conprehensi et[o] variis suppliciis afflicti[p] conpellerentur[q, *] sacrificare atque contradicentibus et resistentibus gloriosae[r] passiones adferretur mors, tunc et[s] apud[t] provintiam Ritia[u] in civitate[v] Agusta[w] conprehensa est Afra venerabilis[x] martyra, quae[y] meretrix fuerat, oblataque[z] est iudici.

(2). Iudex[a] iniquitatis dixit[b] ad eam: 'Quae[c] diceris?' Respondit[d]: 'Afra'[**]. [Iudex[e] dixit: 'Christiana es[1]?' Respondit:] 'Etsi involuta[f] sum[g] peccatis, tamen christiana[h]'. Iudex dixit[i]: 'Quia expedit tibi vivere[***], necesse est, ut praeceptis imperatorum obtemperes, ut accedens sacrifices'. Afra respondit: 'Sufficiunt[k] mihi peccata[l] mea, quae nunc[†] usque gessi[m, ††]; hoc[n] ego non sum factura'. Iudex[†††]

*) ad sacrificia traherentur, contigit, Afram hanc, quam notam habebat facies publica, quod esset lupanaria, a persecutoribus conprehenditur. Quae cum fuisset iudici oblata, et interrogasset iudex et agnovisset, quae esset, dixit *(infra l. 10) β.*

**) Christiana sum *add. b.*

***) quam in tormenta deficere' *add. β.*

†) ignorans Deum *pro* n. u. *β.*

††) in corpore meo *add. a.*

†††) G a i u s *ante* iudex *add. β.*

Capp. 1. 2. *α. a. a*. b. β.*

Cap. 1. a) *om. b.* b) *m. aequali superscr. α;* Affrae *constanter a. b* (*ubi add.* virginis). c) *ita α;* (quod est *om.*) VII. Idus Aug *a**; quc est VI. Idus Augustas *a*; quae passa est in civitate Augusta VII. Id. Augusti *b.* d) *capita ipse distinxi.* e) In provintia secunda R. *a*; Cum in illo tempore esset persecutio, ut omnes chr. comprehenderentur ac v. *inc. a*.* f) :ritia, *ras.* ra(?) *α*; Retia *a. β*; Retię *b.* g) Aug. *a. β*; A^v^gustana *b*, *ubi add.* die VII. id. ags. h) in quo *eras. α*; in quo t. *om. β.* i) cum *in litura scr. α.* k) c. christianorum *β*; c. apud christianos *b*; chr. *om. a. a*.* l) *eras. α.* m) *ita α. β*; *om. a. a** (*v. n.* e); gloriosum esset persecutionis certamen subire et omnes *b.* n) pro Christi nomine *pro* chr. conpr. *β.* o) *om. b. β.* p) *ita α. β*; affecti *a*; affligi *a**; affligerentur *b.* q) *ita α* (conpelle | ::: tur *m. al. corr.* conpellebantur). *a*; cogerentur, ut sacrificarent idolis atque (assidue *add.*) *a**; (c. *om.*) ac sacrificare (atque *om.*) *b.* r) gl. passiones *(ita pr. m.)* adfer ::::: (*m. al. corr.* adferebatur) m., T. *α*; gloriosam passionem inferrent in singulis, tunc *a*; (et r. *om.*) gloriosa (p. *om.*) mors inferretur (inferetur *pr. m.*). Tunc *a**; gloriosa (*corr.* gloriosae) passionis inferre turmor (*m. al. corr.* inferretur rumor). Tunc *b.* s) *eras. α*; *om. a. a*. b.* t) *ita α. a*. b*; apud — Agusta *om. a.* u) *ita pr. m. α*; Reziam *a**; Retię *b.* v) rici *add.*, *sed eras. α.* w) Aug. *a**; Agustana *b.* x) v. martyr(a *eras.*) *m. aequali in inf. mg. suppl. α*; v. marty(i)r *a. b*; v. Afra, *om.* m. *a*.* y) H(a)ec enim m. *a. a*. b.* z) quae oblata *a*; oblata sacrilego iudici A n t i o c h o. Iud. *a*.*

Cap. 2. a) iudex *om. b*; vero *add. a**; iniq. *om. a.* b) que *add. b.* c) quis *a.* d) Afra respondit *α.* e) Iudex — respondit *versu exeunte om. α*; Iudex — tamen christiana *om. a*; A n t i o c h u s (*ita constanter pro* Iudex) dixit: Christiana es? Afra dixit (*ita constanter pro* respondit) *a*.* f) *ita m. al. corr. ex* involata *α* (*cf. infra p.* 202, *l.* 3); obvoluta *a*.* g) *om. b* (*cf. n.* h). h) sum *add. a*. b.* i) dixit (ad eam *add. a*; ei *add. β*): 'Sacrifica (diis *add. a*. β*), quia e. t. v. (v. *om. b*) *et om.* necesse est — *l.* 11. sacrifices *a. a*. b. β.* k) Sufficiant *a*.* l) p. m. *om. b.* m) *m. aequali in litura scr. α.* n) Nam hoc ego non *a. b*; Nam ego istud non sum *a**; hoc autem, quod me iubes facere, numquam factura sum *β.*

1) *Cf. Passionem Symphoriani c.* 2: Heraclius vir consularis in tribunali residens

dixit: 'Accede[a] ad Capitolium[1], sacrifica[b]'. Afra respondit: 'Capitolium meum Christus est, [quem[c] habeo ante oculos meos,] qui* scit, quid gessi in me ipsa; tamen, si dignam me iudicat, desidero ipsi sacrificare'.

(3). Iudex dixit: 'Audio de te[a] esse publicam meretricem; sacrifica ergo[b], quia[c] lege[d] christianorum aliena es[e] a Deo vestro[f], siquidem[g] meretrix[h] [es[i]]'. Afra respondit: 'Dominus noster[k] Iesus Christus** pro[l] peccatoribus de[m] caelo descendere et*** pati dignatus est[n], unde[o] prima[p] sum ego. Nam nec publicanos[q] nec meretrices despexit, sed[r] cum ipsis bibit et[s] manducabit'. Iudex† dixit: 'Magis[t] sacrifica[u], ut diligaris ab omnibus[v] amatoribus tuis, ut[w], sicut nunc[x] usque dilecta es[y], ameris[z]·††, et[a] multa tibi conferentur[b] pecunia'. Afra respondit†††: 'Adhuc[c] me cognosco[d] non[e] esse despecta[f] a facie Dei[g], quia[h] me[i] ad

cf. Matth. 21, 31. cf. Marc. 2, 16.

*) Ipsi cotidie crimina et peccata mea confiteor et, quia indigna sum ipsi sacrificium offerre, me ipsam ego pro nomine eius cupio sacrificare, ut corpus in quo peccavi, dum poenas pertulerit, abluatur *pro* qui — sacrificare *β*.

**) dixit se *add. β*.

***) nam et euangelia eius locuntur, quod meretrix lacrimis rigaverit pedes eius et indulgentiam acceperit, et meretrices et publicanos numquam dispexit *(l. 8) β*. cf. Luc. 7, 38.

†) Gaius *add. β (om. A 2. B 1. 3)*.

††) ut[a] accedentes ad te secundum consuetudinem suam[b] *add. a. a**.

†††) 'Pecunias execrabiles iam numquam accipio, nam et quas habui expendi, quia non erant de bona conscientia; nam nolentes accipere aliquantos fratres meos·

Capp. 2. 3. *α. a. a*. b. β.*

Cap. 2. a) *ita α. a*; Accedens *a*. β* (*cf. p.* 200, *l.* 11); Accendens(?) *corr.* Ascendens (*cf. l.* 49: ascendat) *b*. b) diis *add. a*. c) q. a. o. m. h. *b*; q. nunc a. o. h. *a**; *haec om. α*; *pergunt:* quia multa sunt, quae gessi in corpore meo *(v. infra p.* 203, *l.* 13, *et supra l.* 13. *β)*, ut me dignam vocet ad confessionem nominis sui *(v. infra p.* 203, *l.* 14. *et β infra p.* 202, *l.* 30*)*. Iudex *a;* (qui scit *om.*) quę gessi, ipse me ad singula iudicat. Iudex *b*; qui scit — sacrificare *om. a**.

Cap. 3. a) *ita α;* A. te esse p. (publicanam *a**) m. *a. a**; A. pulcherrimam te ęssę m. *b*; Siquidem, ut *(ita recte A 1b)* audio, meretrix es *β* (*cf. l.* 5). b) *om. β*; meretricem; quare sacrificare contempnis? *a*. c) quoniam *b*; iam *add. a**. d) *ita coni. Sepp;* lex *m. aequali in litura α;* secundum legem *a. b*; secundum vestram legem alienata *a**; l. chr. *om. β*. e) est *α; v. 'N. Arch.' XXXIII, p.* 42. f) *ita α. a*. b*; tuo *a*; christianorum *β*. g) quia m. *a*. b*; s. m. es *h. l. om. β* (*sed cf. n.* a). h) meretri(x *in litura*) *α*. i) *ita a. a*. b; om. α (eras. ?)*. k) n. I. *om. a**. l) propter peccatores *a*. m) discendisse de c. *β*; de c. descendit *a. a*. b*. n) *m. al. suppl. a**. o) quorum pr. e. s. *a. a**; unde e. pr. s. *b*. p) primas *pr. m. α*. q) peccatores *α*; (Nam *om.*) Nec publicanos (enim *add. b*) nec m. disp. *a. b*; Nam et publicanas et m. non disp. *a**. r) etiam *add. a**; quin immo etiam secum eos manducare permisit *β*. s) manducavit et bibit *a. a**; (b. et *versu exeunte om.*) manducavit *b*. t) *ita α. a. a**; *om. b. β*. u) diis *add. a**. v) *ita α. a. a*; om. β*; ut te diligant amatores tui *b*. w) et *β; om. a;* ut sicut — ameris *om. a*. b*. x) semper *pro* n. u. *β*. y) *ita a. β*; dilect : : (us? *eras.*) *m. al. corr.* dilectanter *α*. z) habearis *β* (et ameris *A* 2); et amplius diligaris *pro* a. *α*. a) et *(om. a. a*)* multas t. conferant (offerant *a**) pec(c)unias *a. a*. b*; et inferantur tibi pecuniae multae ab eis *β*. b) confer : : tur *m. al. corr.* conferatur *α*. c) *ita α*; In hoc *a. β*; Ex hoc *a*. b*. d) me agnosco *a**; c. me *b*. e) a f. D. non esse proiectam *β*. f) dispecta *a*; dispectam *a*. b*. g) mei *add. a**. h) *ita α. β*; qui *a. a**; *om. b*. i) *ita α. a*; om. a. b. β*.

Nota ††. a) et *a**. b) *om. a**.

dixit beato Symphoriano: 'Nomen condicionemque designa'. Ille respondit: 'Christianus sum, Symphorianus vocor'. Iudex dixit: 'Christianus es?' 1) *Concil. Eliberit. c.* 59: Prohibendum, ne quis christianus aut gentilis ad idolum Capitolii sacrificandi causa ascendat et videat. *Cf. F. Maassen, 'Gesch. der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts' p.* 216.

hanc[a] gloriosam passionem pervenire[b] dignatus est, per quam credo[c] me remissionem[d] peccatorum meorum[e] esse consequuturam[f]'. Iudex* dixit: 'Haec[g] fabulae sunt, magis[h] sacrifica; te** enim talem scenam[i] tantisque involutam[k] peccatis
cf. Gen. 18, 14. desideras[l] salvari[m]?' Afra respondit: 'Nihil*** difficile est apud[n] Deum; nam
cf. Luc. 23, 43. et latroni[o] confitenti† Deus[p] bona[q] paradisi promittere[r] dignatus est'.

(4). Iudex†† dixit†††: 'Sacrifica*†, ne te in conspectu amatorum[a] tuorum, qui tecum turpiter vixerunt[b], [catomis[c. 1] caesam] ut[d] publicam meretricem vivam incendam'. Afra respondit: 'Confusio mihi nulla est, nisi de peccatis meis'. Iudex dixit: 'Porro iam[e] sacrifica, quoniam[f] iniuria mihi[g] est tot[h] horis tecum concertare[i]; certe[k], si nolueris**†, occideris[l]'. Afra respondit: 'Hoc mihi[m] est quod opto, si tamen merear[n], [ut[o] per hanc confessionem[p]] in***† conspectu eius, cui peccavi

---

pauperes etiam precibus exoravi, ut a me dignarentur accipere et pro peccatis meis orare. Si ergo quae habui a me abieci, quomodo potest fieri, ut quaeram accipere, quae iam quasi sordes abieci?' Iudex dixit: 'Iam te Christus dignam non habet; sine causa vis eum Deum tuum dicere, qui te suam non esse cognoscit: meretrix enim quae est dici non potest christiana'. Afra respondit: 'Christiana quidem ego nec dici mereor nec vocari, sed misericordia Dei, quae non de meo merito, sed de sua pietate iudicat, ipsa me ad hoc nomen admisit'. Iudex Gaius dixit: 'Unde nosti, quia te admisit ad hoc nomen?' Afra respondit: *add.* β.

*) Gaius *add.* β.

**) diis, per quos salutem consequaris *pro verbis* te — salvari β.

***) r.: 'Salus mea Christus est, qui pendens in cruce latroni confitenti β.

†) eadem (die *add.* a*) hora (nona *add.* a*) *add.* a. a*. b *(non* α. β*)*.

††) Gaius *add.* β *(om.* A 1*b)*.

†††) magis *add.* a *solus.*

*†) diis *add.* β.

**†) gladio te *add.* a; sacrificare *add.* b.

***†) digna efficiar, *om.* in conspectu — in corpore meo β.

Capp. 3. 4. α. a. a*. b. β.

Cap. 3. a) per hanc b; ad (h. *om.*) gl. confessionem nominis sancti permittor accedere, per β. b) (suam *add.* a) vocare dign. est a. a*; pervenire — credo me *om.* b. c) me credo a. β. d) omnium meorum scelerum indulgentiam accepturam *pro* rem. — consequuturam β. e) *om.* a*; quae gessi *(ita supra p.* 200, *l.* 12*) add. et* esse *om.* b. f) consecutura a. g) *ita* a. a; Hoc f. sunt b. β; Fabulae sunt ista a*. h) tu tamen *pro* m. b. i) *ita* a; scenicam a*; s . . . . am, *media legi nequeunt a; om. b; i. e. meretricem, quam schoeniculam propter usum unguenti schoeni aut scenulam appellabant, quia in scenulis prostituebantur, cf. Forcellini.* k) obvolutam p. a*; obvoluta p. a; p. obvoluta b. l) *ita* b; desidera *pr. m.* a; (Deus vester *add.* a) desiderat a. a*. m) salvare a*. n) est (*om.* a) Deo a. b; N. Deo diff., *om.* est a*. o) latronem *pr. m.* a. p) *ita* a; *om. rell.* q) gaudia a. r) repromisit'. Iudex β.

Cap. 4. a) amicorum a. a*. b) vivunt a. a*. c) *ita* b; catomis caesa a; catonis (? *m. al. corr.* catenis) caedam a*; catomis caedi iubeam β; *haec om.* a. d) *ita* α. b; (ut p. m. *om.*) vivam incendi precipio a; et publicanam (m. *om.*) v. i. a*; ut — incendam *om.* β. e) *ita* α. β; i. *om.* a. a*; P. i. *om.* b. f) *ita* α. β; quia a. a*. b. g) est m. a*. b. β. h) quotiens (? *m. al. corr.* totiens) *pro* tot h. a*. i) *ita* a. a* *et* β (A 1b; *rell.* certare); concertari b; contendere α. k) Quod si a. l) occidam te a*. b; occidi precipio a. m) *om.* a. a*. β; Hoc et ego opto b. n) mereor a. a*. o) vel *add.* a*. b; ut per h. c. *om.* a *(cf. p.* 203, *l.* 14*)*. p) nominis sui *add.* a; *cf. infra p.* 204, *l.* 1; merear *add.* a*.

1) *Verba ex Passione prolixiore (β) pendere videntur; cf. supra p.* 194.

in corpore[a] meo, requiem invenire'. Iudex* dixit: 'Aut[b] sacrifica aut** te incendam'. Afra respondit: 'Corpus meum, quod peccavit, accipiat diversa tormenta; nam animam[c] meam sacrificiis daemonum non coinquinabo'.

(5). Tunc[a] iudex nequissimus[b], data[c] sententia, dixit: 'Afra[d] publica meretrix, qui[e] se[f] christianam[g] professa[h] est et[i] noluit sacrificiis participari[k], vivam incendi praecipimur[l]'. Statimque[m] rapta est[n] a ministris, ducta[o] est ad[p] insulam fluvii[q], quae dicitur[r] Lacce[s], ibique expoliantes[t] eam ad stipe[u] ligaverunt[v].

(6). At illa elevans[a] oculos suos[b] ad caelum, oravit[c] cum lacrimis, dicens: 'Domine deus[d] omnipotens [Iesu[e] Christe], qui non iustos venisti[f] vocare, sed pec- cf. Marc. 2, 17.
catores ad paenitentiam, cuius promissio[g] vera et manifesta est, sicut[h] dignatus es dicere: ex[i] qua ora conversus fuerit peccator a suis iniquitatibus, ex[k] eadem ora non te rememoraturum[l] peccata [eius[m]], tibi*** soli[n] confiteor iniquitates[o] cf. Hebr. 10, 17.
meas, quas gessi in corpore meo, et condignam paenitentiam[p] non egi, sed peto ac[q] deprecor tuam [largam[r] et ineffabilem] misericordiam, ut per hanc confessio-

*) Gaius *add.* β.

) *add.* tortam *a, totam *b; om.* α*;* s., nam torquere te faciam et post haec vivam incendi *β;* aut faciam te vivam incendi *a; post* te *add.* ream *a**.

***) accipe in hac ora passionis meae penitentiam meam et per hunc ignem temporalem, qui corpori meo paratus est, ab illo igne aeterno me libera, qui et animam et corpus simul exuret'. Et his dictis expletis, circumdata sarmentis, igne subposito, vox audita est, dicens: 'Gratias tibi, domine Iesu Christe, qui me dignatus es hostiam habere pro nomine tuo, qui pro toto mundo solus hostia oblatus es in cruce, iustus pro iniustis, bonus pro malis, benedictus pro maledictis, dulcis pro amaris, mundus a peccato pro peccatoribus universis. Tibi offero sacrificium meum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in secula seculorum. Amen'. Et haec dicens, emisit spiritum *pergit β.*

Capp. 4—6. α. *a.* *a**. *b.* *β.*

Cap. 4. a) corpori *m. al., sed aequali corr.* corpore α; (in c. m. *om.*) i. veniam *a**; in c. m. i. merear r. *et add.* peccatorum meorum *a.* b) *om. β.* c) *ita* α. *β*; anima mea (inmundissimis *add. a*) sacrificiis (d. *om. a*; tuis *pro* d. *a**; non coinquinabitur s., *om.* d. *b*) non quoinquinabitur (coin. *a**) *a. a*. b.*

Cap. 5. a) *ita* α. *a*. β;* Sic *a. b.* b) *ita* α. *β*; *om. a. a*. b.* c) *ita* α. *a*. b*; dedit sententiam, dicens *a*; dictavit sententiam, dicens *β.* d) Afram (Affram *a. b*) publicam (p. *om. a**) meretricem *a. a*. b. β.* e) *ita pr. m.* α; quae *a. a*. b. β.* f) esse *add. b.* g) christia(nam *m. aequali superscr.*) α; christiana *a.* h) confessa *a. a*.* i) quia *b.* k) *ita* α. *β* (*A* 2. *B* 1. 2 3); s. parere *b*; sacrificare *pro* s. p. *a. a*.* l) praecipimus *β*; precipio *a. b*; praecepi *a*.* m) que *om. b.* n) *ita* α. *β* (*A* 2. *B* 1. 2. 3); *om. b*; raptam a m. *a**; a m. raptam *a.* o) *ita a. b. β*; ductam ad *a**; (et *add.*) d. (est *om.*) α. p) in i. *β*; ad insula *b.* q) *om. b*; fl. *post* q. d. L. *a*; fluvio *post* L. *a*.* r) *ita a. b. β*; vocatur α; q. d. *om. a*.* s) *ita* α; Lacchae *β* (*A* 2); Laechae *a**; Lice *a*; Lycię *b.* t) eam exp. *a. β*; spoliantes eam *b*; exspoliata (*m. al. corr.* exspoliatam), *om.* eam *a*.* u) *corr.* stipē α; ad stipitem *a*. β*; (ad *om.*) stipiti *a. b.* v) alligaverunt *b*; alligarunt *a*.*

Cap. 6. a) levans o. *a*. b*; elevatis oculis *a.* b) *ita* α. *β*; *om. a. a*. b.* c) *ita* α. *β* (*A* 1a); (o. c. l. *om.*) dixit *a. a*. b.* d) deus o. *om. a*.* e) *ita b. β*; Iesus Christe *a; haec om.* α. *a*.* f) *ita* α. *β*; qui non (propter *add. a*) iustos (de coelo *add. a*) descendisti (salvare *add. b*), sed (propter *add. a*) p. (ut *add. a*; vocare *add. b*) ad pae(oe)n. (vocares *add. a*) *a. b*; qui non pro iustis, sed pro peccatoribus de caelo descendere dignatus es vocare eos ad paen. *a*.* g) promisio *a*; promissa v. et m. sunt *a*.* h) qui *β*; ipse *add. a*; sicut — *l.* 12. peccata *om. a**; ut si (d. — ora *om.*) conversus *b.* i) *om. β*; (ex *om.*) qua die c. *a.* k) *om. a. b. β*; eadem die *a.* l) *ita a. b*; : : memoraturum α; memoraturum *β (non A 1b).* m) *ita a. b. β*; *om.* α; dixisti *add. a. b.* n) domine *pro* s. *a*; s. *om. a*. b.* o) ini(qui *superscr.*)tates α. p) non egi p. *a*.* q) et *a. b.* r) *ita b*; l. et i. m. tuam, ut *a*; l. et i. *versu exeunte om.* α; et i. *om. a*.*

nem nominis tui digna[a] satisfactione suscipias atque me[b] a conspectibus tuis non facias alienam, sed cum sanctis tuis requiem[c] donare[d] digneris'. Sic quoque[e], subposito[f] igne, ministri[g] vivam[h] eam incenderunt*.

(7). [Eadem[a],** vero die] apud Urbem[b] et[c] cum[d] ea alii[e] XXV***,[1], id est Quiriacus[f], Largion[g], Criscentianus[h], Memmia[i], Iuliana[k], Leunida[l], Euticianus[m], Diomedis[n], Carito[o], Filadelfa[p], Agape[q], Petrus[r] et alii[2] tredecim[s], quorum[t] nomina Dominus novit, qui[t] pro[u] nomine domini nostri Iesu Christi decollati sunt, qui[v] glorificat sanctos suos per[w] bonam confessionem in[x] saecula saeculorum[y].

*) *Ea quae supra p.* 203, *l.* 26, *attuli locus ad sepulturam Afrae et simile* (subposito igne) *matris famularumque martyrium pertinens* (Stabant — cum palma martyrii pervenerunt, qui — regnat in s. s. Amen) *subsequitur β.*

**) *Martyrum Romanorum gesta paulo accreverunt:* Eodem die passi sunt non longe ab urbe Roma Cyriacus, Largus, Smaracdus, Memmia, Iuliane et multi alii pro nomine Christi decollati sunt — — ad palmam martyrii pervenerunt *(cf. SS. rer. Merov. III, p.* 51*) β.*

***) passi sunt *add. a.*

Capp. 6. 7. *α. a. a*. b. β.*

Cap. 6. a) dignam satisfactionem *a*. b*; tui remissionem omnium peccatorum meorum consequi merear adque a c. t. n. efficiar aliena *a.* b) *om. a*; atque in consp. *b.* c) mihi *add. a*. b.* d) *m. aequali corr.* dare *α, et sic a. a*.* e) Sicque *a*.* f) *ita a. a*. b. β (supra p.* 203, *l.* 21*)*; subsequuto *α.* g) a ministris ::::, *ras.* tris(?) *b.* h) eam v. *a**; eam *om. a.*

Cap. 7. a) Eodem *a**; namque *pro* v. *a*; incenderunt apud urbem. Et cum ea, *om.* E. v. d. *α.* b) a. (eandem *m. al. add.*) u. (passi sunt *m. al. add.*) *b*; Romam *add. a. a*.* c) *om. a. a*.* d) *ita α*; cum ea *om. rell.* e) alios viginti septem *(m. al. corr.* sex*) α.* f) *ita b*; Quirino *pr. m. α*; Cyriacus *a. a*. β.* g) *ita α (pr. m.). a. b*; Largo *m. al. corr.* Largus *a*, et sic β;* Largion — Iuliana *post* Leunina — Agape *b.* h) Criscentianum *α*; Crisentianus *a*; Distitianus *b*; Crescentiano *m. al. corr.* Crescentianus *a*.* i) *ita a*; Ammiam *α*; Nemmia *a**; Hememia *b.* k) Iuliam *α.* l) Leunina *α (pr. m.). b*; Leonida *a. a*.* m) *ita a;* &uticianus *b*; Eutyci(anus *in litura*) *a**; Euthicianum *α.* n) *ita b*; Diomedes *a*; Diomida *a**; Diumercam *α.* o) *ita A* 5*a (Paris.* 5301*; cf. SS. rer. Merov. III, p.* 52*)*; Karitto *b*; Caritto *a**; Cariato *a*; Charito *cod. Velseri;* Charietionem *α.* p) Fidelfam *m. al. corr.* Fidalfam *α*; Filadelfus *a*; Fidalfus *b*; Phyladelphus *a**; Philadelfia *M. Hier.* q) Agapes *a**; et Agapit *a.* r) Petrum *α.* s) duodecim *α.* t) quorum — qui *om. a. a*. b*; quorum nomina Deus scit *cod. Velseri (SS. rer. Merov. III, p.* 52*).* u) passi sunt pro n. d. n. I. Chr. *b.* v) et glorificavit Dominus s. *a**; Cui est honor et gloria in saecula saeculorum *desinit b.* w) per b. c. *om. et add.* hic et *a*; per b. c., ipsi gloria in s. s. *desinit a*.* x) eterna *add. a.* y) Amen *add. a. a* et m. al., nota adhibita, α*; Explicit *subscr. a.*

1) *Nomina martyrum Romae et Nicomediae (cf. 'N. Arch.' XXXIII, p.* 45 *sq.) passorum hocce modo ex Martyrologio Hieronymiano exscripta sunt VII. Id. Aug. (ante Afram):* Romae passio [sanctorum *WB*] XXV martirum, *VI. Id. Aug.* Romae — — Cyriaci, Largi, Crescentiani, Memmiae, Iulianae — — [Et in *W*] Nicomedia [natale sanctorum *W*] — — Agapae virginis, Euticiani, Corithonis *[ita W;* Caritonis *VIII. Kl. Aug.]*, Diomedis, Metrodore [Metronae *E*] virginis, *quibuscum subsequens tertiae urbis martyrium coniunctum est hoc:* [et *W*] Philadelfia [natale sanctae *W*] Leonidis; *cf. supra p.* 195. 2) *Cf. Mart. Hieronym. IIII. Id. Aug.:* cum alis XXX, [quorum nomina Deus habet in libro vitae *WB*].

VITA SEVERINI EPISCOPI BURDEGALENSIS

AUCTORE VENANTIO FORTUNATO.

Gregorius Turonensis, cum librum in Gloria confessorum a. 587. *perfectum*[1] *componeret, caput* 44. *Severino episcopo Burdegalensi dicavit*[2], *cuius basilica (vulgo Saint-Seurin) inter septemtriones et occidentem in 'suburbano murorum' sita*[3] *postea ob coemeterium adiacens clarissima facta est*[4]. *Pauca, quae de sancto in basilica sepulto narravit, Gregorius relationi clericorum Burdegalensium debebat: Severinum*[5] *'de par-*

1) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. I,* 455. 2) *Ib. p.* 775. 3) *Ita Gregorius; cf. chartas Ludowici Pii a.* 814 *(Mühlbacher, Reg. I*², *n.* 526. 527; *Bouquet VI,* 458. 557 *sq.):* monasterium S. Severini prope urbem Burdegalensium; *(monasterium)* S. Severini, ubi etiam requiescit ipse, constructum in suburbio ipsius civitatis. 4) *De basilica, coemeterio, capitulo S. Severini cf. A. Longnon, 'Géographie de la Gaule' p.* 546; *Cirot de la Ville, 'Origines chrétiennes de Bordeaux ou histoire et description de l'église de St-Seurin', Burdegalae* 1867; *C. Jullian, 'Inscriptions romaines de Bordeaux' II,* 1890, *p.* 19 *sqq., et 'Histoire de Bordeaux',* 1895, *inprimis p.* 197 *sqq.; J. A. Brutails, 'Cartulaire de l'église collégiale Saint-Seurin de Bordeaux', Burdegalae* 1897; *P. Courteault, 'Inscription chrétienne du cimetière primitif de Saint-Seurin' ('Revue des études anciennes' XII,* 1910, *p.* 67—72*); J. Bédier, 'Les légendes épiques' III,* 1912, *p.* 341 *sqq. E poetis medii aevi unum afferam auctorem carminis clarissimi quod dicitur Ecbasis captivi, a quo strepitus plebis Burdegalensis commemoratur, 'matutinos hymno petentis':* Namque Severini celebrabat festa beati *(v.* 962, *ed. E. Voigt, 'Quellen und Forschungen zur Sprach- und Culturgeschichte der german. Völker' VIII,* 1875, *p.* 127*).* 5) *Omnia, quae de Severino conscripta erant, superavit Henricus Quentin, 'La plus ancienne vie de saint Seurin de Bordeaux', Tolosae* 1902 *(v. infra p.* 213*); post cuius dissertationem eximiam nullius fere momenti sunt, quae anteriores disseruerunt velut Tillemont, 'Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique' X,* 1705, *p.* 555 *sqq. et* 815 *sqq., et J. Kleinermanns, 'Die Heiligen auf dem bischöflichen bezw. erzbischöflichen Stuhle von Köln' I, Coloniae (*1896*), p.* 21 *sqq. Quod librum compositum a Moniquet, 'Saint Seurin, évêque de Bordeaux au V*ᵉ *siècle, et sa basilique', Parisiis* 1894, *non vidi, non doleo, lectis iis, quae de illo rettulerunt Bollandiani, Analecta Bollandiana XIV,* 444 *sq. Post H. Quentin ipse dissertationem composui 'Die Entwicklung der Legende Severins von Köln' ('Bonner Jahrbücher'* 118, 1909, *p.* 34—53*); denique J. Callen, 'Saint Seurin de Bordeaux d'après Fortunat et Grégoire de Tours' ('Actes de l'Académie nationale des sciences, belles-lettres et arts de Bordeaux',* 3. *series,* 70. *annus, Parisiis* 1908, *p.* 91—341; *volumen non ante annum* 1911. *prodiisse videtur) fusius de Severino egit, pluribus de moribus aevi illius rebusque aliis intermixtis.*

tibus Orientis' Burdegalam venisse, quo tempore Amandus episcopus ibidem ecclesiam regeret, a Domino visione nocturna monitus, ut Severino, qui ipso Amando 'melior meritisque sublimior' esset, occurreret eumque sicut 'amicum divinitatis' honoraret. Itaque cum Severino nondum nisi e revelatione sibi noto obviam progressus esset, propriis nominibus eos sese salutasse, orationeque fusa, ecclesiam 'cum magno psallentio' ingressos esse, Amando Severinum tanta iam veneratione prosequente, ut eum pro se ipso episcopum substitueret, secundo loco 'quasi iunior' contentus, donec advena post paucos annos vita defungeretur atque Amandus locum priorem reciperet. Incolas autem civitatis Severinum pro patrono venerari, ad cuius basilicam si tempore necessitatis, indictis ieiuniis vigiliisque celebratis, devotissime orassent, eos salvari solitos esse.

Narrationem exilem Gregorii satis fabulosam atque exigui momenti esse patet, quippe qui praeter adventum Severini miraculosum sedemque ab Amando concessam ne minimum quidem de rebus Burdegalae ab eo gestis rettulerit. Tamen Amandi illius auctor certior, immo certissimus mentionem fecit, scilicet Paulinus episcopus Nolanus, quo teste Amandus, 'a pueritia Deo militans et sacris litteris enutritus', saeculo IV. vergente inter clericos familiares Delphini episcopi Burdegalensis erat, quocum Paulino convertendo operam dedit, qui, per eum 'Deo natus in Christo', etiam cum procul in Italia degeret, amicitia Amandi fruebatur, cuius consuetudinis adhuc sex epistulae testes adsunt[1]. *Delphino inter a.* 400. *et* 405. *defuncto*[2], *Amandus episcopatum Burdegalensem obtinuit, qua dignitate fungebatur, quo tempore Paulinus quidam, poeta ut videtur Petrocordiensis*[3], *eum inter 'dignos Domino sacerdotes' aevi sui celebravit*[4].

Postquam Gregorius pauca illa iuxta relationem clericorum Burdegalensium de Severino Burdigalinse episcopo[5] *memoriae mandavit, paulo post, ut libro in Gloria confessorum etiam alia additamenta inseruit*[6], *ita in calce capitis Severino dicati haec addidit:* Vitam tamen huius, postquam haec scripsimus, a Fortunato presbitero conscriptam cognovimus. *Quae cum etiam ante paucos annos periisse crederetur, iam Vita Severini antiquissima, quam priores neglexerant, ab Henrico Quentin et ex oblivionis tenebris eruta et Venantio Fortunato poetae, Gregorii amico, vindicata est. Vita sane, quae in codicibus nomine auctoris destituta est, post saeculum VIII. composita esse nequit, quippe quae in codice parte priore saeculi IX. exarato (*1*) non solum tradita, sed etiam ita tradita sit, ut eam e libro litteris Merovingicis lectu difficilibus cohaerentibusque, vocibus non distinctis, descriptam esse manifestum sit; utrum autem pro opusculo Fortunati haberi possit, cuius Gregorius meminerat, an auctori posteriori originem debeat, inprimis sermone Fortunati comparato diiudicandum est. Atque barbaries rei grammaticae et orthographicae magna, quae in codice Vitae antiquissimo deprehenditur, vix obici potest, cum non constet, quanta pars auctori, quanta incuriae librariorum attribuenda sit, praesertim cum sermonem carminum Fortunati non nisi aevo Carolingico aliquatenus retractatum ad nos pervenisse, nuper W. Meyer monuerit*[7]. *Sermone autem Vitam Severini haud parum ad Vitas Fortunatianas accedere, H. Quentin*

1) *Paulini Nolani epist.* 2. 9. 12. 15. 21. 36 *(ed. Hartel, Corpus script. eccl. Lat. XXIX). Cf. Henschen, AA. SS. Iunii III,* 587 *sq.; Tillemont l. l. p.* 553 *sqq.; J. Brochet, 'La correspondance de saint Paulin de Nole et de Sulpice Sévère', Parisiis* 1906, *p.* 78 *sq. Hieronymus Amando presbytero epistulam* 55. *inscripsit (ed. Hilberg, Corpus script. eccl. Latin. LIV,* 486*).* 2) *Epistula Paulini* 20 *(l. l. p.* 142 *sqq.) Delphino inscripta a.* 400/1. *composita est, cum ille a.* 405. *in carmine* 19, 154 *(ib. XXX,* 123*) Delphini inter sanctos occidentales defunctos meminerit. De temporibus operum Paulini cf. P. Reinelt, 'Studien über die Briefe des hl. Paulinus von Nola', Vratislaviae* 1903; *E. C. Babut, 'Paulin de Nole, Sulpice Sévère, Saint Martin' ('Annales du Midi' XX,* 1908, *p.* 18 *sqq.).* 3) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. I,* 770, *n.* 3. 4) *Cf. fragmentum epistulae, quod servavit Gregorius Turon., Hist. II,* 13 *(ib. p.* 81*).* 5) *Ita laterculus capitum (l. l. p.* 745*).* 6) *Cf. Krusch l. l. p.* 455 *sq.* 7) *'Der Gelegenheits-*

editori principi[1] *concedendum est. Enuntiata eorumque partes eodem modo rhythmice desinunt*[1]; *alliteratio quae dicitur hic et illic invenitur*[2], *etiamque magis studium clausularum assonantium idem in Vita Severini apparet atque apud Fortunatum*[3]. *Particulae eaedem enuntiata ducunt:* Denique *'sententias conectens sine enumeratione'*[4], Et quoniam[5], Hinc *(c.* 3. 4*)*[6]; *praepositio* sub *eodem modo notis temporum adiuncta est*[7]. *E vocabulis singulis praeterea afferantur* actum est ut[8], belligerator *(contra haereticos)*[9], deputatur (meritis) *(c.* 5*)*[10], intentus (piis operibus) *(c.* 5*)*[11], languidus *(c.* 4*)*[12], lapsus[13], nubilum *(c.* 8. 9*)*[14], pagina[15], Quid plura? *(c.* 9*)*[16], requirere *(c.* 2*)*[17], satis est *(c.* 1*)*[18], *e nonnullis coniunctis haec:*

c. 1. sacro merito — honorandus; *cf. V. Paterni c.* 4, 13: meritis honorandum;
ib. in elymosina pauperum; *cf. V. Albini c.* 9, 25: in eleemosynis pauperum;
c. 4. ut signum crucis inpressit; *cf. V. Germani c.* 42, 118. 45, 126 *et V. Radegundis c.* 27, 65: signum crucis inpressit;
c. 5. predixit megraturum se beatus de seculo; *cf. V. Radegundis c.* 14, 34. 29, 70. 38, 87, 90: migravit de saeculo, migrare de saeculo, migrasse iustam de saeculo;
ib. gloriose tradedit sepulture; *cf. V. Hilarii c.* 13, 47: venerandae tradidit sepulturae;
c. 9. cum — a fervore solis nec ipsa suo tegmine se frudicta defenderent; *cf. V. Albini c.* 7, 18: ut ipsam domum nec sua tecta defenderent;

dichter Venantius Fortunatus' ('Abhandlungen der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften, Phil.-hist. Klasse, Neue Folge' IV, 5), 1901, *p.* 4. 1) *Quentin l. l. p.* 12 *sqq.* 2) *Cf. ib. p.* 15. *In V. Severini occurrunt verba* precipuis pontificibus, patriae possessurus, incletus introierit, pauperum pastor, psallens pernox, pergit urguit pervenit, servum Dei Severinum suae urbi, expulsa peste, peret ne perderet, fortiores fugitivos, purificata plasma, tempus in terminum, Includitur in campo caligine, tenturiis tandem, plebs periculo, pagum premeret, salutiferi sepulchri, solemniter a sacerdote, beati basilicam, currivago caligo. *De alliteratione a Fortunato adhibita cf. Leo, MG. Auct. ant. IV.* 1, *p.* 422. *sub verbo* alliteratio *(cf. p.* 396 *s. v.* cumulatio*)*; *Meyer l. l. p.* 137 *sq. et 'Ein Merowinger Rythmus über Fortunatus' ('Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften, Phil.-hist. Klasse'* 1908, *p.* 42*)*; *H. Elss, 'Untersuchungen über den Stil und die Sprache des Venantius Fortunatus', Heidelbergae* 1907, *p.* 62 *sqq.*; *G. M. Dreves, 'Hymnologische Studien zu Venantius Fortunatus und Rabanus Maurus' ('Veröffentlichungen aus dem Kirchenhistor. Seminar München',* 3. *series III),* 1908, *p.* 23 *sq.* 3) *Quentin p.* 14; *cf. Elss l. l. p.* 65 *sq.* 4) *Leo l. l. p.* 397; *Fortunati Vitae ed. Krusch, Auct. ant. IV,* 2, *p.* 2, 13. 6, 15. 14, 34. 29, 36. 38, 24. 43, 30. 45, 2. 51, 9. *Cf. V. Severini c.* 2. Denique quadam vice, *c.* 6. Denique vel unam. 5) *V. Severini c.* 7; *cf. Krusch p.* 13, 30. 18, 34. 23, 15. 41, 20. 6) *Cf. Krusch p.* 4, 6. 12, 12. 22, 8, 45, 5, 29. 7) *V. Severini c.* 2. sub momento, *c.* 9. brevi sub tempore. *Cf. Leo p.* 204, *v.* 131. tempore sub longo; *Krusch p.* 19, 38. 26, 13. 39, 15. 46, 1, 33. (uno) sub momento, illo (nocturno, longo) sub tempore. 8) *Vita c.* 9: actum est brevi sub tempore, ut rura *etc.*; *cf. Krusch p.* 2, 33. 11, 32. 13, 2. 16, 33. 18, 17. 45, 29. 9) *Vita c.* 6; *cf. Krusch p.* 2, 37. 49, 21. 10) *Cf. Krusch p.* 25, 17. 28, 23. deputatur ad gloriam, praeconiis deputatur. 11) *Ib. p.* 6, 20. 12, 24. 27, 24. 54, 14. orationibus, officiis, studiis, operibus intentus. 12) *Ib. p.* 21, 34. 23, 21. 43, 9, 33. 44, 3. 46, 16. 13) *V. Severini c.* 1: ut et lapsum erroris — evaderit; *cf. Leo p.* 221, 5: mens nostra ne lapsum ignoranter incurreret; *Krusch p.* 26, 5: ut — lapsum incurreret; *p.* 38, 9: stantes in lapsu; *p.* 52, 26: qui alteri lapsum parat. 14) *Krusch p.* 18, 40. 22, 21. 30, 34. 15) *V. Severini c.* 7: adiciatur pagenae; *cf. Leo p.* 410; *Krusch p.* 18, 21. 25, 38. 29, 4. 33, 13, 31. 50, 4, 14. 53, 4. *Cf. etiam ib. p.* 46, 19. Adiciatur laudi. 16) *Cf. ib. p.* 6, 9. 46, 17. 17) *Cf. Leo p.* 137, *v.* 41; *Krusch p.* 14, 16. 21, 24. 18) *Cf. Krusch p.* 40, 12.

ib. ariditas inrigatur — ut rura setem restinguerent; *cf. Fortunati Carm. V,* 1, 2. 4 *(Leo p.* 102*):* ut ariditatem meam — imber sic inrigaret, — quod sitim restingueret,

atque inprimis hic locus commemorandus est:

c. 4. ut creaturi *(= creatori)* integre purificata plasma serviret; *cf. V. Paterni c.* 5, 16*:* si conditori suo vivificatum plasma serviret,

cum alia ratione haec comparanda sint:

c. 2. pergit, urguit, pervenit; *cf. V. Radegundis c.* 38, 87: Currit, salutat, interrogat, *ut alia velut usum pronominis relativi*[1] *mittam. Unde Vitam Severini quae extat re vera Fortunati esse, et B. Krusch v. c. concessit*[2] *et ipse pro certo habuerim.*

Neque alia ratio satis valet, quae huic sententiae obstare videtur, scilicet prologus in codice 1 *et antiquissimo et praestantissimo Vitae praefixus, qui e Gregorii Turonensis Vita Venantii (= Vita patrum c.* 16*)*[3] *ad verbum descriptus est, nomine Severini pro Venantio intruso*[4]*. Aut prologus, qui in reliquis codicibus desideratur, reiciendus atque pro interpolatione codicis* 1 *vel potius exemplaris a scriptore eius adhibiti habendus est, aut Vita a Fortunato composita esse nequit, cuius certe non erat Gregorium taliter expilare. Atqui quod prologus a libris familiarum* 2 *et* 3 *abest, vix ullius momenti est, quippe qui omnes ab uno codice originem duxerint*[5]*, ita ut unum exemplar contra alterum stet, neque Vitae Severini posteriores prologi vestigium nullum exhibentes afferendae sunt, e quibus Vita II. (Coloniensis) nimium proprias vias ingressa est, cum de Vita IV. (Burdegalensi), cuius auctor textum Vitae antiquissimae amplo fuco verborum obruit, certum iudicium nondum ferri possit, quia prologus eius ab editore unico typis non mandatus est*[6]*. Neque inde, quod narratio Vitae cum Gregorio haud parum convenit, concludi potest, eam e Gregorio pendere, cum Fortunato, cuius rationes cum Leontio et Bertechramno episcopis Burdegalensibus intercedentes e carminibus eius notae sunt*[7]*, clerici Burdegalenses de sancto suo vix alia referre possent atque ea, quae perpaucis annis ante Gregorio narraverant. Vita cum capite Gregorii verbis minus convenit, quam ut eam ex hoc pendere statuendum sit, neque alius locus pro hac opinione afferri potest nisi hic:*

Vita Severini c. 3.	*Gregorius.*
salutat nomen proprio.	propriis se nominibus salutantes;

ut autem utraque narratio rebus in universum congruit, ita in minoribus hic illic discrepat[8]*, ita ut e. gr. Gregorius revelationem Amando factam, auctor Vitae (c.* 2*) eam, quae Severino contigisset, pluribus verbis descripserit. Iudicium igitur de auctore omnino ad sententiam referendum est, quam quisque e comparatione sermonis Fortunatiani sibi deduxerit, atque mihi quidem inde constat, Vitam quae extat eam esse, quam Fortunatus Gregorio teste composuit*[9]*, cum prologum codicis* 1 *auctori abiudicandum et a librario quodam Vitae praefixum esse statuerim*[10]*.*

1) *Cf. Quentin p.* 15, *n.* 13. 2) *'N. Arch.' XXXV,* 272 *sq. J. Callen l. l. p.* 117 *sqq., suffragante C. Jullian, dubitavit, an Vita opus Fortunati genuinum non exhibeat nisi retractatum, neque vero rationes idoneas attulit.* 3) *Ed. Krusch p.* 724. 4) *Pro verbis* Venanti abbatis *(l.* 25*) substituta sunt* beatissimum Sivirinum. 5) *Cf. infra p.* 212. 6) *Cf. infra p.* 217. *Vitae III. prologus non praemissus est nisi enuntiatum unum; Vita V. et VI. ex ipsa prima non pendent.* 7) *Cf. Fortunati Carm. I,* 6. 8 — 21. *III,* 17. 18. *IV,* 9. 10. *VII,* 25. *X,* 19. *Cf. W. Meyer l. l. p.* 19. 83. 8) *Cf. Quentin l. l. p.* 9 *sq. Gravius est, quod de origine sancti discrepant; cf. infra p.* 209. 9) *Nescio an e loco c.* 6, *quo haeretici auctori iidem sunt atque Gothi (cf. quae infra p.* 222, *n.* 8, *adnotavi), concludere liceat, Vitam post saeculum VI. compositam non esse.* 10) *H. Quentin l. l. p.* 38. *monuit, Vitam Venantii*

Ceterum quaestio auctoris haud ita magni momenti est, cum Vita non maioris auctoritatis sit quam narratio Gregorii certeque inter opuscula Fortunati ultimum locum obtineat. Auctor praeter laudes virtutum miraculorumque sancti inanes (c. 1. 4) eandem fere narratiunculam protulit atque Gregorius, tribus miraculis exigui momenti in calce additis, in quorum primo (c. 6) de 'hoste Gotorum' depulso agitur, id quod potius de exercitu Gothorum quam de hostibus civitatem tempore dominationis Gothicae obsidentibus interpretandum mihi videtur[1]. Etiam dies emortualis Severini in Vita (c. 5) affertur, scilicet dies 21. Octobris, quo nomen eius etiam in Kalendariis posterioribus occurrit[2] neque minus memoria sancti adhuc Burdegalae celebratur[3].

Vita a Gregorio inprimis eo discrepat, quod hic Severinum de partibus Orientis Burdegalam venisse dicit, auctor Vitae (c. 1) eum Treverorum episcopum fuisse vult, antequam in Aquitaniam profectus esset, atque eo defuncto Amandum episcopum metuisse refert (c. 5), ne cives Treverici corpus eius furarentur. Civitas Treverensis a Burdegalensi inter orientem et septentriones sita est, ita ut partibus orientis minus accurate attributa esset, neque vero verba Gregorii taliter cum Vita conciliari posse iudicaverim, cum partes orientis iuxta morem imperii Romani ei potius regiones sint in parte orientali maris Mediterranei sitae velut Palaestina[4]. Unde vereor, ne episcopus Burdegalensis patriam alteri Severino debeat, nimirum sancto illi Noricensi clarissimo, quem et ipsum de partibus Orientis in Norici oppida venisse, divina compulsum revelatione, Eugippius testatus est[5], cuius opusculum clericis Burdegalensibus Gregorio res gestas proprii sancti referentibus non minus notum fuisse potest quam paulo post Isidoro episcopo Hispalensi[6]. Quod autem civitas Treverensis pro partibus Orientis apud Fortunatum substituta est, nescio an B. Krusch v. c. recte coniecerit[7], clericos Burdegalenses, iam audacia maiore potitos, sedem episcopalem certam, etsi et ipsam a Burdegala satis remotam, sancto suo attribuere maluisse quam originem illam minus distinctam. De Severino enim episcopo Treverensi aliunde nihil constat neque antiquitus nomen eius Treverensibus notum erat, in catalogis episcoporum omissum[8], donec inde a saeculo XI. exeunte duo Severini in iisdem interpolati sunt[9]. E quibus alter cum nominibus septem aliorum

in codice nostro 2a primo loco post Vitam I. Severini, in Bruxellensi n. 2750—65. post Vitam II. eiusdem positam esse, itemque in codice nostro 2 postea eruto Vita Venantii alteram subsequitur. [Uterque enim sanctus mense Octobri colitur, qua vicinitate etiam ordo codicum regitur. B. Kr.]. In ipsa Vita Severini ad modum prologi libros Miraculorum Gregorii non expilatos esse certus sum, quippe quos ea ratione perlustraverim. 1) Cf. infra p. 222, n. 8. 2) Additamenta Usuardi (ed. Sollerius p. 616 sqq.); Catalogus codicum hagiogr. Latin. Paris. III, 707. 3) Quentin l. l. p. 26, n. 2. 4) Liber in Gloria mart. c. 5 (p. 490. 492): Hierusolymis ac per totam Orientis plagam, omnem Orientem, ab Oriente; ib. c. 9 (p. 494): in Oriente; Virt. Iuliani c. 33 (p. 578): in Oriente, in quadam Orientis civitate. Etiam J. Callen l. l. p. 176 sqq. 259 sqq. et C. Jullian, ib. p. 180 sqq., negaverunt, Treveros ad partes Orientis referri posse. 5) V. Severini, epist. 10. et c. 1, 1 (ed. Mommsen, SS. R. Germ., 1898, p. 5. 11). 6) Mommsen, ib. p. VIII. Isidori in dissertatione mea (l. l. p. 43, n. 2) oblitus eram. — J. Callen l. l. p. 259 sqq. partem Gregorii strenue, etsi nimis certus, tenuit, narrationi eius fidem adhibens atque monens, haud exiguas rationes antiquitus inter partes imperii orientales Burdegalamque intercessisse atque vel nomen primi civitatis episcopi (Orientalis) ad originem eius orientalem referendum esse neque Severinum ex Oriente Burdegalam profectum magis mirandum esse quam negotiatorem Syrum ibi sepultum. Utinam testis certior adesset quam relatio Gregorii satis fabulosa atque ab aevo Severini adeo remota! 7) 'N. Arch.' XXXV, 273. 8) SS. XIII, 298 sqq. 9) Ib. p. 301 (cf. p. 296); Gesta Treverorum c. 16. 24 (SS. VIII, 148. 160).

episcoporum e serie pontificum Tungrensium[1] *fraude receptus est, ut lacuna catalogi suppleretur, quae inter Maternum et Agricium episcopos extare iam credebatur, cum alter Severinus minus apte inter Sabaudum (a.* 614*) et Modoaldum (c. a.* 630*) insertus Vitae Fortunatianae iam Treveros allatae originem debere videatur, cuius epitome brevis recensioni secundae (B) Gestorum Treverorum (a.* 1132*) inserta est*[2]*. Tamen Severinus ille Burdegalensis Treveris numquam cultores nactus est, atque nomen Severini inde a saeculo XI. kalendariis Treverensibus ad diem* 23. *Octobris illatum*[3] *ad sanctum cognominem Coloniensem*[4] *spectat neque ad Burdegalensem duobus diebus ante cultum. Unde quamquam casus ecclesiae Treverensis per saeculum V. minus comperti sunt, testi adeo incerto minime tanta auctoritas attribuenda est, ut contra catalogos vetustiores Severinum in numero episcoporum Treverensium habeamus, silente vel potius contradicente Gregorio, sive hic sive Fortunatus traditionem Burdegalensem de patria Severini minus accurate exhibuit sive potius clerici Burdegalenses in hac re ipsi sibi non constiterunt, alia post alia fingentes, quos admodum pauca de Severino comperta habuisse ex utroque auctore constat.*

Vita igitur Severini ob res in ea relatas vix commemoranda est, sed ad rem litterariam cognoscendam aliquid facit cum ob Fortunatum auctorem clarissimum tum ob progeniem Vitarum Severini posteriorum inde exortarum satis amplam.

1*) Codex* C a r l s r u h e n s i s *inter Augienses n. CXXXVI, saec. IX. a discipulis Reginberti bibliothecarii Augiensis (†* 846*) exaratus, qui ipse fol.* 1'. *indicem voluminis conscripsit*[5]*, inter Passionem Sergii et Bacchi (fol.* 28—33'*) et V. Goaris (fol.* 36—40'*) quaternione exeunte fol.* 33'—35. *V. Severini continet, quam Reginbertus et in indice praefixo et in catalogo codicum Augiensium, qui sub ipso scripti coenobioque donatione concessi sunt*[6]*, errore praetermisit, fortasse quod Vita inscriptione initio caruisse videtur. Ipsi Vitae prologus ille praemissus est e Gregorii Turonensis Vita Venantii (= Vita patrum c.* 16*) deprompt us, de quo supra p.* 208. *egi; qui a reliquis codicibus abest atque una cum Vita e libro lectu difficili descriptus est, ita ut mendis scateat, quae manus alia tollere conatus est, iam ante finem prologi calamo deposito*[7].

1) *SS. XII,* 125 *sq. XIII,* 290*; Herigeri Gesta episc. Leod. c.* 15 *(ib. VII,* 171*). Severinus, qui in catalogo Tungrensi (Leodiensi) affertur, non alius nisi episcopus Coloniensis cognominis (cf. infra p.* 213*) videtur esse, olim fortasse aeque in diptycha receptus atque Maximinus (Treverensis) et Martinus (Turonensis). Cf. S. Balau, 'Étude critique des sources de l'histoire du pays de Liége' ('Mémoires couronnés par l'Académie royale de Belgique' LXI),* 1903, *p.* 17 *sq., cum ea minoris momenti sint, quae exposuerunt G. Monchamp, 'Le problème des premiers évêques de l'église de Tongres' ('Bulletin de la Société d'art et d'histoire de Liége' XV,* 1906, *p.* 133—156*), et J. Paquay, 'Les origines chrétiennes dans le diocèse de Tongres' ('Bulletin de la Société scientifique et littéraire du Limbourg' XXVII,* 1909, *p.* 27, *n.* 1*; p.* 38, *n.* 1*; p.* 157 *sqq.).* 2) *Gesta Treverorum c.* 24 *(SS. VIII,* 160*):* Post quem *(Sabaudum)* Severinus ecclesiam rexit. *Codices recensionum B et C addunt:* divina dignus allocutione; cui dictum est a Domino, ut a sede sua Burdegolam transmigraret ibique verbum Dei praedicaret. Quo tendenti beatus Amandus illius ecclesiae episcopus, nichilominus a Domino ammonitus, extra castra obviam venit honorificeque introductum suscepit ipseque loco cessit, Severino sede relicta; ibi sepultus requiescit. 3) *Hontheim, Historia Trevirensis diplomatica I,* 1750, *p. XXIX sq.; Prodromus historiae Trevirensis I,* 1757, *p.* 385. 392. 399. 406*; P. Miesges, 'Der Trierer Festkalender' ('Trierisches Archiv, Ergänzungsheft' XV),* 1915, *p.* 96. *Festivitas Severini ob translationem Materni (Oct.* 23*) Treveris postea die proximo (*24*) celebrata est (Hontheim, Historia I, p. XXIX; AA. SS. Oct. X,* 617*; Miesges l. l.).* 4) *De quo cf. infra p.* 213 *sq.* 5) *Ed. Krusch, SS. R. Merov. IV,* 407*; Quentin p.* 36. 6) *G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui,* 1885, *p.* 21, *n.* 11. 7) *Semel in textu 'suspensio' vetustior* ep̄s *(= episcopus; cf. L. Traube, Nomina sacra,* 1907, *p.* 255*) deprehenditur.*

2) Codex Vindobonensis n. 420 (Salisb. 39)[1], saec. IX, olim capituli Salisburgensis, fol. 103—105, Vitam Severini 21. loco continet, quam fol. 105—107. Gregorii Vita Venantii sequitur.

2a) Codex Parisiensis n. 5308, saec. XII, olim Andreae Duchesne, deinde Colbertinus n. 18, tum Regius n. 3593, fol. 196'—197', V. Severini continet[2], item subsequente (fol. 197'—198) Gregorii Vita Venantii.

2b) Codex Parisiensis n. 5278 (Colbert. 11, Regius 3594. 7), saec. XIII, fol. 305—306.

2c) Codex Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Laud Miscell. n. 163 (olim n. 1561. et Laud L. 35. et B. 167), saec. XV, olim liber Guilelmi Laude archiepiscopi Cant. et cancellarii universit. Oxon. 1636, fol. 326'—328'.

3a) Codex Sangallensis n. 454, saec. XII, p. 365—368, capite ultimo (c. 9) caret.

3b) Codex Hagensis L. 29 (Weesp 14), a. 1461. in Weesp finitus (fol. 326'), olim liber sororum Sancte Katerine Muden, fol. 260'—261. Vitam I. Severini continet, cui fol. 261—262. narratio de translacione sancti Severini (inc. Postquam vir Domini sanctus) adiuncta est, scilicet Vitae II. pars § 16—20. complectens (AA. SS. Oct. X, 62—63).

3b*) Codex Londiniensis musei Britannici Addit. n. 18628, saec. XV, fol. 86'—88.

3b**) Codex Bonnensis S. 304 (188a), saec. XV, olim (fol. 1) Liber domus sanctorum Petri apostoli et Anthonii almi confessoris patronorum in Dalhem ordinis Canonicorum Regularium Paderbur(nensis) dyoc(esis), cui codicem legavit honorabilis dominus Lambertus de Hammone professus, in Bodeken Regularis Canonicus effectus, inter additamenta Legendae Aureae subdita loco antepaenultimo Vitam I. Severini c. 1—3. continet (praescr. De sancto Severino, inc. Beatissimus Severinus Coloniensis civitatis episcopus, des. revocatur et populus), parte c. 1. posteriore contracta atque additis narrationibus de Severino Coloniensi, scilicet relatione Gregorii Turonensis (Virt. Martini I, 4) retractata et nonnullis potissimum e Vita II. Severini § 2. 9. 10. 20. 21 (AA. SS. Oct. X, 57—59. 63) excerptis.

3c) Codex Rheno-Traiectensis n. 391, vol. III (Eccl. 22), olim pertinens ad Carthusienses prope Traiectum inferius ibique a fratre Swedero de Boecholt († 1433) a. 1426. finitus (fol. 210), fol. 87'—88'. Caput 7. deest itemque enuntiata breviora nonnulla omissa sunt.

3d) Codex Bonnensis S. 368 (226b), saec. XIV, fol. 90'—92', Vitam Severini continet peculiaribus mendis multis scatentem atque initio auctam e Gestis Treverorum c. 23. 18 (SS. VIII, 158. 152) et Vita I. Hildulfi (AA. SS. Iulii III, 221—224).

Praeterea commemorantur codices hi:

Bruxellensis n. 197 (Van den Gheyn n. 3131), a. 1465. in Rubeavalle monasterio finitus, fol. 142'—143', ad classem 3 pertinet teste H. Quentin l. l. p. 39, n. 1; n. 8979—82 (ib. n. 3523), saec. XVII, fol. 131—133'. et 135, inter collectanea Bollandiana exemplaria duo continet e codicibus S. Martini Treverensis et Bodecensi descripta[3].

1) Cf. G. Vielhaber, Analecta Bolland. XXVI, 33 sqq.; B. Krusch, 'N. Arch.' XXXIII, 13 sqq. 2) Cf. Catalogum codicum hagiogr. Latin. Paris II, 69, ubi initium Vitae allatum est. 3) Cf. J. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque royale de Belgique' V, 1905, p. 623. De clausula codicis Bodecensis cf. H. Moretus, Analecta Bolland. XXVII, 339.

Treverensis archivi urbani[1] *n.* 2002 *(93), saec. XV. in., olim Mediolacensis, postea collegii Treverensis Societatis Iesu, fol.* 143′—145, *idem fortasse est atque codex ab Hontheimio citatus*[2], *et n.* 1390 *(94), aevi recentioris, loco* 11. *textum exhibet, quem classis* 3 *esse e verbis c.* 5. *extremis quae afferuntur* virtutes assidue *(ita etiam 3a. b. d) concludere licet*[3].

E codicibus liber 1 *et aetate et auctoritate admodum praestat, qui, etsi mendis non caret atque, e codice scriptura continua exarato et lectu difficili pendens, saepius et tota enuntiata et singula verba falso seiungit, tamen maxime lectiones genuinas servavit, cum reliqui libri barbariem sermonis passim tollere conati sint, ad unum exemplar referendi, id quod ex his locis cognoscitur:*

c. 3. renovatur] *ita* 1. *3d*; revocatur 2. *2a. b. c. 3a. b. b**. *b***. *c*;
c. 4. delatus] *ita* 1; ei (illi *3c*) ad(l)latus *rell.; cf. Auct. ant. IV,* 2, *p.* 19, 34. 24, 30.
c. 6. de nymbis] *ita* 1; densissima *2a. b. 3a. b. b**. *c. d*; densissimus 2. *2c*;
c. 7. salubre, *c.* 8. sol] *ita* 1; *om. rell.;*
c. 9. brevi sub tempore] *ita* 1. *3d* (*om.* sub); brevissimo (in *add. 3b. c, ante* brev. *add. 3b**) tempore *rell.; cf. p.* 207, *l.* 5.

Discedunt autem in codices minus retractatos 2, *e quibus 2a. b artius inter se coniuncti sunt, cum* 2 *liber antiquus et 2c recentior saepius ex altera parte stent:*

c. 3. ut sancto vero reddere festinaret] ut (*om. 2c*) s. viro redderet (reddere *2c*) festinanter 2. *2a. b. c*; *textus* 3 *immutatus est;*
c. 5. feneratore] fine (finem 2. *2a. b*) natur(a)e 2. *2a. b. c*; *textus* 3 *omnino discrepat;*
c. 9. psalmi choris incipientur. Tunc] *ita 2c* (*ubi* incipiuntur) *cum* 1; psalmi (psalli *2a. b*) ch. (*corr.* chorus 2) incipitur. (Et *add. 2a. b*) Tunc 2. *2a. b*; psalmos chori concinunt (consinunt *3b**). Tunc *3b. b**. *c. d,*

et libros 3 *plurimis locis atque inprimis c.* 4—6. *adeo immutatos et interpolatos, ut haud semel textum omnino diversum exhibeant; cf. e. gr.:*

c. 2. sub momento requirere] sub omni celeritate properare *3a. b. b**. *b***. *c*; quantocius visitare *3d*; *cf. p.* 207, *n.* 7;
ib. Hoc venerabilis sanctus Severinus agneto, quod iobetur exsequitur; pergit, urguit, pervenit] Venerabilis (Sanctus *3d*) igitur Sev. cognoscens Domini (sciens Dei *3d*) voluntatem (vol. Dom. *3b***), quod iubetur sine mora exequitur et (*om. 3c*; in *add. 3b,* ad *3d*) Aquitanie (Aquitane *3b**; :quitanie, *ras.* e *3c*; Aquitaniam *3d*) partibus (*om. 3d*) dirigit gressum. Quo cum pervenisset (venisset *3b**) *3a. b. b**. *b***. *c. d*;
c. 6 *in.* Denique vel unam — — indecamus] Denique unum (virum *3b**) e pluribus (de multis *3d*) miraculum insigne volumus manifestare *3a. b. b**. *c. d*;
c. 8. ut putaretur delubium] ut p. imminere rursus (r. i. *3b**. *d*) diluvium *3a. b. b**. *c. d.*

1) *Cf. M. Keuffer et G. Kentenich, 'Verzeichnis der Handschriften des historischen Archivs der Stadt Trier' ('Beschreibendes Verzeichnis der Hss. der Stadtbibliothek zu Trier' VIII),* 1914, *p.* 51. 53. 2) *Cf. infra p.* 213. 3) *Historia obsidionis Gothicae (scilicet c.* 6*) retractata atque linguae Germanicae reddita legitur in codice olim Coloniensi coenobii virginum viae S. Gereonis ('susteren zo up sent Gereoins straissen'), iam Francisci Schultz professoris Stratoburgensis v. c., saec. XV, fol.* 56. *Praecedente Vita Severi episcopi Ravennatis, praescriptum est:* 'Van eyme anderen Severo', *textusque incipit:* 'Van eyme anderen Severo list men, dat hi was eyn busschof van Trier *(c.* 1*)*, die des XI. Kal. Novembris in der stat Burgalensis gestorven ende begraven is; wilches graf mit vil *(cf. codices 3a. b. c. d, infra p.* 222, *l.* 37*)* mirakelen getziert wirt *(c.* 5*)*. Tzo eynre tzijt, doe men syne iairliche feste hoechtzidelichen begienck in der selver stat, so quam eyn konynck der Gotten', *atque desinit:* 'ende also wart di stat verloist'.

E quibus codices 3b. b* artiore quodam vinculo conexi sunt:

c. 5. Trevericus] Colonienses 3b. b*; Agrippinenses 2c,

neque vero alter ex altero descriptus est, quibus pars Vitae in 3b** servata adiungitur.

Ad textum recensendum codice 1 praestantissimo pro fundamento usus sum, deinde 2 adhibui, libris 2a. b. c ita additis, ut lectiones singulorum peculiares neglegerem; tum libros 3a. b. c in universum non curavi nisi ubicumque alii codices discrepabant, denique deterrimum 3d ubique fere sprevi, nisi quod initium interpolatum integrum adnotavi, item textu 3b** reiecto. In rebus orthographicis rationem scribendi 1 barbaram plerumque servavi[1], cum quae ad auctorem et quae ad librariorum ignorantiam referenda sint, saepius discerni non possint, etiam codice 2 antiquo aliquatenus expolito atque reliquis codicibus aevo nimis posteriore exaratis, etsi barbariem totam ad Fortunatum referri non posse certum est.

Lectiones codicum 2a. b. 3a varias v. r. H. Quentin benignissime mihi concessit; libros 1. 2. 2c. 3b. 3b**. c. d ipse contuli, 3b* examinavi.

Iohannes Nicolaus ab Hontheim, Historia Trevirensis diplomatica III, Augustae Vindelicorum 1750, p. 975 sq., primus Vitae I. Severini mentionem fecit, quam in codice Collegii Treverensis Societatis Iesu (fortasse iam archivi urbani n. 2002 [93])[2] invenerat, eiusque verba prima et extrema et locum c. 5 (qui similis legitur in libro nostro 3d) attulit, iudicans, eam inter apocryphas merito amandandam esse, cui nihil memorabile inesset nisi ea quae Gregorius Turonensis de sancto Burdegalensi rettulisset. Cum igitur textus iam neglegeretur, pro compendio Vitae II. (Coloniensis) prolixioris habitus[3], tandem

Henricus Quentin, 'La plus ancienne vie de saint Seurin de Bordeaux' (= 'Mélanges Léonce Couture, Études d'histoire méridionale' p. 23—63), Tolosae 1902, primus rationes inter Vitas Severini intercedentes perspexit atque, dissertatione luculenta praemissa, p. 40—43 (l. l. p. 60—63) editionem principem Vitae antiquissimae instituit, adhibitis codicibus 1. 2a. b. 3a.

Cuius textum iteravit J. Callen l. l. (cf. supra p. 205, n. 5) p. 112—115, praecedente versione Gallica (p. 108—112), quam Seignac-Beek canonicus confecerat.

Vita Severini haud semel per medium aevum retractata, immutata, aucta est, praesertim cum res in ea relatae initio fortasse fraude, postea errore episcopo eiusdem nominis Coloniensi attributae sint, cuius item Gregorius Turonensis meminerat[4], narrans, obitum sancti Martini, qui anno 397. contigisse videtur[5], per cantum chori caelestis eidem Severino iam seni revelatum esse praesente archidiacono, ita ut, si fabellae eiusmodi certam fidem adhibere liceret, Severinus Coloniensis annis compluribus ante Burdegalensem

1) Neque vero discrepantiam ceterorum librorum orthographicam adnotavi nisi rarissime. 2) Cf. supra p. 212. 3) Catalogus codicum hagiogr. Latin. Paris. II, 69; Bibl. hag. Lat. II, 1108, n. 7652. 4) Virtutes S. Martini I, 4 (ed. Krusch p. 590). Nescio, quo auctore medio narratio Gregorii retractata in codicem Romanum Vaticanum Palatinum Lat. n. 477, saec. XV, fol. 205—205', pervenerit (inc. Sanctus Severinus secundus Coloniensis archepiscopus [sic] vir magne in Christo reverencie claruit temporibus Theodosii imperatoris, des. angelos in celum detulisse). In serie episcoporum Coloniensium (SS. XIII, 284; cf. ib. XXIV, 336) Severinus inter Maternum (a. 314) et Evergisilum affertur. Nomen Severini alibi in provincia Rhenana aevo Romano rarum in inscriptionibus Coloniensibus haud semel legi, monuit F. Cramer, 'Römisch-fränkische Kulturzusammenhänge am Rhein' ('Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein' XCI, 1911, p. 3; 'Römisch-germanische Studien', 1914, p. 240 sq.), nimis certe statuens, etiam episcopum origine Coloniensem fuisse. 5) Cf. ea quae dixi 'Zur Geschichte des Frankenkönigs Chlodowech' ('Bonner Jahrbücher' CIII, 1898, p. 47, n. 2); Babut l. l. p. 36—44. Annum 401. praetulerunt J. H. Reinkens, 'Martin von Tours', 1866, p. 245 sqq. et Krusch, SS. R. Merov. I, 589, n. 8.

episcopus factus esse credendus esset. Diem 23. *Octobris iam Wandalbertus*[1] *et Usuardus*[2] *pro emortuali attulerunt, ita ut obitus sancti Coloniensis die altero post festivitatem episcopi Burdegalensis celebratus sit. In codicibus Vitae Severini antiquissimae* 2*a. b. c.* 3*b. b*. b** saec. XII—XV. exaratis, una voce in initio immutata, ex episcopo Treverensi Coloniensis aut Agrippinensis factus est*[3]*: sed origo eiusdem fraudis atque confusionis ad aevum prius referenda est, cum res episcopi Treverensis et Burdegalensis Coloniensi iam in* V i t a S e v e r i n i s e c u n d a *(prologus incipit:* Dominus ac redemptor noster, *Vita:* De quorum probatissima societate, *Translatio:* Quia beatissimi pontificis*) attributae sint. Opus, ut in sollemnitate sancti recitaretur*[4]*, ab auctore Coloniensi*[5] *clero ecclesiae S. Severini aut adscripto aut amico*[6] *compositum est, postquam Nordmanni anno* 881. *exeunte civitatem Agrippinensem vastaverunt*[7]*, neque post saeculum X*[8]*, quo codex Vitae e multis qui extant*[9] *antiquissimus lucem aspexit*[10]*. Auctor*

1) *Ed. Dümmler, MG. Poetae II,* 597*:*

Severine, tuos decimo *(Kal. Nov.)* sacer inde colonos *(= Colonienses?)*
Inspectas, primi radians de culmine templi.

2) *Ed. Sollerius p.* 621: Civitate Colonia sancti Severini episcopi et confessoris; *cf. codicem Martyrologii Bedae Laureshamensem (H. Quentin, 'Les martyrologes historiques',* 1908, *p.* 22*) et Salisburgensem saec. IX, in quo Severinus errore diei* 22. *Octobris attributus est (ib. p.* 30*) aeque atque in Martyrologio Cambrensi saec. XI (ed. Delehaye, Analecta Bolland. XXXII,* 404*). Kalendaria et breviaria posteriora plura, quae memoriam Severini Coloniensis item die* 23. *Octobris celebrant, commemoraverunt Bollandiani, Catalogus codicum hagiogr. Latin. Paris. III,* 709 *(cf. p.* 708. *ad diem* 22*), et G. Zilliken, 'Der Kölner Festkalender' ('Bonner Jahrbücher' CXIX,* 1910, *p.* 108 *sq.); cf. supra p.* 210, *n.* 3*; Quentin l. l. p.* 243. 3) *In codicibus* 2*c.* 3*b. b* etiam c.* 5. Colonienses (Agrippinenses 2*c) pro civibus Trevericis et dies X. Kal. Nov. pro XII. substituta sunt, cum libri* 2*a. b his locis lectiones primigenias imprudenter servaverint.* 4) *Cf. § 2 (ed. Van Hecke p.* 57*):* cuius hodierna die festa percolimus; *§ 3 (ib.):* Cuius solemnitati quo devotius insistimus; *cf. §* 14 *(p.* 59*).* 5) *Cf. inprimis §* 10 *(p.* 59*). De hac Vita cf. Quentin p.* 29 *sqq. et ea quae ipse disserui l. l. p.* 35. 46 *sqq.* 6) *Cf. §* 15 *(p.* 61*):* quia eorum assertionibus roboramur, qui sanctissimi custodes cineris a religiosis audita parentibus de memorabilibus beati viri factis vel miraculis ad sui solatium diligentissime servaverunt. 7) *Cf. §* 22 *(p.* 63*); E. Dümmler, 'Geschichte des Ostfränkischen Reiches' III*², 158; *W. Vogel, 'Die Normannen und das Fränkische Reich' ('Heidelberger Abhandlungen zur Geschichte'* 14*),* 1906, *p.* 282. 8) *Vita iam ante a.* 908. *extitisse credenda est, si verba Reginonis (Chron. a.* 350—363, *ed. Kurze p.* 17*):* Severinus episcopus Coloniae Agrippinae clarus habetur, *cum editore novissimo ad illam referenda sunt. Cum autem verba praecedant:* Sanctus Martinus episcopus ad celestia transit, *mentio Severini potius e Gregorio (v. supra) pendet.* 9) *Ipse inspexi codices Sancti Audomari n.* 715, *saec. XII, vol. IV, fol.* 26—31, *et n.* 716, *saec. XIII, vol. V, fol.* 149′—153′; *Bruxellenses n.* 7487—91 *(Van den Gheyn n.* 3182*), saec. XIII, fol.* 235—237′, *cui §* 1—14. *insunt, reliquis omissis, et n.* 9289 *(ib. n.* 3223, *vol. D), saec. XII, fol.* 63—66, *et n.* 9636—37 *(ib. n.* 3228*), saec. XI/XII, fol.* 243′—245, *qui epitomen continet (inc.* Beati Severini viri honestae vitae*); Cameracensem n.* 816 *(*721*), saec. XV, fol.* 195—200 *(§* 15. *deest); Confluentinum bibliothecae gymnasialis n.* 5, *saec. XIV, fol.* 229′—233′; *Ebroicensem L.* 37, *saec. XIII, fol.* 47′—48, *cui §* 1—3. *insunt (inc.* Dominus ac redemptor, *des.* a fructibus eorum cognoscetis eos, *p.* 56—*p.* 57, *col.* 2, *l.* 7*); denique Londinienses musei Britannici Harleianum n.* 2802, *saec. XIII. in., fol.* 67′—70, *et Arundelianum n.* 91, *saec. XII, fol.* 158′—161′, *qui §* 2—14 *(p.* 57—59*) continet, prologo et translatione omissis (inc.* Beatum Severinum honeste vite*). De codice Hagensi, cui post Vitam I. pars posterior Vitae II. inest, cf. supra p.* 211. 10) *Hodie Bruxellensis n.* 2750—65, *saec. X, fol.* 138′—153′; *cf. Catalogum codicum hagiogr. Latin. Bruxell. I,* 345; *Van den Gheyn l. l. II,* 1902, *p.* 24, *n.* 933.

acta spuria concilii Agrippinensis a. 346[1], *quo Euphratas episcopus eiusdem civitatis ob haeresim Arianam sede privatus esse dicitur, legisse videtur, Severinum Euphratae substitutum esse addens (§ 2)*[2], *neque vero quicquam de rebus ab eo Coloniae gestis compertum habebat, id quod ipse aperte professus est (§ 5. 6. 15), causam ignorantiae Hunorum invasionem fuisse temere coniciens (§ 5), quorum temporibus turbatissimis conscripta periissent, ita ut ipse nihil nisi locos communes laudesque virtutum Severini prolixas proferre posset (§ 3—6)*[3], *additis narratione illa Gregorii Turonensis de obitu Martini Severino revelato (§ 7. 8)*[4] *atque visione altera de sanctitate episcopi Coloniensis eremitae cuidam ostensa (§ 9. 10), quam fabulam famae debuisse videtur*[5]. *Rebus Coloniensibus, si res eas ita vocare fas est, commemoratis, iter sepulturamque Burdegalensia e Vita antiquissima deprompta sancto suo vindicavit (§ 11. 12)*[6] *neque vero miracula post obitum facta iteravit nisi primum de 'Gothorum rabie' repulsa (§ 13), reliquis 'breviandi gratia' praetermissis (§ 14). Cum igitur auctor episcopum Coloniensem Burdegalae sepultum esse iuxta Vitam antiquam rettulisset, aevo autem ipsius sepulchrum eiusdem Coloniae ostenderetur, iam ei in altera parte operis sive Translatione Severini enarrandum erat, quomodo corpus eius Coloniam reportatum esset. Effinxit igitur*[7], *post irruptionem Hunorum, de qua nonnulla in Vita Servatii aut prima aut altera*[8] *legerat (§ 5),*

1) *Ed. Heller, SS. XXV,* 21 *sq.; G. Monchamp, 'Pour l'authenticité des actes du concile de Cologne de* 346*' ('Bulletins de la classe des lettres de l'Académie royale de Belgique'* 1902, *p.* 280—287*). De origine actorum aut iusta aut falsa post multos vetustiores nuper plures disputaverunt, quos etiam hoc loco enumerare non absque re visum est: L. Duchesne, 'Le faux concile de Cologne' ('Revue d'histoire ecclésiastique' III,* 1902, *p.* 16—29*); Monchamp l. l. p.* 245—288*; K. H(anquet), 'Archives belges' IV,* 1902, *p.* 72. 140*; G. Rasneur, 'Le concile de Cologne de* 346*' ('Bulletin de la commission royale d'histoire' LXXII,* 1903, *p.* 27—59*); S. Balau l. l. p.* 318 *sqq.* 732*; iterum G. Monchamp, 'Deux réunions conciliaires en Gaule en* 346*' (l. l.* 1905, *p.* 638—658*); H. Quentin, 'Le concile de Cologne de* 346 *et les adhésions gauloises aux lettres synodales de Sardique' ('Revue Bénédictine' XXIII,* 1906, *p.* 477—486*); L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' I*², 1907, *p.* 361—365*; P. Wentzcke, 'Regesten der Bischöfe von Strassburg' I,* 2, 1908, *p.* 212 *sqq., n.* 4, *e quibus Monchamp et Quentin acta defenderunt. Cf. ea quae ipse monui 'N. Arch.' XXXII,* 546 *sq. et in dissertatione mea (l. l. p.* 46, *n.* 7*).* 2) *Cf. Quentin p.* 31. 3) *Discrepantiam, quae inter partem Vitae priorem sive 'Coloniensem' nihil continentem et posteriorem sive 'Burdegalensem' apparet, iam Tillemontius l. l. p.* 816 *sqq. recte perspexit, quamquam Vitae antiquissimae ignarus erat, e qua haec pendet.* 4) *Auctor non libros Gregorii integros habebat, sed, monente B. Krusch (SS. R. Merov. I,* 590, *n.* 2*), codicem generis* 27, *cui inter scripta plura ad Martinum spectantia Virtutes auctore Gregorio I,* 4—6. *inerant.* 5) *Cf. initium §* 9 *(p.* 58*):* Fertur etiam. 6) *E fama addidit, Severinum ex Aquitania oriundum fuisse (§* 11, *p.* 59*:* Burdegalense oppidum et partes Aquitaniae, unde etiam claram traxisse fertur originem*). Auctor Severinum Burdegalae loco Amandi episcopum factum esse non commemoravit.* 7) *Cf. Quentin p.* 32 *sqq.; dissertationem meam p.* 47 *sqq.* 8) *Vita I. Servatii c.* 3 *(SS. R. Merov. III,* 88, 15*), in Vita II. (ib. p.* 89 *sqq.) iterata. De Gestis Servatii fabulosis, quas Fr. Wilhelm edidit ('Sanct Servatius oder wie das erste Reis in Deutscher Zunge geimpft wurde', Monachii* 1910*), hoc loco agi neque de Vita alterutra anteriore, editor l. l. p. XIII. et p.* 53, *n. c, statuit, sed erravit, cum Gesta illa saeculo demum XII. ineunte (cf. ea quae monui 'Westdeutsche Zeitschrift' XXX,* 1911, *p.* 510—516*) sicque duobus fere saeculis post Vitam II. Severini composita sint, neque verba biographi Severini:* propter eiusdem protomartyris sanguinem ibidem pullulantem *cum Gestis illis posterioribus (l. l. p.* 71*) conveniunt, sed cum Vitis Servatii prioribus. Ex contrario verba Gestorum p.* 41, 4 *(vel potius Iocundi, ib. p.* 283, 42, *cuius opus in Gestis retractatum est):* Severinus in locum

Colonienses pastoris in terra remota requiescentis oblitos esse, donec, pluvia per triennium regioni negata[1] *ideoque ieiunio triduano instituto, clericum quendam Coloniensem angelus per visionem de re monuisset. Pluvia iam reddita, Colonienses vicinosque in Aquitaniam ad 'Burdegalense oppidum iam a pretiosi hospitis nomine S. Severini castellum vocatum' (!) profectos esse, ut corpus episcopi proprii sibi vindicarent, Burdegalensibusque resistentibus, tandem inter utrosque de pace ea condicione convenisse, ut corpus Coloniensibus redderetur, parte tamen eiusdem Burdegalensibus concessa, ita ut auctor non alia de causa nisi ob Severinos confusos partem pro integro corpore Coloniensibus suis attribuerit, qui corpus iam reportatum in ecclesia Cornelii et Cypriani martyrum deposuisse dicuntur. Denique proverbium afferens, quod fertilitati eiusdem anni originem debuisset, ecclesiam a Leone III. papa ad Carolum M. profecto (a.* 799*) visitatam esse voluit, qua de causa Colonienses singulis hebdomadum diebus sepulchrum sancti petere solerent, idemque 'oratorium' unum ex omnibus ecclesiis Coloniensibus flammis Nordmannicis (a.* 881*) non destructum esse rettulit. Partem opusculi extremam e traditionibus Coloniae vulgatis pendere patet*[2]*, sed expeditio Coloniensium Burdegalensis atque translatio omnino confictae sunt, ortae e confusione Severini Burdegalensis et Coloniensis.*

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis V, Coloniae Agrippinae 1574, *p.* 920—927, *Vitam II. Severini 'ex antiquis mss. codicibus' publici iuris fecit; quam editionem*

J. Van Hecke, Acta sanctorum Octobris X, Bruxellis 1861, *p.* 56—63, *iteravit, codicibus quattuor Bruxellensibus collatis, quorum lectiones nonnullas in margine attulit.*

Etiam postquam in hoc opere prolixo confusio illa quodammodo sancta est, alibi traditio vetustior servabatur, id quod praeter codices Vitae primigeniae testatur Vita tertia (inc. Beatissimi igitur Severini, fratres carissimi*), quae nihil est nisi narratio vetustissima aliis verbis ita reddita, ut speciem sermonis prae se ferat*[3]*. Textum adhuc ineditum continet codex Parisiensis n.* 15436, *saec. XI, olim e bibliotheca capituli S. Marcelli Parisiensis emptus a Petro de Blanger procuratore domus Sorbonicae et canonico S. Marcelli atque bibliothecae Sorbonicae a.* 1667. *dono datus, fol.* 55'—57[4].

Neque aliunde ea hausta sunt, quae in Vita quarta leguntur (inc. Beatissimus igitur Severinus, ut legitur in gestis Coloniensium pontificum*), quae post Vitam II. (Coloniensem)*[5] *in codice fabricae ecclesiae S. Severini Burdegalensis saec. XIII. exarato*

eius *(Euphratae)*, vir plenarie catholicus et sanctus, exaltatur, *e Vita II. Severini* § 2. *pendere videntur. E Gestis vice versa narratio de Severino brevis hausta videtur esse, quam Petrus Calo monachus ordinis Praedicatorum* († 1348) *legendario suo c.* 760. *inseruit, quantum e verbis ultimis (A. Poncelet, Analecta Bolland. XXIX,* 100; *cf. Wilhelm l. l. p.* 54, 3) *et ex epitome Petri de Natalibus (Catalogus sanctorum IX,* 98, *Argentinae* 1513, *fol.* 196') *concludi licet.*

1) *Hoc figmentum e Vita I. Severini c.* 9. *pendere videtur.*

2) *Cf.* § 20 *(p.* 63)*:* Ipso autem anno tanta ibi fertilitas facta fuisse narratur; § 21 *(ib.):* ut aiunt.

3) *Tamen dies* X. Kal. Novembris *neque XII. pro emortuali affertur, scilicet dies sancto Coloniensi dicatus; cf. supra p.* 214.

4) *Cf. Catalogum codicum hagiogr. Latin. Paris. III,* 304; *Quentin l. l. p.* 10 *(n.* 1). 11 *(n.* 1). 17. 39 *(n.* 1). *Exemplar a v. r. Dubourg confectum officiositati iam laudatae v. r. Henrici Quentin debeo.*

5) *De Vita II. agi, e locis constat, quos attulit Cirot de la Ville, 'Origines chrétiennes de Bordeaux',* 1867, *p.* 226 *(n.* 1). 228 *(n.* 2); *pars posterior sive Translatio (AA. SS. Oct. X,* 61—63) *codici abest (l. l. p.* 234). *Cf. Quentin p.* 26, *n.* 1.

legitur[1], *in* 9 *lectiones divisa atque a clerico quodam eiusdem ecclesiae*[2] *haud multo ante composita, ut officio sancti insereretur. Opus prolixum, cuius sententiarum partes passim in syllabas concinnas desinunt, omnino e Vita primigenia pendet, nimio fuco verborum, locis communibus, considerationibus piis pro brevi narratione illius substitutis atque miraculis mortui resuscitati et daemoniaci sanati insertis* (= *lectio* 6), *quae temere efficta esse patet; claritatem superni luminis atque cereos absque humana ope accensos in sepulchro reperta esse, et 'antecessores' auctoris rettulerant et ipse una cum sociis quibusdam testis erat*[2]. *Ut Vita Coloniensis (II) in codice praecedit, ita nomen Coloniense pro Treverensi nonnullis locis positum est neque vero omnibus, ita ut post 'gesta Coloniensium pontificum' nescio quae in fronte laudata civitas Treverorum et Trevirensis archipraesulatus in lectione tertia Severino attribuantur, cum in quarta idem Coloniensem sedem possideat atque archipraesulatum Coloniensis sedis relinquere ab angelo iubeatur neque minus in septima lectione Burdegalenses timeant, ne quando corpus eius 'Coloniensi violentia' abstrahatur*[3]. *Tamen, nomine excepto, vestigium legendae Coloniensis non adest*[4], *sed textus totus e Vita Fortunatiana pendet. Hanc Vitam Severini Burdegalensem edidit, prologo omisso,* C i r o t d e l a V i l l e, *'Vie inédite de saint Seurin' ('Archives historiques du département de la Gironde' I, Parisiis et Burdegalae* 1859, *p.* 426—444)[5].

Vita quarta sive Burdegalensis Coloniam perlata ibique a clerico, ut videtur, S. Severini cum Vita II. olim ibidem composita in V i t a q u i n t a (*inc.* Beatissimus Severinus, quantum ad terrene dignitatis gradum) *ita compacta est, ut modo haec modo illa ad verbum fere exscriberetur, pluribus omissis*[6]. *Narrationi acta concilii illius Coloniensis a.* 346. *spuria, initio et fine destituta (c.* 2), *et verba nonnulla e symbolo quodam fidei hausta (c.* 4) *compilator inseruit*[7]; *corpus sancti in ecclesia beatorum martyrum Cornelii et Cypriani sepultum esse iuxta Vitam II. narrans, addidit, ipsum Severinum eandem a fundamentis erexisse et in honorem illorum dedicasse (c.* 11), *chartam Wicfridi episcopi Coloniensis falsam secutus, quae a.* 948. *pro ecclesia S. Severini data esse vult*[8]. *Partes compilationis, quae non e Vita II. neque ex actis concilii deprompta sunt, e codice SS. Eliphii et Martini Coloniensi a.* 1485. *exarato, iam*

1) *De codice cf. Cirot de la Ville, 'Origines chrétiennes' p.* 431. *In calce Vitae (ed. Cirot de la Ville p.* 444) *Gregorii Turon. caput ad Severinum Coloniensem spectans (Virtutes Martini I,* 4) *subsequitur, e codice generis* 27 *(cf. supra p.* 215, *n.* 4) *descriptum.* 2) *Lectio* 7 *(p.* 439)*:* Ut tamen ab antecessoribus nostris sepius audivimus et ut ipsi aliqui fideliter vidimus, nocturnis angelorum obsequiis et claritate superni luminis assidue visitatur locus ipsius sepulcri, *etc.; lectio* 9 *(p.* 443)*:* Ceterum, o fratres, qui ceteris frequentius tanti patroni interestis servicio et suo destinati estis loco, ad vos meus specialius est sermo. 3) *Cf. Quentin p.* 25. 4) *Quentin p.* 25 *sq. iure monuit, auctorem Burdegalensem corpus integrum sancti civitati propriae vindicasse, aut ignorata aut praetermissa translatione, quam auctor Coloniensis sibi excogitaverat.* 5) *Partes excerptas, quas edidit E. A(llain), 'Revue catholique de Bordeaux' XVII,* 1895, *p.* 617—622 *(cf. Bibl. hag. Lat. II,* 1108, *n.* 7651), *non vidi.* 6) *Cf. Quentin p.* 10 *sq.* 34 *sq.* 7) *Diacono, qui apud Severinum tempore obitus sancti Martini adfuisse dicitur, nomen Evergisli in textu impresso inditum est (c.* 3), *fortasse iuxta Passionem Evergisli c.* 2 *(AA. SS. Octobris X,* 658; *cf. catalogos archiepisc. Colon., SS. XXIV,* 337) *inutilem, quem Severino in sede Coloniensi successisse posteris persuasum erat. At nomen eius a versione Germanica (cf. p.* 218, *n.* 1) *abest, ita ut non nisi postea textui Latino id interpolatum esse fortasse statuendum sit.* 8) *Lacomblet, 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' I, p.* 58, *n.* 102; *H. Cardauns, 'Annalen des histor. Vereins für den Niederrhein'* 26/27, 1874, *p.* 344; *J. Hess, 'Die Ur-*

Bruxellensi n. 428—442 *(Van den Gheyn n.* 3136*), fol.* 256—262, *unde initium Van Hecke l. l. p.* 60 *(n.* b*) attulerat*[1], *ediderunt socii Bollandiani, Catalogus codicum hagiographicorum bibliothecae regiae Bruxellensis I,* 1, *Bruxellis* 1886, *p.* 246—249.

Denique Vita sexta item, ut videtur, Coloniae composita maiore ex parte e Vita II. descripta est, nonnullis de synodo illa, impetu Gothorum, imbre et siccitate depulsis, mortuo vivificato e quinta suppletis[2]. *In fronte fabula collocata est, qua* Beatus Severinus apud Burdegalim in Vasconia existens agricola *(ita Vita incipit), dum aratrum minat, vocem angelicam de episcopatu Coloniensi suscipiendo audisse fertur, itemque in calce narratiuncula accessit de poena Severini Evergislo diacono revelata, quam ob horas canonicas neglegenter dictas post mortem passus esse traditur*[3]. *Haec Vita a.* 1483. *Coloniae in appendice Legendae Aureae edita est*[4], *cui inscriptum est: Historie plurimorum sanctorum noviter addite laboriose collecte et prolongate, fol.* 355^{c}—356^{c}.

Denique ut confusionem inter Severinos exortam plane ostendam, monuerim, cum Severinum quendam Senonum episcopum concilio Agrippinensi a. 346. *interfuisse in actis illis quorum supra memineram legissent, inde a saeculo XV. exeunte nonnullos credidisse, Severinum eundem episcopum primo Senonum, deinde Coloniae, postremo Burdegalae fuisse*[5].

W. Levison.

kunden des Pfarrarchivs von St. Severin in Köln', 1901, *p.* 3. *De charta cf. O. Oppermann, 'Kritische Studien zur älteren Kölner Geschichte' III ('Westdeutsche Zeitschrift' XXI,* 1902, *p.* 40 *sqq.).* 1) *Eadem Vita in codice Vindobonensi bibliothecae imperatoris Austriaci privata n.* 7965, *saec. XV/XVI, fol.* 99'—115, *legitur (cf. Analecta Bolland. XIV,* 247*), textus similis in codice Bruxellensi n.* 8515 *(Van den Gheyn n.* 3201*), saec. XV, fol.* 100'—108' *(Catalogus hagiogr. Bruxell. I,* 2, *p.* 212*); Monacensem n.* 3244 *(Asp.* 44*), saec. XV, fol.* 85, *laudavit G. Monchamp l. l.* 1905, *p.* 640. *Versio Germanica legitur in codice olim Coloniensi, iam v. c. Fr. Schultz, de quo supra p.* 212, *n.* 3, *egi, fol.* 276'—286 *(praescr.* 'Die historie van sente Severinus dem busschoff, die men hait ende heldet tzo Collen in sijnre kirchen', *inc.* 'Der alre selichste Severynus na dem grade'*), in calce additis V. Annonis II,* 13. *III,* 9 *(SS. XI,* 488 *sq.* 501*); eadem versio extare videtur in codice Goettingensi Theol.* 200, *saec. XV, fol.* 286' *(cf. W. Meyer, 'Verzeichniss der Handschriften im Preussischen Staate I,* 2, *Göttingen' II,* 1893, *p.* 422*).* 2) *Severinum post depositionem Euphratae a Maximiano (sic) archiepiscopo Treverensi consecratum esse, in Vita VI. additum est.* 3) *Eadem fere narratio in codice Londiniensi musei Britannici inter Harleianos n.* 268, *saec. XIV, fol.* 38', *legitur, id quod J. A. Herbert v. c. me certiorem fecit, eademque fabula pluribus verbis reddita inter partem priorem et posteriorem Vitae II. in codice Vindobonensi bibliothecae imperatoris privatae n.* 9375*a, saec. XV, fol.* 134', *extat (cf. Analecta Bolland. XIV,* 252*). Narrationem eiusdem ingenii, etsi res singulae discrepant, iam Petrus Damiani (†* 1072*) in opusculo (XXXIV) de variis miraculosis narrationibus c.* 5 *(Migne CXLV,* 578*) rettulit, quam ab Adraldo abbate Bremetensi (dioecesis Ticinensis) a.* 1060—81. *commemorato (cf. C. Cipolla, Monumenta Novaliciensia vetustiora ['Fonti per la storia d'Italia'] I,* 1898, *p.* 441; *II,* 1901, *p.* 348*) acceperat, quo teste clerico cuidam Coloniensis ecclesiae* beatus Severinus, eiusdem ecclesiae nuper episcopus, *apparuisse eumque de poena ipsi ob neglegentiam horarum illata certiorem fecisse dicitur:* quod etiam inditum litteris esse dicebat *(Adraldus).* 4) *Alteram editionem (Lovanii* 1485*) non vidi.* 5) *Additamenta martyrologii Usuardi (ed. Sollerius p.* 622 *sq.); Quentin p.* 26, *n.* 2.

(1)[a.*]. Igitur[b] beatissimus Severinus[c] Treverorum** episcopus[d.1], honore licet[e] egregius, tamen sacro merito ipsis[f] quoque precipuis pontificibus honorandus, qui[g] ante[h] vitae ita recti[i] itineris tramite[k] desudavit, ut et lapsum[l] erroris propere[m] cautus evaderit[n] et urbem celestis patriae possessurus[o] civis[p] incletus introierit. Nam[q] qualem se in elymosina pauperum pastor reddiderit[r], quantum abstinentiae[s] rigore[t] se parcus[u] restrinxerit, quid[v] circa germine[w] eclesiae pater caritatis inpenderit[x], qualiter inter discordis[y] lingua pacis concurrerit[z] aut in vigilantia psallens pernox quid egerit[a], quae in sequenti narratur[b], hac[c] sola revelatione[d] iustum satis est se[e] probasse. cf. Iudith 7,5.

*) *Prologus e Gregorii Turon. Vita Venantii (= Vita patrum c. 16) deprompius praecedit* 1 *(cf. supra p.* 208*)*: (Incipit de sancto Severino *m. al. ut videtur praescr.)* Solitarium adque multiplicem donum[a] — — sequi meditabantur. Unde et nos in precunio devoti Dei famulum b e a t i s s i m u m S i v i r i n u m effari nitentis — — ita novimus conscientia peccatoris; *codex 3d, e Gestis Treverorum c.* 23. 18 *(SS. VIII,* 158. 152*) et Vita I. Hildulfi (AA. SS. Iulii III,* 221—224*) interpolatus, ita incipit:*

P o s t q u a m privilegium p r i m a t i s Agricii e t a r c h i e p i s c o p i Volusianus a r c h i e p i s c o p u s, q u i XIIII^mus p o s t i p s u m T r e v e r e n s e m r e x i t e c c l e s i a m, rescribi fecit, quod s a n c t u s Silvester ad honorem domne Helene eiusdem metropolis indigene renovans confirm a v i t, e t post i p s u m s a n c t u s Hildulfus claro[b] Nerviorum genere ortus p r e s e d i s s e t, q u i christiane religionis defensor e t doctor e x t i t i t e t inter magnifica opera que gessit corpus beati Maximini ex cripta, ubi illud beatus Paulinus presul magni meriti ex Aquitania revectum tumulaverat, in dom o, qua nunc veneratur, transtulit et post multiplices labores c u n c t a d e s e r u i t e t heremum Vosagi saltus peciit, i b i q u e s a n c t e c o n v e r s a c i o n i s v i t a m c u m m u l t i s a l i i s n o b i l i t e r s u p e r q u e n d a m fluviolu m i n s t i t u e n s, post agone m vite p r e s e n t i s celi capitolium coronandus[c] intravit, beatus Severinus in Trevirorum archiepiscopatum successit[2], honore egregius[d], tam sacro merito *et q. s.*

Gesta Treverorum c. 23. 18. — V. Hildulfi c. 2. — Ib. c. 6. — Ib. c. 8 sqq. — Ib. c. 16.

) Agrippinensis 2*a*. *b*; Agrippinensium 2*c*. 3*b*; Coloniensium 3*b; Coloniensis civitatis 3*b*** *(non* 1. 2. 3*a*. *c)*.

Cap. 1. 1. 2. 2*a*. *b*. *c*. (3*a*. *b*. *c*).

Cap. 1. a) *praescr.* Incipit (*om.* 3*a*. *b*. *b**; XXI. XII. Kl. Novb. *pro* Inc. 2) vita (vel obitus *add.* 3*d*) sancti Severini (confessoris *add.* 3*a*; episcopi *add.* 2. 3*d*; episcopi et confessoris, quod est X° Kl. Novembris *add.* 3*b*; episcopi et confessoris et cetera *add.* 2*c*; C o l o n i e n s i s archiepiscopi *add.* 2*a*. 3*b**) 2. 2*a*. *c*. 3*a*. *b*. *b**. *d*; De sancto Severino (Treverorum episcopo *add.* 3*c*) 3*b***. *c*; *praescr. om.* 1. *(2b); capita ipse distinxi.* b) *ita* 1; (Igitur *om.*) Beatus 3*c*; Beatissimus igitur *rell. (ita V. Marcelli, Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 50, *cf. p.* 38, 13. *B. Kr.)*. c) Sivirinus 1. d) a r c h i e p i s c o p u s 3*b*. *b**. e) legite gregius tam in sacro 1; agregius *pr. m.* 2. f) ipsius 1. 2. 2*c*; *cf. Bonnet, 'Latin' p.* 385. g) *om.* 2*a*. *b*. 3*b**. h) finem *add.* 2*a*. *b*; ante vitae *om.* 2*c*; qui in hac vita 3*a*. *b*. *c*. i) ricta *corr.* ricti 1; in recti 2*c*. k) tramitte 1; tramitem 2. l) et elapsum 2. m) *ita* 1. 3*b***; proprii 2*a*. *b*; prospere 2. 2*c*. 3*a*. *b*. *c (quod praeferam B. Kr.)*. n) *ita* 1; evaderet — introiret *rell.* o) possessuris 1, *corr.* p) cives *pr. m.* 2. q) Nam — *p.* 220, *l.* 1. Denique *om.* 3*b*** *(paucis verbis insertis) et* 3*c (non 3d)*. r) reddidit 2*c*. s) abscientiae 1. t) rigoris 3*a*. *b et pr. m.* 2. u) parcius retrinxerit 1. v) qui 1. w) *ita* 1; germen (rem 2*c*) eccl. (eccl. g. 3*a*) *rell.* x) inpenderet 2. y) *corr. e* discordiis 1; discordes *rell.* z) cucurrerit 2*a*. *b*; cucurrit 2; occurrerit 2*c*. a) : : ęgit 2, *corr.* b) *ita* 1; narrabitur (*corr.* narrabuntur 2) *rell.*; *cf. Auct. ant. IV,* 2, *p.* 24, 41: quae producitur in sequenti. c) hac illum sola rev. iustum esse (ac *add.* 3*d*) cognovisse sufficiat. Denique 3*a*. *b*. *d*. d) revelationum 1; relatione 2*a*. *b*. e) *ita* 1. 2 *(pr. m.)*. 2*c*; se *eras.* 2, *om.* 2*a*. *b*.

Nota *. a) domum *pr. m.* 1 *(cum codice* 1*b Gregorii, quocum etiam aliae lectiones conveniunt, e. gr.* cenis ordentes *pro* caeni sordentis. *B. Kr.)*. b) *corr. e* clarus *et eras.* Nerviorum *(bis scriptum erat)* 3*d*. c) instituens *iterat., sed eras.* 3*d*. d) egregiis 3*d*, *corr.*

1) *Gregorio Turonensi teste (In Gloria confess. c.* 44*) clerici Burdegalenses referebant, Severinum Burdegalam* de partibus Orientis *destinatum esse; cf. supra p.* 209. 2) *In codicibus Gestorum Treverorum A* 5. 6 *Volusianus, Hildulfus, Severinus sese subsequuntur (cf. SS. VIII,* 158, 39, *n. t)*.

(2). Denique quadam vice, dum sanctus vir[a], confectus nocturna vigilia[b], lectolo reclinassit et sopore lassa membra post laborem[c] resolverit, admonitus[d] per angelum sibi dicentem: 'Necessarium est Aquitaniae[e] partis[f] te sub momento[g] requirere, urbem quoque Burdegala[h] ad salvandum[i] populum te convenit visitare[k], quod[l], dum plebi[1] datur[m] correctio, iter tibi crescat ad fructum'. Hoc venerabilis sanctus Severinus[n] agneto, quod iobetur exsequitur: pergit, urguit[o], pervenit.

(3). Adpropinquanti[a] civitate[b], beatissimus loci illius tunc[c] Amandus[d] episcopus[2] docitur per[e] revelationem[f], servum[g] Dei Severinum[h] suae urbi[i] iam in proximo[k]; cui iobetur cum populo, ut[l] sancto[m] vero[3] reddere[n] festinaret occursum[4] et eidem[o] intromisso cathedre cederet[p] solium[q, 5]. Sacerdus plebem adloquitur, narratur ordine visio, plebs in occursum progreditur, choris clerus producetur, a
Ps. 117, 26. cunctis illud salmi[r] cantatur: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Hinc[s] presentatus[t] sancto vero[3], sicut cognoverat per visum, salutat nomen[u] proprio[6]; quem

Capp. 2. 3. 1. 2. 2*a*. *b*. *c*. (3*a*. *b*. *c*).

Cap. 2. a) confessor (esso *in ras.* 2) *pro* vir conf. 2. 3*a*. *b* *(cf. p.* 222, 9*)*; sanctus v. conf. *om.* 3*c*. b) se *add.* 3*a*. *b*. *c*, *post* lectulo *add.* 2*a*. *b*. c) *ita pr. m.* 2; labore solverit 1; laborem resolveret *rell.* d) *ita* 2; admonitur 1; ad(m)monitus est (ita *add.* 3*b*) *rell.*; *cf. Auct. ant. IV,* 2, *p.* 10, 6: commonita *loco verbi finiti.* e) Equitanie 3*c*; Aequitanie *m. al.* 2; ad Aquitanie (Aquitanee 3*b*) 3*b*. *b**. f) *ita* (s *add., sed eras.* 1) 1. 2 *(pr. m.)*; partes te (te p. 3*a*) *m. al.* 2 *cum rell.* g) monumento 2*c*; omni celeritate properare *pro* m. requ. 3*a*. *b*. *c*. h) *ita* 1; Burdegalam 2*c*. 3*b**; Burdegolum 2; Burdegalem 3*b*. *c*; Burdogalam 2*a*. *b*; Burdegolam 3*a*; Burdegolensem 3*b***. *d*. i) ubi *add.* 1; ibi *coniecit Quentin.* k) visitaret 1. l) quo 1; ut 3*a*. *b*. *c*. m) dabitur 2*a*. *b*. n) uirinus *corr.* Sivirinus 1; sanctus Sev. *om.* 2. 2*a*. *b*. *c*; (Hoc *om.*) Ven. igitur Sev. 3*a*. *b*. *c*. o) *ita* 1. 2; urguet (2*a*); urget 2*b*. *c*; *locus omnino immutatus est* 3*a*. *b*. *c*. *d* *(cf. supra p.* 212*)*; et *add.* 1.

Cap. 3. a) *ita* 1. 2. 2*a*. (3*a*); appropinquante 2*b*. 3*b*. *c*. *d*; Appropinquans 2*c*; illo *add.* 2*a*. *b*; eo *add.* 3*a*. *b*. *c*. *d*. b) *ita* 1. 2; civitati *rell.* c) *ita* 1; *om. rell.* d) amā . dus 1. e) *om.* 1. f) *ita* 2*a*. *b*. *c*; ut *add.* 1. 3*a*. *b*. *c*; ad *add.* 2. g) servo Dei Severino una cum omni (*om.* 3*c*) populo occurrat *pro* servum — *l.* 9. occursum 3*a*. *b*. *c*. h) Sivirinum 1. i) obviam *pro* urbi iam 2. k) proimo *(sic)* 1; (in *om.*) proximum 2. 2*c*; su(a)e proximum esse civitati 2*a*. *b*. l) *om.* 2*c*. m) sancti 1, *corr.* n) reddere (redderet 2. 2*a*. *b*) festinanter 2. 2*a*. *b*. *c*. o) eidem intromissom 1; eodem intromisso 2*a*. *b*; eidem (eundem 3*a*. *c*) intromissum 2. 3*a*. *c*. p) cedere 2*c*; cedat 3*a*. *b*. *c*. q) solio 2*a*. *b*. 3*c*. r) *ita* 1; psalmi 2*a*. *b*. *c*; psalmum 2; (illud s. *om.*) canitur 3*a*. *b*. *c*. s) *corr. ex* hic 1. 2. t) presentatur s. viro (sanctum virum 2*c*; et *add.* 2*a*. *b*) 2*a*. *b*. *c*. u) *ita* 1; (ex *add., sed del.* 3*c*) nomine *rell.*

1) *Scilicet Burdegalensi per Severinum corrigendae, nisi admodum fallor. H. Quentin de plebe Treverensi cogitavit, cui absente Severino correctio subeunda esset, quam de invasione barbarorum a.* 407. *facta interpretatus est (l. l. p.* 17 *sq.); sed haec opinio acuta ut est, omni fundamento caret.* 2) *De Amando, qui saeculo V. ineunte Delphino episcopo in sede Burdegalensi successit, cf. supra p.* 206. 3) *I. e. viro.* 4) *Gregorius l. l.:* Dum autem iter ageret et eclesiam Burdegalensim Amandus episcopus regeret, apparuit ei Dominus in visu noctis, dicens: 'Surge et egredere in occursum *(cf. Is.* 7, 3*)* famulo meo Severino et honora eum, sicut honorari Scriptura sancta docet amicum divinitatis. Melior est enim tibi meritisque sublimior'. 5) *Gregorius paulo infra idem pluribus rettulit:* Quem deinceps in tantum dilexit ac veneratus est Amandus episcopus, ut eum in loco suo substitueret, ac ipse quasi iunior habebatur. Denique post paucos annos obiit beatissimus Severinus. Quo sepulto, Amandus episcopus recepit locum suum. *Narrationes utriusque auctoris discrepare atque verba Fortunati non de episcopatu alteri ab Amando concesso interpretanda esse, vix recte statuit J. Callen l. l. p.* 214 *sqq., Gregorium quasi in partem aliam eandem meliorem ducentem contra H. Quentin (p.* 22 *sq.) defendens.* 6) *Gregorius l. l.:* Exsurgens autem Amandus episcopus, accepto bacello in manu sua, perrexit in occursum eius, nihil de viro sancto sciens, nisi quae Dominus

cum canticis et hymnis introducit eclesiae[a, 1]. Cuius ad introitu[b] exultat clerus, gaudit locus, renovatur[c] et populus. Et, qui[d] talem preparaverat, in laudem summi creatoris diversis[e] linguis vox una est, qua[f] cives[g] congratulantur in adventum[h], quem dilexerunt offitium[i].

(4). Quid enim illud[a] benignius, cuius possedebat animum[b], qui videbat aspectum? Quid memoretur humilius[c], cuius abiectionem[d] vix aequabatur[e] infantolus? Quid etiam abstenentius, cui[f] ieiunium pastus[g] magis erat quam cibus? Quid dicatur[h] de reliquo, cuius nec mens neque[i] pes ullo captus est laqueo? Hinc[k] accedit[l, 2], ut habitans in terris amicus esset et[m] angelis, ut iustus piis actibus non celaretur virtutibus. Nam qui[n] delatus[o] est languedus, ut signum crucis inpressit, expulsa peste convaluit. Quem[p] clausa febris arefecit[q], tactu salubre[r, 3] reveruit[s, 4]. Quemcumque[t] membrorum debilitas* aut vacuabit[u] aut abstollit, Christi

*) infirmitas fuit in carne, si ad eius presentiam venit, Christo favente, sanum restituit. Omne etiam virus serpentis, qui hominibus vitam auferre solet, coram[a] sancti viri obtutibus permanere non potuit. Inimicus etiam humani generis si aliquando obsedisset hominem, non ante sanctus surgebat a prece, quam divina potentia suam creaturam eriperet ab[b] hoste. (5). Illud[c] vero longum est enarrare per singula, quanta vel qualia Dominus per servum suum operari dignatus est. Sed[d] cum cognovisset per revelationem, sibi adesse terminum vitae, ut[e]

Capp. 3. 4. 1. 2. 2*a*. *b*. *c*. (3*a*. *b*. *c*).

Cap. 3. a) *ita* 1; (in *add.* 2*c*) ecclesiam 2. 2*a*. *b*. *c*; in sanctam ecclesiam 3*a*. *b*. *c*. b) *ita* 1; introitum *rell.* c) *ita* 1. 3*d*; revocatur *rell.* d) *ita* 1; qui t. preparavit 2. 2*a*. *b*. *c*; vox omnium resonat laudant(c)ium Deum, quod talem illius civitatis (illi civitati 3*b*. *b**) contulerit sacerdotem (quod — sacerdotem *om.* 3*d*) *pro* qui — offitium 3*a*. *b*. *b**. *c*. *d*. e) *ita* 2. 2*a*. *b*. *c*; *om.* 1. f) providen-t(c)ia *add.* 2. 2*a*. *b*. *c* (*quod auctori attribuam, spectat enim ad verba* qui talem praeparaverat, *exciditque in* 1 *sicut* diversis *n.* e. *B. Kr.*). g) civis 1. h) *ita* 1; adventū :::: dil. *corr.* adventu, cuius dil. 2; adventu, quem (quod 2*a*. *b*) 2*a*. *b*. *c*. i) *ita* 1. 2; (in *add.* 2*c*) officio 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 4. a) *ita* 1. 2; illo 2*a*. *b*. *c*; *om.* 3*a*. *b*. *c*. b) animam 1. 3*c*. c) humilis 2, *corr.* d) *ita* 1; abiectionis 2; obiectioni 2*c*; abiectioni *rell.* e) (a)equabitur 2. 2(*a*). *b*. 3*a*. *b*. *c*. f) cuius, *expunct.* us 2*b*; cum 3*b**. g) pastum 1; *om.* 3*c*. h) dicator deleliquo (*corr.* de rel.) 1. i) nec 3*a*. *b*. *c*; (neque pes *om.*) u. capta 2*c*. k) Hic 1, *corr.*; Illud quoque longum est enarrare per singula, quanta vel qualia Dominus per servum suum operari dignatus est (*cf. infra l.* 18) *pro* Hinc — virtutibus 3*c*. l) *ita* 1. 3*b*; accidit *rell.* m) (et *om.*) angelus 1. n) *ita* 1. 2. 2*a*. *b*; Namque 2*c*; Nam quis 3*a*. *b*; Nam quicumque 3*c*. o) *ita* 1; ei (illi 3*c*) ad(l)latus *rell.*; *cf. supra p.* 212, *l.* 12. p) Quem — *l.* 17. hoste *om.* 3*c*. q) febri sarefit 1; f. acrefecit 2, *corr.* r) *ita* 1. 2; salubri *rell.* s) *ita* 1; reviruit *rell.* t) *ita* 1. 3*b**; Quecumque enim 3*a*. *b*. *d*; Quodcumque 2. 2*a*. *b*. *c*. u) *ita* 1; vacuavit aut abstulit 2. 2*a*. *b*. *c*.

Nota *. a) ante 3*a*. *d* (*ubi* obtutus). b) a 3*a*. c) Illud quoque l. — dignatus est *supra l.* 9. *posita sunt* (*cf. n.* k) 3*c*. d) *redit* 3*c*; Sed cum hec interim sint predicanda, hoc pretereundum non est, quia, dum cognovisset 3*d*. e) ut — migrare deberet *om.* 3*c*.

revelasset. Et ecce! sanctus Severinus veniebat quasi in obviam ei. Tunc adpropinquantes sibi ac propriis se nominibus salutantes, ruunt pariter in amplexibus deosculatique, fusa oratione, eclesiam cum magno psallentio sunt ingressi. *Cf. Hieronymi V. Pauli c.* 9 (*Opera ed. Vallarsi*[2] *II,* 1, *col.* 9): dum in mutuos miscentur amplexus, propriis se salutavere nominibus; gratiae Domino in commune referuntur. 1) In monasterium *Vitae quartae (Burdegalensis) lectio* 4 (*ed. Cirot de la Ville p.* 432), *i. e. in ecclesiam canonicorum (Germ. 'münster'), qui aevo auctoris eam obtinebant. Cf. J. A. Brutails l. l. p. XXII sqq.* 2) *I. e. accidit.* 3) *Cf. Gregor. Turon., Vita patrum c.* 1, 4 (*p.* 666): tactuque salubri iterum tangens. 4) *I. e. reviruit. Quodcumque membrorum (= Quodcumque membrum) debilitas aut vacuavit aut abstulit.*

favore restituit. Quicquid etiam cessisset[a], quod hominem evisceraret, ante sanctissimum virum morbos[b] peret[1], ne[c] perderet. Si quem vero hostis[d] ferus invasum conlideret[e], ante[f] manum fortiores[g, 2] fugitivus[h] evanuit, ut creaturi[i, 3] integre purificata plasma[k] serviret.

(5). Illud quoque rectissime[a] sancti meretis depotatur[b]. Cum[c] iam inmenerit[d] iustum vitae tempus in terminum, ut humanitatis[e] feneratore solveret[f] debitum[4], ipse predixit megraturum[g] se beatus de seculo. Qui sacrosanctis actibus[h], Oct. 21. piis intentus operibus, cometatus[i] virtutibus, diae quod[k] dixit praefinito[l], XII[*]. Kl. Novembrium[m], coronandus a[n] Christo, pergit[o] confessor[p] de seculo. Quem beatus Amandus, metuens cives[q] Trevericus[r, **], ne sibi sanctum[s] furarent[t], ocultae[u] cripta condeta gloriose tradedit sepulture[5], quo[v] pro laude sui fidelis Dominus instanter operatur[w] virtutes.

(6). Denique vel unam rem commemorandam credimus, per quam reliquas indecamus. Cum dies[a] sui[b] anniversarii iocundissime coleretur[6], hostis[c, 7] Go-

---

cf. Ios. 23,14. cf. Ioh. 1, 47. patrum ingredi deberet vias atque ad[a] caelestem Hierusalem[b] verus Israhelita de Egypto[c] migrare deberet, convocatam[d, 8] omnem fraternitatem, indicat eis, revelationem sibi esse a Domino ostensam. Fit subito luctus omnium[a] clericorum, laicorum, maxime pauperum. Nec mora, completur visio. Reddit terrae corpus, animam creatori *pro* debilitas — cometatus virtutibus *(l. 8)* 3*a*. *b*. *b** *(ex parte non collatus)*. *c*. *d* *(lectionibus peculiaribus plerisque omissis)*.

*) X° Kl. 3*b*; decimo[9] Kalendas (Kalendarum 2*c*) 2*c*. 3*b**; XV. Kl. 3*c* *(non 3d)*.

) Agrippinenses 2*c*; Colonienses 3*b*. *b.

Capp. 4–6. 1. 2. 2*a*. *b*. *c*. (3*a*. *b*. *c*).

Cap. 4. a) cessissit quid 1; esset quod 2*c*. b) *ita* 1; mortuus (mortuum 2*a*. *b*; morbidum 2*c*) perit 2. 2*a*. *b*. *c*. c) nec perderet 1; ne perduret 2. 2*a*. *b*. *c*; *cf. Auct. ant. IV, 2, p.* 14, 40. d) *ita* 2. 2*a*. *b*. *c*; hostiferos 1. e) conliderit 2. f) mortem *add., sed expunct.* 2*b*. g) fort(c)ioris 2. 2*a*. *b*. *c*. h) fugitivas *corr.* fugitivos 1. i) *ita* 1; creatura 2. 2*a*. *b*. *c*. k) *ita* 2; plasmas eruerit 1; plasmati (plasma plasmatori 2*a*. *b*) serviret 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 5. a) rectissimi s. 1. 2; rectissimum sanctis 2*c*. b) deputantur, *expunct.* n 2. c) quod cum 2*a*. *b*. d) *ita* 1; in(m)mineret iusto 2. 2*a*. *b*. *c*. e) hum. finem (humanitati fine 2*c*) natur(a)e solv. 2. 2*a*. *b*. *c*. f) solvere 1. g) *corr. e* megraturam 1. h) et *add.* 2*a*. *b*. i) consummatus 2*c*; consummatis (*corr. e* cumsummitatis 2) 2. 2*a*. *b* *(quod praeferam B. Kr.)*. k) *ita* 1. 2; diae qu. *om.* 2*a*; die quo *rell.* l) *ita* 2. 2*a*. *b*. *c*; praefit 1; ipse predixerat, videlicet *pro* d. pr. 3*a*. *b*. *c*. m) *corr. e* Novembrem *(?)* 2; Novembris 3*a*. *b*. *c*. n) a *om.* 2*c*; ab ipso (i. *om.* 3*c*), *om.* p. c. de s. 3*a*. *b*. *c*. o) perget *pr. m.* 2. p) conpessor 1. q) civis *bis scr., sed del.* 1. r) *ita* 1; Trevericos 2. 2*a*. *b*. 3*a*. *c*. *d*. s) sem (*ortum e* scm̄) 1. t) *ita* 1. 2; furarentur 2*a*. *b*. *c*; furari vellent 3*a*. *b*. *c*. u) oculta e 1; o(c *superscr.*)cultę 2; occulte (in *add.* 2*c*. 3*a*. *b*. *c*) *rell.* v) Qua pro l. sua 2*c*; ubi etiam meritis beati viri multas Dom. 3*a*. *b*. *c*. w) operantur 1; (inst. *om.*) op. virt. assidue 3*a*. *b*.

Cap. 6. a) dii 2, *corr.* b) ann. sui 2*c*; (dies sui *om.*) anniversarius venerandi antistitis ageretur dies et a populo ioc. col. (dies — col. *om.* 3*a*), subito hostis 3*a*. *b*. *c*. c) hostes *pr. m.* 2; hostes G. appropinquant 2*a*. *b*.

Nota * *(p. 221)*. a) *om.* (3*a*). b) Iher. 3*b*. *b** *(ubi* verus *deest)*; Ier. 3*d*. c) Egipto 3*b*. *b**. *d*. d) *ita* 3*c*; convocat o. fr. 3*b**; convocata omni fraternitate 3*a*. *b*. *d*.

1) *I. e. morbus perit.* 2) *I. e. fortioris.* 3) *I. e. creatori.* 4) *Scilicet vitam humanam, quam Deus quasi faenerator homini praestat in termino mortis ipsi reddendam. [Mihi lectio* 2 *magis placet*: ut humanitatis fine naturae solveret debitum; *cf. Nep. Reg.* 1*:* morbo naturae debitum reddiderunt. *B. Kr.]*. 5) Extra murum civitatis, ubi oratoriolum esset in nomine Salvatoris et summe Deitatis, *Vitae quartae (Burdegalensis) lectio* 7 *(l. l. p.* 438*)*; iussit fieri criptam subterraneam ex lapidibus firmam, ubi cum digno honore sancti corpus tradidit sepulturae, *Vita tertia (cod. Paris. n.* 15436*)*. 6) *Cf. Greg. Turon., In Gloria confess. c.* 97 *(p.* 810*)*: anniversarius adsumptionis eius dies cum summo coleretur honore. 7) *H. Quentin l. l. p.* 24, *n.* 1, *de impetu hostium cogitavit contra Gothos profectorum, quorum Burdegala a.* 419

torum[a] adpropinquat, ut[b] civitatem invaderet, dum putat populum sibi non armis resistere[c], quem cognoverat magis de sollemnitate tractare. Quo audito, cives[d] omnes ad sancti sepulchro[e] confugiunt, ut contra heredicus[f] procederet[g] belligeratur[1] Severinus[h] de tumolo. Requiescentem[i] sanctum prius appellant vocibus, rursus[k] excitant lacrimis. Evegelat fortis in[l] praeliis[m], fit caligo de[n] nymbis, tendetur[n*] nox de nebolis, subducetur civitas oculis, hostis excecatur[o] in castris nec fugitivus repetit nec praedaturus iter intendit. Includitur in campo caligine[p] debilis armatura. Quo[q] loci per dies nube[r] pressus hostis adsistens[s], pena[t] erat arma tenere, cui nec pugnare[u], fugire[u*] ipsum nec licuit. Deinde visum[v] ipsi, quod exercito valedo adventante[w] subito premeretur[x]. Tunc dato sibi[y] adeto[z, 2], relictis equis[a] tenturiis, tandem fuga[b] versi discedunt et gaudent dedisse praedam[c], tollere praedam[d] qui venerant[e]. Sic merito sancti pontificis hostis pavore vincetur[f], plebs[g] periculo liberatur[h].

(7)[a]. Ad cuius tomolo[b] salubre frequenter populum orantem replet odor de crismate; et ad redemtores[c, 3] laudem, quisque iusta poposcerit, ad domum redit[d] cum monere[4], et sumet vota de sepulcro, qui mestus[e] venit ad tomolo[f]. Et quoniam amico Christi[g] concessum est a redemptore que poposcerit[h] inpetrare, quod[i] eius beneficiis adhuc nuper actum sit, adiciatur pagenae[k] res expleceta pro salute[l].

Capp. 6. 7. 1. 2. 2*a*. *b*. *c*. (3*a*. *b et Cap.* 6. 3*c*).

Cap. 6. a) *ita* 2 *(pr. m.)*. 3*a*; Godorum 1; Gothorum *rell. et e corr.* 2; scilicet exercitus *add.* 3*b**. b) *ita* 1. 2. 2*c* (*ubi* Tunc *pro* dum); ut c. invaderent, dum putant — cognoverant 2*a*. *b*; volens invadere civ., (dum *om.*) putans pop. (pop. put. 3*c*) 3*a*. *b*. *c*. c) resisteret 1. d) civis 1. e) *ita* 1; sepulchrum *rell.* f) *ita* 1; hereticos *rell.* g) *ita* 1; prec. bell. 2*c*; proc. belligerator 2. 2*a*. *b*; signifer belligerator (que *add.* 3*a*) accederet 3*a*. *b*. *c*. *d (cf. Fortunati V. Hilarii c.* 5, 14: signifer belligerator*)*. h) Sivirinus 1. i) sequi es|centem 1; quiescentem 3*a*. *b*. *c*. k) *ita* 1 *(cf. Auct. ant. IV,* 2, *p.* 15, 29*)*; rursum 2. 2*a*. *b*; *om.* 2*c*; flebilibus *pro* prius app. v. r. 3*a*. *b*. *c*. l) *ita* 1. 2; ex 2*c*; *om.* 2*a*. *b*; fortissimus pr(a)eliator 3*a*. *b*. *c*. m) proelis 2, *corr.* n) *ita* 1; densissima (densissimus 2. 2*c*) *pro* de n. *rell.* n*) tend. nox de neb. *om.* 3*a*. *b*. *c*. o) *ita Quentin*; scetatur 1; excitatur 2. 2*a*. *b*. *c*; contristatur 3*a*. *b*. *c*. p) caligeni 1; *om.* 3*b*. q) quo loco 2*c*; Qui (l. per d. *om.*) 3*a*. *b*. *c*. r) nove 1; *post* nube *add.* valida 3*a*. *b*. *c*. s) assistit 2*c*. 3*a*. *b*. *c*. t) penerata arma 1. u) *ita* 2. 2*a*. *b*. *c*; nec *add.* 1; quibus de pugna non licebat saltem (n. l. s. de p. 3*c*) refugere 3*a*. *b*. *c*. u*) *ita* 1. 2. v) *ita* 2. 2*a*. *b recte, cf. Fortunati Carm. VI,* 5, 190; D. ipsis visum fuit, quod *male* 1 *(per interpolationem corrigens verbum substant. omissum B. Kr.)*; D. v. est ipsi, quod 2*c*; Nam v. est ipsis hostibus, quod 3*a*. *b*. *c*. w) adventantes obito 1; adv. *om.* 3*a*. *b*. *c*. x) promeretur 2, *corr.*; premerentur 3*a*. *b*. y) sive 1; et *pro* Tunc d. sibi 3*a*. *b*. *c*. z) *ita* 1; adito 2. (2*a*. *b*). 3*b*; aditu 3*a*. *c*; auditu 2*c*; invento fugiendi *add.* 3*a*. *b*. *c*. a) et *add.* 2*a*. *b*. *c*; atque *m. al. add.* 2. b) in fugam 2*c*. 3*a*. *b*. *c (non* 3*b*)*. c) et non *add.* 2*c*. d) *om.* 1. e) venerat 1. f) *ita (corr. ex* uncetur 1*)* 1. 2 *(pr. m.)*. g) ples 1. h) liberator 2, *corr.*

Cap. 7. a) *caput* 7. *deest* 3*c*. b) *ita* 1; tumulum (sal. *om.*) *rell.* c) *ita* 1; redemptoris *rell.* d) reddit 2, *corr.*; rediit 2*c*. e) mesturos 1. f) *ita* 1; tumulum *rell.* g) Christo 1. h) posceret 2*c*. 3*a*. i) quid 2*a*. *b*. *c*. 3*b*. k) pagenis (res *om.*) expl. 1; pagin(a)e res explicita (explicata 2*c*) *rell.* l) soluta 1.

—507. *fuit; sed etsi infra l.* 6 (hostis excecatur in castris), 8 (hostis adsistens), 12 (hostis pavore vincetur) *vocabulum sensu collectivo pro hostibus accipi potest, tamen Gothos ipsos cum Vitis posterioribus pro hostibus habendos ideoque hoc loco hostem modo notissimo pro exercitu adhibitum esse, mihi e loco l.* 3. contra heredicus *(= haereticos) manifestum videtur esse; nam quomodo Galli catholici saeculo VI. Gothos ob haeresim Arianam abominati sint, e Gregorio vulgatum est. Cf. B. Krusch, 'N. Arch.' XXXV, p.* 273. 8) *Cf. Sulpicii Severi epist. III,* 9. 10 *(ed. Halm p.* 148*)*: convocatisque fratribus indicat se iam resolvi. Tunc vero maeror et luctus omnium. 9) *Die X. Kalendas Novembres Severinus Coloniensis colebatur; cf. supra p.* 214.

1) *I. e. belligerator.* 2) *I. e. facultate (scil. fugiendi); cf. e. gr. Gregorii Turon. Virt. Martini I,* 7 *(p.* 592*)*: audiendi loquendique obstructu aditu. 3) *I. e. redemptoris.* 4) *I. e. munere.*

(8). Cum Burdegalensem[a] pagum premeret[b] tanta vis imbrium, ut putaretur[c] delubium[d], hac[1] segetes[e] marciscerent et[f] usus negaretur culturae nec operatio fieret[g] nec oppressa sacio[h] frodegaret[i, 2], sollemnitas indicetur, ad[k] beati viri sepulchro concurretur[l], vigiliae celebrantur: sine mora confessores[m] beneficia deferuntur. Statim imber restringetur, nubila[n] desiccantur[o]; ante serenitas redditur, quam nox impleret correcolo[p] aut aperiretur deluculo. Sic[q] sub aurore crepuscolum[r] nec sol[s] caligene premitur, et deterso nubilo[t, 3], mundus luce[u] pura repletur[v].

(9). Itemque[a] sequenti tempore, cum diuturna siccetate, negata[b] temperie, erbarum[c] viror arisceret[d] et omnis[e] terrae cultus[f] velud exalando setiret[4] et a fervore solis nec ipsa suo tegmine se[g] frudicta[h, 5] defenderent[i], cum tanta refrigerii disperatio perurgueret[k] et plebs[l] ad salutiferi sepulchri remedia[m] convolaret[n], indictis solemniter a sacerdote vigiliis, ad beati[o] basilicam[6] mox populus evocatur, cf. 3. Reg. 18,45. atria congestantur[p, 7], psalmi[q] choris incipientur. Tunc prope noctis dimidium Heliae[r] more[s] currivago[t] caligo[u] caelo distenditur, aer nymbis[v] involvetur, celatur[w] nube[x] lux siderum, terre fragor[y] inducitur, guttae[z] tecta concutiunt, pluvie manant[a] de nubilo: erbarum setis[8] expellitur, segetes[b] inebriantur et universi germinis ariditas[c] inrigatur. Quid plura? Sancti intercessione actum est brevi[d] sub tempore, ut rura setem[e, 8] restinguerent, et[f] superactis inbrebus, ripas flumina transilierent[g], prestante[h] domino nostro Iesu Christo, cui est gloria, virtus et potestas in secula seculorum. Amen[i].

Cap. 8. 1. 2. 2*a*. *b*. *c*. (3*a*. *b*. *c*). *Cap.* 9. 1. 2. 2*a*. *b*. *c*. (3*b*. *c*).

Cap. 8. a) Burdegalensium pago 1; Burdagolense:: *corr.* Burdagolensem 2; Burdigal. 2*c*; Burdegol. 3*d*; Burgundalensem 3*a*, *corr.* b) premerint, *ut videtur, pr. m.* 2. c) putarentur 2, *corr.* d) *ita* 1; diluvium ac *rell.* e) segetis *pr. m.* 2. f) *ita* (*sed* ne operatio 3*a*. *b*. *c*) *rell.*; ut 1. g) figerit *pr. m.* 2. h) obpressatio 2*b*; fieret et p(a)ene sacio (*ita* 3*b*; nat(c)io *rell.*) 3*a*. *b*. *b**. *c*. *d*. i) *ita* 1; protegarit *m. al. corr.* protegaeret 2; procederet 2*a*. *b*; prodiret 2*c*; deleretur 3*a*. *b*. *c*. k) a b. v. s. 1; ad b. v. sepulchrum *rell.* l) concurreretur 1; concurritur *rell.* m) *ita* 1; confessoris *rell.* n) nebula 1. o) *ita* 1. 3*b*; siccantur 3*b**; desecantur *rell.* p) *ita* 1; curriculum — diluculum *rell.* q) Sic — repletur *om.* 3*c*. r) *corr. e* crebuscolum 1; sub aurora crepusculum 2*a*. *b*; sub (*om.* 3*a*) aur. crepusculo 2*c*. 3*a*. *b* (*non* 2). s) nec sol caligenem 1; nec (*om.* 2*a*. *b*) caligine (*om.* sol) *rell.* t) *corr. e* nubilio 1. u) *om.* 1. v) *in* repl. *desinit* 3*a*.

Cap. 9. a) *ita* 1; Idem 2. 2*a*. *b*; Item *rell.* b) nega 1; cum diut. s. neg. *om.* 3*b*; temp. *om.* 3*b*. *c*. c) arbarum 1; herbarum *rell.*; *cf. infra l.* 16. d) acrescerit *pr. m.* 2. e) omnes 1. f) fructus 2*c*. 3*b*. g) seu 1. h) *ita* 1; frutecta *rell.* i) defenderet 1. k) *ita* 1. 2. (2*a*); perurgeret *rell.* l) ples 1. m) remedii 1, *corr.* n) comvolarit 1. o) beate basileci 1. p) congist. 1. q) *ita* 1. 2c (*ubi* incipiuntur); psalmi (psalli 2*a*. *b*) choris (*corr.* chorus 2) incipitur. (Et *add.* 2*a*. *b*) Tunc 2. 2*a*. *b*; psalmos chori concinunt. Tunc 3*b*. *c*. r) *ita* 2; Hiliae 1; Helie 3*d*; Hely(a)e *rell.* s) in ore 1. t) *ita* 2 (*corr. e* curvago); curriliago 1; currivaga 3*b*. *c*; currivagi 2*b*; curri vagi 2*a*; curru igneo 2*c*. u) *corr.* calico 1. v) *ita* 1. 2c (*ubi* involvitur); nube (nebula 2*a*. *b*) involvitur 2. 2*a*. *b*; nubibus densatur 3*b*. *c*. w) gelatur 1. x) nobe lux sit ero 1; nube lumen s. 3*b**; lux nube s. (s. n. 2*a*) *rell.* y) Fagor 1; frigor 2*a*. *b*. z) gutta eticta congugiunt 1; g. tecte (*corr.* tecti) 2. a) pl. emanant 3*c*; pluvia emanat 2*c*. b) segetis 1; segites 2, *corr.* c) reditas inregnantur 1. d) *ita* 1; sub *om.* 3*d*; brevissimo (in *add.* 3*b*. *c*) tempore *rell.* e) *ita scripsi* (*cf. Fortunati Carm. V*, 1, 4: quod sitim restingueret); rura s. restringerent 1; rura (ruras *versu exeunte* 2) idem re (ymber *pro* i. re 2*c*) extingueret 2. 2*a*. *b*. *c*; rura reextingueret 3*c*; rura re extinguereretur 3*b*; rura (re *superscr.*) exting(u *superscr.*)erentur 3*d*; rura revirescerent 3*b**. f) ut 1. g) *ita* 1; transilirent 2. 2*a*. *b*. 3*b*. *c*; transirent 2*c*. 3*b**. *d*; Explicit *add.* 2. h) *ita* 1; prestante — Amen *om. rell.* i) ÷ (*i. e.* est?) *add.* 1.

1) *I. e. diluvium ac.* 2) *I. e. fruticaret.* 3) *Horati Carm. I, 7, 15*: deterget nubila caelo. 4) *I. e. sitiret.* 5) *I. e. frutecta.* 6) *Cf. Gregorium de Severino l. l.:* Ex hoc incolae cognita eius sanctitate, patronum sibi adsciscunt, certi, quod, si quandoque urbem aut morbus obrepat aut hostilitas obsedeat (*cf. supra* c. 6) aut aliqua quaerella percellat, protinus concurrentes (*cf. supra l.* 4: concurretur) populi ad basilicam sancti, indictis ieiuniis, vigilias celebrant (*cf. ib.:* vigiliae celebrantur), devotissime orationem fundentes, et mox ab inminenti calamitate salvantur. 7) *I. e. (hominibus) congesta fiunt.* 8) *Sitis, sitim.*

VITA GERMANI

EPISCOPI AUTISSIODORENSIS

AUCTORE CONSTANTIO.

Germanus episcopus Autissiodorensis[1] *clarissimus e genere Autissiodorensi nobili atque locupleti oriundus fuit*[2], *etsi praedia complura, quae eum postea ecclesiae civitatis maiori aliisque basilicis et coenobiis contulisse auctores saeculi IX. rettulerunt*[3], *num re vera ad largitatem Germani referenda sint, in testibus adeo posterioribus satis dubium est*[4]. *Liberalibus litteris a puero institutus, postquam in auditoriis Gallicanis sine dubio eloquentiae atque Romae scientiae iuris studuit, ante tribunal praefecti cuiusdam sive urbi sive praetorio advocati munere functus est, deinde rector provinciae constitutus*[2], *fortasse praeses Lugdunensis quartae, ad quam Autissiodorum patria pertinebat, siquidem, in tali potestate positus, electione cleri, nobilitatis plebisque Autissiodorensis motus est, ut, magistratu abdicato, dignitatem episcopalem sedis Autissiodorensis susciperet*[5], *simili modo atque Ambrosius aliique illius aevi viri nobiles cursum honorum saecularium dignitate ecclesiastica concludens.*

Quo tempore ecclesiam illam regendam susceperit, non omnino certum est, nisi quod episcopus a. 429. *auctoritate haud exigua iam fruebatur*[6]. *Amator praedecessor die* 1. *Maii e vivis decessit, teste Kalendario Autissiodorensi aetate Aunacharii episcopi saeculo VI. vergente conscripto, quod in Martyrologium Hieronymianum receptum est*[7], *consentiente Vita Amatoris eodem tempore a Stephano presbytero composita*[8]. *Idem*

1) *De Germano fontibusque ad eum spectantibus fusius egi in dissertatione 'Bischof Germanus von Auxerre und die Quellen zu seiner Geschichte' ('N. Arch.' XXIX,* 97—175*).* 2) *V. Germani c.* 1. 3) *Heirici Miracula Germani I,* 10, 19 *(AA. SS. Iulii VII,* 259*; Duru, 'Bibliothèque historique de l'Yonne' II,* 124*); Gesta pontificum Autissiodorensium c.* 7 *(Duru, ib. I,* 317 *sq.), quae partim ex Heirici Miraculis pendent. Cf. Heirici V. Germani I,* 19 *(ed. Traube, MG. Poetae III,* 438*):* Indicium documenque rei numerosa retentant Praedia, succiduis olim notissima chartis. 4) *Cf. 'N. Arch.' l. l. p.* 165. 5) *V. Germani c.* 2. 6) *V. infra p.* 227. 7) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [53]:* In Gallea civitate Autissiodoro depositio sancti Amatoris episcopi. *Cf. Krusch, 'N. Arch.' XXIV,* 324 *sqq. XXVI,* 351 *sqq.* 8) *V. Amatoris §* 31 *(AA. SS. Maii I,* 59*):* Igitur Kalendarum Maiarum

autem auctor, cui admodum exigua fides adhibenda est[1], *de tempore obitus Amatoris adeo instructus esse vult, ut eum hora diei tertia itemque quarta feria defunctum esse affirmet*[2], *quae proximo tempore ante a.* 429. *cum Kalendis Maiis non nisi annis* 407, 412, 418. *convenit. Obiit autem Germanus post a.* 444.[3] *viva Placidia (†* 450*) matre Valentiniani III. imperatoris*[4] *die* 31. *Iulii*[5], *eumque per triginta annos episcopum fuisse, primum in Vetere quod dicitur Missali Gallicano legitur*[6], *cuius codex saeculo VII. aut ineunte VIII. exaratus est*[7], *ita ut hoc quoque testimonium aetatis remotioris sit. Quod si quis probare voluerit, initia Germani inter a.* 414. *et* 420. *collocanda atque, etiam Stephano teste assumpto, a.* 418. *attribuenda sunt*[8]. *Quae etsi non ita certa sunt, tamen anni* 418 — 448. *a vero tempore episcopatus Germani adeo longe abesse nequeunt. In Gestis pontificum Autissiodorensium (c.* 7*) a.* 872 — 879. *compositis Germano praeter* 30 *annos episcopatus dies* 25 *attribuuntur*[9], *ita ut die* 7. *Iulii consecratus esset, qui a.* 418. *dominicus fuit, quo consecrationes episcoporum fieri solebant; sed hoc testimonium etiam minus certum est, cum notas temporum in Gestis traditas usque ad saeculum VII. et ultra passim falsas ideoque inutiles esse inter omnes constet*[10], *atque repugnat, quod in ipsis Gestis legitur, Germanum sacerdotium die* 30. *post obitum Amatoris suscepisse*[11], *id est die* 31. *Maii a die* 7. *Iulii satis remoto, quam difficultatem sustulerunt illum diem electioni, hunc consecrationi temere attribuentes*[12].

Episcopus factus, Germanus vitam tam austeram amplexus est, ut apud coaevos 'vitae districtione' claresceret[13], *eratque fautor rei monasticae, qui ipse prope civitatem trans Icaunam fluvium coenobium condidit*[14] *neque a studiis monachorum Lirinensium alienus erat, id quod e consuetudine eius cum Hilario episcopo Arelatensi (*429 — 449*) intercedente concludi posse videtur, qui saepius eum expetiit, 'sacerdotum ministrorumque curam et vitam necnon profectus excessusque' tracta-*

quarta feria acrius coepit urgeri et corporis solutione fatigari, — — fere hora diei tertia emisit spiritum. 1) *Cf. 'N. Arch.' XXIX,* 158 *sqq.* 2) *Cf. p.* 225, *n.* 8. 3) *Cf. infra p.* 227. *de causa Celidonii.* 4) *Cf. V. Germani c.* 35. 42. 43. 5) *Infra p.* 229. 6) *Mabillon, De liturgia Gallicana,* 1685, *p.* 330 *(= Migne LXXII,* 342*):* haec tuus devotissimus Germanus episcopus tartarum *(sic)* eorum *(apostolorum)* vestigiis subsecutus, per totas Gallias, Roma, in Ectalia, in Brettania a n n i s t r i g i n t a, corpore adflictus ianuis *(corrigas* ieiuniis, *monente F. E. Warren, 'The liturgy and ritual of the Celtic Church',* 1881, *p.* 159, *n.* 3*)*, iugiter in tuo nomine praedicavit, haereses abstulit, adduxit populum ad plenam et integram fidem, eiecit daemones, mortuos suscitavit, aegris reddidit pristinam sanitatem implevitque omnia signa, virtutes utique adeptus. 7) *Delisle, 'Mémoire sur d'anciens sacramentaires' ('Mémoires de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres' XXXII,* 1, 1886, *p.* 73*).* 8) *Ita iam Usserius, Britannicarum ecclesiarum antiquitates,* 1639, *p.* 382; *e posteris cf. Tillemont, 'Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique' XV,* 1711, *p.* 833 *sq.; Boschius, AA. SS. Iulii VII,* 195; *'N. Arch.' XXIX,* 159. *Nuper J. B. Bury, 'Sources of the early Patrician documents' ('English Historical Review' XIX,* 1904, *p.* 498, *n.* 16*) computationem vulgatam defendit.* 9) *Duru l. l. I,* 315: sedit annos XXX, dies XXV. 10) *Cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II²,* 433 *sqq., qui tamen p.* 439. *monuit, computationem illam vulgatam eo confirmari, quod a.* 418, *ut supra dixi, dies* 7. *Iulii e die Germani emortuali et diebus* 25 *in Gestis commemoratis computatus cum die dominico convenit, atque coniecit, numerum (annorum et) dierum ex epitaphio depromptum esse, id quod factum esse potuit neque vero in fonte eiusmodi satis certum videtur.* 11) *Gesta c.* 6 *(p.* 315*):* et cessavit episcopatus dies XXX; *c.* 7 *(p.* 317*):* suscepit sacerdotium tricesima die post obitum sancti Amatoris. 12) *Boschius l. l. p.* 195. 13) *Chronica Gallica ad a.* 452. *c.* 114 *(Auct. ant. IX,* 660*).* 14) *V. Germani c.* 6. 9.

turus[1]. E quibus colloquiis unum clarissimum factum est, anno ut videtur 444. habitum, qua occasione Celidonius episcopus apud eos accusatus et synodo convocata depositus est[1]; qui huic sententiae non acquiescens atque ad Leonem I. appellans, iudicio Romano restitutus est, dum Leo Hilario resistenti a. 445. et iura metropolitana et ampliora ab eo vindicata abiudicat, etiam lege Valentiniani III. die 6. Iunii impetrata, qua pontifici Romano et summa iurisdictio causarum ecclesiasticarum et summum ius de rebus ecclesiasticis constituendi concessa sunt[2]. Germani sane nomen in his gestis, quibus causa Celidonii celebris facta est, non iam occurrit; at eum solum praeter Hilarium ex episcopis Gallicanis, qui illum deposuerant, commemorari, notatu dignum est, unde, qua auctoritate Germanus in ecclesia Gallicana fruitus sit, aliquatenus patet.

Neque fama eius intra fines Galliarum contenta est. Cum doctrina Pelagii Agricola Pelagiano auctore in ecclesiis Britannicis latius propagaretur[3], Caelestinus I. papa, agente Palladio diacono quodam, quem ecclesiae Autissiodorensi adscriptum esse coniecerunt[4], a. 429. Germanum vice sua ad haereticos impugnandos in insulam misit[5]. Itaque in Britanniam profectus, quemadmodum c. a. 400. alter episcopus Gallicanus, scilicet Victricius Rotomagensis, pacis restituendae causa vocatus eo venerat[6], Germanus, Pelagianis disputatione, ut fertur[7], superatis, insulam fidei orthodoxae recuperavit, quae per aliquot annos intemerata permansit, haereticis nondum, ut videtur, resurgentibus, quo tempore Prosper, Chronicon suum a. 433. primum editurus, de itinere Britannico Germani quattuor annis ante facto breviter rettulit. Caelestinus ille papa, auctoritatem

1) V. Hilarii Arelat. auct. Honorato Massil. c. 16 (Ballerinii, Leonis M. Opera II, 332).
2) Cf. E. Loening, 'Geschichte des deutschen Kirchenrechts' I, 479 sqq.; W. Gundlach, 'Der Streit der Bisthümer Arles und Vienne' ('N. Arch.' XV, 239 sqq.); Duchesne l. l. I², 112 sqq.; E. Ch. Babut, 'Le concile de Turin', 1904, p. 144 sqq. 3) Cf. Hugh Williams, 'Christianity in early Britain', Oxonii 1912, p. 196 sqq. Extant adhuc opuscula sex Pelagiana, quae c. a. 413—430. ab homine Britannico composita esse videntur et quae C. P. Caspari editor ('Briefe, Abhandlungen und Predigten aus den zwei letzten Jahrhunderten des kirchlichen Alterthums', 1890, p. 3—167) Agricolae illi vindicaverat (ib. p. 382 sqq.), sed ea potius Fastidio Britannorum episcopo, cuius Gennadius meminerat (De viris inlustribus c. 57, ed. Richardson p. 81), attribuenda esse exposuit G. Morin, 'Le De Vita christiana de Fastidius et le livre de Pélage Ad viduam' ('Revue Bénédictine' XV, 1898, p. 481—493), de cuius opinione olim plus iusto dubitavi ('N. Arch.' XXXI, 120, n. 2). Etiam opusculum Pseudo-Augustinianum de vita christiana (Migne XL, 1031—1046; L, 383—402), quod idem ipsi Pelagio adiudicaverat, item Fastidii stilo compositum esse, id quod post Holstenium plures statuerant, J. Baer, De operibus Fastidii Britannorum episcopi (dissert. Monac.), Norimbergae 1902, demonstravit, consentiente G. Morin, 'Pélage ou Fastidius?' ('Revue d'histoire ecclésiastique' V, 1904, p. 258—264); cf. etiam K. Schmitz, 'Ursprung und Geschichte der Devotionsformeln' ('Kirchenrechtl. Abhandlungen' ed. Stutz 81), 1913, p. 53 sqq. 4) Cf. J. H. Todd, 'St. Patrick', 1864, p. 276 sq.; J. B. Bury, 'The Life of St. Patrick and his place in history', 1905, p. 51. 297. 5) Prosperi Chronicon c. 1301 (Auct. ant. IX, 472): Agricola Pelagianus, Severiani episcopi Pelagiani filius, ecclesias Brittaniae dogmatis sui insinuatione corrumpit; sed ad insinuationem Palladii diaconi papa Caelestinus Germanum Autisidorensem episcopum vice sua mittit et, deturbatis hereticis, Britannos ad catholicam fidem dirigit (cf. infra p. 228, n. 1). Constantius, qui Caelestini mentionem non fecit, in V. Germani c. 12. narravit, Germanum una cum Lupo episcopo (Trecensi) a synodo numerosa pontificum Gallicanorum in Britanniam missum esse; sed ut negari nequit fieri potuisse, ut praeter Caelestinum synodus talis aliquam partem in eadem causa habuerit, ita, Prospero tacente, hae merae coniecturae sunt, auctoremque aequalem cum posteriore ita conciliandum esse, minime pro certo habendum est. Cf. 'N. Arch.' XXIX, 120 sqq. 6) De laude sanctorum c. 1 (Migne XX, 443); cf. E. Vacandard, 'Saint Victrice', 1903, p. 126 sqq. 7) V. Germani c. 14.

sedis Romanae etiam extra fines imperii iam dilabentis propagare studens, non solum res Britannicas curabat, sed etiam ecclesiae Hibernicae nascenti a. 431. *primum episcopum ordinavit Palladium*[1] *illum, quo 'insinuante' duobus annis ante Germanum, vice sua commissa, in Britanniam miserat, ita ut, an Germanus etiam in ecclesia Scottorum constituenda aliquam partem gesserit, quaeri possit, responso latente. Patricius Brito clarissimus, qui, olim a praedonibus in Hiberniam abductus, post annos nonnullos evaserat et ipso teste rationibus quibusdam cum ecclesia Gallicana coniunctus erat*[2], *illis annis, si auctoribus saeculi VII. vergentis satis confusis fabulosisque niti licet, apud Germanum Autissiodori degisse*[3] *et ab eodem post obitum Palladii a.* 432. *episcopus Scottorum secundus ordinatus esse fertur*[4]; *sed gesta eius pluribus fabulis obruta sunt, quam ut haec ita contigisse pro certo habuerim*[5]. *Certe rationes cum Britannia insula a.* 429. *initae non omissae sunt; cum enim post aliquot annos ibi pars Pelagiana denuo revivisceret, Germanus iterum in Britanniam vocatus, haeresim repressit, auctoribus trans mare deportatis*[6]; *quod alterum iter eius Britannicum fortasse non ante a.* 444. *contigit*[7], *quo tempore Saxones iam parte insulae potiti erant.*

1) *Prosperi Chron. c.* 1307 *(l. l. p.* 473*)*: Ad Scottos in Christum credentes, ordinatus a papa Caelestino, Palladius primus episcopus mittitur. *Prosper in libro de gratia Dei et libero arbitrio contra 'collatorem' (Cassianum) a.* 432. *aut paulo post conscripto c.* 21 *(Migne LI,* 271*) et rei Britannicae et Hibernicae mentionem fecit, studium Caelestini (*422—432*) contra Pelagianos ostensum celebrans:* Nec vero segniore cura ab hoc eodem morbo Britannias liberavit, quando quosdam inimicos gratiae solum suae originis occupantes etiam ab illo secreto exclusit oceani, et ordinato Scotis episcopo, dum Romanam insulam studet servare catholicam, fecit etiam barbaram christianam. 2) *Confessio Patricii c.* 43 *(ed. White, Libri sancti Patricii, 'Proceedings of the Royal Irish Academy XXV, section C',* 1905, *p.* 248*)*: ut pergens in Brittanniis — — quasi ad patriam et parentes, non id solum, sed etiam usque ad Gallias, visitare fratres et ut viderem faciem sanctorum Domini mei: scit Deus, quod ego valde optabam. 3) *Vita Patricii auct. Muirchu (ed. E. Hogan, Analecta Bolland. I,* 552; *Wh. Stokes, 'The tripartite life of Patrick' II,* 1887, *p.* 496. 271*); notae 'serotinis temporibus inventae' (Hogan II,* 223; *Stokes II,* 342*). Cf. Bury, 'The Life of St. Patrick' p.* 48 *sqq.* 296 *sq.* 4) *Inprimis verba Muirchu (Hogan I,* 553; *Stokes II,* 272*)*: quia nec adhuc a sancto domino Germano in pontificali gradu ordinatus est, *attendenda esse, monuit Bury, de ordinatione Patricii agens l. l. p.* 59 *sq.* 347 *sqq.; cf. eiusdem dissertationem 'Sources of the early Patrician documents' (l. l. p.* 497 *sqq).* 5) *J. B. Bury, qui omnium Vitarum Patricii quas habemus longe optimam edidit, summo acumine usus neque fontes deperditos vetustiores narrationum extantium distinguere conari oblitus, Patricium Autissiodori per plures annos degisse, ab Amatore episcopo diaconum, denique a Germano a.* 432. *episcopum consecratum esse, aliis reiectis, accipienda esse statuit (cf. L. Gougaud, 'Les chrétientés celtiques',* 1911, *p.* 47 *sq.). Tamen ut documenta, Patricii opusculis exceptis, admodum confusa fabulisque inutilibus respersa sunt, ita etiam ei saepius ad coniecturas minus certas recurrendum erat, atque confiteor, consuetudinem Patricio cum Germano intercessisse, ne nunc quidem mihi omnino certum videri; cf. ea quae de traditionibus Patricianis 'N. Arch.' XXIX,* 166 *sqq. disserui, ubi etiam de narrationibus Britannicis posterioribus ad Germanum spectantibus egi, quae inutilia ut sunt, hoc loco praetermittam.* 6) *V. Germani c.* 25—27. *Cf. 'N. Arch.' l. l. p.* 126 *sqq.* 7) *'Vixdum' Germanus de itinere Britannico regressus esse dicitur (ib. c.* 28*), cum Aremoricis veniam impetrandi causa ad Goarem regem, deinde absque mora Ravennam profectus esse fertur, ubi inter a.* 444. *et* 450. *obiit (supra p.* 226*). Tamen notas temporum tales in opusculis Constantii exigui momenti esse, infra p.* 232. *monui, ita ut iter illud aliquot annis ante factum esse possit.*

Neque solum res ecclesiasticas Germanus curabat, sed ut status provinciarum seditionibus irruptionibusque barbarorum magis magisque turbari coepit, administratione publica dilabente, ita aeque atque alii episcopi coaetanei, ut verbis Sidonii[1] *ad monachum quendam spectantibus utar, non modo pro animabus apud caelestem, sed etiam pro corporibus apud terrenum iudicem intercedere studebat. Cum civitas propria nimiis tributis opprimeretur, c. a.* 435. *Arelate profectus, ab Auxiliari praefecto praetorio Galliarum levationem civibus impetravit*[2]. *Etiam gravior causa occasionem ultimi itineris suscipiendi seni dedit. Cum incolae Aremoricani tractus haud semel seditiones movissent nomine Bacaudarum notas*[3], *Aetius patricius, qui, inde ab a.* 432. *imperium occidentale regens, provincias Galliarum magna ex parte bellis diuturnis imperio restituerat*[4], *Alanos Goari regi subditos, qui a.* 442. *terras trans Ligerim prope Aurelianos sitas cum incolis dividendas acceperant atque eas, possessoribus resistentibus expulsisque, vi occupaverant*[5], *fines Aremoricorum propinquos invadere iussit, ut rebelles subiugarent. Unde Germanus, ab Aremoricis rogatus, Goari regi regionem iam vastaturo obviam progressus est, aeque atque nonnullis annis post Leo papa Attilae, eumque movit, ut, vastatione interrupta, exercitum reduceret, ea condicione, ut Germanus veniae ab ipso imperatore Aetioque impetrandae causa Italiam peteret*[6]. *Unde post a.* 444, *quo depositioni Celidonii interfuisse videtur*[7], *Ravennam profectus ibique a Placidia regina et Valentiniano III. filio honorifice susceptus est*[8], *etsi venia Aremoricis praestanda nova rebellione irrita facta est*[9]. *Ravennae morbo correptus, vita defunctus est*[10] *inter a.* 444. *et* 450, *atque si testibus minus certis, ut monui*[11], *fides habenda est, a.* 448. *die* 31. *Iulii, quo memoria eius cum aliis rebus Autissiodorensibus e Kalendario tempore Aunacharii episcopi saeculo VI. exeunte composito Martyrologio Hieronymiano illata est*[12]*:*

Autisiodoro depositio [sancti] Germani episcopi [et confessoris],

ubi nomen loci ad sedem Germani episcopalem neque vero ad locum emortualem referendum est. Corpus eius in patriam reductum est[13] *atque die* 22. *Septembris Autissiodorum pervenit teste eodem Martyrologio*[14]*:*

[In Gallea civitate] Autisiodoro [adventus et exceptio corporis sancti] Germani episcopi [et confessoris ab Italia],

ibique in basilica postea nomine eius vocata[15] *die* 1. *Octobris sepultum est, quo nomen eius in iisdem fastis tertium legitur*[16]*:*

[In Gallea civitate Autisioderinsium] sancti Germani episcopi [et confessoris].

1) *Epist. VII,* 9, 9 *(Auct. ant. VIII,* 114*).* 2) *V. Germani c.* 19—24. 3) *Cf. 'N. Arch.' XXIX,* 137 *sqq.* 4) *Cf. e. gr. Mommsen, Aetius ('Gesammelte Schriften' IV,* 538*).* 5) *Cf. ea quae infra c.* 28. *adnotavi; 'N. Arch.' l. l. p.* 133 *sqq.* 6) *V. Germani c.* 28. 7) *Supra p.* 227. 8) *V. Germani c.* 35. 9) *Ib. c.* 40. 10) *Ib. c.* 42. 11) *Supra p.* 226. 12) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [98]; cf. Krusch, 'N. Arch.' XXIV,* 325. *Verba inclusa in codice Epternacensi omissa sunt.* 13) *V. Germani c.* 44—46. 14) *L. l. p. [124].* 15) Basilica sancti Germani *in Gregorii Turon. Hist. V,* 14 *(ed. Arndt p.* 206*) commemoratur;* basilica domni Germani *in statutis donationibusque Aunacharii (c. a.* 580*), Desiderii (c. a.* 614*), Tetrici (c. a.* 695*) episcoporum Autissiodorensium in Gestis pontificum c.* 19. 20. 24 *(Duru l. l. I,* 329 *sq.* 332. 337 *sq.* 343*) excerptis occurrit.* 16) *L. l. p. [128]. Palladius episcopus, qui a.* 627—654. *invenitur (cf. Duchesne l. l. II*[2]*, p.* 447*), quaedam constituisse refertur de* festivitate sancti Germani, quae celebratur die Kalendarum Octobrium *(Gesta c.* 21, *Duru I,* 341*). Cf. etiam Heirici Mirac. Germani I,* 31, 44 *(AA. SS. l. l. p.* 264*):* Id actum est ea, quae Kalendis Octobribus evenit, festivitate, quamque ob sacri eius depositionem corporis splendidiorem ceteris prisca veterum commendavit auctoritas.

Germanus ut vivus summa auctoritate usus esse videtur, ita brevi post mortem veneratione fruitus est magis magisque propagata. Auctor Chronicae in Gallia meridiana atque fortasse Massiliae conscriptae, quae a. 452. *attigit, virtutes, i. e. nisi fallor miracula, et districtionem vitae eius ad a.* 433. *commemoravit*[1]*; Apollinaris Sidonius, ut Annianum episcopum Aurelianensem celebraret, 'Lupo parem Germanoque non imparem' eum vocavit*[2]. *Saeculo VI. iam plures ecclesiae nomini eius dicatae surrexerant*[3]*; Nicetius episcopus Treverensis inter sanctos catholicos Galliae praecipuos, quorum sepulchra miraculis illustrarentur, Germani primo loco post Martinum mentionem fecit*[4], *itemque Gregorius Turonensis miracula episcopi et vivi et defuncti attulit*[5], *posteaque non solum fortasse prae ceteris, excepto Martino, ab ecclesia Gallicana celebratus est*[6], *sed etiam trans mare in Britannia ab eo bis visitata cultores invenit*[7].

Vita eius iam saeculo V. vergente praeconem nactus erat Constantium virum Lugdunensem sive clericum sive absque ordinibus sacris vitae religiosae deditum[8], *amicum Sidonii, qui ei et singulas epistulas inscripsit*[9] *et octo libros earum collectos dedicavit*[10], *quas ut ederet Constantius ei suaserat*[11]. *Sidonius virtutes eius summis laudibus prosecutus est; cum c. a.* 473. *Arvernis in 'civica simultate' concordiae restituendae operam dedisset, 'persona aetate gravis, infirmitate fragilis, nobilitate sublimis, religione venerabilis' vocatur a Sidonio*[12], *quo teste fautor erat 'non studiorum modo, verum etiam studiosorum'*[13], *deditus lectioni sacrae Scripturae*[14], *summa facundia excellens*[15] *neque minus eminens poeta, qui, cum Patiens episcopus Lugduni ecclesiam aedificasset, versus hexametros composuit una cum carmine Secundini parietibus basilicae altari vicinis inscribendos*[16].

Patiente illo episcopo iubente, qui inde ab a. 449. *ecclesiae Lugdunensi praefuit, aliquanto tempore ante a.* 494. *defunctus*[17], *Constantius Vitam Germani composuit atque ipsi Patienti et Censurio episcopo Autissiodorensi (c. a.* 475*)*[18] *dedi-*

1) *Chronica Gallica c.* 114 *(Auct. ant. IX,* 660*):* Germanus episcopus Altisiodori virtutibus et vitae districtione clarescit. 2) *Epist. VIII,* 15 *(ib. VIII,* 147*).* 3) *Gregorii Turon. Hist. II,* 20. *X,* 31 *(ed. Arndt p* 84. 447*); In Gloria confess. c.* 40 *(ed. Krusch p.* 773*).* 4) *MG. Epist. III,* 121. 5) *De virtutibus Iuliani c.* 29 *(p.* 576*); In Gloria confess. c.* 40 *(p.* 772 *sq.), ubi Germanum Romae obiisse narrans erravit.* 6) *E iudicio Tillemontii l. l. XV,* 6, *et Boschii l. l. p.* 184. *Multa loca nomine eius vocata sunt.* 7) *Cf. Heirici Mirac. Germani I,* 54, 80 *(Boschius l. l. p.* 272*) de Britannia:* Haec beato Germano peculiari devotione submissa. 8) *Vocatur 'religione venerabilis' a Sidonio, epist. III,* 2 *(l. l. p.* 40*); cf. ib. VII,* 18 *(p.* 125*):* si quid a lectionis sacrae continuatione respiras. *De ordinibus eius ecclesiasticis non constat; presbyter non vocatur nisi in praescriptione codicum nonnullorum Vitae II. Germani (infra p.* 245, *l.* 31*; Boschius l. l. p.* 191*). Isidorus eum errore pro episcopo habuit (De viris inlustribus c.* 17, *Opera ed. Arevalus VII,* 149*):* Siquidem et Constantius episcopus Germani vitam contexuit, *sive vocabulum 'peccator' ab episcopis illo aevo frequentatum, quod in epistulis praefixis nomini Constantii additum est, ita interpretatus est (cf. 'N. Arch.' XXIX,* 108, *n.* 8*; K. Schmitz l. l. p.* 51 *sqq., etc.), sive de episcopo quodam distincto eius nominis cogitavit; Constantius Uceticensis a.* 442 — 462 *(Duchesne l. l. I*², 314*), Vapincensis a.* 517 — 529 *(ib. p.* 286 *sq.), Octodurensis a.* 517 *(MG. Concilia I,* 30*) inveniuntur. Tamen error fortasse non ad Isidorum referendus est, sed ad exemplar ab eo adhibitum; nam etiam in codice A* 4 *Hispanico Constantius episcopus audit (infra p.* 247, *l.* 36, *n. d) aeque atque in A* 4b *(ib. p.* 248, *l.* 41*). — Heirico Constantius erat* Lugduni impense doctissimus, orator; *cf. Mirac. Germani I, prol.* 3. *II,* 14, 118 *(ed. Boschius l. l. p.* 255. 280*).* 9) *Epist. I,* 1. *III,* 2. *VII,* 18. *VIII,* 16. 10) *Cf. ib. VII,* 18. *VIII,* 16. *IX,* 16. 11) *Ib. I,* 1. 12) *Ib. III,* 2 *(p.* 40*).* 13) *Ib. I,* 1 *(p.* 2*).* 14) *Ib. VII,* 18 *(p.* 125*).* 15) *Ib. IX,* 16 *(p.* 170*).* 16) *Ib. II,* 10 *(p.* 33*).* 17) *Cf. infra p.* 247, *n.* 1. 18) *Cf. infra p.* 248, *n.* 2.

cavit, more illius aevi in epistulis nuncupatoriis summam modestiam ostendens[1], *ita ut ob imperitiam propriam neque arduum opus se suscepturum fuisse affirmaret, nisi ut Patienti oboedientiam debitam praestaret, neque opusculum publici iuris facturum se fuisse nisi a Censurio iussum. Tempore, quo laborem iniunctum subiit, haud pauci anni ex obitu Germani fluxerant, ita ut auctori dicere liceret, vitam sancti esse 'obumbratam silentio'*[2] *agnitionemque per silentium obscuratam vix colligi posse*[3], *neque longe a veritate aberrare mihi videor, Vitam c. a.* 480. *aut paulo post compositam esse statuens*[4].

A laudibus, quas Sidonius facundiae amici impertivit, Vita Germani non abhorret. Constantius sermone lucido vividoque utitur, favet enuntiatis brevibus atque brevissimis; ut arte rhetorica imbutus est, ita ab oratione turgida saepius illo aevo frequentata stilus eius immunis. Passim clausulas sententiarum partiumque earum rhythmice cadentes profert, ita ut genera 'cursus' qui dicitur distincta, etsi non semper, tamen potissimum ab eo adhibeantur, scilicet maxime cursus 'tardus' (∸ ∼, ∼ ∸ ⏑ ∼, e. gr. sistit exercitum, exarsit incendium, curabat et corpora) *et 'velox' (∸ ⏑ ∼, ∼ ∼ ∸ ∼,* humilis custodire, famulis repromittit, pontifici mox futuro) *atque aliquanto minus cursus 'planus' (∸ ∼, ∼ ∸ ∼,* cuncta percurram, examen evadam, futurus et iudex), *aliis clausularum generibus (inprimis ∸ ∼, ∼ ⏑ ∸ ∼,* potest obtinere, oratione remeabant, institutione retinebat) *multo rarius occurrentibus, hiatu quoque in vocabulis extremis singulorum enuntiatorum plerumque vitato. Menda grammatica perpauca deprehenduntur*[5].

Constantius non tam biographi quam hagiographi munere fungens, 'profectui omnium mirabilium exempla largiri' sibi proposuerat[6], *sicque factum est, ut miracula exigui momenti magnam partem operis efficiant aeque atque in Vita Martini a Sulpicio Severo composita, quam Constantio notam fuisse loci complures ad exemplum Sulpicii formati demonstrant, neque miracula desunt, quae haud parum cum similibus ab illo relatis conveniunt, sive exemplum praedecessoris auctorem inscium traxit sive hic illic consulto eum imitatus est*[7]*; quod ut mea opinione iam certo diiudicari nequit, ita narratiunculis eiusmodi exiguam auctoritatem adhibendam esse vix monendum est.*

Reliquis quoque narrationibus fabulas inesse traditione acceptas certum est, veluti relationi de victoria quae dicitur Alleluiatica (c. 17. 18*), quam Britanni Germano et Lupo ducibus de Saxonibus Pictisque reportasse dicuntur, cui narrationi quid veri insit ne divinare quidem licet, aliis testibus deficientibus. Neque errores desunt: 'Ducatus culmen' (c.* 1*) cursui honorum Germani civili non competit. Nomen Agricolae Pelagiani, qui Prospero teste ecclesias Britannicas doctrina sua occupaverat, non affertur, cumque eodem teste coaetaneo Germanum a.* 429. *a Caelestino papa in Britanniam missum esse constet, Constantius, pontificis Romani mentione non facta, mandatum itineris ad synodum Gallicanam refert (c.* 12*), quam praeter Caelestinum in hac causa inter-*

1) *Cf. 'N. Arch.'* XXIX, 109 *sq.* 2) *V. Germani, epist. ad Patientem.* 3) *Ib., prol.* 4) *Aliquantum tempus ex obitu Germani lapsum esse, etiam hi loci ostendunt, c.* 27: ut in illis locis etiam nunc fides intemerata perduret; c. 30: ut — — in hodiernum diem, ubicumque aut oravit aut docuit, oratoriae cellulae et signa crucis elata praefulgeant; *c.* 37: Hi *(sacerdotes, qui Germano ante obitum Ravennae adiuncti erant)* testes operum suorum multis fuere temporibus. 5) *Ib. c.* 16: ad eum habitaculum; *c.* 33: domicilium fruit. 6) *Ib., epist. ad Patientem. Cf. prol.:* innumerabilium miraculorum exempla conpellunt, quae agnitioni vel profectui omnium — — subtrahuntur; *epilog.:* reum me esse fateor supprimendo, quod mirabiliter ad profectum omnium divina virtus operata est. 7) *Cf. ea quae adnotavi ad epistulas et c.* 4. 6. 7. 9. 10. 17. 22. 23. 29. 45*; 'N. Arch.' l. l. p.* 114 *sqq.*

venisse, Prospero tacente, non nisi coniectura omnino incerta statui potest. Veniam Aremoricis Ravennae Germanum impetraturum fuisse Constantius narrat, 'nisi Tibattonis perfidia mobilem et indisciplinatum populum ad rebellionem pristinam revocasset' (c. 40); at rebellio Tibattonis non comperta est nisi a. 435—437. facta, cum iter Germani Italicum post a. 444. contigerit, ita ut Constantium seditionem Tibattonis cum alia, fortasse a. 448, confudisse veri simile sit[1]. *Temporum notas accuratas eum non curasse admodum dolendum est*[2]*: 'Quodam tempore' Germanus, dum iter hieme agit, spiritui terribili quietem reddidisse dicitur (c. 10), 'in eodem itinere post dies aliquot' gallis hospitum vocem amissam restituisse (c. 11); 'eodem tempore' legatio occasionem itineris Britannici prioris (a. 429) praebet (c. 12). Unde regressus, a civibus suis expectatus erat, ut tributi minuendi causa Arelate ad Auxiliarem praefectum praetorio proficisceretur (c. 19. 24), qui c. a. 435. praefecturam Galliarum ante a. 439. dimissam gerebat. Dum inde revertitur, 'interea' e Britanniis nuntiatur, haeresim Pelagianam resurgere, qua de causa 'festinus' iterum eo transvectus est (c. 25); 'vixdum' inde reverterat (c. 28), cum legatio Aremoricani tractus eum movit, ut Goarem atque deinde Ravennam peteret, ibi post a. 444. moriturus. Quae cum ita sint, Constantium res per plus quindecim annos gestas in breve tempus coegisse vocabulaque illa ad tempora spectantia nullius momenti esse patet. Tamen ordinem rerum in universum servasse videtur; recte collocata sunt, quae sola cum aliis testibus conferri possunt, iter Britannicum prius (a. 429), iter Arelatense ad Auxiliarem (c. a. 435), iter Italicum tempore susceptum, quo Aetius a Gallia aberat, quam pacatam a. 439. reliquerat*[3]*, et quo Segisvultus dignitate patricii ornatus erat, quam a. 440. nondum nactus erat*[4]. *Mentiones Auxiliaris, cuius praefectura Gallica aliunde non nota est nisi ex uno lapide miliario*[5]*, Gocharis*[6]*, Petri episcopi Ravennatis*[7]*, Segisvulti, Tibattonis eiusmodi sunt, quae hominem aliquatenus instructum ostendant, atque ut opus Constantii gravibus vitiis laborare monui, ita idem in tanta penuria testium minime omnino spernendum est; sed quamvis caute adhibendae sint, narrationes de Pelagianis Britannicis resurgentibus, de Aremoricis atque Gochare Alanorum rege gratae erunt, ut alia mittam.*

Vita Germani brevi tempore ultra fines Lugdunenses et Autissiodorenses propagata est[8]. *Iam Ennodius episcopus Ticinensis eam legerat, in Vita Epiphanii inter a. 501. et 504. composita locos nonnullos Constantii imitatus*[9]*, id quod saeculo eodem vergente etiam Venantius Fortunatus fecit*[10]*, exemplo Germani in V. Radegundis (c. 16) expresse allato*[11]*, cum Gregorius Turonensis amicus eam compertam non haberet*[12]*, ita ut Romae neque Ravennae Germanum obiisse crediderit*[13]. *Aunacharius episcopus, qui sedi Autissiodorensi si non a. 561—605*[14]*, at certe a. 573—589. praefuit*[15]*, Stephanum presbyterum rogavit, ut et Vitam Germani oratione soluta conscriptam in versus redigeret et gesta Amatoris episcopi praecedentis 'prosaica modulatione' enarraret*[16]. *Qui an Vitam Germani metrice retractandam umquam aggressus sit, latet; sed opus Constantii ei*

1) *Cf. ea quae ad c.* 40. *adnotavi.* 2) *Cf. 'N. Arch.' l. l. p.* 118. 125 (*n.* 6). 127. 3) *Chronica Gallica c.* 123 (*Auct. ant. IX,* 660). 4) *Cf. ea quae ad c.* 38. *adnotavi.* 5) *Ib. c.* 24. 6) *Ib. c.* 28. 7) *Ib. c.* 35. 8) *De auctoribus, qui inde a saeculo VI. usque ad initium X. Vitam Germani adhibuerunt aut laudaverunt, egi 'N. Arch.' XXIX,* 143 *sqq.* 9) *Cf. ib. p.* 144 *sq.* 10) *Ib. p.* 145 *sq.* 11) *SS. R. Merov. II,* 369. *Iam B. Krusch, ib. n.* 10. *et p.* 371, *n.* 2. *et p.* 372, *n.* 1. *monuit, Fortunato Vitam Germani notam fuisse.* 12) *Cf. 'N. Arch.' l. l. p.* 145. 13) *In Gloria confess. c.* 40 (*ed. Krusch p.* 772). 14) *Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II*², 440. 15) *Ib. p.* 446; *Krusch, SS. R. Merov. I,* 653, *n.* 1. 16) *MG. Epist. III,* 447; *Poetae III,* 430; *Duru l. l. I,* 330 *sqq.*

notum fuisse, etiam e V. Amatoris adhuc extante[1] *cognoscitur, qua Germani initia gestis Amatoris extremis coniuncta fusius descripsit, e paucis verbis Constantii ampla narratione confecta, verbis uberi, fide vacua*[2], *itemque alter auctor Autissiodorensis et ipse fabulosus, cui ante partem posteriorem saeculi IX. 'Revelatio sancti Corcodomi diaconi et conversio Mamertini vel gesta sancti Germani episcopi et confessoris' originem debuerunt*[3], *Vitam Germani legisse videtur*[4]. *Neque solum auctoribus Gallicis — nam Ennodius quoque e Gallia oriundus fuerat — eadem comperta erat: Pyrenaeis montibus superatis, opus Constantii Isidoro episcopo Hispalensi celeberrimo notum erat, qui auctori temere dignitatem episcopalem attribuit*[5], *neque minus mare transgressum, saeculo VII. exeunte ad auctores Britannicos pervenerat, e quibus Adamnanus abbas Hiensis († 704) pericula Germani marina a Constantio c. 13. narrata cum casibus Columbae abbatis similibus comparavit*[6] *atque paulo post (a. 731) Beda Vitam Germani c. 12—18. et 25—27. magna ex parte ad verbum fere in Historia ecclesiastica gentis Anglorum I, 17—21. descripsit*[7], *aeque atque Adamnanus codice classis B usus, et memoriam sancti brevius etiam in Chronicis maioribus*[8] *(a. 725) et paucis verbis in Martyrologio (Aug. 1)*[9] *attulit*[10]. *Saeculo VII. vel ineunte proximo Constantius etiam Veteri quod dicitur missali Gallicano materiam de Germano praebuit*[11], *cum auctor*

1) *AA. SS. Maii I, 52—60; Duru l. l. I, 135—158.* 2) *Cf. 'N. Arch.' l. l. p. 158 sqq. Stephanus § 14 (AA. SS. l. l. p. 55) V. Germani c. 32. imitatus est.* 3) *De Revelatione Corcodomi, quae in pluribus codicibus seorsum tradita est neque vero edita nisi inserta Vitae Germani secundae (§ 18—37, AA. SS. Iulii VII, 206—210; Duru l. l. I, 57—66), egi l. l. p. 160 sq.* 4) *V. § 32 (AA. SS. l. l. p. 209):* Explorans ergo, ubi sanctissimus Germanus episcopus eo die habitaret, incolae civitatis dixerunt: 'Non est hic, monasterium habet proximum et illuc frequentissime gratia visitationis cumba portatur'; *cf. V. Germani c. 9.* 5) *De viris inlustribus c. 17 (Opera ed. Arevalus VII, 149); cf. supra p. 230, n. 8.* 6) *V. Columbae II, 34 (ed. Reeves, 'The historians of Scotland' VI, 1874, p. 176; ed. J. T. Fowler, 1894, p. 102 sq.).* 7) *Beda pauca ex aliis fontibus addidit, scilicet mentionem Agricolae Pelagiani (c. 17. in.) e Chronicis Prosperi a. 429, verba nonnulla de mortibus Aetii et Valentiniani III. (c. 21. ex.) e Chronicis Marcellini comitis a. 454/55, nomina civitatis Trecassenae Lupo episcopo attributae (c. 17) et Treverensis una cum praedicatione Germanica ad Severum relatae (c. 21) e V. Lupi Trecensis, denique partem posteriorem c. 18* (Ubi Germanus omnium — — turba conversa est) *descriptam e Passione III. Albani c. 21. 22, quam nuper W. Meyer eruit ('Die Legende des h. Albanus', 'Abhandlungen der kgl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, phil.-hist. Klasse, Neue Folge' VIII, 1, p. 45. 47. 60. 62), postquam ipse 'N. Arch.' l. l. p. 147 sqq. de his rebus disserui.* 8) *Auct. ant. XIII, 304 (c. 491/92).* 9) *H. Quentin, 'Les martyrologes historiques', 1908, p. 107:* Alciodoro Germani episcopi, qui, multis virtutibus, doctrina et continentia clarus, etiam Brettonum fidem per duas vices a Pelagiana heresi defendit. — *Paulus Diaconus in Historia Romana XIV, 14 (Auct. ant. II, 205) Chronica Bedae exscripsit aucta potius ex eiusdem Historia eccl. Anglorum et Martyrologio quam ex ipso opere Constantii; cf. 'N. Arch.' l. l. p. 151.* 10) *Vita Germani, quae in codice* V e n e t o *bibliothecae Marcianae Lat. IX, 28 ('Collocazione' n. 2798; Valentinelli XXI, 117), saec. XIII, olim S. Marci, fol. 45'—46', legitur (inc.* Apud Antisiodorum natalis, *des.* defertur ad urbem, ipso adiuvante *etc.), hausta est e Bedae Historia ecclesiastica et Chronicis maioribus, initio ex eiusdem Martyrologio exscripto.* Miraculum beati Germani Autisiodorensis, *quod in codice* E b r o i c e n s i *L. 37, saec. XIII, fol. 50, legitur (inc.* Germanus Autisiodorensis et Lupus Trecassinus, *des.* eripuit patriam), *e Sigeberti Gemblacensis Chronicis a. 446 (SS. VI, 309, l. 3—7) exscriptum est, qui ipse Bedae Chronica adhibuisse videtur.* 11) *Mabillon, De liturgia Gallicana, 1685, p. 330; Migne LXXII, 342. Ubi tamen neque nomen urbis Romae (cf. supra p. 232, l. 34. de Gregorio Turonensi) neque numerus triginta annorum,*

libelli de origine cursuum ecclesiasticorum in Gallia, ut videtur, saec. VIII. ab homine Scottico compositi[1] Vitam Germani non tam adhibuerit quam citaverit[2], Germano et Lupo non modo praedicationem Britannicam, verum etiam Scotticam attribuens neque aliis erroribus immunis[3]. Inprimis autem hagiographi opere Constantii politi sunt, sive res gestas sive ornatum orationis spectantes. E quorum numero biographis Lupi Trecensis[4] et Genovefae[5] potissimum itinera sancti Britannica grata erant, cum flosculi sermonis ab auctoribus Vitarum Eptadii[6], Rusticulae[7], Gangulfi[8], Vitae II. Iohannis Reomaensis[9] et Translationis Gorgonii (a. 846/47)[10] anonymis decerpti sint, quibus Archanaldus auctor Vitae Maurilii (a. 905) accedit[11], neque vero quisquam longius liberiusque ea via progressus est quam Rudolfus monachus Fuldensis, verbis rebusque haud paucis e Vitis et aliis et Germani in Vitam Leobae (a. 836) translatis[12].

Opus Constantii primigenium adhuc a solo Mombritio publici iuris factum est, cuius textus imperfectus omnino neglegebatur[13], postquam Vita altera admodum interpolata, de qua infra p. 244 sq. egi, apud Surium Bollandianosque lucem aspexit, neque de huius sinceritate viri docti dubitaverunt[14] ante Carolum Guilielmum Schoell[15], qui, editionem Mombritii ignorans atque rationibus quae vulgo dicuntur interioribus nisus, epistulas Vitae praefixas spurias esse haud recte iudicavit, textum interpolatum saeculo VI. attribuens. Vitae autem genuinae tandem Carolus Kohler[16] denuo rationem habuit, et Mombritii et codicis A 4* mentione facta, cumque C. Narbey[17] textum A 4* epitomen Vitae alterius esse temere iudicaverit, frustula A 6a et lectiones B 6 nimis magni faciens, iam A. Pon-

quibus Germanus praedicasse dicitur (cf. supra p. 226), e Constantio hausta sunt. Cf. 'N. Arch.' l. l. p. 150. — Altera missa Germani saec. VII (Fr. J. Mone, 'Lateinische und Griechische Messen', 1850, p. 37 sq.; Migne CXXXVIII, 881 sq.; de codice cf. A. Wilmart, 'Revue Bénédictine' XXVIII, 1911, p. 377—390) nihil nisi locos communes continet. 1) Cf. Krusch, Ionae Vitae sanctorum p. 26, n. 4. 2) Haddan et Stubbs, 'Councils and Ecclesiastical Documents' I, 139; J. Wickham Legg, Ratio de cursus qui fuerunt ex auctores (Miscellanea Ceriani, Mediolani 1910, p. 162 sq.; ipse contuli codicem Londiniensem inter Cottonianos Nero A. II, altera parte saeculi VIII. exaratum, fol. 37—42, de quo cf. E. M. Thompson, 'Catalogue of ancient MSS. in the British Museum' II, 1884, p. 54; 'The Palaeographical Society, Second series' I, 1894, tab. 35): Et postea in Brittaniis vel Scottiis predicaverunt, quae Vita beati Germani episcopi Autisiodorensis et Vita beati Lupi adfirmat. 3) Cf. 'N. Arch.' l. l. p. 150. 4) Cf. ib. p. 152; B. Krusch, infra p. 284 sq. 288. 5) Cf. Krusch, SS. R. Merov. III, 205; 'N. Arch.' XVIII, 35. XL, 176 sqq. et ea quae ipse dixi, ib. XXIX, 151 sq. 6) Ib. p. 152 sq. 7) SS. R. Merov. IV, 339 sq. 8) Supra p. 146. 9) Flosculi parvi e V. Germani decerpti in Vita II., Translatione, Miraculis Iohannis (Mabillon, Acta I, 633—636. 639—642) inveniuntur. 10) Cf. praefationem (AA. SS. Martii II, 56) cum Constantii epistula ad Censurium et prologo. 11) Cf. 'N. Arch.' l. l. p. 156 sq. 12) Ib. p. 153 sqq. Rudolfus codice classis B usus est. 13) De studiis ad V. Germani spectantibus egi 'N. Arch.' l. l. p. 101 sqq. 14) Cf. e. gr. Tillemont, 'Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique' XV, 1711, p. 7 sqq. et 833 sqq.; 'Histoire littéraire de la France' II, 1735, p. 256 sqq. et 543 sqq.; Lebeuf, 'Mémoires concernant l'histoire ecclésiastique et civile d'Auxerre' I, 1743, p. 22 sqq. 15) De ecclesiasticae Britonum Scotorumque historiae fontibus, 1851, p. 24 sqq. 16) 'Étude critique sur le texte de la vie latine de Sainte-Geneviève' ('Bibliothèque de l'École des Hautes Études' 48), 1881, p. LXX sqq. et p. 87. 17) 'Etude critique sur la vie de S. Germain d'Auxerre' ('Extrait du Bulletin du comité d'histoire et d'archéologie du diocèse de Paris I, Octobre 1883'), Parisiis 1884; idem, 'Supplément aux Acta sanctorum' II, Parisiis 1901—1912, p. 418—440, iterum de Germano egit neque vero quicquam profecit, ignorans ea quae interea de illo exposita erant. — Textum vulgatum interpolationibus refertum esse, monuerunt etiam B. Krusch, SS. R. Merov. I, 883; L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II[1], 427; A. Molinier, 'Les sources de l'histoire de France' I, 1901, p. 40. et 50.

celet b. m., cui potissimum e sociis Bollandianis Bibliotheca hagiographica Latina[1] originem debet, in enumerandis ibi Vitis Germani, quae partes Vitae interpolatae ad primigeniam referendae essent, inspectis codicibus, docuit, antequam ipse[2] terminos textus antiqui circumscripsi et auctoritatem eius examinavi, ut fundamenta novae editionis iacerem. Ad quam instituendam his codicibus uti mihi licuit:

A 1) Codex Turicensis bibliothecae urbanae C. 10. i, saec. X, olim passionarium maius Sangallense[3], fol. 131′—142′, inter Vitas numeris distinctas loco XLIIII. V. Germani continet, laterculo capitum in fronte collocato; epistula ad Censurium deest[4]. Textum manus alia ad codicem generis B 1. 2. 4. emendavit.

A 1a) Codex Rheno-Traiectensis n. 390 (Eccl. 23, antea 248 o et 288 m), saec. XV. in., olim pertinens ad Carthusienses prope Traiectum inferius ibique a. 1421. finitus, fol. 63′—71, et

A 1b) codex Bruxellensis n. 380—382 (Van den Gheyn n. 3137, vol. II), saec. XV, olim (fol. 1) liber monasterii Canonicorum Regularium Vallis sancti Martini in Lovanio, collatus eidem a fratribus Swollensibus in subsidium fundationis prime, fol. 137′—145, et

A 1c) codex Hagensis L. 29 (Weesp 14), a. 1461. in Weesp finitus, olim liber sororum Sancte Katerine Muden, fol. 76 — 81, et

A 1d) codex Berolinensis Ms. theol. Lat. Fol. 730, saec. XV (post a. 1473), olim (ad a. 1823) Leandri van Ess professoris quondam Marburgensis († 1847) n. 140, deinde Phillippsianus n. 568, dum a. 1911. bibliothecae Berolinensi venditus est[5], fol. 117′—125, et epistulis et prologo carent.

A 2) Codex Vindobonensis n. 420 (Salisb. 39)[6], saec. IX, olim capituli Salisburgensis, fol. 87′—98′, loco 19. V. Germani absque epistulis et prologo usque ad verba c. 27 (p. 271, 1) emendatione fruerentur continet, quaternione completo desinens. Lectiones nullius momenti manu alia illatas in universum sprevi.

A 2*) Codex Vindobonensis n. 336 (Hist. eccl. 5), saec. XIII. in., pars exemplaris cuiusdam legendarii magni Austriaci paulo post a. 1181. compositi, fol. 240′—241′, V. Germani c. 1—9. continet, folii 241′ et paginae proximae partibus vacuis relictis[7].

A 2a[1]) Codex Londiniensis inter Harleianos n. 2801, saec. XIII. in., volumen secundum legendarii Arnsteinensis coenobii (dioec. Trever.) in regione Nassoviensi siti, fol. 89′—94, epistula ad Censurium caret. Quocum et in hac re et in aliis maxime convenit

1) Vol. I, p. 515, n. 3453 (cf. II, p. 1354).

2) 'N. Arch.' l. l. p. 104 sqq. Post me de Vita Germani egerunt S. Baring-Gould, 'The Life of S. Germanus by Constantius' ('Y Cymmrodor' mVIII, Londinii 1904, p. 65 — 81), qui, de dissertatione mea nondum certior factus, et ipse epistulas Constantii contra obiectiones Schoellii defendit, de textu Vitae genuinae A 4* referens, cuius lectiones varias publici iuris fecit, et J. B. Bury, 'The Life of St. Patrick', 1905, p. 247 sq., denique S. Baring-Gould et J. Fisher, 'The Lives of the British saints' III, Londinii 1911, p. 52 sqq.

3) Cf. Krusch, SS. rer. Merov. IV, p. 763 sqq.; Ionae Vitae sanctorum p. 66.

4) Item codex Engelbergensis n. 2 (olim 1/4), saec. XII, fol. 15′—23, V. Germani genuinam continet, indice praefixo et epistula altera omissa; cf. B. Gottwald, Catalogus codicum mss. Engelbergensium, 1891, p. 5.

5) Cf. 'Mitteilungen aus der Königl. Bibliothek' II, Berolini 1914, p. 14 sqq.

6) Cf. G. Vielhaber, Analecta Bolland. XXVI, 33 sqq.; B. Krusch, 'N. Arch.' XXXIII, 15 sqq.

7) Item reliqua exemplaria legendarii Austriaci V. Germani c. 1—9. continent, scilicet codices Sanctae Crucis n. 12, saec. XII. ex., Zwettlensis n. 24. et Admuntensis n. 24, saec. XIII, Mellicensis M. 5, saec. XV, cum legendario Windbergensi affini, iam codici Monacensi n. 22244, saec. XII, 'non pauca excerpta' insint (cf. Analecta Bolland. XVII, 63. 116). Alia pars legendarii Austriaci V. Germani c. 1—10. 16 (contracta). 20. 22. 26/7 (contracta) complectitur, nimirum codices Zwettlensis n. 14. et Mellicensis M. 7 (ib. p. 83), ita ut hi universi partem Vitae, quam A 2 exhibet, non transgrediantur.

A 2a^2) codex Bruxellensis *n.* 98—100 *(Van den Gheyn n.* 3132, *vol. II), saec. XIII, item volumen alterum legendarii simillimi, fol.* 113′—118′. *Lectiones varias nonnullas attulerunt socii Bollandiani, Catalogus codicum hagiograph. Bruxell. I,* 1, 1886, *p.* 34.

A 2a^3) Codex Bonnensis *S.* 369 *(*226, *a), saec. XIV, fol.* 344′—353, *et*

A 2a^4) codex Duesseldorfensis *C* 10*b, saec. XV. a Thirico quodam exaratus (fol.* 384*), fol.* 372—384, *utraque epistula et prologo carent.*

A 3) Codex Carnotensis *n.* 507 *(*193*), saec. XI, olim (fol.* 5, *m. saec. XVIII)* ex bibliotheca capituli Carnotensis N°. 19 bis, *fol.* 239—250, *Vitam Germani absque epistulis continet; praecedit fol.* 238′. *sententia martyrologica:* II. Kl. Aug. Apud (Apub *cod.*) Ravennam Italiae civitatem transitus sancti Germani viri apostolici, doctoris aecclesiae mirabilis et omni sapientia adornati. *Particulas initio praetermissas c.* 9 *(p.* 256, 18*)* Quadam vice — *(p.* 257, 6*)* fetore discessit *prima, ut videtur, manus et c.* 45 *(p.* 282, 7*)* dum vigiliis *ad epilogum (p.* 283, 5*)* conscium secretorum me *alia manus suppleverunt, schedulis (fol.* 241. *et* 249*) insertis.*

A 3a) Codex Parisiensis *n.* 17002, *saec. X, olim Moissiacensis, deinde (a.* 1656*) Claudii Joly canonici Parisiensis, tum (a.* 1680*) ecclesiae S. Mariae ibidem sitae (n.* 97*), fol.* 33—34, *foliis amissis mutilus V. Germani inde a verbis c.* 33 *(p.* 275, 25*)* CCC hodie reddidisset *continet.*

A 3b) Codex Romanus *bibliothecae Vallicellianae G.* 98 *inter fragmenta codicum ab Antonio Gallonio Congregationis oratorii Romani presbytero saeculo XVII. collecta, e quibus folia* 10—24. *saec. XII/XIII. litteris perparvis exarata sunt, fol.* 16—17. *V. Germani absque epistulis continet; sed foliis pluribus inter* 16′. *et* 17. *amissis, pars maior deest, scilicet c.* 13 *(p.* 260, 2*)* in pelago — *c.* 43 *(p.* 281, 16*)* Sex vero. *Verba c.* 45 *(p.* 282, 7*)* dum vigiliis *ad epilogum (p.* 283, 5*)* conscium secretorum me, *quae in A* 3 *alia manus, schedula inserta, supplevit, in A* 3*b praetermissa sunt.*

A 4) Codex Londiniensis *musei Britannici Addit. n.* 17357, *saec. XIII. in Hispania a Fernando quodam monacho exaratus (nomen extat fol.* 37′*), fol.* 28′—36′. *Epistula Censurio inscripta epistulam ad Patientem praecedit aeque atque in*

A 4*) codice Parisiensi *'Nouv. acq. lat.' n.* 2178, *saec. XI, olim monasterii quod Silos vocatur Hispanici*[1], *fol.* 6′—16′*; cuius lectiones varias publici iuris fecit S.* Baring-Gould, *'The Life of S. Germanus by Constantius' (l. l. p.* 71—81*)*[2].

A 4a) Codex Romanus *Vaticanus Reginae Christinae Latinus n.* 140, *olim (fol.* 150′*)* Liber sancti Benedicti Floriacensis [ce]nobi[i], *in fronte fol.* 1^a—2′. *folium duplex saeculi IX. continet, quod, postea praefixum, duo fragmenta Vitae Germani complectitur, scilicet c.* 4 *(p.* 253, 4*)* trabicule dolatiles — *c.* 7 *(p.* 255, 7*)* qui fur[ti] *et c.* 15

1) *Cf. L. Delisle, 'Mélanges de paléographie',* 1880, *p.* 81 *sqq.; M. Férotin, 'Histoire de l'abbaye de Silos',* 1897, *p.* 272. 2) *Eiusdem generis esse videntur alii codices Hispanici, qui item ordinem epistularum invertunt, epistulam Censurii loco priore exhibentes, scilicet* Matritenses *bibliothecae nationalis inter codices Toletanos n.* 10, 25, *a.* 902. *ab Armentario quodam exaratus, fol.* 63′—80′ *(T), et academiae regalis historicae inter libros S. Aemiliani Cogollensis n.* 6 *(F* 177*), saec. X/XI, fol.* 29′—39 *(M* 1*), et n.* 7, *saec. XII/XIII, fol.* 63—69′ *(M* 2*), qui in ipsis primis verbis cum codice nostro A* 4 *a textu genuino recedunt; cf. epist. ad Cens.:* Prima mihi cura] Ne (Nec *A* 4) mihi (mici *T. M* 1) prima *(superscr. A* 4*)* cura *A* 4. *T. M* 1. 2 *(cf. G. Loewe et W. v. Hartel, Bibliotheca patrum Latinorum Hispaniensis I,* 1887, *p.* 266. 484. 491*). Codicem* Matritensem *bibl. nat. A* 76, *saec. IX, fol.* 12—12′ *(M* 3*), qui mutilus in verbis c.* 38 *(p.* 278, 14*):* cessit tamen *(ita etiam A* 4 *pro* tandem*)* misericordiae *incipit (ib. p.* 332*), eiusdem generis esse et e contentis codicis cum A* 4. 4* *comparati concludere licet et e verbo quod affertur epilogi ultimo* nimium] minimum *T. M* 1. 3.

(p. 262, 4) populi et — *c.* 17 *(p. 264, 9)* Madidus baptis[mate], *ita ut folium quod extat sine dubio secundum quaternionis fuerit, cum primum idemque exterius atque tertium et quartum interiora desiderentur:*



A 4b) Codex R o m a n u s *bibliothecae Vallicellianae tomus XXII, saec. XI. litteris Beneventanis quae dicuntur exaratus*[1], *olim (fol. 163′, m. saec. XIV)* Liber sancti Barthol(ome)i de Trisuldo *(hodie Trisulti, dioec. Alatri), fol.* 129′—135′, *epistulam Censurio inscriptam et c.* 1—16. *continet.*

A 5) Codex C a m e r a c e n s i s *n.* 864 *(767*[II]*), saec. XI, fol.* 220′—222′, *V. Germani c.* 1—9 *(praescr.* Incipit vita sanctisimi Germani episcopi*) et* 41—46 *(praescr.* Incipit transitus sancti Germani episcopi*) continet, reliquis omissis.*

A 6a) Codex P a r i s i e n s i s *n.* 12598, *saec. VIII. ex., olim Corbeiensis, deinde S. Germani a Pratis n.* 671, *postea* 1045, *fol.* 105′—107, *et*

A 6b) codex C a m e r a c e n s i s *n.* 855 *(759), saec. XIII. in., fol.* 72—72′, *frustula continent e V. Germani excerpta, quae e libro A 6a edidit Carolus* N a r b e y, *'Etude critique' (v. supra p.* 234, *n.* 17*) p.* 45—48, *et iterum in libro 'Supplément aux Acta sanctorum' II (cf. ib.), p.* 439—440, *scilicet*

c. 1. Igitur Germanus — occulto divinitatis *(p.* 251, 2—12*)*,
c. 2. Nam clerici — *c.* 3. septimo ponebatur *(p.* 252, 2—20*)*,
c. 4. O beatum Germanum — remuneratione donavit *(p.* 253, 13—15*)*,
c. 15. Ac deinde Germanus — populus contremiscit *(p.* 262, 5—9*)*,
c. 32. Erat autem — oratione superasti *(p.* 274, 15—20*)*,
c. 38. Germanus manum allevat — laude sublimat *(p.* 279, 5—9*)*,
c. 41. Quadam die — accepisse (acc. *om.*, parari *m. al. A 6b*) viaticum *(p.* 280, 7—10*)*,
c. 46. Alii viis (Aliqui, *om.* viis *A 6a*) praeruptis depositis — vivit (nituit *A 6a*) ad gloriam *(p.* 282, 14—18*)* domini nostri Iesu Christi, cui est honor et gloria in saecula saeculorum (Amen *add. A 6b*).

B 1) Codex M o n t e p e s s u l a n u s *H n.* 154, *saec. IX/X, olim* Codex Ms. bibliothecae Buherianae D. 20. MDCCXXI, *tres textus ad sanctos Autissiodorenses spectantes complectitur, scilicet*

fol. 1′—15. *V. Amatoris (AA. SS. Maii I,* 52—60*)*,
fol. 15—21′. *Revelationem Corcodomi (AA. SS. Iulii VII,* 206—210*)*,
fol. 22—37′. *V. Germani, omissis epistulis et prologo.*

B 1a) Codex R o m a n u s *Vaticanus Reginae Latinus n.* 541, *saec. XII. in Gallia scriptus, fol.* 123—128′, *item epistulis et prologo caret atque, folio deperdito, in c.* 46 *(p.* 282, 15*)* alii expen[sas] *desinit.*

B 1b) Codex L e i d e n s i s *n.* 1685, *saec. IX. in., ex uno folio constat, quod partem maiorem c.* 13: Itaque oceanum — clamore profunditur *(p.* 259, 13—260, 15*) complectitur.*

B 2) Codex B e r n e n s i s *n.* 48, *saec. XI, olim Floriacensis, fol.* 128′—137. *Epistula prior Patienti inscripta deest.*

B 3) Codex C o l o n i e n s i s *archivi urbani inter Wallrafianos n.* 163 *(olim VI,* 18*), saec. XII, olim* liber Sancti Iacobi in Leodio, *duplicem V. Germani continet,*

fol. 164—188. *opus Heirici (v. infra p.* 246*)*,
fol. 188′—195. *Vitam auctore Constantio, cui epistulae et prologus desunt.*

1) *Cf. E. A. Loew, 'The Beneventan script', Oxonii* 1914, *p.* 362.

B 4) Codex F l o r e n t i n u s *bibliothecae Laurentianae inter Ashburnhamianos n.* 38 *(*8 *et Paoli n.* 7*)*[1], *saec. IX, olim fortasse Floriacensis, fol.* 76'—81', *V. Germani c.* 1—10. *et* 41—46. *continet.*

B 4a) Codex V e n e t u s *bibliothecae Marcianae Latinus IX,* 27 *('Collocazione' n.* 2797; *Valentinelli XXI,* 118*), saec. XIII, olim basilicae S. Marci, unde a.* 1748. *in bibliothecam Marcianam translatus est, fol.* 117'—118', *V. Germani c.* 1—6 *in. (ad verba p.* 254, 2 conversatione servavit*) et c.* 41—42. *continet. Alteri parti codicis (fol.* 232 —330'*) saec. XIV/XV. exaratae fol.* 304—305. *narratio de Germano inest e Legenda Aurea c.* 107. *hausta (inc.* Germanus episcopus Antisiodorensis nobili genere, *des.* circa ann. Domini CCCCXXII*).*

B 5) Codex R o t o m a g e n s i s *n.* 1388 *(U.* 32*), saec. XII, olim e iudicio Bollandianorum Fiscamnensis*[2], *fol.* 81, *c.* 1—4 *(ad verba p.* 253, 13. traxisse martyrium*) continet, tribus lectionibus distinctis (praescr.* In natal. beati Germani*) enuntiatisque nonnullis praetermissis. Rationes cum aliis libris intercedentes ex his locis cognoscuntur:*

c. 3. Ex ea die] Ex ea vero die *A* 5. *B* 1. 2. 3. 4. 4*a*. 5;

ib. iudicetur] indicitur *B* 1*a*. 2 *(pr. m.).* 3. 4. 4*a*. 5. 6;

c. 4. ad summitatem marginis] ad (summ. *om.*) marginem (margines *B* 4*a*) *B* 1. 1*a*. 2 *(pr. m.).* 4*a*. 5. 6.

B 6) Codex P a r i s i e n s i s *n.* 16820, *saec. XII/XIII, olim S. Cornelii Compendiensis, fol.* 97' *sqq. duodecim lectiones continet e V. Germani exscriptas, scilicet c.* 1. 2 *(initium).* 3. 4 *(fine omisso).* 14. 28 *(pars prior).* 41—46, *quas publici iuris fecit Carolus* N a r b e y, *'Etude', p.* 37—45 *(= 'Supplément' II, p.* 436—439*), suppletas ex altero lectionario* P a r i s i e n s i *n.* 12601, *saec. XII, olim S. Germani a Pratis, fol.* 67', *ubi eadem fere in octo lectiones divisa inesse videntur, nisi quod in hoc libro c.* 1—6 *in. (ad verba p.* 254, 2. conversatione servavit*) integra leguntur. Textum, quem minus recte editor pro primigenio habuit, genuinum pro interpolato accipiens, classis B esse, ex his locis cognosci licet:*

c. 28. in eo] loco *add. B* 6 *cum A* 4. *B* 1. 1*a*. 2;

c. 41. Quadam die] Germanus igitur quadam die *B* 6 *cum B* 1. 1*a*. 2. 3. 4. 4*a et m. al. A* 1;

ib. profectionis] peregrinationis *B* 1. 1*a*. 3. 4. 4*a*. 6;

c. 43. praesumit] praesumpsit *B* 2. 3. 4. 6 *et m. al. B* 1; sumpsit *B* 1*a*;

ib. heredes] heres *B* 6 *cum B* 1. 1*a*. 2. 3. 4.

Praeterea e codicibus Vitae Germani plurimis[3], *qui in catalogis recensentur, Vitam primigeniam libros hos complecti constat, cum saepius, utrum haec an Vita interpolata in singulis codicibus extet, non indicetur:*

Bruxellensis bibliothecae regiae n. 9291 *(Van den Gheyn n.* 3224*), a.* 1480, *fol.* 180 —189'[4]; *codex bibliothecae Bollandianae n.* 347, *saec. XV, fol.* 39—40', *c.* 1—10. 12. 13. 16—22. 35—37. 41—46. *continet, plurimis omissis contractisve atque loco e Vita II. Lupi Trecensis inserto*[5];

Carnotenses n. 5 (16), *saec. IX, fol.* 96'—108'; *n.* 500 (190), *saec. XII, fol.* 135—139; *n.* 511 (473), *saec. XV, tom. I, fol.* 329—328 *bis (descriptus e cod. n.* 500*)*[6];

1) *Cf. Delisle, 'Notices et extraits des mss. de la Bibliothèque nationale' XXXII,* 1, 1886, *p.* 26; *C. Paoli, 'I codici Ashburnhamiani della R. Biblioteca Mediceo-Laurenziana di Firenze' ('Indici e cataloghi' VIII), vol. I,* 1887, *p.* 11; *Krusch, 'N. Arch.' XII,* 423. 2) *Analecta Bolland. XXIII,* 1904, *p.* 173. 3) *Praeter libros Vitae primigeniae supra descriptos et codices textus interpolati a me ipso inspectos, quorum p.* 244, *n.* 1, *mentionem feci, plus* 70 *codices Vitae Germani mihi comperti sunt, e quibus multi Vitam interpolatam continent, cum de pluribus non constet.* 4) *Catalogus codicum hagiogr. Bruxell. I,* 2, *p.* 320. 5) *Analecta Bolland. XXIV,* 450. 6) *Ib. VIII,*

Remensis n. 1403 *(antea* 1143, *prius* 781. 767*), saec. XIII, fol.* 326—329′[1];

Rotomagensis n. 1407 *(*O. 55*), saec. XII, fol.* 114—116′, *c.* 1—14 *in. et c.* 41—44. *continet*[2];

Treverensis bibliothecae urbanae Cat. mss. 1151, *Num. loc.* 455 *(antea n.* 964*), saec. XIII, legendarii S. Maximini vol. IV, fol.* 237—250[3];

Turonensis n. 1013, *saec. X/XI, fol.* 55′—64′, *c.* 1—11. 13. 14. 41—46. *complectitur*[4].

Codices in duas partes discedunt, quarum alteram libri A, alteram B occupant; cuius rationis loci haud pauci testes adsunt, e. gr.:

c. 8. spirituum] infestatione *add. B* 1. 1*a*. 2. 3 *et m. al. A* 1, *om. A* 1 *(pr. m.).* 2. $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4. 4*b*. 5 (factione *ante* spirit. *add. A* $2a^{(1).2.3.4}$);

c. 10. rogare] *ita A* 1. $2a^{1.3.4}$. 3. 4; roga(re *in ras.*) *A* $2a^{2}$; roga(vit *m. al. in ras.*) *A* 2; rogare tamen cepit *A* 4*b*; rogat *B* 1. 1*a*. 2. 3. 4;

c. 13. relegionis] *ita A* 2; religionis *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4*b*; religioni *A* 4; legionis *B* 1. 1*a*. 2. 3;

c. 14. devia fundebatur] *ita exeunte enuntiato rhythmice ('cursus velox') A* 1. 2. $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4. 4*b*; d. diffundebatur *B* 1. 1*a*. 2. 3;

c. 24. querebat] tradebat *B* 1. 1*a*. 2. 3 *et m. al. A* 1;

c. 26. Elafius] *ita B* 1. 3 *cum Beda;* Helafius *B* 2; Elasius *B* 1*a*; Elafus *A* 1. 2. $2a^{1.2.3.4}$. 3; Elaphus *A* 4;

c. 35. transisset] *ita A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4; tradidisset *A* 3*a*; transmisisset *B* 1. 1*a*. 2. 3;

c. 37. operum suorum] op. illius *B* 1. 1*a*. 2. 3 *et m. al. A* 1;

c. 40. Tibattonis] titubationis *B* 1. 2. 3; titubatione *B* 1*a*;

c. 43. heredes] heres *B* 1. 1*a*. 2. 3. 4,

ita ut multo saepius libri A lectionem genuinam servaverint, cum auctor exemplaris B textum haud semel lucidiorem reddiderit, particulis aliisve verbis singulis interpolatis:

c. 3. Ex ea die] Ex ea v e r o (namque *B* 1*a*) die *A* 5. *B* 1. 1*a*. 2. 3. 4. 4*a*;

c. 9. Erat familiare] Erat a u t e m fam. *B* 1. 1*a*. 2. 3. 4;

c. 23. Itaque Arelatum] It. s a n c t u s G e r m a n u s Ar. *B* 1. 1*a*. 2. 3;

ib. sitientem] tamen *add. B* 1. 1*a*. 2. 3;

ib. venerabilem sanctum] (que *add. B* 1*a*) pontificem *add. B* 1. 1*a*. 2. 3 *et m. al. ante* sanctum *A* 1;

c. 25. Severo episcopo totius sanctitatis] viro *add. B* 1. 1*a*. 2. 3 *et m. al. A* 1 *cum Beda;*

c. 41. Quadam die] G e r m a n u s i g i t u r qu. die *B* 1. 1*a*. 2. 3. 4. 4*a et m. al. A* 1;

c. 42. Regina] Placidia (placida *B* 1*a*) *add. B* 1. 1*a*. 2. 3. 4. 4*a*.

Codices aevi recentioris A 1*a. b. c. d mendis communibus permultis inter se coniuncti, velut:*

c. 1. iuris scientiam plenitudini perfectionis adiecit] de plenitudine proprie perf. adi. scienciam iuris *A* 1*a. b. c. d;*

c. 2. pro se paraverat] prius superaverat *A* 1*a. b. c. d;*

ib. mutatur ex omnibus. Deseritur mundi militia] ex omn. mundi copiis deser., milicia *A* 1*a. b. c. d*;

c. 3. aquis nimiis delebatur] aquis n. admixtis levigabatur (lenig. *A* 1*d*) *A* 1*a. b. c. d*;

c. 9. suscipitur. Incumbit sine m. or., congr. tota prosternitur] Incumbit — prostern. *om. A* 1*a. b. c. d*;

c. 23. Arari famulante devectus] vel Sagonna famulus Dei evectus *A* 1*a. b. c. d*;

87. 149. 194; *'Catalogue général des mss. des bibliothèques publ. de France, Départements' XI,* 2. 215. 243. 1) *Ib., 'Départ.' XXXIX, p.* 589. 2) *Analecta Bolland. XXIII,* 152. 3) *Cf. M. Keuffer et G. Kentenich, 'Verzeichnis der Hss. des historischen Archivs der Stadt Trier',* 1914, *p.* 224 *(n.* 422, *vol. III).* 4) *'Catalogue gén. des mss., Départ.' XXXVII,* 2, *p.* 726.

c. 23 *ex.* Qui venerabilem — sublimabat] *haec om. A* 1*a. b. c. d;*
c. 32 *ex.* iunctisque cum praedic. mir. et an. cur. et corpora] *haec om. A* 1*a. b. c. d, e libro si non ipso A* 1, *at simillimo pendent, cf. e. gr.:*

c. 1. perfectio litterarum] litt. *in marg. suppl. A* 1, *om. A* 1*a. b. c. d;*
ib. ornavit] adornavit *A* 1*a. b. c. d cum A* 1;
c. 6. frequentias populorum solitudinis] frequentes p. sollicitudines *A* 1*a. b. c. d et pr. m. A* 1;
c. 7. a provincialibus solidos] a principalibus s. *A* 1; s. principibus *A* 1*a. b. c. d;*
ib. omnia discutit] *om. A* 1*a. b. c. d et pr. m. A* 1;
c. 10. succederet] succ. loco *A* 1; successerit loco (remaneat *add. A* 1*d*) *A* 1*a. b. c. d;*
ib. alta iam nocte] *corr. ex* acta i. n. *A* 1; i. n. acta *A* 1*a. b. c. d;*
c. 14. tonitribus] nitoribus *A* 1*a. b. c. d cum A* 1;
c. 16. consistere firmis vestigiis] c. f. gressibus (f. gr. c. *A* 1*a. b. c. d*) *A* 1. 1*a. b. c. d;*
c. 20. Quod cum ab omnibus videretur] Quod (cum *in marg. add. A* 1) novum omn. vid. (videbatur *A* 1*a. b. c. d*) *A* 1. 1*a. b. c. d;*

sed textus nullius momenti est, cum non solum ad librum quendam A 4 *similem immutatus sit:*

c. 1. institutus] eruditus *A* 1*a. b. c. d cum A* 4. 4*b;*
c. 16. martyrem, acturi Deo per ipsum gratias, petierunt] martyrem petierunt, auctori Deo per i. (Deo auct., *om.* per i. *A* 1*a. b. c. d*) gr. referentes (*ita A* 1*d*. 4. 4*b*; reddentes *A* 1*a. b. c*) *A* 1*a. b. c. d*. 4. 4*b;*
c. 20. arripuit] eripuit *A* 1*a. b. c. d cum A* 3. 4,

sed etiam lectiones generis A 2^*:

c. 1. ad honorum praesumpsit insignia] ad honoris pr. i. *A* 1*a. b. c. d cum A* 2. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$;
c. 4. defecata] deificata *A* 1*a. b. c. d*. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$; deficata *A* 2;
c. 7. prodiretur ad missam] prodiret ad missam *A* 1*a. b. c. d*. 2^*,

neque minus classis B ei illatae sint:

c. 26. Elafius] *ita B* 1. 3; Helafius *A* 1*a cum B* 2; Elasius *B* 1*a*; Helasius *A* 1*b. c. d;*
c. 28. Gochari] Eochari *A* 1*a. b. c. d cum B* 1. 2. 6; Eothari *B* 1*a;*
c. 40. Tibattonis] titubat(c)ionis *A* 1*a. b. c. d cum B* 1. 2. 3;
c. 44. instruit imperator] instrui imperatur *A* 1*a. b. c. d. B* 1 *(pr. m.)*. 1*a*. 3;
ib. informatur] reformatur *A* 1*a. b. c. d cum B* 3,

unde hos libros contaminatos inutilesque, e quibus A 1*b. c. d artius inter se coniuncti sunt:*

c. 41. sermo — confertur] sermo — profertur *A* 1*b. c. d;*
epil. a te, lector] *ita A* 1*b. c. d cum plerisque;* a delicto (delictis *A* $2a^4$) *A* 1*a cum A* 1. $2a^{1.2.3.4}$,

omnino neglexi lectionesque iam commemoratas afferre satis habui.

Codices A 2. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$ *ad exemplar A* 1 *simile referendos esse, e plurimis locis efficitur, e. gr.:*

c. 10. terrifica] *om. A* 1 *(pr. m.)*. 2. $2a^{1.2.3.4}$;
c. 13. Christo duce et auctore] *haec om. A* 1 *(pr. m.)*. 2. $2a^{1.2.3.4}$;
c. 16. aliquamdiu] aliquando *A* 1 *(pr. m.)*. 2. $2a^{1.2.3.4}$;
c. 33. Nihil mihi prius] Mihi ni(c)hil melius est *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$;
ib. totum] *ita A* 1. $2a^{1.2.3.4}$; quod dixeram *add. A* 3. 4; quod dedi *add. B* 1. 2. 3;
epil. divina virtus] virtus *om. A* 1 *(pr. m.)*. $2a^{1.2.3.4}$,

neque vero loci desunt, quibus libri A 2 *cum aliis codicibus A faciunt, libro A* 1 *ad partes B in deterius aut melius recedente:*

c. 2. bellum] *ita A* 2. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$ *cum A* 3. 3*b*. 4. 4^*. 5 *(ubi* bellum *deest)*. 6*a. b;* civile (civili *B* 4) *add. A* 1. *B* 1. 1*a*. 2. 3. 4. 4*a;*

c. 11. esse iam tempus] *ita* A 2. $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4; iam t. esse A 1 *cum* B;

c. 13. Ibi] *ita* A 2. $2a^{1.2.3}$. 3. 4. 4^* *cum Beda;* Ibi namque A $2a^4$; Ibique A 1 *cum* B;

c. 16. globos flammantis incendii incolome] *ita* A 1. 4a *cum rell.;* gl. flagrantes (flagrantis A 4. 4^*) incendii incol. (incol. incendii A 2. $2a^{1.2.3.4}$) A 2. $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4. 4^*. 4b;

c. 17. maxima devoti exercitus multitudo] *ita* A 3. 4a; devotio A 2. 4^*; devotione A $2a^{1.2.3.4}$. 4; dev. *om.* A 1 *cum* B;

c. 19. contentus] *ita* A 2. $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4; contestatur A 1. B 1. 3; *om.* B 2;

c. 20. commoremur] *ita* A $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4. 4^*; commonemur A 2; remoremur A 1 *cum* B;

ib. nudo tibi] *ita* A 1. $2a^{2.3.4}$ *cum* B; vivido tibi A 2; uuido *(sic)* tibi et nudo A 3; video tibi A 4;

c. 26. crurae] *ita* B 1; cruris A 1. B 2. 3; surae A 2. 3; sui A 4; *om.* A $2a^{1.2.3.4}$;

c. 27. stupore miraculi] *ita* A 1. B 1. 2. 3; ad(m)mirat(c)ione mir. A 2. $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4. 4^*,

atque vel loci pauci adsunt, quibus libri A 2 soli lectiones genuinas servasse videntur (cf. inprimis p. 255, *l.* 3: post pridie *et l.* 7: pati consueverant*).*

In universum autem codices A 2 textum magis depravatum exhibent, atque ipse liber A 2 antiquus vitiis multis affectus est, verbis haud semel minus recte distinctis signisque non intellectis[1] *aliisque mendis illatis, quae a patre communi et codex A 2 et reliqua propago acceperunt, e quibus saepius A 2 mendum intactum servat, libri A 2a idem corrigere conantur, e. gr.:*

c. 1. divitiis] ornatam (ornauta *pr. m.* A 2) *add.* A 2. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$;

c. 5. manibus suis] manus suas *corr.* manu sua A 2, *et ita* A 2^*. $2a^{1.2.3.4}$;

c. 7. tradidisset] commendasset A 2. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$;

c. 9. aemulantes] immolantes A 2. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$;

c. 13. ad itineris ministeria vertuntur] ad renenis (*m. al. corr.* serenitatis A 2; serenum A $2a^{1.2.3.4}$) min. vert. (vertunt A $2a^{1.2.3.4}$) A 2. $2a^{1.2.3.4}$;

c. 15. sinibus] senibus *pr. m.* A 2; genibus A $2a^{1.2.3.4}$ *et m. al.* A 2;

c. 17. madidus] *corr. e* madibus A 2; lampadibus A $2a^{1.2.3.4}$;

c. 23. relevat vel vidisse] rel. verum vid. A 2; rel. Verum nec tantum (tamen A $2a^2$) iuvat vid. A $2a^{1.2.3.4}$.

Liber A 2^* *quam maxime ad A 2 accedit:*

c. 1. oppidi] oppido A 2. 2^*;

c. 2. quam consensus] quę (q̄ A 2^*) consensu (*m. al. corr.* consensum A 2) A 2. 2^*,

neque vero ex ipso descriptus videtur esse, sed e simillimo:

c. 1. ne quid perfectionis] *ita* A 2^*. $2a^{1.2.3.4}$ *cum rell.;* ne quid persecutionis A 2;

c. 7. totam urbem] urbem *om.* A 2 *(non* A 2^**);* t. civitatem A $2a^{1.2.3.4}$;

itemque codices A $2a^{1.2.3.4}$*, qui in partes A* $2a^{1.2}$ *et A* $2a^{3.4}$ *digrediuntur, ad exemplar simile redeunt, cui tamen pars posterior Vitae in A 2 omissa inerat, sed menda multo plura illata erant, velut*

c. 2. vinceretur] indiceretur A $2a^{1.2.3.4}$ *(non* A 2. 2^**);*

c. 6. Icauna] Cauna A $2a^{1.2.3.4}$ *(non* A 2. 2^**);*

c. 16. acturi Deo per ipsum gratias] orandi gratia A $2a^{1.2.3.4}$ *(non* A 2*).*

Ut codices A 1. 2 artiore vinculo conexos esse supra dixi, ita libri A 3. 4 vitiis communibus depravati sunt, etsi ipse A 3 et fragmentum A 4a vetustum hic illic in melius digrediuntur:

c. 9. ut cum aliqua corporis debilitate] ut non (non ut A 4^*) cum al. corp. deb. (deb. corp. A 4) A 3. 4. 4^* (*deficit* A 4a);

1) *Locis nonnullis* verum *pro* vel *scriptum est.*

c. 10. alta iam nocte] ad alta iam nocte (altam i. noctem *A* $2a^{1.2.3.4}$) *A* 2. $2a^{1.2.3.4}$; adulta i. n. *A* 3; ad mediam iam (iam ad m. *A* 4*b*) noctem *A* 4. 4^*. 4*b*;

ib. ob hoc] ob id *A* 3. 4. 4^*;

c. 15. lumine veritatis] lum. virtutis *A* 3. 4 *(non A 4a)*;

c. 28. fidelissimam] fidissimam *A* 3. 4;

c. 33. totum] quod dixeram *add.* *A* 3. 4. 4^*;

c. 36. tribuerat] tribuebat *A* 3. 3*a*. 4;

ib. humanae crudelitatis] hum. *om.* *A* 3. 3*a*. 4. 4^*;

c. 38. Fidei arma] Fideique arma *A* 3. 3*a*. 4 *cum V. Eptadii c.* 17;

c. 45. precaria] precario *A* 3. 3*a*; precando *A* 4,

ita ut ramus Gallicus, e quo Gallici (A 3. 3a. 4a) creverunt, etiam surculos Hispanicum (A 4. 4^*) et Italicum (A 4b) protulerit.

Necessitudinem A 3. 3a etiam locus testatur

c. 41. peregrinationem] peregrinam *(m. al. corr.* peregrinandum*)* *A* 3; peregrina *A* 3*a*, *atque A 3b cum A 3 non solum in prologo quam maxime convenit et eadem lacuna (a c. 45. ad epilogum) uterque deformatus est, quam non nisi manus alia in A 3 supplevit, sed etiam in minoribus saepius congruunt:*

c. 1. naturae et industriae] natura et industria *A* 3. 3*b*;

c. 2. addictus] *om.* *A* 3. 3*b*;

ib. conversationis] conversionis *A* 3. 3*b*;

c. 44. instruunt] instituunt *A* 3. 3*b*.

Tamen codici A 3b etiam lectiones generis B 2 illatae sunt, velut

c. 3. Breviter] tamen *add.* *A* 3*b*. *B* 2;

ib. tabe] *om.* *A* 3*b*. *B* 2;

c. 9. Contigit] autem *add.* *A* 3*b*. *B* 2.

Codices A 4 ab eodem exemplari originem ducentes:

c. 1. In quo actu dum] Ac tum (actu *A* 4^*; Hac tum *A* 4*b*) demum *A* 4. 4^*. 4*b* *(deficit A 4a)*;

c. 7. post pridie] postero (postera *A* 4*a* *et pr. m.* *A* 4*b*) die *A* 4. 4^*. 4*a*. *b*;

ib. produci — egreditur praemissaque — prosternitur] praem. — prostern., produci — egred. *ordinem invertunt* *A* 4. 4^*. 4*b* *(deficit A 4a)*;

c. 12. eroes] auctores *A* 4. 4^*. 4*b* *(deest A 4a)*,

discedunt in fragmentum A 4a vetustius idemque melius et libros A 4. 4^*. 4b magis adulteratos:

c. 15. sectarentur] ut eis prestaretur orabant *A* 4. 4^*. 4*b* *(non A 4a)*;

c. 16. martyrem, acturi Deo per ipsum gratias, petierunt] m., auctori Deo per i. gr. acturi, pet. *A* 4*a*; mart. pet., auctori Deo per i. gr. referentes *A* 4. 4^*. 4*b*,

e quibus libri A 4. 4^* Hispanici quam maxime inter se conveniunt:

c. 13. causam relegionis obponit] causa relig. opponit *A* 4*b*; causa legionis opponitur *A* 4. 4^*;

Haec autem familia textum aliquatenus mixtum exhibet, in quo et lectiones A 2 deprehendantur:

c. 16. temptaverat turba] turba tempt. *A* 2. $2a^{1.2.3.4}$. 4 *(non A 4a; de A 4^* non constat)*;

c. 19. daemones] d(a)emonia *A* 2. $2a^{1.2.3.4}$. 4. 4^*;

c. 20. dies pluvius] dies tempestatibus (turbatus *add.* *A* $2a^{1.2.3.4}$) *A* 2. $2a^{1.2.3.4}$; dies tempestibus (tempestivus *A* 4) claudebatur *A* 4. 4^*,

et nonnullae lectiones classis B:

c. 6. in conspectu oppidi] in consp. Autis(s)iodo(e)rensis (Authysioder. *A* 4*a*; Altysidior. *A* 4*b*) oppidi *A* 4. 4*a*. *b* *cum A 3b (et ipso ex B interpolato) et* *B* 1. 1*a*. 2. 3. 4 *et m. al.* *A* 1;

c. 34. Praecedebat] enim *add.* *A* 4. (4^*). *B* 1. 1*a*. 2. 3 *(non* *A* 3. 3*a)*;
c. 46. sibi] etiam *add.* *A* 4. (4^*). *B* 1. 2. 3. 4 *et m. al.* *A* 1 *(non* *A* 3. 3*a)*.

Textus *A* 5, *qui lectiones exhibet et* *A* 2 *communes:*

c. 4. Indumentum] Dehinc indum. *A* 5 *cum* *A* 2. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$;
ib. si qui] forte *add.* *A* 2. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$. 4*a*. 5;
c. 7. post pridie] *ita* (pridiem *A* 2) *A* 2. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$; post tridie *A* 5; *alii aliter:*
ib. prodiretur] procederet (ro *in ras.* *A* 5) *A* 2. $2a^{1.2.3.4}$. 5; prodiret *A* 2^*,

et paucas *A* 4*:*

c. 8. admissu] inmissum *A* 3*b*. 4. 4*b*; missu *corr.* inmissu *A* 3, *et ita* *A* 5; inmisso *A* 4^*;
c. 42. ut gleba corporis sui patriae redderetur] terr(a)e *post* sui *add.* *A* 3. 4; ut glebae p. corpus suum t e r r e mandandum redd. *A* 5;
c. 45. loci eius] l. illius *A* 4. 4^*. 5,

mendis interpolationibusque peculiaribus nimis misere depravatus est, e. gr.:

c. 1. post auditoria Gallicana] ut posset aud. obtinere Gall. *A* 5;
c. 2. ex coniuge] soror adquiritur *add.* *A* 5;
c. 7. ad pogium, evocat aestuantem] ad eum et voce tonante *A* 5;
c. 9. qua solebat gratulatione] consuetudine qua s. gratulatorie *A* 5;
c. 42. turbatur] commota est *A* 5.

Denique frustula *A* 6*a*. *b* *ob aetatem libri* *A* 6*a* *venerabilia e corruptelis iisdem laborant:*

c. 1. togae] tot *A* 6*a*. *b*;
ib. ducatus culmen et regimen] educatus (ad *superscr.* *A* 6*b*) c. regiminis *A* 6*a*. *b*;
c. 2. Deseritur mundi militia, caelestis adsumitur] Deserit mundum, mil. c. ads. *A* 6*a*. *b*;
c. 3. vel nativitatis dominicae potiones] *haec om.* *A* 6*a*. *b*,

et quadam necessitate cum *A* 4 *coniuncta esse videntur:*

c. 1. Atque ut] (Atque *om.*) ut (que *add.* *A* 2. 3. 3*b*. 4) *A* 3 *(pr. m.)*. 3*b*. 4. 6*a*. *b* *et m. al.* *A* 2; ut *om.* *A* 2 *(pr. m.)*. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$. 4*b*;
c. 15. cum sanctorum reliquiis (reliquias *pr. m.* *A* 2)] (cum *om.*) s. reliquias continentem (cont. *om.* *A* 6*b*) *A* 4. 4^*. 6*a*. *b* *(non* *A* 4*a)*.

E codicibus alterius generis *B* *hic illic* *B* 3 *contra reliquos facit, e. gr.:*

c. 13. oceanum mare — conscenditur] *ita recte* *B* 3 *cum* *A* *(cf.* c. 25*)*; oc. m. — conscendunt (concendunt *A* 3*b*; conscedunt *B* 1*a*) *A* 3*b*. *B* 1. 1*a*. *b*. 2;
c. 23. Lugdunensem urbem] Lugdunensium urbem *B* 1. 1*a*. 2;
c. 28. Vixdum domum] dum *om.* *B* 1. 1*a*. 2;
ib. Gochari] Eochari *B* 1. 2; Eothari *B* 1*a*;
c. 30. in hodiernum diem] usque in h. d. *B* 1. 1*a*. 2 *et m. al.* *A* 1.

Quod autem his locis *B* 3 *praestat alibi saepius adulteratus, id minus ad patrem* *B* *communem referendum esse crediderim; sed textus, e quo* *B* 3 *pendet, ad exemplar quoddam* *A* 2*a* *immutatus videtur esse, nisi statuas vice versa textum* *A* 2*a* *subesse passim ad codicem classis* *B* *correctum:*

c. 7. furti auctor] a. f. *A*. 2. 2^*. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3;
c. 16. palustri] paleastri *B* 3; palestra *A* $2a^{1.2.3.4}$; palustria *pr. m.* *A* 2;
c. 17. emensa] emissa *A* 2. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3;
c. 28. legatio Armoricani] (leg. *om.*) Armonicani (Armonicam *A* $2a^{1.2.4}$. *B* 3) *A* $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3;
ib. rex exercitusque] rex *om.* *A* 1 *(pr. m.)*. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3;
c. 29. de virtute] de virtutibus *A* $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3;
ib. deinceps usus — permansit. Deinde] usus — Deinde *om.* *A* 1 *(pr. m.)*. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3;
c. 30. ubicumque] *om.* *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3.

Liber B 1*a aliquatenus ad B* 1 *accedit:*

c. 17. parare temptaret] t. p. *B* 1. 1*a*,

sed exemplar, e quo pendet, ad alterum codicem emendatum esse ex hoc loco colligendum est:

c. 14. cognitionisque] *ita A* 1. 2. 4. 4*b*; cognitionesque *A* 3; cogitationesque *B* 3; contentionesque *corr.* contentionisque *B* 1, *et ita B* 2; Cognitionesque et contentiones *B* 1*a*.

Quae cum ita sint, lectiones varias omnes librorum A 1. 2. 3. 4. *B* 1 *et fragmentorum antiquorum A* 3*a*. 4*a*. *B* 1*b adnotare satis habui, etsi lituras lapsusque nonnullos levissimos codicum recentiorum A* 3. 4 *suppressi; deinde B* 2. 3 *adhibui, omissis discrepantiis peculiaribus. Aliis codicibus, ubi visum est, usus sum, atque plenam lectionem A* 2*a*[1. 2] *in epistula priore prologoque, A* 4*b in epistula altera, A* 3*b item in prologo attuli, parte subsidiorum deficiente, ita ut etiam Vitam secundam, de qua infra egi, cum utraque epistula contulerim. In rebus orthographicis in universum libros vetustiores secutus sum, quamquam in admittendis barbarismis cautus fui, codicibus adeo ab aetate auctoris remotis. Capita ipse ad sensum distinxi, libris manuscriptis discrepantibus neque numeros exhibentibus nisi A* 1 *(*32*) et B* 1 *(*26*) et quater B* 2 *(*19. 20. 25. 28, *infra c.* 27. 28. 33. 36*), quos suis locis commemoravi. Codices universos ipse aut contuli aut examinavi, nisi quod specimen libri B* 4 *postea etiam a me tractati iam antea v. c. G. Karo illius temporis collega, iam Atheniensis, officiosissime exscripserat.*

Boninus M o m b r i t i u s, Sanctuarium I, Mediolani (ante a. 1480*), fol.* 319—325, *primus idemque adhuc unus Vitam Germani primigeniam e codice A* 1 *simili, etsi lectionibus nonnullis diversi generis affecto, publici iuris fecit, sed mendis satis multis foedatam, epistulis et prologo et epilogo omissis atque narratiuncula de asino a Germano in vitam revocato post c.* 39. *interpolata; codici a Mombritio adhibito aeque atque A* 1 *epistulam ad Patientem non defuisse, e praescriptione colligere licet, quam editor textui praemisit:* Constantius ad Patientem episcopum de vita sancti Germani episcopi Antisiodorensis. *Textus Mombritii iterum prodiit in nova editione Sanctuarii, quam curaverunt duo monachi Solesmenses, vol. I, Parisiis* 1910, *p.* 572—583 *(cf. p.* 678 *sq.).*

Post aevum Constantii plura de Germano litteris mandata sunt fabulosa; e quibus nonnulla auctori cuidam comperta erant, qui aevo Carolingico ex aliis fontibus opusculum primigenium supplere conatus est, cuius codex classis B ei praesto erat. Germani igitur V i t a m II. ita composuit[1], *ut textum genuinum una cum utraque*

1) *De Vita II. Germani egi l. l. p.* 157 *sqq. Inspexi codices A l e n t i o n e n s e m n.* 21, *saec. XII, fol.* 25′—47′; *B r u x e l l e n s e m n.* 7487—91 *(Van den Gheyn n.* 3182*), saec. XIII, fol.* 97—108′ *(epistula ad Censurium, prologus, nonnulla alia desunt); C a m e r a c e n s e m n.* 816 *(*721*), saec. XV, fol.* 237—254′ *(Conversio Mamertini et in ipsa Vita et iterum fol.* 254′—259. *legitur); C a n t a b r i g i e n s e m bibliothecae universitatis Add. n.* 4458, *saec. XII, fol.* 1—22 *(ubi fol.* 22—24′. *Miracula Germani auctore Heirico I,* 1. 3. 4. 54. 2. 7, *AA. SS. Iulii VII, p.* 256/7. 272. 257/8, *§* 7. 8. 10. 11. 80—82. 9. 15, *subiuncta sunt); F l o r e n t i n u m bibliothecae Laurentianae Aedilium n.* 134, *saec. XII/XIII, fol.* 102′—107′ *(epistulae aliaque plura desunt, Heirici Miraculis §* 80—82. *interpolatis); L i n c o l n i e n s e m bibliothecae cathedralis B.* 1. 16, *saec. XII, fol.* 78′—90 *(epistulae et prologus desunt); L o n d i n i e n s e s musei Britannici inter Cottonianos Tiberius D. IV, saec. XII, fol.* 69′—80′ *(eadem desunt); Harleianum n.* 4699, *saec. XIII, fol.* 58—75 *(§* 21 *ex.* — 31. *desunt); Egertonianum n.* 2656, *saec. XII/XIII, fol.* 139′—163 *(eadem desunt); Addit. n.* 9959, *saec. XI/XII, fol.* 149—173′ *(fine mutilum; eadem desunt); M o n a c e n s e m n.* 19164 *(Tegernsee n.* 1164*),*

epistula verbo tenus iteraverit, additamentis compluribus iisdemque partim amplis intrusis. Inseruit autem praeter considerationes quasdam pias (§ 66) narrationes haustas e Vita Amatoris auct. Stephano (§ 2 — 8)[1], *Vita I. Genovefae (§ 42 — 44. 60), Bedae Historia ecclesiastica gentis Anglorum (§ 49. 60), Gregorii Turonensis libro de virtutibus S. Iuliani (§ 58), Vita I. Cassiani (§ 64); denique libellum de revelatione Corcodomi et conversione Mamertini integram recepit (§ 18 — 37), brevi prologo praemisso (§ 17), ita ut Vita genuina non tam immutata sit quam additamentis notae deterioris obruta.*

Vita haec interpolata brevi post saeculum IX. medium iam extabat, cum Heiricus monachus S. Germani Autissiodorensis clarissimus ante a. 875. eandem et in Vita Germani metrica totam versibus tradidit et in Miraculis eiusdem [2] *componendis adhibuit, quam eodem fere tempore (872/79) etiam auctores Gestorum pontificum Autissiodorensium c. 7. una cum Heirici Miraculis aliisque operibus exscripserunt* [3]. *Epitomen Vincentius Bellovacensis Speculo Historiali XXI (XX), 4 — 15, inseruit, suppletam ex Heirici Miraculis I, § 7. 8. 10. 11. 28 — 30. 80 — 82 (c. 10. 11. 15) et Vitis Cassiani (c. 12) et Amatoris (c. 6), neque narratio de asino resuscitato deest contracta (c. 14), quam apud Mombritium Vitae primigeniae insertam esse p. 244. monui, atque Conversio Mamertini paulo post gesta Germani (c. 17) refertur* [4].

saec. XII, fol. 117—141 *(epistulae et prologus et praeter § 21 ex. — 31. etiam § 18. desunt, atque pars prior § 61. inter § 37. et 38. posita est); M o n t e p e s s u l a n u m H. n. 1, vol. IV, saec. XIII in., fol.* 86 — 96; *N a m u r c e n s e m bibliothecae urbanae n. 53, saec. XII, fol.* 256′— 265′ *(§ 18, 21 ex. — 31, 36 ex., 53 — 55. in., pars prior § 61, denique § 62. desunt, atque Vita inde a § 64. mutila est et in § 68. desinit, et parte folii 265. et sequentibus excisis; de epistula post prologum posita cf. infra p. 250; cf. Analecta Bollandiana I,* 519 *sq.); R o m a n o s bibliothecae Casanatensis (Minervae) n.* 719 *(B. I. 4), saec. XI, fol.* 58′ — 67′, *et bibliothecae Vaticanae Reginae Lat. n.* 539 (13), *saec. XIII, fol.* 165 — 179 *(Conversio Mamertini fol.* 179—183. *post Vitam posita est), et n.* 589, *saec. XI, fol.* 94 — 116′ *(Conversio et in ipsa Vita et iterum fol.* 116′—120. *legitur); S a n c t i A u d o m a r i n.* 715, *saec. XII, vol. IV, fol.* 32′— 49, *et n.* 716, *saec. XIII. in., vol. VI, fol.* 1—12′; *T u r i c e n s e m bibliothecae cantonalis n.* 5, *saec. XII, p.* 221— 235 *(epistulae et prologus et § 21. ex. —* 31. *desunt, itemque alia et media et extrema desiderantur, foliis deperditis). Vitae in codicibus Alentionensi (= L), Cantabrigiensi (= C), Egertoniano (= E), Montepessulano (= M), Namurcensi (= N), Romanis (= R 1. 2. 3), Sancti Audomari n. 715 (= A 1) et n. 716 (= A 2) haec praescripta sunt*: (Incipit *add. L. C. M. N. R* 3) Epistola Constantii p r e s b y t e r i (pr. *om. A* 1. *N*) ad sanctum (s. *om. A* 1. *N*) Patientem Lugdunensem episcopum (archiepiscopum Lugd. *C. M. N;* Lugdunensium antistitem *L, ubi sequentia desunt*) de vita sancti (ac beatissimi *add. E. R* 2) Germani Autis(s)iodorensis episcopi (ep. Aut. *A* 1. 2; Aut. *om. R* 1; et confessoris *add. C. E. M. R* 1; admirabilis et apostolici viri *add. R* 3).

1) *Numeri sunt editionis Boschianae; quibus locis singula additamenta inserta sint, infra ad textum Vitae primigeniae adnotavi.*

2) *AA. SS. Iulii VII,* 255 *sqq.; Duru l. l. II,* 114 *sqq.; cf. inprimis Miracula I, §* 23 — 27. *II, §* 118, *quae tamen etiam e Vita primigenia hausta esse possunt. Cf. 'N. Arch.' XXIX,* 163.

3) *Duru l. l. I,* 315 *sqq. Cf. 'N. Arch.' l. l. p.* 164 *sqq.*

4) *Epitome, quam Iacobus a Varagine in Legendam Auream c.* 107 *(ed. Th. Graesse*[3], 1890, *p.* 448 — 451*) recepit, tota fere e Vincentio hausta est, additis et paucis e Vita II. Lupi Trecensis (AA. SS. Iulii VII,* 79*) et miraculo de daemonibus ('bonis illis mulieribus, quae de nocte incedunt'), qui hominum personas induissent, post cenam noctu mensa altera potituri, a Germano cognitis (seorsum ed. Boschius, ib. p.* 287, *§* 1*); ipsa Vita*

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis IV, Coloniae Agrippinae 1573, p. 405—427, primus Vitam II. Germani publici iuris fecit[1]; quam

Petrus Boschius, Acta sanctorum Iulii VII, Antverpiae 1731, p. 200—220, pluribus codicibus adhibitis denuo recensuit, Vita primigenia quasi 'misere truncata' reiecta[2].

L. M. Duru, 'Bibliothèque historique de l'Yonne' I, Autissiodori et Parisiis 1850, p. 47—89, editionem Boschianam iteravit, quamquam inter codices, quos p. 90—96. enumeravit, etiam textus genuinus inveniri poterat.

Aunacharius episcopus Autissiodorensis (c. a. 580), ut supra dixi[3], Stephanum presbyterum rogaverat, ut et Vitam Germani prosaicam 'in versuum qualitatem' verteret et Vitam Amatoris praedecessoris ipse 'prosaica modulatione' componeret[4]; cum autem Vita Amatoris adhuc extet[5], opusculi metrici a Stephano compositi ne vestigium quidem superest atque, num umquam munus iniunctum executus sit, dubitari potest. Epistulam autem, qua episcopus eum ad laborem suscipiendum adhortatus erat[4], cum responso Stephani Lotharius Caroli Calvi regis filius puerulus, monachorum S. Germani Autissiodorensium et discipulus et abbas (864—865), librum quendam perscrutatus repperit, Vitamque sancti metricam non adesse dolens, Heiricum monachum postea clarissimum[6], qui a. 841. natus 'tum recens scholis emerserat', ut novum opus pro desiderato cuderet, rogavit. Qui protinus rem aggressus est neque, Lothario brevi post praematura morte sublato (865, Dec. 14), prius destitit, quam opus a. 873. perfectum una cum duobus libris Miraculorum eiusdem sancti[7] a. 873/75.[8] Carolo regi defuncti patri quasi 'intestatae prolis heredi proximo' dedicavit. Vita libros sex versibus hexametris compositos complectitur, quibus praefationes variis metrorum generibus scriptae praemissae sunt, utque ad studia illius aevi auctorisque doctissimi cognoscenda haud exigui momenti est, ita ad historiam Germani non facit, cum Heirici carmen totum e Vita II. (interpolata) pendeat, et textum primigenium et additamenta[9] amplectens. Vitam hanc metricam post alios[10] edidit Ludowicus Traube, MG. Poetae Latini aevi Carolini III, Berolini 1896, p. 428—517.

W. Levison.

Germani Iacobus usus esse non videtur atque etiam de Mamertino c. 129 (p. 580—582) e Vincentio l. l. c. 17—19. rettulit. 1) Particulas e Surio exscriptas iteraverunt Andreas du Chesne, Historiae Francorum scriptores coaetanei I, Lutetiae Parisiorum 1636, p. 520; Iohannes Philippus Vorburgicus, vulgo a Vorburg, Historiarum volumen quintum, Hanoviae 1654, p. 34—39. 141; A. W. Haddan et W. Stubbs, 'Councils and Ecclesiastical Documents' I, Oxonii 1869, p. 5. 16—19. 2) E Boschio excerpta deprompserunt Martinus Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France' I, Parisiis 1738, p. 642 sq., et Hyacinthus Morice, 'Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne' I, Parisiis 1742, col. 179 sq. Epistulas Patienti et Censurio inscriptas iteravit C. Narbey, 'Etude' p. 35. 36 (= 'Supplément' II, p. 435. 436). 3) Supra p. 232, l. 34. 4) MG. Poetae III, 430; Epist. III, 447. 5) Cf. supra p. 233, n. 1. 6) De quo cf. Traube, MG. Poetae III, 421 sqq.; Wattenbach, 'Geschichtsquellen' I[7], p. 332 sq.; M. Manitius, 'Geschichte der Lateinischen Literatur des Mittelalters' I, 1911, p. 499 sqq. 7) Cf. supra p. 245, n. 2. 8) De tempore cf. Traube l. l. p. 423. 756. 9) Heiricus Revelationis Corcodomi (lib. III, 125—149) partem mediam praetermisit, sine dubio codice Vitae II. usus, in quo verba Ecce autem labente — citius properavi (Boschius § 21 ex. — 31, p. 207—209) deerant; cuius generis codices plures adhuc comperti sunt (cf. ib. p. 208, n. k; supra p. 244, n. 1). 10) Bibl. hag. Lat. I, n. 3458.

DOMINO*[a] BEATISSIMO APOSTOLICO[b] ET MIHI IN AETERNUM PATRONO PATIENTE[c] PAPAE[1] CONSTANTIUS PECCATOR[d].

Merito inter omnes virtutes oboedientia vindicat principatum, quae facit plerosque temptare, quod nequeunt. Et ideo digni[e] devotionis laude habendi sunt, qui, inconsiderata[f] sui possibilitate[g], iubentibus obsequuntur. Itaque, papa venerabilis, dum et sanctum virum[h] inlustrare virtutibus suis[i] desideras et profectui

*) *Codex A* 1 *laterculum capitum in fronte ponit hunc:*

INCIPIUNT CAPITULA DE VITA DOMNI GERMANI EPISCOPI N(UMERO) XXXII.

1. De abstinentia singulari et labore vigilandi, vilitate vestitus ac tolerantia ieiunandi.
2. De hospitalitatis bono et religiosissima servitute ac monasterii disciplina.
3. De Ianuarii officialis angustiis et pecunia publica[a] per inergumino[b] restituta et curatione personae.
4. De infantum[c] pestilentia et internitione populorum ac sanitate conlata.
5. De adventu episcopi per inergumino[b] nuntiato et[d] eodem repente purgato.
6. De domicilio umbris infestantibus liberato et sepultùram[b] his prestita cum quiete.
7. De gallis gallinatiis benedicto tritico pastis et eorum vocibus absolutis.
8. De oceani oboedientia et obsecundatione ventorum.
9. De restauratione fidei catholice, Pelagiano errore destructo.
10. De puelle inluminatione decenni caecitate damnate.
11. De sancti Germani pede laxato et sanitate per angelo[b] restituta[e].
12. De sancti Germani hospitio, quod propter ipsum flamma non lesit, omnibus in circuitu domibus concrematis[f].
13. Qualiter[g] apostolicis viris Germano et Lupo ducibus Saxonibus et Pictis Brittani triumphaverint[h].
14. De aequo ablato[i] et furis errore vel confessione peccati.
15. De foeno, in quo sanctus Germanus requieverat, inerguminum fuisse purgatum.
16. De prefecti Auxiliaris uxore liberata quartania.
17. De Pelagiana heresim[b] iterum pululante ac radicitus amputata.
18. De adulescentis puplite[b] debili et contractione nervorum pariter ac medulle[k].

Epist. ad Patientem. *A* 1. $2a^{1.2}$. 4. *Vita II.* *Nota *: Index.* *A* 1.

Epist. a) *epistulam habent A* 1. $2a^{1.2}$. 4 *cum Vita II, sed epistula ad Censurium ante epistulam ad Patientem (praescr.* Item prologus*) posita est A* 4 *(ubi* Domno*); praescr.* Incipit prologus Constantii in vita sancti Germani Autisiodorensis episcopi (boni religiosi viri et doctoris eximii *add. A* $2a^{1}$) *A* $2a^{1.2}$; *de praescriptione Vitae II. cf. supra p.* 245, *l.* 31. b) b. et ap. mihi et in *A* 4. c) *ita A* 1 *(pr. m.).* $2a^{1.2}$; Patienti *Vita II. et e corr. A* 1; pape paciencia *corr.* pac. pape *A* 4; patientia pape *A* 4*; papae *om. A* 1. $2a^{1.2}$. *Vita II, sed cf. p.* 248, *l.* 11. d) episcopus *A* 4. e) *om. A* 1. $2a^{1.2}$. f) considerata *A* 1. $2a^{1.2}$ *cum V. Rusticulae (SS. R. Merov. IV,* 339, 31*).* g) *ita A* 1 *(pr. m.).* $2a^{1.2}$. 4 *cum V. Rusticulae;* inpossib. *Vita II. et m. al. A* 1. h) vis *add. A* 4. i) in posteris *pro* suis des. et *A* 4; suis desiderans *A* $2a^{1.2}$.

*Nota *.* a) publico *A* 1. b) *ita A* 1. c) infantu *A* 1. d) et::, *ras.* ex *(?) A* 1. e) restitute *A* 1. f) concremat *A* 1. g) Dualiter *errore miniatoris A* 1, *corr.* h) triumph̄ *A* 1. i) *ita coni. B. Krusch;* oblato *A* 1. k) medille *A* 1.

1) *Patiens episcopus Lugdunensis a.* 449. *ex. Eucherio († Nov.* 16*) successit (Chronica Gallica c.* 134, *Auct. ant. IX,* 662*) et die* 11. *Septembris (Martyrolog. Hieronym., AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [119]*) aliquanto tempore ante a.* 494. *decessit, quo Rusticius successor eius secundus sedi illi praeerat (Ennodii V. Epifani c.* 151, *Auct. ant. VII,* 103*). Paulo post a.* 470. *Sidonius eius in epistulis mentionem fecit (epist. II,* 10. *IV,* 25; *ib. VIII, p.* 33. 76*), e quibus una (VI,* 12, *p.* 101*) ei inscripta est; non multo ante a.* 475. *synodo Arelatensi interfuit, qua Lucidus presbyter erroribus Praedestinatianis renuntiavit (Fausti Reiensis aliorumque epist.* 19, *ib. p.* 290*). Cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II*[2]*, p.* 157. 163; *'N. Arch.' XXIX,* 107.

omnium mirabilium[a] exempla largiris[b], imperasti saepissime, ut vitam[c] sancti[d] Germani episcopi obumbratam silentio qualicumque stilo vel praesentibus vel posteris traderem. Quod dum[e] audacter adgredior, praesumptionis reum esse me[f] sentio. Sed date veniam[g]; paene est[h], ut etiam iudicium vestrum quaedam culpa respergat[i], qui tantae materiae relatorem[k] magis dignum debuissetis[l] eligere. Sed quia uterque caritate[m] peccavimus, dum et vos me putatis posse[n], quod nequeo, et[o] ego auctoritati[p] vestrae libens parui[q], orate, ut ministerium meum gratiam, quam sui merito non potest obtinere, vestra intercessione mereatur[1].

Vale[r] longum[s] meique semper memor[t]!

DOMINO[a] BEATISSIMO[b] ET MIHI APOSTOLICO HONORE[c] VENERABILI[d] CENSURIO PAPAE[2] CONSTANTIUS PECCATOR.

Prima[e] mihi cura est pudorem conscientiae humilis custodire[f], cuius cancellos si in aliquo[g] forte[h] transgredior, iubentum[i] magis culpa quam mea est. Itaque, ut[k] vitam gestaque beatissimi Germani episcopi vel ex parte perstringe-

---

Epist. ad Patientem. *A* 1. 2*a*[1. 2]. 4. *Vita II.* *Epist. ad Censurium.* *A* 4. 4*b*. *B* 2. *Vita II.* *Nota *: Index.* *A* 1.

Epist. ad Pat. a) miraculorum *Vita II (cf. infra p.* 250, 6*); om. A* 4. b) largiri *Vita II.* c) vita — obumbrata *A* 4. d) sanctissimi *Vita II.* e) cum aud. aggr. (ingredior *A* 4) *A* 2*a*[2]. 4. f) mencior *pro* me s. *A* 4. g) nam *add. Vita II.* h) dignum *add. A* 2*a*[1. 2]. i) respargat *A* 2*a*[1. 2]. k) narratorem (magis *om.*) *A* 4. l) habuissetis *A* 1; debuistis *A* 4. m) caritati operam damus, dum *Vita II.* n) esse *A* 4. o) *om. A* 1. p) auctoritatis *A* 4. q) pareo *Vita II. cum V. Rusticulae.* r) in *m. al. superscr. A* 1; Vale — praesul *om. (sed cf. infra p.* 249, *n.* r*) A* 4 (*subscr.* Explicit prologus), *ubi prologus sequitur.* s) in Christo *add. Vita II.* t) *ita A* 1; memores estote. Finit prologus. Incipit vita (Fin. pr. Inc. vita *in litura A* 2*a*[1]) *A* 2*a*[1. 2], *ubi prologus sequitur;* esto, beatissime praesul *add. Vita II; verba* esse dignare, domine papa *ad exemplum Sidonii (cf. 'N. Arch.' XXIX,* 111, *n.* 4*) supplenda esse coniecit B. Krusch.*

Epist. ad Cens. a) Incipit vita s. Germani episcopi a Constantio episcopo edita. Ępistola Constantii directa Censurio papa *(sic) praescr. A* 4*b* (*ubi* Domno); Incipit prologus vitaę sancti Germani Autissioderensis episcopi *B* 2*; epist. ad Censurium primo loco posita est A* 4*, ubi praescr.* In[ci]pit [prolog]us in vita sancti Germani episcopi; *epistulam om. rell. praeter Vitam II, ubi epistulam priorem subsequitur.* b) et m. ap. beat. *A* 4 *(non A* 4**).* c) honori *pr. m. B* 2. d) venerabilis *A* 4*b*, *corr.* e) Me prima mihi *A* 4*b*; Nec mihi (pr. *superscr.*) cura *A* 4. f) possidere *A* 4. 4*b*. g) aliquo (?) *abscisum est A* 4. h) *om. A* 4. 4*b*. i) inventum *A* 4. k) ut *post* episcopi *A* 4*b*, *ubi* vita.

*Nota *.* a) revocatio *A* 1. b) *ita A* 1. c) viros *A* 1. d) Volusiano *A* 1, *corr.* e) agnita vel predicta *A* 1.

1) *Cf. Sulpicii Severi epist.* 2, 18: ut, quod per nos obtinere non possumus, saltim pro nobis orante Martino mereamur. 2) *Episcopo Autissiodorensi, qui tertio*

rem[a], fratris vestri sancti[b] antestitis[c] Patientis[d] fecit auctoritas[e]; cuius praeceptioni, si non ut debui, ut potui tamen parui[1]. Cumque oboedientia mea ad beatitudinis vestrae notitiam pervenisset, ut iterato in temeritatem prorumperem[f], praecepistis iubendo, ut paginula, quae adhuc intra[g] secreti vicinia tenebatur[2], longius me auctore[h] procederet[3] essemque ipse reatus mei quodammodo[i] et[g] accusator et proditor. Manifeste[k] enim condemnatio in[l] me manebit, si verborum meorum abiectio doctorum offeratur auditui. Reiecto itaque pudoris velamine, obtemperans iussioni, transmisi vobis inpensae devotionis obsequium, pro[m] fiducia[4] karitatis deposcens, ut duplici me favore[n] tueamini, quatenus et legentum[o] examen evadam et ministerium meum per intercessionem vestram domni[p] mei[q] sancti Germani sensibus intimetur[r,*].

INCIPIT[a] PRAEFATIO.

Plerique ad scribendum, sollicitante[b] materia uberiore[c], producti sunt, dum per[d] multiplices sensus locupletari[e] creduntur ingenia[f]; sed mihi inlustrissimi viri Germani antistitis vitam[g] gestaque vel ex aliqua parte dicturo incutitur pro mira-

*) *B* 2 *et nonnulli codices Vitae II. (et Bruxellensis et Montepessulanus et Namurcensis et alii; cf. Boschium p.* 201*) addunt haec, quae in B* 1 *ad Revelationem Corcodomi fol.* 21'. *m. al. in margine addita sunt:* Vir apostolicae recordationis domnus Germanus episcopus pridie Kal. Augustas[5] de hoc corpore discessit et migravit ad Dominum. Quem venerabilem diem omnes ecclesiae, praecipue in provinciis Gallicanis, praedicabili devotione concelebrant, excolunt, venerantur, ut suffragiis illius misericordiam Domini consequi mereantur. *Eadem fere in codicibus A* 4. 4* *infra in calce Vitae adiecta sunt.*

Epist. *A* 4. 4*b*. *B* 2. *Vita II.* *Prol.* *A* 1. 2*a*¹·². 3. 3*b*. 4. *B* 2.

Epist. a) perstringam *A* 4; constringam *A* 4*b*. b) *om.* *A* 4*b*. c) *ita scripsi;* antestis *A* 4*b*; antistitis *rell.* d) Pacientis *A* 4. e) auctoritates *A* 4*b*. f) prorumpere precepisti *A* 4*b*. g) *om.* *A* 4. 4*b*. h) auctorem *A* 4*b*. i) q̄d commodo *A* 4*b*. k) Manifesta *A* 4; Manifeste — manebit *om.* *A* 4*b*. l) *om.* *A* 4. m) cum *A* 4. n) fa : ore *pr. m.* *A* 4*b*. o) legencium *A* 4 *et e corr. m. rec.* *A* 4*b*. p) domini *A* 4 *et Vita II;* dn̄i *A* 4*b*. q) que semper *add.* *A* 4*b*. r) Valete (in *add.* *A* 4) longum, domini, meique semper memores precem Christo fundite. Explicit prologus (Dehinc ordo natalium et gesta meritorum sancti Germani sequitur. II. K Aug. *add.* *A* 4*b*, *prologo omisso*) *add.* *A* 4 *(cf. supra p.* 248, *n.* r*), ubi epistula ad Patientem sequitur, et A* 4*b*.

Prol. a) *ita* *A* 1; Praefatio *praescr.* *B* 2; Item prefacio eiusdem *A* 4; Incipit vita sancti Germani Autissiodorensis (Autisiod. *A* 3) episcopi *A* 3. 3*b*; Incipit vita *A* 2*a*¹·² *(cf. supra p.* 247, *n.* a*); prologum om.* *A* 2. *B* 1. 3. b) sollicitati *A* 3. c) uberiores *A* 2*a*¹·²; *om.* *A* 4. d) *superscr.* *A* 1; *om.* *A* 3. 3*b*. e) locupletare *A* 1. f) ingenio *A* 3. 3*b* *et m. al.* *B* 2. g) vita *A* 4.

loco post Germanum sedisse dicitur (Heirici Mirac. Germani, prol. 1 *et II,* 118, *AA. SS. Iulii VII,* 255. 280*; Gesta pontif. Autissiod. c.* 10, *Duru l. l. I,* 322*), die* 10. *Iunii defunctus (Martyrol. Hieronym. l. l. p. [77]). Epistula quaedam Sidonii paulo post a.* 470. *data Censorio papae inscripta est (epist. VI,* 10, *l. l. p.* 100*).* 1) *Cf. Victricii libellum de Laude sanctorum c.* 1 *(Migne XX,* 444*):* Hoc ego domini Iesu et vestrum salutare praeceptum intra Britannias exercui, si non ut debui, tamen ut potui. 2) *'Intra secreti vicinia teneri' idem est Constantio quod 'propemodum secretum esse', puta quia hoc scriptum suum non nisi cum paucis amicis Lugduni hactenus communicaverat. Boschius.* 3) *I. e. ut Vita Germani cum pluribus hominibus communicaretur, neque vero de Vita Censurio iubente retractata atque aucta ('longius') agitur, id quod post C. Narbey (cf. 'N. Arch.' XXIX,* 110, *n.* 2*) S. Baring-Gould et J. Fisher, 'The Lives of the British Saints' III,* 1911, *p.* 52, *minus recte interpretati sunt.* 4) *Cf. Sulpicii Severi V. Martini, prol.:* Quid enim esset, quod non amori tuo vel cum detrimento mei pudoris inpenderem? Verumtamen ea tibi fiducia libellum edidi. 5) *Cf. Martyrologium Hieronymianum (supra p.* 229*).*

culorum numerositate[a] trepidatio. Et sicut solis splendor humanis inlatus[b] obtutibus, hebetata[c] oculorum acie, lumen confundit[d] ex lumine, ita animi mei infirmitas oblatum[e] praeconiorum cumulum, quem[f] implere non potest, expavescit. Sed rursus intra sedem pectoris[g] mei contentio[h] alterna confligit: hinc resistit[i] inpossibilitas[k] conscientiae, illinc[l] commemorare[m] aliqua[n] vel proferre et religionis contemplatio et innumerabilium miraculorum exempla conpellunt, quae agnitioni[o] vel profectui omnium impie per obductum[p] silentium subtrahuntur[q]. Idcirco malui verecundiam meam neglegere quam virtutes divinas usquequaque[r] oblivione veterescere[s]. Excusat[t] materia[u] dictorem[v], et cui verborum abiectio[w] displicuerit, pulchri[x] sensus placebunt[y]. Nec[z] vereor[a] pervasorem[b] me huiuscemodi[c] ministerii[d] iudicandum[e]; tanta enim iam temporum[f] fluxere curricula, ut[g] obscurata per silentium vix colligatur[h] agnitio. Et vere maluissem, tantorum[i] relatorem bonorum alios potius[k] quam me fuisse[l], quia quicumque[m] illi me[n] fuerant digniores[o]; quod quia non[p] contigit, me malo[q] esse[r] quam neminem*.

EXPLICIT[s] PRAEFATIO.

*) *Codex Vitae II. Namurcensis n.* 53, *saec. XII, fol.* 257 *(cf. supra p.* 244, *n.* 1*) haec inserit, e margine codicis descripti sine dubio recepta (ed. Analecta Bollandiana I,* 519 *sq.):*

Scripta fratrum monasterii Sancti Germani ad Karolum imperatorem[1].

Sublimitas celsitudinis vestrae agnoscat, domine, praecellentissime regum, nos votivos oratores vestros, fratres videlicet monasterii beatissimi Germani episcopi[2], diem decessionis e saeculo vestri serenissimi genitoris IIIⁿ[3] Kalendarum Octobrium speciali orationum officio devotissime omni anno recensere. Sed et sanctae memoriae genitricis vestrae[4] anniversariam agendam nichilominus sedula devotione annis singulis frequentamus. At vero vestri[a] per omnia memores pro vestra incolumitate et pace atque statu regni vestri pias aures Domini attentissima prece propulsare studemus.

Prol. *A* 1. $2a^{1.2}$. 3. 3*b*. 4. *B* 2.

Prol. a) innumer. *A* 3. 3*b*. *B* 2 *(non Vita II).* b) inlatis *pr. m.* *A* 1. c) evetat occul. aciem *A* 4. d) confudit *B* 2, *corr.* e) oblato *A* 4. f) cumulumque *A* 4. g) mei p. *A* 3. h) contempcio *A* 4. i) sistit *A* 3. k) in(m)possibilitatis (mee *add.* *A* 4) consciencie (conscientia *A* 3*b*) *A* 3*b*. 4; (i *in ras.*)nposibilitatis conscientia *A* 3. l) illi(c *superscr.*) *A* 3; illic *A* $2a^2$. 3*b*. 4. m) commemorari *A* 1. $2a^{1.2}$. 3; commemora::re, *ras.* ri *(?)* *B* 2. n) aliquam vel proferri *A* 4. o) agnitionis *A* 3*b* *et in ras.* *A* 3. p) ductum *A* 3. q) subtrahantur *A* 4. r) usquaque *A* 4, *corr.* s) *ita* *A* 1. $2a^{1.2}$. 3. 3*b*. 4; veterascere *B* 2. t) Excurrat *A* 4. u) *superscr.* *A* $2a^2$. v) *ita* *A* 1. 3. 3*b*. *B* 2; dictatorem *A* $2a^{1.2}$. 4. *Vita II.* w) obiect(c)io *A* $2a^{1.2}$. 4. x) *ita* *A* 1. $2a^{1.2}$; *om.* *A* 3. 3*b*. 4. *B* 2. y) placebit *B* 2. z) ne *A* 4. a) reor *A* 3*b*. b) me perv. (persuas. *A* 3. 3*b*) *A* 3. 3*b*. 4. c) *ita* *A* 1. $2a^{1.2}$. 4; huiusce (usce *in ras.* *A* 3), *om.* modi *A* 3. 3*b*. *B* 2 *cum Vita II.* d) misterii *A* 3*b*. e) *in litura* *A* 1. f) tempore *A* 4. g) et *A* 1. h) colligitur *pr. m.* *A* 1. i) *m. al. corr.* tant. relatores *A* 1; relatores tant. *A* 3. 4. *B* 2; relatore stantorum *(sic)* *A* 3*b*. k) poscius *A* 3*b*. l) fuissent *A* 4. m) quecumque *A* 3 *(pr. m.)*. 3*b*; qui *om.* *A* 4. n) *om.* *A* 4. o) non fecerunt *add.* *A* $2a^2$. p) ulli *add.* *A* $2a^2$. q) malui *A* 3. r) *om.* *A* 3*b*. 4. s) E. pr. *om.* *A* $2a^{1.2}$. 3. 3*b*.

Nota *. a) nrı *cod.*

1) *Potius regem; cf. verba ipsius epistulae:* praecellentissime regum *et infra:* regni vestri. *Unde epistula inter a.* 783 *(cf. n.* 4*) et* 800. *scripta videtur esse.* 2) *Monasterii Autissiodorensis.* 3) *Potius* VIII., *siquidem de Pippino rege agitur, qui die* 24. *Septembris a.* 768. *decessit (cf. Mühlbacher, Reg. I*², *n.* 115*a).* 4) *Bertradae, quae a.* 783 *(Iul.* 12*)*

INCIPIT[a] VITA SANCTI[b] GERMANI EPISCOPI[c].

(1)[d]. Igitur Germanus Autesioderensis[e] oppidi[f] indigena fuit, parentibus[1] splendidissimis procreatus[g] et ab ipsis infantiae[h] rudimentis studiis liberalibus institutus[i]; in quo doctrinae conlatio cum ingenii ubertate consentiens[k], eruditissimum[l] duplicato[m] bono, id est naturae[n] et industriae, reddiderunt. Atque[o] ut in eum perfectio[p] litterarum[q] plena[r] confiueret[s], post auditoria[t] Gallicana intra urbem Romam* iuris scientiam plenitudini[u] perfectionis[v] adiecit[2]. Deinde tribunalia praefecturae professione advocationis ornavit[w]. In[x] quo actu dum multiplici laudis[y] luce resplendet[z], sublimem genere, divitiis[a], moribus[b, 3] sortitur uxorem. Quem quidem togae[4] praeconiis praeminentem protinus res publica[c] ad honorum[d] praesumpsit insignia ducatus culmen et regimen per provincias[5] conferendo[e]. Erudiebatur profecto[f] occulto[g] divinitatis iudicio, ne quid perfectionis[h] deesset apostolico pontifici mox futuro[i]. Parabatur eloquentia praedicationibus[k], iuris[l] doctrina iustitiae, uxoris societas ad testimonium castitatis**.

*) *m. al. corr.* Ravennam *A* 5.

**) Eo namque tempore territorium — — nervis vigentibus reparata *e Vita Amatoris auct. Stephano* § 24. 25. 28. 29—32 *(AA. SS. Maii I,* 57—59*) Vita II. Germani (*§ 2—8*) inserit.*

Cap. 1. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 1. a) *praescr.* XVIIII. Item K. Octb. natl. sancti Germani *A* 2; *praescr. om. A* 3. b) *om. B* 3; ac beatissimi *add. B* 1. 2. 4. c) beatissimi confessoris *pro* ep. *B* 3; et confessoris (Autissioderensis civium *add. B* 2) *add. B* 1. 2. 4; cuius est depositio II. K(a)l. Aug(usta)s *add. A* 1. d) *capita ipse hoc modo distinxi; distincta sunt capita* 32 *(infra p.* 252, *l.* 11. *incipientia) A* 1; *numeri* I *(hoc loco)* — XXVI *(errore* XXIIII, *infra c.* 33*) adsunt B* 1; *solos numeros* 19. 20. 25. 28 *(infra c.* 27. 28. 33. 36*) exhibet B* 2; *numeris carent rell., capitibus alibi alio modo distinctis.* e) *ita A* 6*a (cf. Corpus inscr. Lat. XIII,* 1, *p.* 444; *A. Holder, 'Alt-Celtischer Sprachschatz' I,* 300 *sqq.; MG. Concilia I,* 225*)*; Authesiodorensis *A* 6*b*; Autisioderensis *B* 4 *et pr. m. A* 1; Autisiodorensis *A* 2$a^{1.2.3.4}$. 3. *B* 3 *et e corr. A* 1; Authisideorensis *A* 2; Autissioderensis *B* 1. 2; Autissiodor. *A* 5; Altisiodor. *A* 4. f) oppido ind. (*corr. ex* indigna) *A* 2. g) (procre *in ras.*)atus *A* 3. h) infantia(e *m. al. in ras.*) *A* 1. i) eruditus *A* 4. k) consent. — industrie *in marg. suppl. B* 1. l) erudissimum *A* 2, *corr.* m) duplicatum bonum *A* 2. n) natura et industria *A* 3. o) utque (*m. al. corr.* Et quia *A* 3) in *A* 3. 4 *et m. al. A* 2; atque *om. A* 6*a. b*; ut *pr. m. om. A* 2. p) perfictio *pr. m. A* 1. q) *in marg. suppl. A* 1. r) plene *A* 2. s) con(fluxerat *in ras.*) *A* 3. t) auditoriam Gallicanam *A* 2. u) plenitudine *pr. m. A* 3; plenitudinem *A* 2 (*ubi corr.* scientia). v) suae *add. A* 2. w) adornavit *A* 1. x) Ac tum demum mult. *A* 4; In quo a(ctu *in litura) A* 1. y) lucis (*expunct. A* 1) laude *A* 1. 5. z) *ita A* 3. 4*b*. 5. 6*a et pr. m. A* 1 (?). 2. 6*b*; resplendens *A* 4; resplenderet *e corr. A* 1 *cum rell.* a) ornatam (ornauta *pr. m.) add. A* 2. b) que *add. A* 2. 4. c) publicae (?) *A* 1, *corr.*; publicas *B* 2, *corr.* d) honoris *A* 2. e) conferendum *B* 2 *et pr. m. A* 1. 3. f) profectu *A* 6*a. b.* g) *ita A* 1. 2. 3. 4. 5. 6*a. b. B* 2; div. occ. *B* 1. 3. h) persecutionis *A* 2 *(non A* 2*. 2$a^{1.2.3.4}$*)*. i) futurum *A* 2. k) praedicationis *A* 1 *(pr. m.)*. 5. *B* 3. l) iure *pr. m. A* 1.

defuncta est (cf. Abel et Simson, 'Jahrbücher des Fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' I², p. 458*).* 1) *Rusticus et Germanilla vocantur ab Heirico, Mirac. Germani I,* 10, 19 *(Boschius l. l. p.* 259; *Duru l. l. II,* 124*).* 2) *De doctrina iuris aevo Germani Romae praestita cf. M. Conrat, 'Zur Kultur des Römischen Rechts im Westen des Römischen Reichs im* 4. *und* 5. *Jahrhundert' ('Mélanges Fitting' I, Montpellier* 1907, *p.* 292 *sq.).* 3) Eustachiam nomine *addunt Gesta pontif. Autissiod. c.* 7 *(Duru I,* 316*).* 4) *Togati vocantur advocati; cf. e. gr. Cod. Iustinian. II,* 7, 5—7. 5) *Nescio, an Constantius legerit Vitam Ambrosii auct. Paulino c.* 5 *(Migne XIV,* 28*):* Sed postquam edoctus liberalibus disciplinis ex Urbe egressus est, professusque in auditorio praefecturae praetorii, ita splendide causas peroravit. — — Post haec consularitatis suscepit insignia, ut

(2). Cum[a] subito divina procedit auctoritas[b], quam[c] consensus universitatis[d] exsequitur. Nam clerici omnes cunctaque nobilitas[e], plebs urbana vel rustica in unam venere[f] sententiam: Germanum episcopum omnium una vox postulat; bellum[g] indicitur potestati[1], cuius subiectio facilis fuit, cum etiam ab his, quos pro se paraverat, vinceretur. Suscepit[h] sacerdotium[2] invitus[i], coactus, addictus[k]; sed repente mutatur ex omnibus. Deseritur mundi militia[l], caelestis adsumitur; saeculi pompa calcatur, humilitas conversationis[m] eligitur[n], uxor in sororem mutatur ex coniuge[o], substantia dispensatur in pauperes, paupertas ambitur.

(3). Iam vero enarrari[a] non potest, qua[b] hostilitate vim sibi ipse[c] consciverit, quas cruces quaeve supplicia corporis[d] sui persecutor induerit[e]. Breviter[f] iuxta veri[g] fidem universa perstringam. Ex[h] ea[i] die, qua sacerdotii sumpsit exordium, usque ad terminum vitae tanta obstinatione tabe[k] corporis animam suam pavit, ut[l] numquam panem frumenti, non vinum, non acetum[m], non oleum, non legumen, numquam vel salis[n] ad usum condiendi saporis[o] acceperit. Sane die[p] resurrectionis vel nativitatis dominicae potiones singulae sumebantur, in quibus ita[q] vini sapor aquis nimiis delebatur[r], ut aceti austeritas solet largis permixtionibus temperari[s]. In refectionibus primum cinerem praelibavit[t], deinde panem ordeaceum[u] sumpsit, quem tamen ipse excussit[v] et moluit. Et[w] cum hic cibus gravior ieiuniis iudicetur[x], numquam nisi vespere, interdum tamen in ebdomada media[y, 3], plerumque die septimo[z, 4] ponebatur.

Capp. 2. 3. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 2. a) Tum *A* 2. b) augtoritas *(?) B* 1, *corr.* c) quę consensu (*m. al. corr.* consensum) *A* 2. d) universitas *pr. m. A* 1; veritatis *B* 3. e) nobilitatis *A* 4. f) venire *A* 2 *et pr. m. A* 1. 4. g) *ita A* 2. 3. 4. 5 *(ubi* b. *deest).* 6*a. b*; civile *add. A* 1. *B* 1. 2. 3, *post* ind. *add. A* 1*a. b. c.* h) suscipit *A* 3. i) invictus *pr. m. A* 3. k) *om. A* 3. l) malitia *pr. m. A* 3. m) conversionis *A* 3. n) elegitur *A* 2. o) con(iuge *m. al. in ras.*) *A* 3.

Cap. 3. a) narrari *pr. m. A* 1. b) quam hostilitatem (et *m. al. add.*) *A* 3. c) *superscr. B* 1. d) sui corp. *A* 1. e) induceret *pr. m. A* 1; induxerit *A* 4; sed *m. al. add. A* 1. 3. f) tamen *add. B* 2. g) viri *A* 2; fidem (veri *in litura*) *A* 1; *cf. infra p.* 255, 10. h) *caput* I. *incipit A* 1. i) *ita A* 1. 2. 3. 4. 6*a. b*; vero *add. A* 5. *B* 1. 2. 3. k) *om. B* 2. l) Unamquam p. *A* 2, *corr.* m) ac : etum (*ras.* o) *B* 1; a : cetum (*ras.* d) *A* 2. n) *ita A* 1. 2. 5. 6*b*; sales *A* 3 *(pr. m.).* 4; salem *(corr.* sal *B* 1*) B* 1. 2. 3 *et m. al. A* 3; sal *A* 6*a.* o) sapores *A* 4. p) dies *A* 2. q) *om. A* 4; sumebantur ::::::‖vini *A* 3. r) *ita A* 2. 3. 4. 6*a. B* 1. 3. 4; diluebatur *A* 1. 5. *B* 1*a.* 2. 4*a*; debatur *(?) m. al. corr.* dilueretur *A* 6*b.* s) temperare *pr. m. A* 1. t) praelibabat *A* 2. u) hordeacium *A* 1; ordiacium *A* 2. v) *ita A* 6*a. b. B* 1. 3. 4 *et c corr. A* 1 *et m. al. A* 3*;* excoxit *A* 2. 5. *B* 2; et coxit *pr. m. A* 3; coxit *A* 4. w) Sed *A* 1; *om. A* 3. x) indicitur (*m. al. superscr.* vel iudicatur *B* 2) *B* 1*a.* 2. 3. 4; *m. al. corr.* videretur *A* 1. y) medius *A* 2. 3 *(pr. m.).* z) septima *A* 2. 3.

regeret Liguriam Aemiliamque p r o v i n c i a s, venitque Mediolanum, *episcopus ibi eligendus. Cursus honorum Ambrosii et Germani aliquatenus convenisse veri simile est; sed in hoc 'ducatus culmen' minus quadrat, quippe quod nomen illo aevo ad militares tantum honores pertinuerit, muneribus civilibus et reliquis et advocationis a militaribus inde ab aetate Diocletiani seiunctis.* 1) *I. e. magistratui. Boschius.* 2) Tricesima die post obitum sancti Amatoris *addunt Gesta pontif. Autissiod. c.* 7 *(l. l. p.* 317*), sed testis satis dubius est. Amator die* 1. *Maii vita defunctus est (cf. Martyrologium Hieronymianum, AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [53]*) idque, si Vitae eius auctore Stephano, teste exiguae fidei, §* 31 *(AA. SS. Maii I,* 59*) in hac re fidem adhibere liceret, quarta feria, ita ut obitus Amatoris initiaque Germani, qui, inter a.* 444. *et* 450. *defunctus, triginta annos sedisse fertur, a.* 418. *attribuenda essent, quo quarta feria et Kalendae Maiae convenerunt. Cf. supra p.* 226. 3) *Seu die Mercurii. Boschius.* 4) *Seu sabbato. Ib.*

(4). Indumentum[a] cuculla[b] et tunica[c] indiscretis fuere[d] temporibus. Nam neque hieme accessit adiectio, neque aestate levamen[e] admissum est. Quod[f] utrumque tam diu usui fuit, nisi[g] forte donatum est*, donec adtritione[h] nimia solveretur, cilicio semper interius inhaerente. Spatium[i] vero lectuli sui trabiculae[k] dolatiles ambiebant, iniectos cineres usque ad summitatem[l] marginis continentes[m]; qui tamen[n], cotidiana impressione densati[o], inconfecti[p] soli[1] duritiam[q] praeferebant. Stratum omne subiecto[r] cilicio et superposito uno[s] tantum sagulo fuit; caput ab humeris per cervicis[t] confinium nulla sublevavit[u] adiectio[v]. Ita pronus[w] prostrata per terram[x] membra[y] damnaverat. Noctibus[z] numquam vestitum[a], raro cingulum, raro calciamenta detraxit, redimitus[b] loro semper et capsula[c] sanctorum reliquias continente. Iugis gemitus, oratio perseverans; longum[d] enim tempus somnum[e] capere inter tormenta non poterat. Dicat quisque, quod senserit[f]; ceterum absolute definio, beatum Germanum inter tot cruces longum traxisse martyrium[2]. O quam praeclara Dei[g] nostri virtus et pietas! qui[h] famulum suum in via veritatis fideliter[i] gradientem duplici remuneratione[k] donavit, ut et[l] praeteriti, si qui[m] fuerant[n], decoquerentur errores et celeriter defecata[o] sanctitas praestaretur, quique peccatis praeteritis forsitan[p] tenebatur obnoxius, inciperet[q] fenerator esse virtutum.

(5)[a]. Hospitalitatem peculiari observatione[b] servavit; omnibus enim sine ulla exceptione[c] personae domum praebuit et convivium ieiunus pastor exhibuit. Pedes[d] omnibus[e] manibus[f] suis lavit, dominicae institutionis minister et custos[g]. cf. Ioh. c. 13.

*) pauperi *add. Mombritius.*

Capp. 4. 5. *A* 1. 2. 3. 4. 4*a* (*a l.* 4). *B* 1. 2. 3.

Cap. 4. a) Dehinc indum. *A* 2. b) coculla *pr. m.* *B* 1. 2. c) tonica *A* 2; una (::::: una *A* 3) *add.* *A* 3. 4. d) fuerit *A* 2. e) est lev. adm. *A* 1. f) Quo(d *m. al. in ras.*) *A* 3; Que utraque *A* 4. g) nisi f. d. est *versu exeunte om.* *A* 3. h) adtrictione *pr. m.* *A* 3. i) Spatio *pr. m.* *A* 3. k) *ita* *A* 3 *(pr. m.)*. 4 *(corr. e* tab.*)*. *B* 3 *et incipiens* *A* 4*a*; trabiculi *A* 1 *(pr. m.)*. 5; trabecul(a)e *B* 1. 4 *et m. al.* *A* 1. 3; trabe:culae, *ras.* i *B* 2; travicolae *A* 2. l) *ita* *A* 2. 4. 4*a*. *b*; summitatem marginem *m. al. corr.* (summ. *eras.*) margines *A* 1; summitatis marginem *A* 3. 5; ad (summitatis *m. al. add.* *B* 2) marginem *B* 1. 2; ad summitatem cont. ad marginem. Qui *B* 3. m) continentem *pr. m.* *A* 1. n) tantum *A* 4. o) densi *A* 2. p) inconfecte terre dur. *A* 4. q) duritiem *A* 3. r) subiectum *A* 4*a*. s) unum t. sagulum *A* 2; ::|gulo *m. al. corr.* uno tantum | sagulo *A* 3; sagulo *in litura minore* *A* 4. t) cervices *A* 2. 4; cirvicis *pr. m.* *B* 2. u) sublevabit *A* 4. v) abiectio *A* 2. w) protinus *A* 2. x) terra *A* 4*a*. y) dampn. m. *A* 4. z) *om.* *A* 4. a) et *add.* *A* 4. b) redemitus *A* 2. c) capsulam — continentem *A* 1. d) longo enim tempore *A* 4. 4*a*; est *post* tempus *add., sed expunct.* *A* 3. e) sompn:um, *ras.* i *A* 4. f) senserat *A* 1 (*pr. m.*). 2* *(non* *A* 2. 2*a*[1. 3. 4]*)*. g) Domini *A* 2. *B* 3. h) qua *A* 2, *corr.* i) *om.* *A* 3. k) munere *B* 3. l) *om.* *A* 4. m) forte(e) *add.* *A* 2. 4*a*. n) fuerint *B* 2. o) deficata *A* 2; dieficata *(sic)* *B* 4 *(non* *B* 4*a)*; (af *m. al. in ras.*)fectata *A* 1. p) t. f. *A* 4, *corr.* q) inciperit *A* 2.

Cap. 5. a) II. *A* 1. b) ob(servatione *m. al. suppl.*) *B* 1. c) obseruatione *A* 2. d) pedes — lavit *post* domum prebuit *A* 4 *(non* *A* 4*a)*. e) *om.* *A* 1. 4 *(non* *A* 4*a)*. f) manus suas *corr.* manu sua *A* 2. g) custus *A* 2, *corr.*

1) *Inconfectum solum appellare videtur auctor, quod, numquam aratro aut ligone versum exercitumve, et aeterno situ et obterentium pedibus omnino tandem induruit. Boschius.* 2) *Constantius sine dubio legerat Sulpicii Severi epistulam* 2, 9 *sqq. de martyrio Martini disserentis; cf. inprimis* § 12*:* Inplevit tamen sine cruore martyrium. Nam quas ille — — humanorum dolorum non pertulit passiones, fame, vigiliis, nuditate, ieiuniis, *etc.*

(6). Itaque vir beatissimus, quod[a] est difficillimum, inter frequentias[b] populorum solitudinis[c] vitam et heremum in saeculi conversatione[d] servavit. Qui duplicem viam Christo[e] ad profectum religionis instituens[f], in conspectu[g] oppidi, interposito[h] Icauna[i, 1] flumine, monasterium conlocavit[2], ut ad fidem[k] catholicam populi[l] et congregationibus[m] monachorum et[n] ecclesiastica gratia raperentur[o], praesertim cum tali pontifice[p] vel magistro, accedentibus[q] miraculis, fides[r] succensa ferveret. Et ut ad[s] temptamenta[3] virtutum, crescentibus meritis, veniretur[t], non praesumptionis, sed misericordiae[u] principium fuit.

(7)[a]. Erat in[b] illo tempore vir bonis moribus Ianuarius nomine; qui cum princeps praesidalis[c] militaret officii[4], exactos[d] a provincialibus solidos[e] ad iudicem[5] deferebat. Is[f] cum visendi[g] episcopum[h] causa ex itinere divertisset[i], sacculum perdidit[k], quem ferebat, nulloque de circumstantibus intuente, casu[l] is repperit, qui vexari[m] inimica[n] infestatione consueverat. Tandemque in se reversus, damnum viator agnovit[o]; inplet questibus[p] civitatem et a beatissimo sacerdote non[q] aliter, quam si ipsi tradidisset[r], pecuniam requirebat[s]. Quam ille[t] in Dei

Capp. 6. 7. *A* 1. 2. 3. 4. 4*a*. *B* 1. 2. 3.

Cap. 6. a) quo *A* 3. b) frequentes *pr. m.* *A* 1. c) solitudines *pr. m.* *A* 3; sollicitudines *pr. m.* *A* 1. d) conservatione *pr. m.* *A* 3. e) domino *A* 1. f) *in marg. suppl.* *A* 4. g) Autisiodorensis *add.* *A* 4. *B* 3 *et m. al.* *A* 1; Autissioderensis (Authysioder. *A* 4*a*) *add.* *A* 4*a*. *B* 1. 2. h) interposita *A* 2; *om.* *B* 3. i) Hicauna *A* 4*a*; Incauna *B* 3; Ycauna *A* 4; Icana *A* 3; Cauna *A* 2*a*[1. 2. 3. 4] *(non A* 2*)*; uno *A* 5. k) finem *A* 2, *corr.* l) pt̃ps *corr.* ppt̃is *A* 4. m) congregationis *e corr.* *B* 2; congregationes *B* 3 *(non B* 1. 4*)*. n) ad ęcclesiasticam gratiam *B* 3; et *om.* *A* 4. o) reparentur *A* 3, *corr.*; repararentur *B* 2; repleretur *A* 4 *(non A* 4*a)*. p) pontifici *A* 1 *(pr. m.)*. 2. 4*a*. q) accendent. *A* 4. r) fidem *pr. m.* *A* 2. s) *m. al. suppl.* *A* 1. 2. t) veniatur *A* 4. u) misericorde *B* 1, *corr.*

Cap. 7. a) III. *A* 1; II. *B* 1. b) *om.* *A* 3. *B* 1. 2. 3; illo in *A* 4*a*. c) *ita* *A* 1. 2 (*sed* militaribus). 3 (*m. al. corr.* presidialis). 4 (*ubi* praesidialis). 4*a* (*sed* officiis); praesidali (praesidiali *B* 3) m. officio *B* 1. 2. 3. d) exactus a prov. (principalibus *A* 1) *A* 1. 2; exactis (*corr.* exactos) a *m. al. in ras.* *A* 3. e) solidos *in ras.* (ad *m. al. add.*) *A* 3. f) His *A* 4*a*. *B* 1. g) visendę *A* 2; vis. ep. *m. al. in litura* *A* 1; visitandi *B* 3. h) episcopi *A* 2. 3. *B* 1 *(corr.)*; *om.* *B* 3. i) devert. *A* 2. 4. *B* 2. k) quem f. p. (nulloque — consueverat *om.*) *B* 3. l) c. his *A* 4. 4*a*; qua | suis repp. *pr. m.* *B* 2. m) vexare *pr. m.* *A* 1. n) inimici infestinacione *A* 4. o) agnoscit *A* 3. *B* 2. p) querimoniis *A* 4. q) nominaliter quasi i. *B* 3. r) ipse commendasset *A* 2. s) repetebat *A* 1. 3. 4. 4*a* *(non A* 2. 5*)*; *cf. infra p.* 255, *l.* 3. t) illi *A* 2.

1) *Hodie Yonne fl.* 2) *Cf. V. Martini c.* 7, 1: haut longe sibi ab o p p i d o m o n a s t e r i u m c o n l o c a v i t. *Constructum erat* in honore sanctorum martyrum Cosmae et Damiani *iuxta Gesta pontif. Autiss. c.* 7 *(Duru I,* 318*), sed inde ab aevo Aunacharii episcopi nomine Mariani monachi ibi sepulti (cf. AA. SS. Aprilis II,* 758 *sqq.; 'N. Arch.' XXIX,* 161, *n.* 1*) vocatum est* monasterium, quod domnus Germanus pontifex super ripam Ichaune fluminis construxit, ubi bonae recordationis domnus Marianus confessor corpore requiescit, *breviusque* monasterium domni Mariani *similiterve (Gesta c.* 19. 20. 24, *p.* 329 *sq.* 339. 343. 345*).* 3) *Sunt experimenta.* 4) *'Praesidale officium' commemoratur cum alibi tum in Codice Theodosiano VII,* 20, 2, 2. 22, 6. *VIII,* 4, 6. *XII,* 1, 134. *XV,* 11, 2*; de principe officii cf. Mommsen, 'Ostgothische Studien' ('N. Arch.' XIV,* 474 *sqq.; 'Gesammelte Schriften' VI,* 1910, *p.* 412 *sqq.). Provinciae Lugdunensi Senoniae vel quartae, ad quam Autissiodurum pertinebat, c. a.* 425. *re vera 'praeses' praeerat (Notitia dignitatum occid. I,* 117. *XXII,* 39, *ed. Seeck p.* 106. 170*; de tempore cf. Mommsen, 'Aetius', 'Gesammelte Schriften' IV,* 558 *sqq.), cum rector eius alio tempore dignitate 'consularis' praeditus esset (C. I. L. XIII, n.* 921*; Dessau, Inscriptiones Latinae selectae II,* 1, *n.* 6117*; cf. Mommsen, 'Weihe-Inschrift für Valerius Dalmatius', l. l. II,* 153, *n.* 3*; aliter J. Zeller, 'Concilia provincialia in Gallien', 'Westdeutsche Zeitschrift' XXV,* 1906, *p.* 268, *n.* 41*).* 5) *I. e. praesidem, rectorem provinciae; cf. e. gr. Cod. Theodos. XV,* 1, 2. 3. 5. 7.

nomine reformandam[a] quasi[b] verus debitor repromisit. Ea[c] tum dies sabbati fuit, qua[d] per totam urbem[e] sollicita indagatione[f] percurrit. Et cum nihil indicii fuisset inventum, post[g] pridie[1] is[h] qui solidos requirebat lacrimans genua sacerdotis amplectitur, contestans, adpetiturum se[i] supremae[k] mortis[l] occasum, nisi pecunia publica fuisset inventa. Indicit episcopus patientiam, pollicetur securitatem nec multum[m] post, priusquam prodiretur[n] ad missam, exhiberi[o] secrete ad se unum ex his, qui pati[p] consueverant, praecepit. Fortuitu is[q] qui furti[r] auctor fuerat praesentatur. Quem cum districta[s] examinatione discuteret, dicens[t], fieri non posse, ut admissum facinus lateret, inimico[u], per quem fieri[v] prava consueverant, imperat, ut veri[w] fidem celeriter fateatur. Sed[x] nequam spiritus crimen[y] a malitia, quod commiserat, denegavit. Tum[z] vero pia commotio sacerdotis produci[a] infitiantem[b] praecepit[c] in populo[d]. Nec mora, missam[e] celebraturus egreditur[f], praemissaque in plebem[g] salutatione[h] sollemni[2], in oratione[i] tota corporis strage prosternitur[a]. Statimque infelix inimici[k] et captivus pariter et minister in sublime suspenditur[3], ecclesia eius clamore conpletur, plebs[l] universa turbatur, et quasi flammis[m] circumdatus[n], cum voce[o] maxima nomen invocat sacerdotis, crimen quod commiserat confitetur[3]. Tandemque[p] vir beatissimus[q], ex oratione consurgens, accedit ad pogium[r, 4]; evocat aestuantem, omnia[s] discutit, universa cognoscit. Solidi de latebris proferuntur, clamor popularis[t] adtollitur[5], et uno ore Germani meritum et divinitatis potentia praedicatur, eodemque miraculo et deceptus pecu-

Cap. 7. *A* 1. 2. 3. 4. 4*a* (*ad l.* 7). *B* 1. 2. 3.

Cap. 7. a) reformandum *pr. m. A* 3. b) acsi *add. A* 2. c) ei. Tum *A* 3; Ea tunc *A* 4. d) quam *A* 3. e) *om. A* 2. f) indagatio *A* 3. g) *ita A* 2*. 2*a*$^{1.2.3.4}$; post pridiem *A* 2; postero (postera *A* 4*a*) die his *A* 4. 4*a*; post triduum (triduo *pr. m. A* 3; post tr. is *m. al. in litura A* 1) *rell.* h) his *A* 4. 4*a*. *B* 1. i) *om. A* 3. k) supprimae *A* 2. l) moratis *B* 2, *corr.*; se super memoratis occ. *B* 3. m) *ita A* 2. 3 *(pr. m.)*. 5. *B* 1. 4; multo *rell.* n) *ita (cf. l.* 12*) A* 3 *cum Mombritio*; prodiret ad missam *A* 2*; procederet ad missam *A* 2; proderetur admissum (*sed* um *in litura A* 1) *rell. (cf. l.* 9*)*. o) exhibere *A* 1. p) *ita A* 2*. 2*a*$^{1.3.4}$ (*cf. p.* 254, 13. 255, 9. 256, 22); pati consuera(n *superscr.*)t pr. Fortuito *A* 2; patiebantur (patiebatur *B* 3), *om.* consuev. *rell.* q) his *A* 4. 4*a*. *B* 1. r) forti a. *pr. m. A* 3; forte a. *A* 1; a. furti *A* 2. *B* 3; ‖ti auctor — *p.* 262, 4. expectationem *desunt, 4 foliis amissis, A* 4*a*. s) destricta *(?) pr. m. A* 1. t) dicens — lateret *om. B* 1 *(non B* 4*)*. u) *ita A* 2. 4. *B* 1. 4; inimicum *A* 1. 3. 5. *B* 2. 3. v) pr. f. *B* 3; f. p̄va *pr. m. B* 2. w) viri *pr. m. A* 2. x) cum *add. A* 2. y) crimine (*m. al. corr.* crimen) a malitia, quod (*cf. l.* 16. *et p.* 266, 15. crimen quod) *A* 2; crim(en *m. al. in rasura maiore*) malitia (*m. al. corr.* malitiae), quam *A* 1; (cr. *versu ex. om.*) ex malicia, quod *A* 4; criminis: malitiam, quę (*m. al. corr.* quam) *A* 3; crimen ac (hac *B* 1) malitiam, quam *rell.* z) Tunc *A* 4. a) produci — egreditur *post* prosternitur *(l.* 14*) collocant A* 4. 4*b*. b) inficientem *B* 1; infidiantem *A* 4; infestantem *A* 2. c) precipit *A* 3. d) populum *A* 1. *B* 1. 2. e) missa *pr. m. A* 2. f) *m. al. corr.* aggred. *A* 1; ingred. *B* 1. 2. g) plebe *A* 2. 4. *B* 2; populo *B* 3. h) *superscr. A* 3. i) orationem *A* 3. *B* 2 *et m. al. A* 2. k) inimicus *A* 3. l) ples *B* 1. m) flammas *(?) pr. m. B* 1; flamma *B* 3. n) circumdatur *pr. m. A* 1; circumdatis *(?) B* 2, *corr.* o) max. voce *A* 1. p) que *om. A* 3. q) sanctissimus *B* 3. r) *ita A* 2. 3. *B* 2 *(pr. m.)*; populum *pr. m. B* 1; podium *rell.* s) o. d. *m. al. suppl. A* 1. t) populi attoll. (et *om.*) *A* 2.

1) *I. q. 'postero die'; cf. ea quae disserui 'N. Arch.' XL, p.* 148. *B. Kr.* 2) *Scilicet verbis:* Dominus sit semper vobiscum; *cf. L. Duchesne, 'Origines du culte chrétien'* [5], 1909, *p.* 193 *sq.* 3) *Cf. Sulpicii Sev. Dialog. III,* 6, 2 *de daemoniacis:* in sublime suspendi; *ib. c.* 6, 4: sublatis in sublime pedibus quasi de nube pendere — — sua crimina confitentes *(de hoc loco cf. E. Ch. Babut, 'Saint Martin de Tours',* 1912, *p.* 84*)*. 4) *I. e. podium. 'Podium hic significare videtur infimi chori locum, ex quo proximus erat ad plebem in ecclesia consistentem descensus ac prospectus, sicut in amphitheatris podium locus erat arenae proximus. Sumi etiam potest pro ambone seu loco elatiore, in quo recitari solebant lectiones sacrae et homiliae ad populum'. Boschius.* 5) *Cf. V. Martini c.* 9, 6: clamor populi tollitur.

niam et obsessus recepit[a] sospitatem. Plures quidem iam ante[b] curaverat, sed semper notitiam secreti[c] obumbratione subpressit. Hoc vero factum ideo[d] memorabile, quia publicum fuit.

(8)[a]. Quodam tempore conspiratione terribili beato viro bellum quoddam daemones[b] intulerunt. Quem cum multiplici infestatione[c] temptatum, indutum cf. Eph. 6,14. fidei lorica[d], inexpugnabilem repperissent[e], conceptam machinam ad plebis excidium contulerunt. Nam primum parvuli, deinde maiores natu repente, tumefactis intrinsecus faucibus, interibant, ut, inruente morte, aegritudinis spatium[f] vix triduo traheretur[g]. Ita more[h] furentis gladii populus delebatur[i]. Nihil opis[k] humana provisio conferebat, et paene [sero[l]] plebs trepida ad divinum praesidium per antestitem[m] decucurrit[n]. Qui protinus oleum benedixit, cuius tactu[o] ita intrinsecus tumefacta tabescebat infirmitas, ut statim meatus[p] pervius et anhelitum et cibum deficientibus ministraret[q], tantaque[r] celeritate remedium caeleste succurrit, quanta inruerat inlata pernicies[s]. Quod admissu[t] malignorum spirituum[u] contigisse[v], unus ex[w] obsessis[x], dum a sancto viro purgatur[y], evomuit omnesque in fugam versos[z] eius oratione confessus est.

(9)[a]. Erat[b] familiare beatissimo viro alternis vicibus nunc ecclesiam, nunc monasterium quasi dux[c] caelestium militum visitare, ut certantibus studiis aemulantes[d] ad perfectionis gloriam provocaret. Quadam[e] vice occupatione detentus, cum ad monasterium rogaretur, excusavit adventum, nec multum[f] post, absolutis morarum[g] nexibus, insperatam[h] fratribus sui[i] praesentiam deferebat[k]. Contigit[l], ut hora eadem in monasterio[m] unus ex[n] his, qui pati consueverant[o], vexaretur[1]. Qui subito cum summa[p] voce proclamat: 'Germanus ad flumen est, sed sine navigio non potest transmeare'. Diu abbas fidem dictis[q] negavit, dum et nequam spiritum fallere et illum non adesse, quia[r] excusaverat, iudicavit[s]. Cumque in eadem[t] vociferatione persisteret, missus unus ex[u] fratribus veridicum fuisse daemonem nuntiavit[2]. Navigium mittitur[v], transit sacerdos et cum ea qua solebat

Capp. 7—9. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 7. a) recipit *(melius rhythmo)* *A* 4. b) antea *A* 4. c) sacri *B* 3. d) iccirco mirabile *A* 4.

Cap. 8. a) IIII. *A* 1; III. *deest, capite distincto,* *B* 1. b) d. (daemonis *pr. m.*) intulerant *A* 2. c) infestinacione *A* 4. d) loricam *A* 2, *corr.* e) *m. al. superscr.* *B* 1. f) spacio *A* 4. g) traderetur *A* 4. h) *m. al. suppl.* *A* 1. i) deludebatur *corr.* elidebatur *A* 3; vastabatur *A* 4. k) op(i *m. al. in ras.*)s *A* 1; ope *A* 4. l) *ita* *A* 3. 3*b*. 4. 4*b*. 5. *B* 2 (sore *pr. m.*). 3. 4; *om.* *A* 1 *(versu exeunte, ubi* poene*)*. 2. *B* 1. 1*a*. m) *ita* *A* 2; antist. (antistem *pr. m.* *B* 2) *rell.* n) decurrit *A* 2. 3. 4. o) tacta *A* 2, *corr.* p) permotus pervius *B* 3; m. pervios *A* 4; m. per(vius *m. al. in litura*) *A* 1. q) ministrabat *A* 2. r) Tanta namque cel. *A* 3. s) penities *B* 1, *corr.* t) *ita* *A* 1; inmissum *A* 4; missu *corr.* inmissu *A* 3, *et ita* *A* 5; admissum (ammissum *A* 2) *rell.* u) infestatione *add.* *B* 1. 2. 3 *et m. al.* *A* 1 (*cf. l.* 5 *et p.* 254, *l.* 13). v) contegisse *A* 4; contigisset *A* 2. w) sb *B* 1. 3 *(non B 4)*; de *A* 4. x) obsensus *B* 1, *corr.* y) purgatus *pr. m.* *A* 3; purgaretur *A* 2. z) versus *(?)* *A* 1, *corr.*

Cap. 9. a) IIII. *B* 1. b) autem *add.* *B* 1. 2. 3. c) duc *pr. m.* *A* 2; domum *A* 3. d) immolantes ad p̄fectionis *A* 2; aem. ad profectionis *A* 3; aemulan(do *m. al. add.*), *m. al. superscr.* vel aemulantes *B* 2. e) *caput* V. *incipit* *A* 1; Quadam — *p.* 257, 6. discessit *om., sed pr. ut videtur m., schedula inserta, suppl.* *A* 3. f) *ita* *A* 1. 2. 3 *(pr. m.)*. 5; multo *rell.* g) murorum nixibus *A* 2. h) inspiràtam *pr. m.* *A* 2. *B* 1. i) suis *A* 4. k) def:erebat, *ras.* f *B* 1. l) autem *add.* *B* 2. m) monasterium *A* 4 *et pr. m.* *A* 2. 3. n) ex his *om.* *A* 2. o) *ita* *A* 1. 4 *et m. al.* *A* 3 (*cf. p.* 255, 7); consuerat *A* 2; consueverat *rell.* p) magna *A* 1. q) indictis *A* 2. r) qui *A* 4. s) indicavit *A* 4; iudicabat *A* 2. t) ea *A* 1. u) e *A* 2. v) mitteretur, transsit *A* 2.

1) *A daemone scilicet; agitur enim de energumeno. Boschius.* 2) *Cf. Sulpicii Sev. Dial. III,* 6, 2: ut adventum episcopi clericis, qui venturum esse nescirent, daemoniorum gemitus indicaret.

gratulatione suscipitur. Incumbit[a] sine mora orationi[b], congregatio tota prosternitur: cum subito per inane[c] aeris invisibilibus[d] nexibus[e] hostis religatus adpenditur, et id tantum morarum fuit, dum de oratione consurgitur[f], nihilque aliud deprecatus est[g], quam ut cum[h] aliqua[i] corporis debilitate[k. 1] discederet[l]. Quo interdicto, foeda relinquens vestigia[2], cum eo quo erat[m] dignus foetore discessit*. Sulp. Sev. Dial. III, 6, 2. Sulp. Sev. V. Mart. c. 17.

(10)[a]. Quodam tempore, cum[b] iter[c] hieme[d] ageret ac diem totam in[e] ieiunio ac[f] fatigatione duxisset[g], commonetur[h], ut, cogente vespera, quocumque succederet[i]. Erat eminus domicilium[k], tectis iam pridem sine habitatore[l] semirutis[3], quod etiam per incuriam vulgariam[m] arbusta contexerant[n], ut paene esset melius, noctem sub nudi aeris rigore[o] durare, quam in illo periculo et horrore[p] succedere[q], praesertim cum duo senes propter habitantes infestatione[r] terribili[s] hanc ipsam domum inhabitabilem praedixissent. Quod ubi vir[t] beatissimus conperit, horrentes ruinas quasi amoenitates[u] expetiit[v], ibique inter multiplices quae quondam fuerant mansiones inventa vix una est, quae instar[w] haberet[x] habitaculi. Illic[y] leves sarcinulae et paucissimi comites conlocantur, quibus brevis[z] cenula[a] esui fuit, episcopo penitus abstinente[b]. Deinde alta[c] iam nocte, cum unus ex clericis legendi suscepisset[d] officium, ille[e], ieiunio et fatigatione confectus, sopore superatus[f] est: cum[g]

*) *Prologo praemisso* (Hoc itaque monasterium — — hic ponere disposuimus), *libellum de Revelatione Corcodomi et conversione Mamertini* (Quanta sit divinae — — eius officium suscepisset) *inserit Vita II (§ 17—37), additis in parte codicum verbis:* De his ita. Ceterum ordinem narrationis coeptae prosequamur.

Capp. 9. 10. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 9. a) Incubuit *A* 4. b) oration(i *m. al. in ras.*) *A* 1. c) inanem aerem *A* 4; inania aeris *A* 2. d) invisilibus *B* 1. e) nixibus *A* 2. f) consurgeretur *A* 5. *B* 1. 2. 3. g) deprecatur quam *A* 2. h) *ita A* 1. 5. *B* 2. 3. 4; ut non cum *A* 3. 4; sine *(superscr. B 1) pro* cum *A* 2. *B* 1. i) qua *pr. m. versu in. A* 2. k) debitate *B* 1, *corr.*; delibitate *B* 2; deb. corp. *A* 4. l) discederit *pr. m. A* 2. m) dignus e. *A* 4.

Cap. 10. a) VI. *A* 1; V. *B* 1; *capita* 10—40. *om. A* 5. b) regum (*m. al. corr.* dum regium) *pro* cum *A* 3. c) inter *B* 1, *corr.*; hieme iter *A* 2. d) ageret hyeme *A* 4. e) *ita A* 2. 3. 4; *om. rell.* f) a *pr. m. B* 1. g) duxissit *pr. m. A* 2. h) commonitur, ut c. vespere *A* 2. i) *ita recte rell. (cf. infra l. 11. et p. 258, 21)*; secederet *B* 1. 2. 3; loco *add. A* 1. k) absque *add. A* 2. l) habitatoribus semerutis (*m. al. corr.* semir.) *A* 2, *at cf. p.* 258, 18. m) *ita B* 3. 4; vulgaria: *A* 1; vulgarium *A* 2*a*[1. 2. 3. 4]. *B* 1; vulgari¦ *m. al. corr.* vulgaria *B* 2, *et ita A* 3. 4; vulgarem *B* 1*a*; vulgaris *A* 2. n) contexerat *A* 2. *B* 2 *(corr.)*. o) algoribus *A* 4. p) errore *A* 4. q) se cedere *A* 3. r) infestinacione *A* 4. s) terribile *pr. m. A* 2; terribilis *A* 3, *corr.* t) beat. vir *A* 3. u) amoenitatis *pr. m. A* 1. 3. v) excepit *A* 4. w) *verbo in textu eraso,* instar *m. al. in marg. suppl. A* 1; *versu ex. m. al. suppl. A* 3. x) hereret *A* 3. y) Illi *pr. m. A* 3. z) brevi(s *in litura*) *A* 1; : uis *pr. m. B* 1. a) cenule (?) sui *pr. m. A* 1; caenulę |usui *A* 2; esui *om. A* 4. b) *corr. ex* abstinentem *A* 2. 3. c) acta *A* 1, *corr.*; ad alta *A* 2; adulta *A* 3; *m. al. superscr.* vel adulta *B* 2; D. ad mediam iam noctem *A* 4. d) suscepissit *pr. m. A* 2. e) illic *A* 1. f) soporatur (*om.* est) *A* 4. g) Tunc *A* 2.

1) *Locus explicatur, comparato Augustino, De civitate Dei XXII,* 8 *(ed. Hoffmann II,* 603*):* Postremo se exiturum esse denuntians, membra eius *(scil. daemoniaci)* singula nominabat, quae se amputaturum exiens minabatur *(daemon)*. 2) *Cf. V. Martini c.* 17, 1. 7: nequam spiritus *(cf. supra p.* 256, *l.* 24*)* — — foeda relinquens vestigia, fluxu ventris egestus est. 3) *Cf. Hieronymi epist. I,* 3 *(ed. Hilberg, Corpus script. eccl. Latin. LIV, p.* 2*):* Vercellae Ligurum civitas — — olim potens, nunc raro habitatore semiruta.

subito ante ora[a] legentis adstetit[b] umbra terribilis et paulatim sub oculis intuentis[c] erigitur, parietes etiam[d] saxorum imbribus[e] conliduntur. Tum[f] vero deterritus lector praesidium sacerdotis implorat. Qui statim prosiliens[g], effigiem terribilis[h] imaginis intuetur[i] et, praemissa obsecratione nominis Christi, imperat, ut, quis[k] esset quidve[l] illic ageret, fateretur. Qui protinus, terrifica[m] vanitate deposita, voce[n] humili more supplicantis eloquitur, se vel conparem suum auctores[o] criminum fuisse multorum[1], insepultos[p] iacere et ob hoc[q] inquietare homines, quia ipsi quieti esse non possent[r]; rogare[s], ut pro his[t] Dominum precaretur[u], quatenus recepti requiem mererentur. Ad haec vir[v] sanctus indoluit imperatque, ut locum ostenderet[w], quo iacerent. Tum[x] vero, cereo praecedente, dux umbra progreditur et inter[y] difficultates[z] maximas ruinarum intempesta nocte locum, in[a] quo proiecti fuerant, indicavit. Ut vero mundo est redditus dies, circumiectos incolas invitat, hortatur, ipse operis maturator[b] adsistens. Rudera tumultuarie[c] superiecta per tempus rastris avulsa purgantur; inveniuntur corpora fusa sine ordine, ossa ferreis[d] adhuc nexibus inligata. Ad legem sepulturae fossa dirigitur[e], membra exuta vinculis linteis[f] ambiuntur, humus superiecta conponitur, oratio intercessionis inpenditur; obtinetur defunctis requies, viventibus quies, ita ut post eandem diem sine[g] ullo terroris indicio domicilium[h] frequentato[i] habitatore floruerit.

(11)[a]. Neque illud omittendum videtur, quod in eodem[b] itinere post dies aliquot[c], noctis caecitate conpulsus, mediocrium personarum successit[d] hospitio; nam id maxime, ambitum refugiens[e], requirebat. Cumque in divino opere solito[f] pernoctasset[g] officio, lux orta est, nullis gallorum cantibus nuntiata, cum earum[h] avium copia in hisdem[i] domibus non deesset. Causam novitatis[k] explorat; agnoscit[l], multum esse[m] iam tempus, quo tristis taciturnitas naturale gallicinium

Capp. 10. 11. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 10. a) hora *A* 1 *(corr.)*. *B* 2; :os, *ras.* h *B* 1 *(non B 4)*. b) *ita A* 2; adsistit *A* 1; adstitit *rell.* c) oc. eregitur intuens qui legebat, parietis (*m. al. corr.* parietes) *A* 2. d) igitur *A* 4. e) umbris *A* 3. f) Tunc *A* 2. 4. *B* 2. g) p(ros *m. al. in ras.*)iliens *A* 3. h) terribilem *A* 4. i) intuitur *pr. m. A* 2. k) qui *A* 3. l) quid vel *A* 2. m) *ita A* 3. 4. *B* 1. 2. 3 *et m. al. A* 1; *om. A* 1 *(pr. m.)*. 2. n) h. v. *A* 4. o) auctoris *pr. m. A* 1; auctoritas *m. al. corr.* auctoritates *A* 2. p) m., qui insepulti iacerent *A* 4. q) id *A* 3. 4. r) possint *pr. m. A* 2. s) roga(vit ut *m. al. in ras.*) *A* 2 *(non A 2a[1.3])*; roga(re *in ras.*) *A* 2a[2]; cepit *add. A* 2a[4]; rogat *B* 1. 2. 3. t) eis *B* 1. 4. u) depr(a)ecaretur *A* 2. *B* 3. v) s. v. *A* 1. w) ostenderent *A* 2. x) Tunc *A* 4. y) iners *A* 2. z) difficultatis *pr. m. A* 2. a) in quo *m. al. in ras. A* 3. b) maturatur *pr. m. A* 2. c) *littera* e *e corr. A* 1; tumularia *B* 3. d) *superscr. A* 3. e) diregitur *A* 2. f) lineis *B* 3; *om. A* 2. g) sinonnullo *pr. m. A* 2. h) domicil(ium *e corr.*) *A* 1. i) frequento habitature fl. (*m. al. corr.* habitatore floruerat) *A* 2.

Cap. 11. a) VII. *A* 1; VI. *B* 1. b) in *iterat A* 2. c) aliquod *A* 2. *B* 1. 2 *(pr. m.)*.; aliquos *A* 4. d) accessit (*superscr.* vel suc) hospitium *B* 3; succ. h. nam id *om. A* 2. e) refugens *A* 2. f) soluto *A* 2. g) pernoctassit *A* 2; pernoctaret *A* 4. h) eadem *A* 2. i) isdem *A* 1; his *A* 4. k) noctis *A* 4. l) agnuscit *pr. m. A* 2. m) *ita A* 2. 3. 4; iam t. esse *rell.*

1) *Cf. ea quae Sulpicius Severus in Vita Martini c.* 11, 4. *narravit:* oravit ad Dominum, ut, quis esset vel cuius meriti esset, sepultus ostenderet. Tum — — videt prope adsistere umbram sordidam, trucem; imperat, nomen meritumque loqueretur. Nomen edicit, de crimine confitetur: latronem se fuisse, ob scelera percussum.

damnavisset[a]. Ab omnibus exoratus[b], mercedem mansionis exsolvit. Acceptum enim triticum[c] benedictione condivit, quo pastae[d] aviculae auditus habitantium usque ad molestiam frequentatis cantibus fatigabant. Ita[e] virtus divina etiam in rebus minimis maxima[f] praeminebat.

(12)[a]. Eodem tempore ex Brittaniis[b] directa legatio Gallicanis[c] episcopis 429. nuntiavit, Pelagianam[d] perversitatem in locis suis[e] late populos[f] occupasse[1] et quam primum fidei catholicae debere[g] succurri[h]. Ob quam causam synodus[i] numerosa[k] collecta est, omniumque iudicio duo[l] praeclara[m] relegionis[n] lumina universorum precibus ambiuntur, Germanus[2] ac Lupus apostolici sacerdotes[3], terram corporibus[o], caelum meritis possidentes. Et quanto[p] laboriosior necessitas apparebat, tanto eam promptius[q] eroes[r] devotissimi[s] susceperunt[t], celeritatem negotii fidei stimulis maturantes*.

(13). Itaque[a] oceanum[b] mare Christo[c] duce et auctore conscenditur[d], qui famulos suos inter discrimina et tutos[e] reddidit et probatos. Ac[f] primum de sinu[g] Gallico flabris lenibus[h, 4] navis in altum provecta[i] deducitur, donec ad aequor

*) Quibus territorium Parisiacae urbis — — iter quod coeperant perrexerunt, *i. e. narrationem e Vita I. Genovefae c.* 1—6 *(SS. R. Merov. III,* 215—217*) haustam, inserit Vita II. (§§* 42—44*).*

Capp. 11—13. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 1*b* (*a l.* 13). 2. 3.

Cap. 11. a) damna::ssit *m. al. corr.* damnata sit *A* 2. b) exor(a *in litura*)tus *A* 1; exoratur *A* 4; est *add. B* 3. c) cum *add. A* 2. d) past(ę *m. al. in ras.*) av. *A* 1; pastu vinculae *A* 2. e) ut *add. A* 4. *B* 1. f) maxime premineret *A* 4.

Cap. 12. a) *numerus* VIII. *deest, capite distincto, A* 1; VII. *B* 1. b) *ita A* 1 *(pr. m.).* 2; Britaniis *pr. m. B* 2. 3; Britanniis *A* 4. *B* 1 *et e corr. B* 3; Brittanniis *A* 3 *et m. al. A* 1. *B* 2; Brittaniarum *Beda I,* 17. c) Galliganis *A* 2; Gallianis *B* 3. d) Pellagianam *A* 2, *corr.;* Pelaginam *B* 2, *corr.* e) *superscr. A* 4. f) populis *A* 2. g) deberi *A* 2. h) succurrere *pr. m. A* 1. i) ::nodus *m. al. corr.* sinodus *A* 1. k) innum. *B* 3; est *add., sed eras. A* 2. l) duo: *A* 3. m) preclar(a)e *A* 2 (rae *pr. m. superscr.*). 4. *B* 3. n) *ita pr. m. A* 2; regionis *B* 1. o) et *add. A* 2. p) quantum *A* 1. 2; *cf. p.* 255, 6. 256, 20. 260, 2: multum. q) prumptius *pr. m. A* 2. r) *m. al. corr.* heroes *A* 3, *et ita A* 3*b*; heroi *(?) m. al. corr.* heroes *A* 1; erę̨s *m. al. corr.* eroę̨s (*superscr.* viri) *B* 2; eruere *B* 1*a*. 3; erue:: *corr.* heroes *B* 1; servi *A* 2; auctores *A* 4. 4*b*. s) devotissime *A* 1 *(pr. m.). B* 1 *(corr.).* 3. t) susciperunt *A* 2.

Cap. 13. a) Hi (Hii *B* 1) itaque *B* 1. 2; *in* itaque *incipit B* 1*b*. b) ocianum *A* 2; *in ras. B* 2. c) Chr. d. et auct. *om. A* 1 *(pr. m.).* 2. d) conscendunt *B* 1. 1*b*. 2 *(non B 3); cf. p.* 269, 20. e) totus reddedit et probatus *pr. m. A* 2. f) Ac — perveniret *columna exeunte m. al. in marg. suppl. A* 1 *(habent A* 1*a. b. c).* g) sino *B* 1*b*, *corr.* h) in altum l. n. *corr.* l. in a. n. *A* 4. i) provectu *pr. m. A* 3; proiecta *A* 4.

1) *Cf. Prosperi Chron. a.* 429 *(Auct. ant. IX,* 472*):* Agricola Pelagianus, Severiani episcopi Pelagiani filius, ecclesias Brittaniae dogmatis sui insinuatione corrumpit. *Cf. supra p.* 227. 2) *Prospero teste, qui synodi Gallicae mentionem non fecit, Caelestinus I. papa a.* 429. *ad insinuationem Palladii diaconi Germanum contra Pelagianos in Britanniam misit. Cf. supra p.* 227, *n.* 5. 3) Germanus Autissidorensis et Lupus Trecasenae civitatis episcopi *Beda, Hist. eccl. I,* 17. *De Lupo episcopo, qui c. a.* 474. *'in apostolica sede novem iam decursa quinquennia' degerat (Sidonii epist. VI,* 1. *Auct. ant. VIII,* 95*) et c. a.* 479. *'per quinquennia decem' episcopus fuerat (ib. IX,* 11, 8, *p.* 161*), ita ut a.* 429. *aut paulo ante hanc dignitatem nactus esse videatur, cf. Krusch, SS. R. Merov. III,* 117 *sq. (cf. infra p.* 284 *sqq.); 'N. Arch.' XXIV,* 559 *sqq. Prosper (supra p.* 227, *n.* 5*) Lupi mentionem non fecit; cf. 'N. Arch.' XXIX,* 122 *sq.* 4) *Cf. Vergilii. Georg. III,* 199: lenibus horrescunt flabris.

medium perveniret[a], ubi, porrectis in longum visibus[b], nihil aliud quam[c] caelum videretur et[d] maria. Nec multum[e] post[f] occurrit in pelago[g] relegionis[h] inimica vis daemonum, qui tantos[i] ac tales viros pertendere[k] ad recipiendam populorum salutem lividis[l] iniquitatibus inviderent[m]. Obponunt pericula[n], procellas concitant, caelum diemque[o] nubium nocte subducunt et[p] tenebrarum caliginem[q] maris atque aeris horrore congeminant. Ventorum[r] furorem vela non sustinent[s], et[t] oceani moles[u] fragilis cumba[v] vix tolerat. Cedebant ministeria victa nautarum[w]; ferebatur[x] navigium oratione[y], non viribus. Et casu dux ipse vel[z] pontifex, fractus corpore[a], lassitudine et[b] sopore resolutus est. Tum[c] vero, quasi repugnatore cessante, tempestas excitata convaluit, et iam navigium superfusis fluctibus mergebatur[d]. Tum[e] beatus Lupus omnesque turbati excitant seniorem, elementis furentibus obponendum. Qui periculi inmanitate constantior[f] Christum invocat, increpat oceanum[g] et procellis saevientibus causam[h] relegionis[i] obponit, statimque, adsumpto oleo, in nomine[k] Trinitatis levi aspergine[l] fluctus[m] saevientes[n] obpressit. Collegam[o] commonet, hortatur universos[p], oratio uno ore et clamore profunditur[q]. Adest divinitas, fugantur inimici, tranquillitas serena[r] subsequitur, venti e[s] contrario ad itineris[t] ministeria vertuntur[u], navigium[v] famulatrix unda prosequitur, decursisque inmensis spatiis, brevi optati litoris quiete[w] potiuntur. Ibi[x] conveniens ex diversis partibus multitudo excepit[y] sacerdotes, quos venturos etiam vaticinatio adversa praedixerat; nuntiabant enim[z] sinistri spiritus, quod[a] timebant. Qui imperio sacerdotum[b], dum[c] ab[d] obsessis corporibus detruduntur, et tempestatis[e] ordinem et pericula quae intulerant fatebantur victosque se[f] eorum meritis et imperio[g] non negabant.

(14)[a]. Interea Brittaniarum[b] insulam, quae inter omnes est vel prima vel maxima, apostolici sacerdotes[c] raptim opinione[d], praedicatione[e], virtutibus impleve-

Capp. 13. 14. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 1*b* (*ad l.* 15). 2. 3.

Cap. 13. a) pervenerit *m. al. corr.* pervenerat *A* 2. b) *m. al. in litura A* 1; viribus *B* 3. c) quae *pr. m. A* 2. d) vel *A* 2. e) *ita A* 2. 3 *(pr. m.)*; multo *rell.* f) post — *l.* 4. inviderent *praeter paucas litteras evanuerunt B* 1*b*. g) pelagum *m. al. corr.* pelagus *A* 1. h) *ita pr. m. A* 2; religionis *A* 1. 3; religioni *A* 4; legionis *B* 1. 2. 3; legiones *Adamnanus, V. Columbae II, 34 (ed. Fowler p. 102)*. i) tales ac tantos *A* 4. k) pretendere *A* 3. l) libidinibus et iniqu. *A* 4. m) inviderunt *A* 2. 4. n) procellam, pericula *A* 4; peric. *in ras. A* 3. o) diem *om. A* 2. p) ac *A* 4. q) caligines *A* 2; in *add., sed del. A* 4. r) venturum *A* 2. s) sustinunt (*m. al. corr.* sustinuunt) et ociani *A* 2. t) *om. A* 4. u) molis *A* 2; tumores, *superscr.* vel moles *B* 1. v) *corr.* cymba *B* 1; kimba *m. al. corr.* cimba *A* 1, *et ita B* 3; chymba *A* 3; vix cumba *corr.* c. v. *A* 4. w) nautorum *A* 2. x) ferebat *(?) pr. m. A* 1. y) orationem *A* 2, *corr.* z) et *B* 1. a) *ita A* 1. 3 *cum Beda I, 17*; corporis lass. *rell.* b) *om. A* 4. 4*b*. *B* 1*a*. (3); ac *Beda*. c) Tunc *A* 4. d) ferebatur *A* 4. e) Tunc *A* 4. *B* 2. f) *om. B* 3. g) ocianum *A* 2. h) causa relig. opponit (legionis opponitur *A* 4) *A* 4. 4*b*. i) *ita pr. m. A* 2; legionis *A* 4; relig. *rell.* k) sanctae *add. B* 3 *cum Beda*. l) spargine *A* 3 *cum Beda*; aspargimine *A* 4; levis pergere (*corr.* pergore) *A* 2. m) fluct(us *m. al. in ras.*) *A* 1. n) sevien(tes *superscr.*) *B* 1; sevientis *A* 4, *corr.* o) Colligam commonit (*m. al. corr.* commonuit) *pr. m. A* 2. p) universus *pr. m. A* 2. q) *in* prof. *desinit B* 1*b*; funditur *A* 4. r) *superscr. A* 3. s) *ita A* 2. 3. 4*b cum Beda*; :contrar(ii *m. al. in ras.*), *ras.* e *A* 1; econtra *A* 4; (e *om.*) contrarii *B* 1. 2. 3 *cum Adamnano et V. Leobae c.* 14 *(SS. XV, 128, 27)*. t) renenis *m. al. corr.* serenitatis *A* 2. u) revertuntur *A* 4. *B* 3 *cum Adamn. et Beda*. v) navigia *A* 2. w) quieti potientur *A* 2. x) *ita A* 2. 3. 4 *cum Beda*; que *add. rell.* y) excipit *A* 3. z) *superscr. A* 4; in *add., sed eras. A* 2. a) quos *A* 2. b) sa(cerdo *m. al. in litura*)tum *B* 1. c) *om. A* 4. d) *m. al. superscr. A* 3. *B* 1. e) tempestates *pr. m. B* 2. f) *om. A* 3. g) eorum *add. A* 3.

Cap. 14. a) VIIII. *A* 1; VIII. *B* 1. b) *ita B* 1 *cum Beda*; Brittanniarum *A* 1; Britanniarum *A* 4. *B* 3; Britaniarum *A* 3. *B* 2; Brittaniorum insula *A* 2. c) sacerdotis *pr. m. A* 1. d) opinioni *A* 2; sacerdotis *add., sed del. A* 4. e) predicationibus impl. *pr. m. A* 3.

runt; et cum cotidie, inruente frequentia, stiparentur, divinus[a] sermo non solum in[b] ecclesiis, verum etiam per trivia, per[c] rura, per devia fundebatur[d], ut passim et fideles[e] catholici firmarentur et depravati viam[f] correctionis[g] agnoscerent. Erat in[h] illis apostolorum instar et gloria[i], auctoritas per conscientiam, doctrina per litteras, virtutes[k] ex meritis. Accedebat[l] praeterea tantis auctoribus adsertio veritatis, itaque regionis[m] universitas in eorum sententiam[n] prompta[o] transierat. Latebant abditi[p] sinistrae[q] persuasionis[1] auctores et more[r] maligni spiritus gemebant, perire sibi populos evadentes[s]. Ad extremum, diuturna[t] meditatione concepta, praesumunt inire conflictum. Procedunt conspicui divitiis, veste fulgentes[u], circumdati[v] adsentatione multorum, cognitionisque[w] subire aleam[x] maluerunt, quam in populo[y], quem subverterant, pudorem taciturnitatis incurrere, ne viderentur se ipsi silentio damnavisse. Illic plane inmensae[z] multitudinis numerositas etiam[a] cum coniugibus[a*] ac liberis[b] excita convenerat, aderat populus expectator[c] futurus et iudex, adstabant partes dispari conditione[d] dissimiles[e]: hinc divina auctoritas[f], inde humana praesumptio; hinc fides, inde perfidia[g]; inde Pelagius[h] auctor, hinc Christus. Primori[i] in loco beatissimi sacerdotes praebuerunt[k] adversariis copiam disputandi; quae sola nuditate verborum diu[l] inaniter et aures occupavit et tempora. Deinde antestites[m] venerandi torrentes[n] eloquii[o] sui cum apostolicis et euangelicis tonitribus[p] profuderunt; miscebatur sermo proprius[q] cum divino, et adsertiones[r] violentissimas lectionum[s] testimonia sequebantur. Convincitur[t] vanitas, perfidia confutatur, ita[u] ut ad singulas verborum obiectiones reos se, dum respondere nequeunt, faterentur. Populus arbiter vix manus continet[v], iudicium tamen clamore[w] testatur.

(15)[a]. Cum subito vir tribuniciae[b] potestatis[c] cum coniuge procedit in me-

Capp. 14. 15. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 14. a) divinitus *A* 4. b) *m. al. suppl. A* 1. c) et *pro* per *A* 1. d) fundabatur *pr. m. A* 2; fundebantur *pr. m. A* 3; diffundebatur *B* 1. 2. 3 *cum V. Leobae c.* 9 *(p.* 125, 45*)*. e) fides catholica firmaretur *A* 4. f) fidem *A* 3. g) correpcionis *A* 4. h) in illis *om. A* 2. i) gloriae *A* 3. k) virtus *A* 4; ex *in ras. A* 3. l) Accedebant *A* 2, *corr.*; mer. accedeba(t *in litura maiore*). Praet. *A* 1; mer. acc. Fulget pret. *A* 4; Accedebat — veritatis *superscr. A* 3. m) religionis *A* 2. 3. *B* 3. n) sententia *A* 2. 3; praesentiam *B* 1. o) prumpta *pr. m. A* 2. p) abditis *A* 3, *corr.* q) sinistri *A* 2. r) *om. A* 4. s) *littera* a *in ras. A* 1. t) legacionis *add. A* 4. u) fligentes *A* 4. v) circumdata *(?) A* 4, *corr.* w) *ita A* 1. 2. 4; cognitionesque *A* 3; cogitationesque *B* 3; contentionesque *corr.* contentionisque *B* 1, *et ita B* 2. x) *ita A* 4. *B* 2 *et e corr. B* 1; aliam *A* 2. 3 *(pr. m.)*; alia *A* 1 *et e corr. A* 3; alii *B* 3 *et fortasse pr. m. B* 1. y) populum *pr. m. A* 1. z) immensa (mult. *om.*) *A* 4. a) *om. A* 4. a*) coniungibus *A* 3; congibus *pr. m. B* 2. b) l. (suis *add. A* 4) excitata *A* 2. 4. *B* 3. c) spect. *B* 2; exspectatur *A* 2; expetatur *A* 3. d) condictione *A* 4. e) dissimilis *pr. m. A* 2. f) *ita A* 4. *B* 1. 2. 3 *(cf. p.* 252, 1*)*; fides *Beda; om. A* 1. 2. 3. g) perditio *B* 3. h) Pellagius *A* 2, *corr.*; Pelagianus *B* 3. i) *ita A* 2. *B* 1. 6; primo(re *in ras.*) *A* 3; primo|mori *corr.* priori *A* 1, *et ita B* 3; priore *A* 4; primorem *A* 4*b*; primo *B* 2 *cum Beda.* k) prebuerant *A* 2. l) *ita rell. cum Beda;* diu ina: aniter, *ras.* n *A* 3; diuinaniter *(?) m. al. corr.* niteretur *A* 1; diuinanter *pr. m. A* 2; diuinaliter *B* 3. m) *ita A* 1 *(pr. m.)*. 2 (antestitis *pr. m.*); antist. *rell.* n) torrentis *pr. m. A* 2. o) eloquiorum suorum *A* 4. p) *ita A* 2 *(pr. m.)*. 3. *B* 1 (*sed* bus *in litura*). 1*a*. 2. 3; nitoribus *A* 1; imbribus *Beda;* tonit(h)ruis *A* 4 *et m. al. A* 2. q) propius *A* 2. r) adsertiores *pr. m. A* 3. s) *versu exeunte om. A* 2. t) Convicitur *A* 2. u) it *B* 1, *corr.*; ita — faterentur *om. A* 4. v) contenit *pr. m. A* 2. w) clamorem *A* 2, *corr.*

Cap. 15. a) *numerus* X. *deest, capite distincto, A* 1; VIIII. *B* 1. b) tribunice *B* 1, *corr.* c) civitatis *A* 3.

1) *Ita edictum praefectorum praetorio contra Pelagium et Caelestium a.* 418. *editum (G. Haenel, Corpus legum,* 1857, *p.* 239; *Migne LVI,* 493*)*: ne quis s i n i s t r a e p e r s u a s i o n i s erroribus credulum praestet assensum.

dium[a], decem[b] annorum filiam caecam sinibus[c] ingerens sacerdotum; quam illi offerri[d] adversariis praeceperunt. Sed, conscientia[e] puniente, deterriti[f], iungunt cum parentibus preces et curationem parvulae a[g] sacerdotibus deprecantur; qui expectationem[h] populi[i] et inclinatos adversarios intuentes, orationem breviter[k] fundunt. Ac deinde Germanus plenus[l] Spiritu[m] sancto invocat Trinitatem et protinus adhaerentem lateri[n] suo capsulam[o] cum[p] sanctorum reliquiis collo avulsam manibus conprehendit eamque in conspectu omnium puellae oculis adplicavit; quos statim evacuatos[q] tenebris lumine[r] veritatis[s] implevit. Exultant parentes miraculo, populus contremescit[t]. Post quam[u] diem ita[v] ex animis hominum persuasio iniqua deleta[w] est, ut[x] sacerdotum doctrinam[y], sitientibus desideriis, sectarentur[z].

(16)[a]. Conpressa[b] itaque perversitate damnabili eiusque auctoribus[c] confutatis animisque omnium fidei puritate conpositis, sacerdotes[d] beatum Albanum martyrem, acturi[e] Deo per ipsum gratias[f], petierunt[g, *, 1]. Unde dum[h] redeunt, insidiator[i] inimicus, casualibus laqueis praeparatis[k], Germani pedem lapsus[l] occasione contrivit, ignorans merita illius sicut Iob beatissimi adflictione[m] corporis propaganda[n]. Et[o] dum aliquamdiu[p] uno in[q] loco infirmitatis[r] necessitate[s] constringitur, in vicinia[t] qua manebat casuale exarsit incendium. Quod, consumptis[u] domibus, quae

*) Ubi Germanus omnium — — ad Dominum turba conversa est *inserit Vita II (§ 49) e Bedae Hist. eccl. I,* 18, *qui ipse e Passione III. Albani c.* 21. 22 *(ed. W. Meyer l. l. p.* 60*) hausit.*

Capp. 15. 16. *A* 1. 2. 3. 4. 4*a (a l.* 4*). B* 1. 2. 3.

Cap. 15. a) *ita A* 1. 3. 4. *B* 2 *cum Beda I,* 18; medio *A* 2. *B* 1. 3. b) decim *A* 2. c) senibus *m. al. corr.* genibus *A* 2. d) offerre *A* 2. 4. e) constientia *(?) B* 1, *corr.*; conscientiä *B* 2, *corr.* f) teterr. *A* 2. g) *m. al. suppl. A* 2. h) spectatione *A* 1. i) *in* populi *redit A* 4*a.* k) previter *pr. m. B* 1. l) *superscr. B* 1. m) sancto Sp. *A* 3. n) latere *pr. m. A* 1. o) *corr.* casulam *A* 2. p) (cum *om.*) s. reliquias continentem (*om. A* 6*b*) collo *A* 4. 6*a. b (ita supra p.* 253, 11*)*; reliquias *pr. m. A* 2. q) evacuatis *A* 4*a. B* 1. 2. 3 *(non A* 4. 4*b et Beda).* r) lumen *A* 1. 6*a. b cum Beda.* s) virtutis *A* 3. 4. t) *ita A* 2. 3 *(pr. m.) et pr. m., ut videtur, A* 1 *cum Beda*; contremiscit *rell.* u) quem *B* 1. v) (ita *om.*) examinis omnium p. *A* 4. w) delectata *A* 2, *corr.*; declarata *A* 4. x) veram *pro* ut *A* 4. y) doctrina *A* 2. z) ut eis prestaretur orabant *pro* sect. *A* 4.

Cap. 16. a) XI. *A* 1; X. *B* 1. b) Cum preesset *A* 2; Conprehensa *A* 3. c) actoribus *A* 3. d) sacerdotis *m. al. corr.* sacerdotes ad *A* 2. e) *ita A* 3 *et Mombritius cum Beda;* auctori *A* 1 *(pr. m.).* 4. 4*a. B* 2. 3 *cum Vita II. et codicibus nonnullis Bedae;* auctore *A* 1 *(m. al.). B* 1; auctori *(m. al. corr.* auctorem pervenerunt). Ideo per *A* 2. f) referentes *add. A* 4; acturi *add. A* 4*a cum Vita II.* g) petiverunt *A* 1. 3; pecierunt *post* martirem *A* 4 *et Mombritius.* h) *m. al. suppl. A* 3. i) insidiatur *A* 1. 3 *(m. al. corr.* insidias tendens). k) praeparatos *pr. m. A* 1. l) *om. A* 2. m) adflictioni *B* 1. n) propagandam *A* 3, *corr.* o) *caput* XII. *incipit A* 1, XI. *B* 1. p) aliquando *A* 1 *(pr. m.).* 2. q) in *om. A* 3; in loco uno *B* 2. r) infirmitate *pr. m. A* 1. s) necessitatem *A* 3, *corr.* t) vicina (domui *corr.* domo *add. B* 3) qua *A* 1 *(pr. m.).* 2. *B* 3. u) consuptis *B* 1.

1) *Germanus, sepulchro Albani revulso, reliquias sanctorum ibidem deposuisse fertur, ipse pulverem cruentum loci, quo martyr passus erat, secum auferens teste auctore Passionis I. Albani fabulosae c.* 21. 22 *(ed. Meyer l. l. p.* 60*), qui parte priore saeculi VI. in Gallia scripsit atque verba Constantii de sepulchro Albani a Germano petito, nisi fallor, legerat. Autissiodori basilica s. Albani extabat, quam Germanum post iter Britannicum aedificasse posteri crediderunt (Heirici V. Germani IV,* 28, *MG. Poetae III,* 476*; Mirac. eiusdem I,* 9, 17, *AA. SS. Iulii VII,* 258*). Constantii verba antiquissimum de Albano martyre testimonium exhibent.*

illic palustri[a] arundine tegebantur[b], ad eum[c] habitaculum[d], in quo idem iacebat, flabris[e] stimulantibus ferebatur. Concursus omnium ad antestitem[f] convolavit, ut elevatis[g] manibus, periculum, quod[h] inminebat, evaderet; qui[i], omnibus increpatis[k], moveri[l] se fidei praesumptione non passus est. Multitudo[m] omnis, desperatione[n] perterrita, obviam[o] occurrit[p] incendio[q]. Sed ut Dei[r] potentia manifestior appareret, quicquid custodire temptaverat[s] turba, igne[t] consumitur; quod vero iacens[u] et infirmus defenderat[v], reservatur. Hospitium sancti viri expavescens[w] flamma transilivit[x], ultra citraque desaeviens[y], et inter globos flammantis[z] incendii[a] incolome tabernaculum, quod habitator inclusus servabat, emicuit. Exultat turba[b] miraculo et victam[c] se divinis[d] virtutibus gratulatur[e]. Excubabat diebus ac[f] noctibus ante tugurium[g] pauperis[h] turba sine[i] numero, hi[k] animas curare cupientes, hi[k] corpora. Referri[l] nequeunt, quae[m] Christus operabatur in famulo, qui virtutes faciebat infirmus[n]; et cum[o] debilitati[p] suae nihil remedii[q] pateretur adhiberi[r], quadam nocte[s] candentem[t] niveis vestibus vidit sibi adesse[u] personam, quae manu[v] extensa iacentem videretur[w] adtollere eumque consistere firmis vestigiis[x] imperabat. Post quam horam[y] ita, fugatis doloribus, recepit[z] pristinam sanitatem, ut, die reddito, itineris laborem[a] subiret intrepidus.

(17)[a]. Interea Saxones[b] Pictique[c] bellum adversus[d] Brittanos[e] iunctis viribus susceperunt[f. 1], quos eadem necessitas in castra contraxerat; et[g] cum trepidi[h]

Capp. 16. 17. *A* 1. 2. 3. 4. 4*a*. *B* 1. 2. 3.

Cap. 16. a) palustria anindine *m. al. corr.* palustri anundine *(sic)* *A* 2; plaustri *B* 1 *et fortasse pr. m.* *A* 1; paleastri *B* 3. b) teneb. *B* 3; vertebantur *A* 4. c) *ita* *A* 2. 4*a*. *B* 1. 3 *cum Beda I,* 19; illud *A* 4 *et m. al. in ras.* *A* 1. 3; id *B* 2. d) tabernaculum *A* 1 *(cf. l.* 9*)*. e) flabius sticiolantibus *A* 2; flammis *A* 3. f) *ita* *A* 2; antist. *rell.* g) elevatus *A* 4*a*; elatus *A* 2; elatis *A* 3. h) quo (*m. al. corr.* quod) eminebat *A* 3. i) ut *A* 2. k) increpitis *A* 1. l) movere *A* 4*a*; moveris | et praes. *A* 2. m) autem *add.* *A* 4. n) disperatione (disperatio non *pr. m.* *A* 2) *A* 1 *(pr. m.)*. 2. 4*a*. o) obvia *A* 4*a*. p) : : currit, *ras.* in *A* 1; currit *A* 4. q) intentio *A* 2. r) de *pr. m.* *A* 2. s) turba tempt. *A* 2. 4. t) *om.* *A* 1. 3. u) inf. iacens *A* 4; iac. *om.* *A* 2. v) defenderet *A* 1. w) expaviscens *pr. m.* *A* 2. x) transiluit *pr. m.* *A* 3; transivit *B* 2. y) deserviens *A* 4. *B* 3 *(corr.)*. z) flagrantis *A* 4; flagrantes *A* 2. 3. a) incolome inc. *A* 2. b) umbra miraculum *A* 2. c) victa *A* 2; vitam *pr. m.* *A* 3. d) v. d. *A* 4. e) *in litura* *A* 1. f) ac n. *superscr.* *A* 4. g) : ugorium *pr. m.* *A* 2; togorium *corr.* tugorium *A* 4*a*. h) *corr.* pauperum *A* 1. i) t. innumera *A* 1. k) hii *A* 2. 4. 4*a*. *B* 1; hinc *B* 3. l) referre *pr. m.* *A* 1; *om.* *A* 2. m) quod *A* 2. n) infirmis *A* 4; *om.* *A* 2. o) eum *A* 1, *corr.*; (et cum *om.*) debil. *A* 3. p) debilitate *pr. m.* *A* 1. 2. 4*a*; debilitati : *B* 3. q) *om.* *A* 4. r) adhibere *A* 1. 4*a*. s) noctē *A* 4. t) cadentem *pr. m.* *A* 1. u) ad(s)sistere *A* 2. 4; adstare *A* 3. v) manui *A* 2. w) *superscr.* *A* 3. x) gressibus *A* 1. y) iram ita fugatus *A* 2. z) recipit *A* 2. *B* 2; repit *A* 3, *corr.* a) labore subire *A* 2.

Cap. 17. a) XIII. *A* 1; XII. *B* 1. b) Saxoni *A* 4. c) Pictavique *A* 2*a*[1. 2. 3] *(non* *A* 2*)*. d) adversum *A* 2. 4. *B* 3. e) *ita* *A* 2. 3 *(pr. m.)*; Britannos *B* 3; Brittones *B* 1; Brettones *Beda I,* 20; Brittannos (*corr.* Britannos *A* 1) *rell.* f) susciperunt *A* 2. g) E *A* 3. h) trepida partis suae paene inparis *A* 2.

1) *De incursione Saxonum Pictorumque a.* 429. *facta alibi nihil traditum est, nisi computationem Historiae Brittonum fabulosae c.* 66 *(Auct. ant. XIII,* 209*) conferre licet (id quod fecit H. M. Chadwick, 'The origin of the English nation',* 1907, *p.* 50*), qua teste* Saxones ad Brittanniam venerunt Felice et Tauro consulibus, *i. e. a.* 428. *p. Chr. Tamen, etiamsi hoc testimonium auctoritate caret, illis annis incursionibus eiusmodi Britanniam petitam esse constat, etsi de singulis in summa penuria testium instructi non sumus (cf. 'N. Arch.' XXIX,* 123 *sq.), atque fortasse annus* 429. *in 'variis cladibus eventibusque' commemorandus erat, quibus insula vexata est, donec Saxones a.* 441/42. *partem eius occupaverunt (Chronica Gallica c.* 126,

partes suas paene inpares iudicarent, sanctorum antestitum[a] auxilium petierunt[b]. Qui, promissum[c] maturantes adventum, tantum[d] securitatis ac fiduciae contulerunt, ut accessisse maximus[e] crederetur exercitus, itaque apostolicis ducibus Christus militabat in castris. Aderant[f] etiam quadragesimae[g] venerabiles dies, quos relegiosiores[h] reddebat[i] praesentia sacerdotum[k], in tantum, ut, cotidianis[l] praedicationibus[m] instituti, certatim ad gratiam[n] baptismatis convolarent[1]; nam maxima devoti[o] exercitus multitudo undam[p] lavacri[q] salutaris expetiit. Ecclesia[r] ad diem resurrectionis[s] dominicae[2] frondibus contexta conponitur et[t] in[u] expeditione campestri instar civitatis aptatur. Madidus[v] baptismatis[w] procedit exercitus, fides fervet in populo, et contempto[x] armorum praesidio, divinitatis[y] expectatur auxilium. Interea haec institutio vel[z] forma castrorum hostibus nuntiatur, qui victoriam quasi de inermi[a] exercitu praesumentes, adsumpta alacritate, festinant; quorum tamen adventus exploratione cognoscitur. Cumque, emensa[b] sollemnitate[c] paschali, recens de lavacro pars maior[d] exercitus arma capere et bellum parare[e] temptaret, Germanus ducem[f] se proelii profitetur. Elegit[g] expeditos, circumiecta percurrit et[h] e[i] regione, qua hostium sperabatur adventus, vallem circumdatam[k] editis[l] montibus intuetur. Quo in loco[m] novum conponit[n] exercitum ipse dux agminis.

(18). Et iam aderat[a] ferox hostium multitudo[b], quam adpropinquare[c] intuebantur in[d] insidiis constituti: cum[e] subito Germanus signifer[f] universos admonet et praedicit, ut voci suae uno clamore respondeant[g], securisque[h] hostibus, qui se insperatos[i] adesse confiderent[k], Alleluia tertio repetitam[l] sacerdotes exclamant. Sequitur una vox omnium, et elatum[m] clamorem, repercusso aere, montium conclusa[n] multiplicant[o]. Hostile agmen terrore prosternitur, et[p] ruisse super se non solum rupes circumdatas, verum etiam ipsam[q] caeli machinam contremescunt[r],

Capp. 17. 18. *A* 1. 2. 3. 4. 4*a* *(ad l. 9)*. *B* 1. 2. 3.

Cap. 17. a) *corr. ex* antestitem *A* 2; antist. *rell.* b) petiverunt *A* 1. 3. c) promisso maturantis *A* 2. d) *om.* *A* 3. e) max. exerc. cred. *A* 3; maximum cr. exercitum *A* 4. f) Adhęrant *B* 1. g) quadragissimae *A* 2. h) *ita* *A* 2; relig. (religiosores *pr. m.* *A* 3) *rell.* i) reddebant *pr. m.* *A* 3. k) sacerdotis *(?)* *pr. m.* *A* 1. l) diebus *add.* *A* 3. m) praedicationis *A* 4*a*, *corr.* n) baptismi gr. *A* 4; gr. baptismi *A* 2. *B* 3. o) *ita* *A* 3. 4*a*; devotio *A* 2; devotione *A* 2*a*[1. 2. 3. 4]. 4; *om.* *A* 1 *cum rell.* p) *m. al. suppl.* *A* 1; *om.* *A* 4*a*. q) lavacrum salutare *A* 4*a*. r) ecclesiam *A* 2. s) dom. res. *A* 3. t) *om.* *A* 2. u) vie *add.* *A* 4. v) madibus *A* 2, *corr.* w) *ita* *A* 1. *B* 3; baptismati *m. al. corr.* baptismate *B* 1, *et ita* *A* 3. 4. *B* 2 *cum Beda I*, 20; baptismeae *(sic)* *A* 2; *in* baptis ‖ *desinit* *A* 4*a*, *reliquis deperditis.* x) contempto:, *del.* r *A* 1. *B* 2. y) divinatis *A* 3. z) virorum a *pro* vel f. *A* 2. a) (in *in litura*)ermi *A* 1; inhermi *A* 2. *B* 1. 2. b) emense *B* 2, *corr.*; emissa *A* 2. *B* 3. c) solemnitati *A* 2. d) maiore *A* 2; maxima *B* 3. e) parara (*corr.* parare) *in ras.* *A* 3; t. p. *B* 1; temptare pararent *A* 4; p. temptarent *A* 2. f) se ducem *B* 2. 3 *(non B 1)*. g) eligit *A* 4. *B* 1 *cum Beda.* h) *om.* *A* 2. i) (e *om.*) regionem *A* 4. k) circumdatum *pr. m.* *A* 2. l) mediis *A* 3. m) locum *pr. m.* *A* 3; cum *add.* *A* 2. n) nonponit *(?)* *A* 1, *corr.*; cum|ponit *A* 2; ponit *A* 4.

Cap. 18. a) adherat *B* 1. 2 *(corr.)*; adederat *A* 2. b) multitudinis *A* 2. c) adpropinquaret *A* 2; *versu ex. om.* *B* 3. d) *om.* *A* 2. e) Tum *B* 3 *cum Beda.* f) signiferum versus admonit *A* 2. g) respodeant *A* 3; responderent *A* 4. h) *littera* i *m. al. in ras.* *A* 1. i) insperatus *A* 2; insperatum *B* 3. k) confiderant *B* 2; confiterentur *B* 3. l) *ita* *A* 2. 4. *B* 1 *(pr. m.)*. 3 *cum Beda*; repetit(um *m. al. in ras.*) *A* 1; repetitum *A* 3. *B* 2. m) elevatum *B* 1. 2. 3 *(non Beda)*. n) inclusa *B* 1. o) multiplicat *A* 2. p) prost. eruisse *A* 2. q) *superscr.* *A* 4. r) contremiscunt *B* 3 *et m. al.* *A* 1. *B* 1; contremiscit *A* 4.

Auct. ant. IX, 660*)*. *Narrationem sequentem de victoria quae dicitur Alleluiatica fabulis immunem non esse apparet.* 1) *Cf. V. Martini* c. 3, 5: ad baptismum convolavit. 2) *Die paschali ritu antiquo christiani novi baptizabantur.*

trepidationique[a] iniectae vix sufficere[b] pedum pernicitas[b*] credebatur. Passim fugiunt, arma proiciunt, gaudentes vel nuda corpora eripuisse discrimine[c]. Plures etiam timore praecipites flumen[d], quod sensim[e] venientes transierant[f], devoravit. Ultionem suam innocens[g] exercitus intuetur et victoriae praestitae[h] otiosus expectator[i] efficitur; spolia[k] colliguntur exposita, et praedam[l] caelestis victoriae miles[m] relegiosus[n] adipiscitur. Triumphant[o] pontifices, hostibus fusis sine sanguine; triumphat[p] victoria fide obtenta, non viribus. Conposita itaque opulentissima insula securitate multiplici[q] superatisque hostibus vel spiritalibus[r] vel carne conspicuis, quippe qui vicissent[s] Pelagianistas et Saxones[t], cum[u] totius merore[v] regionis[w] reditum moliuntur. Tranquillam navigationem merita[x] propria et intercessio Albani martyris paraverunt, quietosque[y] antestites[z] suorum desideriis felix carina restituit.

(19)[a]. Itaque reditu venerabilium sacerdotum exultant Galliae, gaudent ecclesiae, daemones[b] contremescunt[c]. Certe expectatio propriae civitatis beatum Germanum votis duplicibus[d] ambiebat, quam et apud maiestatem divinam et inter mundi procellas servare[e] consueverat. Tributaria enim[f] functio[g, 1] praeter solitum et necessitates[h] innumerae[i] cives suos, quasi pupillos orbatos[k] parente[l], depresserant[m]. Recipiunt praesidium[n] destituti[o], agnoscit[p] causas[q], meroribus congemescit[r] et pro quiete vel[s] requie, quaesiturus remedia civitati[t], post marina[u] discrimina labores terrenae expeditionis ingreditur. Itaque[v] Gallias lustraturus[w], contentus[x] parvissimo comitatu et[y] exigua[z] evectione progreditur[a], qui pro largissimis thesauris Christum ferebat in pectore.

(20)[a]. Operae pretium[b] puto mandare[c] memoriae, etiam eius[d] iter clarum

Capp. 18—20. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 18. a) : : trepid., *ras.* tp *A* 2. b) sibi *add.* *A* 3. b*) pernititas *A* 3; pertinacitas (*superscr.* vel pernicitas) *B* 3. c) *ita* *A* 2; discriminum *B* 1: discrimini *rell.* d) flumine *A* 2. e) densim *A* 4. f) transierunt *A* 2; (tr. *superscr.*) evomuit. Ult. *A* 4. g) exerc. inn. *A* 4. h) pristite *A* 2. i) *ita* *A* 2. 3. *B* 1 (*pr. m.*). 1*a*. 3; spectator *A* 1. *B* 2 *et m. al.* *B* 1 *cum Beda;* ammirator bellator populus *pro* exp. eff. *A* 4. k) sponsalia coll. et positos ad pr. *B* 3. l) praeda *A* 2. m) milis *A* 2. n) *ita* *A* 2; relig. *rell.* o) triumphat pontificis *A* 2. p) *ita rell.*; triumphant *A* 4 *cum Beda;* victores *add.* *A* 4; tr. victoriae fide (*corr. e* fidem ?) *A* 2. q) multiplicae *A* 2. r) spiritual. *A* 4; spiritibus *A* 3; spiritu vel c. contrariis *B* 3. s) fugassent *A* 4. t) Saxone | rezei (*sic*) cum *A* 4. u) *om.* *A* 1. v) *ita* *A* 1. 2*a*$^{1, 2, 3, 4}$. 3; meruere *A* 2; reditum reg. merore *A* 4; numero *B* 1. 2. 3. w) re(gionis *m. al. in ras.*) *A* 1; religionis *A* 2*a*$^{2, 3}$ *et pr. m.* *B* 1. x) merito proprio et intercessione *A* 1. 2*a*$^{1, 2, 3, 4}$ (*non A* 2); intercessio(ne *m. al. in ras. add.*) *B* 1. y) Quietusque *A* 2. z) antestitis *A* 2; antistites *rell.*

Cap. 19. a) XIII. *B* 1. b) d(a)emonia *A* 2. 4. c) *ita* *A* 1 (*pr. m.*). 2. 3. *B* 1 (*pr. m.*); contremiscunt *rell.* d) supplicibus *A* 3. e) consuev. serv. *A* 3. f) *om.* *A* 2. 4. g) funtio *A* 3, *corr.*; functo *B* 1. h) necessitatis *A* 2. i) in munere *A* 4; imminere *B* 3. k) oblato *A* 3. l) parentes *A* 2. m) depresserat *A* 2. 4. n) praesidē (?) *pr. m.* *B* 1. o) restit. *A* 2. p) Agnoscat *pr. m.* *A* 1. q) causam *A* 4. r) congemiscit *A* 4. *B* 2. 3 *et m. al.* *A* 1. s) verum requiem *A* 2. t) civitatis *A* 2. 4. u) marini d. laboris terrenas expediciones *A* 4; m. d. laboris *A* 2 *et fortasse pr. m.* *A* 1. v) *caput* XIIII. *incipit* *A* 1. w) *ita* *A* 2. 3; lustraturas *A* 4; inlustratus *m. al. corr.* inlustraturus *A* 1, *et ita rell.* x) *ita* *A* 2. 3. 4; contestatur *A* 1. *B* 1. 3; *om.* *B* 2 *cum Vita II.* y) *om.* *A* 3. *B* 3. z) exiguae (exigue *m. al. corr.* exigua *A* 1) vectione *A* 1. *B* 2. a) progredi *m. al. corr.* progrediens *A* 1.

Cap. 20. a) XIIII. *B* 1. b) puto precium *A* 4, *corr.*; preciosum puto *A* 2. c) mandari *A* 3. d) inter (*corr.* iter) eius *A* 3; iter illius *A* 4; inter illis cl. *A* 2.

1) *Ita e. gr. Codex Theodosianus XI,* 36, 19 (*ed. Mommsen I,* 2, *p.* 651): tributariae functionis sollemne munus. *Cf. infra p.* 269, *n.* 2.

fuisse virtutibus. Necdum[a, 1] territorium[b] suae civitatis excesserat, viam leniter carpens, eratque[c], inminente iam vespera, dies pluvius[d]: cum subito comitatu[e] suo nudus pede, cucullo[f] vacuus, nimis expeditus viator adcrescit[g], cuius etiam nuditate[h] condoluit. Qui dolose inhaerens contubernio[i], iungitur mansione[k] et inter innocentes occupatosque[l] custodes, qui Deo[m], non animalibus vigilabant, iumentum[n], quo senior vehebatur, praedo[o] nocturnus arripuit[p]. Die reddito amissio[q] evectionis[r] agnoscitur et[s], ut sacerdoti animal non deesset, unus[t] ex clericis in[u] peditem mutatur ex equite. Dumque[v] iter agitur, circumiecti[w] comites intuentur[x] beatum virum, extra[y] morem conceptam laetitiam vultus[z] obumbratione velantem[a]. Quod cum[b] ab omnibus[c] videretur, unus ex reliquis, auctoritate concepta, causam laetitiae percunctatur[d]. At[e] ille inquiens: 'Paulolum commoremur[f], quia infelicis illius labor et[g] inridendus[h] est et dolendus, quem mox videbitis aestuantem'. Cumque delapsi[i] animalibus substitissent, paulo post eminus intuentur peditem[k], post se manu captum animal deducentem. Qui[l] brevi adiungitur; dum ille accelerat[m], hi[n] morantur, statimque vestigiis[o] provolutus, crimen quod commiserat confitetur et ita totius[p] noctis spatium[q] inretitum[r] esse[s] se retulit, ut longius prodire non posset[t] nec evadendi viam aliam repperisset[u], nisi ut abductum animal reformaret. Ad haec vir beatissimus: 'Si hesterna', inquit[v], 'die nudo[w] tibi tegimen[x] dedissemus[y], furandi necessitas non fuisset. Quod deest, accipe; reforma[z], quod nostrum est'. Itaque confessor[a] criminis[b] pro poena commissi non solum veniam, verum etiam praemium cum benedictione suscepit.

(21)[a]. Quaerebat vir Deo plenus secretum[b] et abiectionem[c] oculi[d], cum vir-
cf. Matth. 5, 14. tutibus proderetur[e]; in quo vere[f] euangelica sententia probatur[g], civitatem supra montem positam[h] latere[i] non posse. Vitabat suorum solatia, extraneorum[k] declinabat occursus[l]; sed obscurari[m] non poterat, maiestatis luce circumdatus. Nam

Capp. 20. 21. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 20. a) Nam cum *m. al. in ras.* *A* 1; Nondum *A* $2a^{1.2.3.4}$; necnon *A* 2. b) de territorio (terreturio *A* 2) *A* 2. 4. c) erat quia *A* 4. d) pluv(ius *m. al. in ras.*) *A* 1; tempestatibus *pro* pl. *A* 2; dies tempestivus claudebatur, cum *A* 4. e) *ita* *A* 2. *B* 3; comitatui *rell.* f) cocullo *A* 2. *B* 2; cuculla *A* 4. *B* 3. g) accessit *A* 4. h) *ita* *A* 2; nuditatem *A* 3. 4 *et pr. m.* *A* 1; nuditati *rell.* i) contubernii *A* 4. k) *corr.* mansioni *A* 1, *et ita* *A* 3. l) occupat(osque *in litura*) custod(es *in litura*) *A* 1; occupatusque c. *A* 2. m) qui cum animabus *A* 4. n) iumento *pr. m.* *A* 3. o) prae(de *m. al. in ras.*) *B* 1; fur *A* 4; pr. n. *om.* *A* 2. p) (abri *m. al. in ras.*)puit *A* 1; eripuit *A* 3. 4. q) amis(sio *m. al. in ras.*) *A* 1; amisso *pr. m.* *B* 1. r) electionis *A* 2; (evectio *m. al. in ras.*)nis *A* 1. s) ut et s. *pr. m.* *B* 1; ut *m. al. suppl.* *A* 3. t) *m. al. suppl.* *A* 3. u) im pedite *A* 2; im p. *A* 3, *corr.* v) dum(que *om.*) inter *A* 2. w) cur coniecti *A* 2. x) intuuntur *A* 1. y) extre amorem *A* 2. z) Vult sub umbracione *A* 2; vultus subumbratione *A* 3. a) velante *A* 4. b) cum (cum *in marg. in ras. suppl.* *A* 1) novum omn. *A* 1. 3; ab *om.* *A* 4. c) homnibus *pr. m.* *B* 1. d) percunctantur *A* 1, *corr.*; percontatur *A* 3. 4. *B* 2. e) *om.* *A* 2. f) *ita* *A* $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4; commonemur *A* 2; remoremur *A* 1 *cum rell.* g) *om.* *A* 4. h) inridendum *A* 2. i) delapsis an. sub : : stitissent (*ras.* si) *A* 2. k) pedetim *A* 2. l) in *add.* *A* 1. m) declarat *A* 2. n) hii *A* 2. 4. *B* 1. o) veste *versu exeunte pr. m.* *A* 1. p) n. t. *B* 1. q) *ita* *A* 1 *(pr. m.)*. 2; spatio *rell.*; *cf. p.* 267, 16. r) inrititum *corr.* irtum *(sic)* *A* 2. s) se esse *A* 3. 4; se *ante* totius *B* 2. t) possit *A* 1. 2. 4. u) repperisse *A* 3. v) die, inquid *B* 2; inquit *m. al. suppl.* *A* 1, *om.* *A* 3. w) vivido *A* 2 *(non* *A* $2a^{2.3.4}$*)*; uuido *(sic)* tibi et nudo *A* 3; ut video *pro* n. *A* 4. x) tegmen *A* 4. y) dedissem *B* 1. 2. 3. z) reformam *A* 2; remorma *pr. m.* *B* 1. a) confer *A* 2. b) criminum *A* 2. 4.

Cap. 21. a) XV. *B* 1. b) secret(um *in litura*) *A* 1; secreto *A* 2. c) obiectacionem *A* 4; abiectione *A* 2. 3. *B* 3. d) oculis *B* 3; occulti *A* 4; oc. *om.* *B* 2; ne *add.* *A* 3, *post* plenus *B* 3. e) prodiretur *A* 2. f) veri *pr. m.* *A* 1. g) probabatur *A* 3. *B* 2; probabitur *A* 2. h) posita *A* 2. i) abscondi *B* 3 *cum Vulg.* k) externorum *A* 4. l) occursum *A* 2. m) obscurare *A* 1 *(pr. m.)*. 2.

1) *I. e. nondum; cf. Bonnet, 'Latin' p.* 311.

vici[a] omnes, municipia, civitates[b], quot[c] sese per itineris eius tramitem porrigebant, in[d] occursum cum[e] coniugibus ac[f] liberis[g] convolabant et[h] continuatum plerumque[i] agmen, dum[k] occurrentes[l] iungebantur[m] prosequentibus[n], cohaerebat[o].

(22)[a]. Praeterire[b] silentio[c] impium puto, in Alisiensi[d] loco[1] absens[e] quantum[f] virtutis operatus est[g]. Erat[h] illic presbyter Senator nomine, natalibus nobilis, religione nobilior. Coniunx[i] illi Nectariola[k], similis sanctitate; quos praeteriens pro studio antiquae caritatis expetiit. Advenienti praeparant mansionem, et[l] quantum[m] maior persona aderat, tantum minor inpenditur apparatus. Matrona furtim stramen in[n] lectulo subdidit sacerdotis[o], quo[p] ille inscius cubitavit[q], deductaque nocte oratione vel psalmis[r], die reddito, iter quod[s] agebat[t] ingreditur. Inlustrato[u] hospitio familia tota gaudebat; strati[v] reliquias fidelis matrona collegit[w] et condidit[x]. Accidit post dies aliquot[y], ut Agrestius[z] quidam bene ingenuus, habens uxorem, filios et parentes, possessio fieret[a] invadentis[b] inimici, suorumque[c] omnium fletibus non minus[d] Germani absentia quam infelicis captivitas lugebatur. Et[e] cum nihil remedii possit[f] adhiberi, praesumit[g] virtutem[h] fidei[i] matrona venerabilis. Stramen conditum[k] profert[l], quo furiosus[m] circumdatus conligatur[2]. Qui spatium[n] noctis unius, quasi adposito[o] vallatus[p] incendio, inclamato semper nomine sacerdotis, qui, cum abesset[q] praesentia, virtute[r] non deerat, divino[s] purgatur auxilio neque[t] umquam postea in omni vitae suae spatio[u] periculum temptationis incurrit.

(23)[a]. Itaque[b] Arelatum petens, ad[c] Lugdunensem[d] urbem, Arare[e, *] famulante,

*) urbem vel Sagonna famulus Dei evectus *A* 1*a. b. c. d.*

Capp. 21—23. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 21. a) vicini *A* 4. *B* 3. b) *ita* *A* 3. *B* 1. 2; civitatis *A* 1 *(pr. m.)*. 2. *B* 3; civitatesque *A* 4. c) *ita* *B* 2; quod (*m. al. corr.* quot *A* 1, quotquot *B* 1) *A* 1. *B* 1. 3; ut *A* 3; quot *om.* *A* 4; civ. susc: perit (*ras.* i) inheris eius tramite porregebant *A* 2. d) in — convol. et *om.* *B* 2; eius *add.* *A* 4. e) *om.* *A* 2 *et versu ex.* *B* 1. f) et *A* 4. g) suis *add.* *A* 4. h) ut *A* 2. i) clerumque *A* 2. k) et *add.* *A* 3. l) occurrentis *A* 2. m) iungebant *(B 2)*. n) persequ. *A* 2. *B* 3; sequ. *A* 4. o) *ita* *A* 2. 3. 4; coh(a)erebant *rell.*

Cap. 22. a) XVI. *B* 1. b) Pretereundum *A* 4; Preterea *pr. m.* *A* 3. c) silentium *A* 2. 3 *(pr. m.)*. d) *ita* *A* 3. *B* 2 *et m. al.* *B* 1; Alesensu *A* 2; Aliensi *A* 1. *B* 1 *(pr. m.)*. 3; Alesia *A* 2*a*[4]; Alefia *A* 2*a*[1. 2. 3]; Alteriensi *A* 4. e) absensens *A* 2. f) quantas virtutes *A* 4. g) sit *A* 2. 3. 4. h) *caput* XV. *incipit* *A* 1. i) Coniux *A* 2. 3. 4. k) Nectariolo simili *A* 3. l) *om.* *A* 4. m) *ita* *B* 1. 2. 3; quantum — tanto *A* 2; quanto — tanto *A* 1. 3. 4. n) *om.* *A* 2. 3. 4. o) sacerdotes *pr. m.* *B* 2. p) quod *A* 2. q) cobit. *A* 2. r) psalmorum *A* 2. s) quo *B* 1 *et fortasse pr. m.* *A* 1. t) agebatur *B* 1. 2. u) Illustratur hospicium *A* 4. v) que *add.* *A* 1. w) colligit *pr. m.* *A* 1. x) condivit *A* 2. y) aliquos *A* 4. *B* 3; post d. al. *om.* *A* 2. z) Aggr. *A* 4. a) fierit *A* 2; fuerat *pr. m.* *A* 3. b) invadentes *pr. m.* *A* 1. c) suorumque o. fl. n. mi *perierunt* *B* 1. d) sancti *add.* *A* 4. e) *om.* *A* 3. f) *ita* (adhibere *pr. m.* *A* 1) *A* 1. 2. 3; posset adh. *rell.* g) *ita* *A* 2. 3. 4; pr(a)esumpsit *rell.* h) *om.* *A* 3. i) *om.* *A* 3 *(pr. m.)*. 4. k) recond. *A* 4; *om.* *B* 3. l) proferet quod *A* 2; *cf. Bonnet, 'Latin' p.* 86 *sq.* m) *littera* f *in litura* *A* 1. n) *ita pr. m.* *A* 1; spat(c)io *A* 2. 3. 4; per sp. *B* 1. 2. 3 *et m. al.* *A* 1. o) adpositus *A* 2. p) vallatos *B* 1, *corr.*; vallatur *A* 4 *et e corr.* *A* 3. q) adesset *A* 2. r) tamen *add.* *A* 4. s) divina purgator *A* 2. t) *m. al. corr.* nec *A* 1, *et ita* *A* 4. u) spatium *A* 2.

Cap. 23. a) XVII. *B* 1; Sequitur vita sancti ac beatissimi Germani episcopi *praescr.* *B* 2. b) sanctus Germanus *add.* *B* 1. 2. 3. c) a *pr. m.* *A* 1. d) Lugdunensium *B* 1. 2. e) *ita* *A* 2. 3; u. cura famulancium deductus *A* 4; Arari *rell.*

1) *Hodie Alise-Sainte-Reine (dép. Côte-d'Or, arr. Semur, cant. Flavigny), locus per Vercingetorigem et Caesarem clarissimus factus.* 2) *Simile miraculum Sulpicius Severus, Dial, II,* 8, 8. 9 *narraverat:* Post discessum illius — — stramentum etiam, in quo iacuerat, partiuntur. Una earum *(virginum)* post dies paucos partem straminis, quam sibi

devectus est, ubi, certantibus populi studiis, indiscreta aetas et sexus[a] uno occurrit officio. Omnes benedictionem flagitant[b], tactum requirunt et, quod superest[c] multitudine[d], relevat[e] vel[f] vidisse[1]. Diversae infirmitates[g] passim benedictione sanantur, praedicationibus[h] civitas[i] recreatur, et licet festinus[k] abscesserit[l], sitientem[m] populum doctrinae fontibus inrigavit. Si itinera eius cuncta[n] percurram, si universa commemorem[o], parabit prolixitas congesta fastidium[2]; sed dabit Deus[p] veniam, quod sciens plura praetereo. Itaque[q] advenientem[r] beatissimum virum[s] urbs Arelatensis relegiosa[t] gratulatione suscepit, apostolicum instar[u] sui temporis sacerdotem suscipiens. Inlustrabatur[v] eo tempore civitas Hilario[w] sacerdote[x, 3] multimoda virtute pretioso[y]; erat enim fide[z] igneus torrens[a] caelestis eloquii[4] et praeceptionis divinae operarius indefessus[b]. Qui venerabilem sanctum[c] affectu[d] ut patrem, reverentia[e] ut[f] apostolum sublimabat[g, 5].

Sulp. Sev. V. Martini c. 1, 8.

(24). Auxiliaris[a] etiam regebat[b] tum per Gallias[6] apicem praefecturae[c, 7]. Qui

Capp. 23. 24. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 23. a) sextus *(?) B* 1, *corr.* b) flangitant *A* 2. c) est super *B* 3. d) *ita A* 1. 2; multitudini *A* 3. 4. *B* 1; multitudinem *B* 2. 3. e) revelat *A* 3; revelata *m. al. corr.* relaevata *A* 1; exultant *A* 4. f) vel vid. *eras. A* 1; verum vid. *A* 2; se eum *pro* vel *A* 4. g) infirmitatis *A* 2. h) benedictionibus *(m. al. in marg.* al. praedicationibus*) A* 1. i) quiaetas *A* 2. k) festinans *A* 2. l) accesserit *A* 3. m) tamen *add. B* 1. 2. 3. n) *superscr. A* 3. o) cum memorem, paruit *A* 2. p) Dominus *B* 1. 2. 3; veniam *om. A* 2. q) *caput* XVI. *incipit A* 1, XVIII. *B* 1. r) adveniente b. v. (beatissimo viro *B* 3) *A* 2. *B* 3. s) *superscr. A* 2. t) *ita A* 2; relig. *rell.* u) *om. B* 2; in *add. A* 1. 2 (*ubi* sacerdoti). 3; ap. instar in suo tempore *A* 4. v) in *add. A* 4. w) Hylario *A* 4. x) *om. A* 2. y) pret(c)iosa *A* 2. 3; precipuo *A* 4. z) fidei *A* 1. a) torr::: *pr. m. B* 1. b) infessus *pr. m. B* 1. c) pontificem *add. B* 1. 2. 3; sanctum *m. al. corr.* pontificem sancto *A* 1. d) affectum *A* 3. *B* 2 *(corr.)*; effectu *A* 2. e) reverentiam *A* 3. f) *m. al. superscr. B* 1. g) sublimat *A* 4.

Cap. 24. a) Auxiliares *pr. m. A* 1; Ausiliaris *B* 3. b) tum reg. *A* 1; r. tunc *A* 4. c) praefuturae *pr. m. B* 1.

pro benedictione collegerat, energumeno, quem spiritus erroris agitabat, de cervice suspendit. Nec mora, dicto citius, eiecto daemone, persona curata est. 1) *I. e. ii, qui ob nimiam multitudinem a Germano tangi non possunt, vel visu relevantur.* 2) *V. Martini c.* 1, 8: ne quod his pareret copia congesta fastidium. 3) *A.* 429—449. *episcopus Arelatensis fuit.* 4) *De eloquentia praedicationibusque Hilarii cf. Vitam eius auctore Honorato Massiliensi* c. 11 *(Ballerinii, Leonis M. Opera II,* 327 *sq.) et sermonem de Honorato praedecessore ab ipso compositum (ib. col.* 347—370*).* 5) *De consuetudine Hilarii cum Germano intercedente cf. V. Hilarii c.* 16 *(l. l. col.* 332*):* In excursibus autem, quis, ut dignum est, explicabit, quantum eius *(Hilarii)* praesentia profectum contulerit civitatibus Gallicanis, sanctum Germanum saepius expetendo, cum quo sacerdotum ministrorumque curam et vitam necnon profectus excessusque tractabat. *De causa Celidonii cf. supra p.* 227. 6) Vir inl(uster) Auxiliaris pr(ae)f(ectus) praeto(rio) Gallia[rum] *a.* 435. *prope Arelate lapidem miliarium ponendum curavit (C. I. L. XII, n.* 5494*; Dessau, Inscriptiones Latinae selectae I, n.* 806*). Ei a.* 439. *Avitus praefectus successerat (Sidonii carm. VII,* 295 *sqq., Auct. ant. VIII,* 210*), neque Auxiliaris 'multis administrationibus comprobatus' a.* 440. *munere publico functus esse videtur, quo de domo quadam Romae posita litigabat (Novellae Valentiniani III. tit.* 8, 1. 2, *Theodosianus ed. Mommsen et P. M. Meyer II, p.* 88 *sq.). Ad tempus praefecturae Galliarum amicitiae Auxiliaris cum Hilario episcopo Arelatensi intercedentes sine dubio referendae sunt, cui contra Leonem papam pugnanti a.* 445. *aut paulo post, praefectura ut videtur Urbis fungens, litteras misit, suadens, ne nimia obstinatione uteretur (V. Hilarii Arelat. c.* 17, *l. l. col.* 334*; cf. c.* 11, *col.* 328*).* 7) *Ita Codex Theodosianus VI,* 22, 7 *(ed. Mommsen I,* 2, *p.* 270*):* quoniam sublimis apicem praefecturae ordo proconsularium sequitur dignitatum.

praesentiam sacerdotis duplicata gratulatione suscepit, quod et insignem virtutibus virum desiderabat agnoscere, et quod uxor eiusdem longo iam tempore quartano tabescebat incommodo. Ingrediente[a] longissimo[b] praeter consuetudinem famulatur[c] occursu simulque admiratione defigitur. Ita enim dignitas vultus, sermonis eruditio, praedicationis auctoritas stupentis[d] animum conpleverunt, ut merito fama[e] eum minorem fuisse[f] cognosceret; inventus est[g] enim rebus maior[h] esse quam nuntiis[i]. Offert munera, ingerit beneficia, ambiturque[k, 1] a beatissimo viro, ut dignaretur accipere, quod querebat[l]. Incommodum etiam confitetur uxoris; qua visitata[m], ita vis[n] passionis extincta[o] est, ut tremor[p] praecedens et febris subsequens delerentur[q], redditaque pristinae sanitati, fidelis matrona remedium caeleste suscepit, quo et corpus[r] salubritate et anima[s] credulitate convaluit. Acceptis itaque ex voluntate beneficiis, optatum levamen propriae detulit civitati[2], licet in se maximum civibus et remedium referret[t] et gaudium*.

(25)[a]. Interea ex Brittaniis[b] nuntiatur, Pelagianam[c] perversitatem iterato paucis auctoribus[d] dilatari, rursusque ad beatissimum virum preces sacerdotum omnium deferuntur[e], ut causam Dei, quam prius obtinuerat, tutaretur[f]. Quorum petitione[g] festinus occurrit, dum et laboribus delectatur et Christo se gratanter[h] inpendit. Cessit tandem[i] inimici invidia, victa virtutibus, nec temptare ausus[k] est, quem Dei amicum esse iam senserat. Adiuncto itaque Severo episcopo totius[l] sanctitatis[m, **, 3], mare[n] Christo auctore conscenditur[o]; ad itineris tranquillitatem elementa consentiunt; navigium venti, fluctus[p], aera[4] prosequuntur.

*) Denique cum multa — — corporis et animae medicinam, *i. e. narrationem e Gregorii Turon. libro de Virtutibus Iuliani c.* 29 *(SS. R. Merov. I,* 576*) pendentem inserit Vita II (§* 58*); in cuius codicum parte, duobus libris distinctis, argumentum utriusque libri* (Primus qui praecedit — — ibidem in pace quievit) *sequitur.*

**) viro, qui tunc, Treveris ordinatus episcopus, gentibus primae Germaniae verbum vitae praedicabat *(e Bedae Hist. eccl. I,* 21*; cf. infra n.* 3*),* Parisius iterato dum expetit — — iter praematurans inceptum *(e Vita I. Genovefae c.* 11*) inserit Vita II (§* 60*).*

Capp. 24. 25. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 24. a) *ita A* 1 *(pr. m.).* 2; ingredienti *A* 3. *B* 1. 2. 3; Ingreditur *A* 4. b) iam tempore *add. B* 1. c) *corr.* famulatu *A* 1; famulatus *A* 4; famulator occurso *A* 2. d) stupentium animos *A* 3. e) *ita B* 1. 2. 3; fama eum minore *A* 2; fama eo minorem *A* 3; famam eo (ei *A* 4) minorem *A* 1. 4; fama tam minorem se in isto — — monstraret *Ennodii V. Epifani c.* 152 *(Auct. ant. VII,* 103*).* f) esse *A* 4. g) *ita A* 1; enim est *A* 2. 3. *B* 1. 2; enim *om. A* 4. *B* 3. h) maioris se quam *A* 2. i) nuntius offer(t *m. al. suppl.*) *B* 1. k) ambitque *A* 4; ambitur quae ad beatissimum virum *A* 2; a *om. A* 3. l) tradebat *B* 1. 2. 3 *et m. al. A* 1. m) *m. al. in litura A* 1. n) vix *pr. m. A* 3. o) extinta *B* 1. p) rigor *A* 4. q) deleretur *A* 4; pr. subs. deleretur et f. *B* 3. r) et *add. B* 1. s) anime cr. valuit *A* 2. t) referet *A* 2; *versu exeunte om. B* 3.

Cap. 25. a) *caput incipit, numero* (XVII. *A* 1, XVIIII. *B* 1) *omisso, A* 1. *B* 1. b) Britanniis *A* 4. *B* 3 *et m. al. A* 1; Brittanniis *A* 3. c) Pellag. *A* 2. d) auctoritatibus *A* 3. e) referuntur *A* 3. f) tueretur *A* 4. g) *ita A* 2 *et pr. m. A* 1. *B* 2; petitioni *rell. cum Beda.* h) gratenter *pr. m. B* 2; greganter (gratanter *m. al. in marg.*) *B* 1. i) tamen *A* 3. k) ausa *A* 4. l) totus *pr. m. A* 3. m) santit. *B* 1; viro *add. B* 1. 2. 3 *et m. al. A* 1 *cum Beda.* n) navis *A* 4. o) conscendit *B* 3 *cum Beda.* p) flatus vela pr. *A* 4.

1) *I. e. postulaturque.* 2) *Fortasse conferre licet verba Salviani inter a.* 439. *et* 451. *conscripta, De gubernatione Dei V,* 8, 35 *(ed. Pauly p.* 113*):* Si quando enim, ut nuper factum est, consulendum defectis urbibus aut minuendas in aliquo tributarias functiones potestates summae existimaverint, ilico remedium cunctis datum soli inter se divites partiuntur. 3) Qui erat discipulus beatissimi patris Lupi Trecasenorum episcopi et tunc, Treviris ordinatus episcopus, gentibus primae Germaniae verbum praedicabat, *addit Beda,*

(26). Interea sinistri spiritus, pervolantes per totam insulam, Germanum venire invitis vaticinationibus nuntiabant, in tantum ut Elafius[a] quidam regionis[b] illius primus in occursum[c] sanctorum sine ulla manifesti[d] nuntii relatione properaverit, exhibens secum filium, quem in ipso flore adulescentiae[e] debilitas dolenda damnaverat. Erat[f] enim arescentibus[g] nervis[h], contracto[i] poplite, cui[k] per[l] siccitatem crurae[m][1] usus vestigii[n] negabatur. Hunc Elafium[o] provincia tota subsequitur; veniunt sacerdotes, occurrit inscia[p] multitudo, confestim benedictio et[q] sermonis divini[r] doctrina profunditur. Recognoscit populum in ea qua[s] reliquerat credulitate durantem, intellegunt, culpam esse paucorum, inquirunt[t] auctores inventosque condemnant.

(27)[a]. Cum subito Elafius[b] manibus[c] advolvitur sacerdotum, offerens filium, cuius necessitatem aetas et debilitas etiam[d] sine precibus adligabant[e]. Fit communis omnium dolor, praecipue sacerdotum, qui conceptam[f] misericordiam ad divinam clementiam contulerunt. Statimque adulescentem[g] beatus Germanus sedere conpellit[h], adtrectat poplitem[i] debilitate curvatum, et per tota infirmitatis[k] spatia medicabilis[l] dextra percurrit. Salubrem tactum sanitas[m] festina subsequitur; ariditas sucum[n], nervi officia[o] receperunt[p], et in conspectu omnium filio[q] incolomitas, patri filius reformatur. Inplentur[r] populi stupore[s] miraculi, et in pectoribus omnium fides catholica inculcata[t] firmatur. Praedicatio deinde ad plebem[u] de praevaricationis emendatione[v] convertitur, omniumque sententia pravitatis auctores[w], expulsi[x] insula, sacerdotibus addicuntur[y] ad mediterranea[z] deferendi[2], ut et[a] regio

Capp. 26. 27. *A* 1. 2. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 26. a) *ita B* 1. 3 *cum Beda (cf. Auct. ant. VIII,* 66, 24. 316, 25*)*; Helafius *B* 2; Elafus *A* 1. 2. 3; Elaphus *A* 4. b) religionis *pr. m. B* 1. c) occursu *A* 3. d) manifesta *A* 4. e) aduliscentiae *A* 2; adulescentii *(?) pr. m. A* 1. f) Et *pro* Erat *A* 2. 3. g) arisc. *A* 2; arentibus *A* 4. h) et *add. A* 4. i) contractu *A* 2; contractus poples siccaverat, cui *A* 3. k) cuius *A* 1, *corr.* l) pro siccitate *B* 1. m) *ita B* 1; cruris *A* 1. *B* 2. 3 *cum Beda*; sur(a)e *A* 2. 3 *et Mombritius*; sui *A* 4. n) vestii *A* 2. o) *ita B* 3 *cum Beda*; Helafium *B* 1. 2; Elafum *A* 1. 2. 3; Elaphum *A* 4; ꝑ *add., sed eras. A* 3. p) *superscr. A* 3; inscientia *pr. m. B* 2. q) ::| &, *ras.* et *(?) A* 3. r) divina *A* 4, *corr.*; *om. B* 3. s) *m. al. corr.* quam *A* 1; quae *A* 2. t) inquiruntur victores *A* 2.

Cap. 27. a) XVIII. *A* 1; XX. *B* 1; XVIIII. *B* 2. b) *ita B* 3 *cum Beda*; Helafius *B* 1. 2; Elafus *A* 1. 2. 3; Elaphus *A* 4. c) *m. al. corr.* pedibus *B* 1, *et ita Beda*; pedibus manibus *A* 3. d) et *add. A* 2. e) allegabant *(recte) A* 4. *B* 2 *et m. al. A* 1; adlegabat (*om.* aetas et) *Beda*. f) concepta misericordia *A* 2. g) ad |: ulesc., *ras.* u *A* 2. h) *ita A* 2. 3; con(m)pulit *rell.* i) poblicem *A* 1 *(pr. m.)*. 2; poplitatem *pr. m. A* 3. k) ::| infirmitati (*ras.* in?) *pr. m. A* 3. l) medicalis dextera percucurrit *A* 4. m) sanitatis *pr. m. A* 1. n) suum *A* 2. o) officium *A* 4. p) reciperunt *A* 2. q) incolumis filius p. ref. *A* 4. r) impletur p. (populus *B* 3) *A* 2. *B* 3. s) ad(m)mirat(c)ione *A* 2. 3. 4. t) incultata *A* 2, *corr.*; cumulata f(or *in litura*)matur *A* 4. u) populum *A* 2. v) emenda(tione *superscr.*) *A* 2. w) auctoris *A* 2; (auct *m. al. in ras.*)ores *A* 3. x) *ita A* 1 *(versu exeunte)*. 2 (*ubi* expulsa). 4. *B* 3 *cum Beda*; ab *add. B* 1. 2; exp. Insulae *A* 3. y) *ita A* 1 *(pr. m.)*. 2. 3. *B* 3; *m. al. corr.* adducuntur *A* 1, *et ita B* 1. 2 (adducentur *pr. m.*) *cum Beda*; abducuntur *A* 4. z) medeterr. *A* 2. a) *om. A* 1. *B* 3 *(non Beda)*.

Hist. eccl. I, 21, *e V. Lupi Trecensis c.* 11 *(infra p.* 302*), cuius tamen auctor itineris Severi Britannici mentionem non fecit (cf. ib. p.* 288*); cum temporibus etiam Severus episcopus Ventiensis competit, qui conciliis Reiensi a.* 439. *et Vasionensi a.* 442. *interfuit (Mansi V,* 1196*; Maassen, 'Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts' I,* 953*). Severus ille Bedanus etiam in catalogis episcoporum Treverensium (SS. XIII,* 298 *sqq.) invenitur, quorum exemplaria saeculum X. non superant.* 4) *Cave, ne aera pro accusativo accipias, nam tria elementa (cf. Isidori Hispal. de natura rerum librum c.* 36, *ed. G. Becker,* 1857, *p.* 61: quod ex aquis aer, ex aere venti nascuntur*) Germani navigio favebant, scilicet venti, fluctus, aera. Etiam Fortunatus, Carm. IX,* 1, 141, *'aera' scripsit pro 'aeres'. B. Kr.* 1) *I. e. cruris; cf. Thesaurum linguae Latinae IV,* 1247, *l.* 18. 2) *Gesta pontif. Autiss. c.* 7 *(Duru I,* 320*) haec addunt:* Testantur hodieque quam plurimi se lectione didicisse, predictos hereticos a Germano sanc-

absolutione[a] et illi emendatione fruerentur[b]. Quod in[c] tantum salubriter factum est, ut in illis locis etiam nunc[1] fides intemerata perduret, itaque, conpositis omnibus, beatissimi sacerdotes ea qua venerunt[d] prosperitate redierunt.

(28)[a]. Vixdum[b] domum de transmarina[c] expeditione remeaverat[d], et iam legatio[e] Armoricani[f] tractus[g, 2] fatigationem beati antistitis ambiebat. Offensus enim superbae insolentia[h] regionis[3] vir magnificus[4] Aetius[i], qui tum[k] rem publicam gubernabat[l], Gochari[m] ferocissimo Alanorum[n] regi[5] loca illa inclinanda[6] pro

Capp. 27. 28. *A* 1. 2 *(ad l. 1)*. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 27. a) absolutionem *A* 1, *corr.* b) fruentur *pr. m. A* 1; *in* fruer. *desinit A* 2, *quaternione completo.* c) intuentum *pro* in t. *A* 3. d) *ita A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3; venerant *A* 3. 4. *B* 1. 2 *cum Beda.*

Cap. 28. a) XVIIII. *A* 1; XXI. *B* 1; XX. *B* 2. b) dum *om. B* 1. 2. c) transmira *pr. m. A* 1. d) remeaverant *A* 4. e) *om. A* $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3. f) *ita A* 3. *B* 1. 1*a cum Vita II;* Armoricarii *A* 1; Armaricani *B* 2; Armonicani *A* $2a^{3}$. 4; Armonicā (-ā = -am *ortum ex* -ani) *A* $2a^{1.2.4}$. *B* 3; Armoricanae gentis *Beda.* g) tractatus *A* 4. h) insolencie *A* 4; insolatia *pr. m. B* 2. i) *ita A* 1 *cum Vita II;* Aecius *A* 4; Ętius *B* 2. 3; Etius *A* $2a^{3.4}$. *B* 1; Ethius *A* $2a^{1.2}$; et eius *A* 3. k) dum *A* 1, *corr.*; tunc *A* 4. l) gubernat *A* 3, *corr.* m) *ita (corr. e* Gocheri *A* $2a^{2}$) *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3; Gothari *Mombritius;* Goari *A* 4; Gobari *A* 3; Eochari *B* 1. 2 *cum Vita II (*Eocharich *Surius);* Eothari *B* 1*a.* n) Ala(norum *in ras.*) *A* $2a^{1}$; Alemannorum *Surius.*

tissimo Celestino pape *(422 — 432)* fuisse transmissos. *Quae fabulosa esse patet; at conferendae sunt constitutiones Honorii a.* 418 *(Haenel, Corpus legum p.* 238 *sq.) et Valentiniani III. a.* 425 *(Constitut. Sirmond.* 6, *ed. Mommsen, Theodosianus I,* 2, *p.* 912*) de sectatoribus Pelagii 'exilii deportatione' damnandis atque de episcopis Pelagianis e Gallicanis regionibus expellendis.*
1) Multo ex eo tempore *Bedae Hist. eccl. I,* 21. *Tamen in ecclesia Hibernica finitima etiam saec. VII. Pelagiana haeresis reviviscebat (Beda II,* 19*); cf. H. Zimmer, 'Pelagius in Irland',* 1901, *p.* 22 *sqq.; 'Realencyklopädie für protestantische Theologie' X*^{3}, *p.* 210 *sqq.; H. Williams, 'Zeitschrift für Celtische Philologie' IV,* 1903, *p.* 536 *sqq.* 2) *De tractu Armoricano cf. Notitiam dignitatum occ. XXXVII. (ed. Seeck p.* 204 *sqq.) et ea quae E. Böcking in suae editionis vol. II,* 817* *sqq. disseruit.* 3) *De seditionibus tractus Armoricani cf. 'N. Arch.' XXIX,* 139 *sq.* 4) *De titulo viri magnifici cf. O. Hirschfeld, 'Die Rangtitel der römischen Kaiserzeit' ('Berliner Sitzungsberichte'* 1901, *p.* 602*; 'Kleine Schriften',* 1913, *p.* 672*); J. Friedrich, 'Über die kontroversen Fragen im Leben des Jordanes' ('Münchener Sitzungsberichte, phil.-hist. Klasse'* 1907, *p.* 434 *sq.); B. Krusch, 'N. Arch.' XXXIV,* 235. 5) *Agitur de Goare rege aliunde noto. Cum Alani sub Respendiale rege constituti cum Wandalis et Suebis Rhenum flumen transissent, a.* 409. *in Hispaniam migraturi, Goar cum parte gentis minore a.* 407. *ad Romanos transgressus est (Renatus Profuturus apud Gregorium Turon., Hist. II,* 9, *ed. Arndt p.* 75*) atque, in Gallia remanens, a.* 411. *una cum Gundicario rege Burgundionum Moguntiaci operam dedit, ut Iovinus imperator fieret (Olympiodori fragm.* 17, *ed. Müller, Fragm. histor. Graec. IV,* 61*). Quo a.* 413. *ab Athaulfo rege Gothorum Valentiae capto atque a Dardano praefecto praetorio Galliarum interempto, Goar coactus esse videtur, ut se Alanosque suos cum Athaulfo Gothisque coniungeret; nam ad Goarem sine dubio ea pertinent, quae Paulinus Pellaeus (Eucharisticon v.* 343 *sqq., ed. Brandes, Corpus script. eccles. Latin. XVI,* 304 *sqq.) de rege quodam Alanorum narravit, qui a.* 414, *pace cum Honorio imperatore rupta atque Attalo iterum imperatore ab Athaulfo constituto, 'imperio gentis cogente Gothorum', invitus eos e Burdegalensi civitate profectos ad Vasatensem urbem obsidendam secutus est. Ubi a Paulino ei persuasum est, ut in partes Romanas gentem suam transferret; unde, ab Alanorum 'agmine haud mediocri' deserti, Gothi obsidionem reliquerunt, brevi post etiam Alanis 'auxiliaribus' Romanorum abscedentibus. Deinde per plures annos neque de Goare quicquam memoriae traditum est neque de Alanis Gallicis, qui in duas partes divisi sunt, quarum uni, cui Sambida praeerat, a.* 440. *'deserta Valentinae urbis rura' partienda tradita sunt (Chronica Gallica a.* 452. *c.* 124, *Auct. ant. IX,* 660*), cum altera pars*

rebellionis praesumptione permiserat, quae[a] ille aviditate[b] barbaricae[c] cupiditatis[1] inhiaverat. Itaque genti bellicosissimae regique idolorum ministro obicitur senex unus, sed tamen omnibus Christi praesidio maior et[d] fortior. Nec mora, festinus egreditur, quia imminebat bellicus apparatus. Iam progressa gens fuerat totumque iter eques ferratus impleverat, et tamen sacerdos noster obvius ferebatur, donec ad[e] regem ipsum qui subsequebatur[f] accederet. Occurrit in itinere iam progresso[g], et armato duci inter suorum catervas opponitur medioque interprete primum precem supplicem[h] fundit, deinde increpat differentem, ad extremum, manu iniecta, freni habenas invadit atque in eo[i] universum sistit exercitum. Ad haec rex[k] ferocissimus admirationem pro iracundia, Deo[l] imperante, concepit; stupet constantiam, veneratur[m] reverentiam, auctoritatis pertinacia permovetur. Apparatus bellicus armorumque[n] commotio ad consilii civilitatem[o], deposito tumore[p], descendit, tractaturque[q], qualiter non quod rex voluerat, sed quod[r] sacerdos petierat conpleretur[s]. Ad stationis quietem rex[t] exercitusque se recipit[u]; pacis[v] securitatem fidelissimam[w] pollicetur, ea conditione, ut venia[x], quam ipse praestiterat, ab imperatore vel ab Aetio[y.2] peteretur[z]. Interea per intercessionem et meritum sacerdotis rex conpressus est[a], exercitus revocatus, provinciae[b] vastationibus absolutae[c].

(29)[a]. Exin Italiam petiturus[b] egreditur[c], cui id solum sufficeret[d], ne um-
cf. Ps. 83, 8. quam labore vacuus quiete frueretur; sed, ut propheta ait, ambulabat de virtute[e] in virtutem. Nam dum[f] praeterit, ex consuetudine pietatis familiarem suum Senatorem[g] presbyterum iterum[h.3] visitavit. A quo illi annorum XX[i] circiter muta

Capp. 28. 29. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 28. a) quem *B* 1; quam *B* 2; quibus *A* 4. b) captivitate *A* 4. c) barbara *(?) pr. m.* *A* 1. d) (et fort. *om.*) Ne *corr.* Nec *A* 3. e) *m. al. suppl.* *A* 1. f) *ita* (*corr. e* subquebatur *B* 2) *A* 3. 4. *B* 1. 2; sequeb. *A* 1. $2a^{2.3.4}$. *B* 3. g) egresso *A* 4. h) supplice *A* 1 *(pr. m.)*. *B* 3. i) eodem *A* 4; loco *add.* *A* 4. *B* 1. 2 *(non B 3) et m. al.* *A* 1. k) *om.* *A* 4. l) *superscr.* *A* 3. m) venerantur *B* 2, *corr.; ven. rev. om.* *A* 3. n) armarumque *B* 1. o) utilitatem *A* 1; civitatem *B* 3. p) timore *A* 4. q) Tractatusque *B* 3 *et pr. m.* *A* 1. r) sac. quod *A* 4, *corr.* s) *ita (melius iuxta rhythmum)* *A* 3. 4. *B* 1. 2 *et m. al.* *A* 1; con(m)pletur *A* 1 *(pr. m.)*. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3. t) *ita* *A* 3. 4. *B* 1. 2 *et m. al.* *A* 1; *om.* *A* 1 *(pr. m.)*. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3. u) *ita* *A* 3. 4 *et m. al.* *A* 1 *(rhythmo melius)*; recepit *rell.*; Itaque *add.* *A* 4. v) pacem *B* 1. w) fidissimam *A* 3. 4. x) veniam *A* $2a^{1.2.3}$. 3. *B* 1 *(corr.)*. 2. y) *ita* *A* 1. *B* 2 *et m. al.* *B* 1; Aecio *A* 4; Ętio *B* 3; Etio *A* $2a^{1.3.4}$. *B* 1 *(pr. m.)*; Ethio *A* $2a^{2}$; ab Abato *A* 3. z) prestaretur *A* 4. a) et *add.* *A* 4. b) provinti(a *m. al. in ras.*) vast. absoluta *A* 1; a *add.* *A* 3. *B* 1. 2; provinciam, quam a vastacione exemit, aliam petiturus *A* 4. c) absoluta est *A* 3, *corr.*

Cap. 29. a) XX. *A* 1; XXII. *B* 1. b) periturus *m. al. corr.* pergiturus *A* 1. c) egredi-turus *A* 1, *corr.* d) sufficere *pr. m.* *B* 1. e) virtete *pr. m.* *B* 1; virtutibus *A* $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3. f) dum pr(ii)eteriret *A* 3; Nam preteriens *A* 4. g) suum *iterat., sed expunct.* *A* 3. h) *om.* *A* 4. i) circ. X(ii)X *A* 4.

gentis eademque, nisi fallor, Goaris terras in 'ulteriore' Gallia trans Ligerim prope Aurelianos sitas cum incolis dividendas paulo post ab Aetio acceperit. Incolis autem resistentibus, Alani a. 442, *possessoribus expulsis, terras easdem occupaverunt (ib. c.* 127, *p.* 660*), inde iam Constantio teste Aremoricos aggressuri, iubente Aetio. Goar haud ita multo post vita defunctus esse videtur, siquidem a.* 451, *Attila irruente, Sangibanus Alanis Aurelianensibus iam praeerat (Iordanis Getica c.* 37. 38, *Auct. ant. V,* 1, *p.* 108 *sq.), qui a.* 453. *a Thorismodo rege Wisigothorum perdomiti sunt (Addit. Prosperi Havn. a.* 453, *Auct. ant. IX,* 302; *Gregorii Turon. Hist. II,* 7, *p.* 71; *cf. Iordanis Getica c.* 43, *p.* 115 *sq.) neque iam postea commemorantur. Cf. 'N. Arch.' XXIX,* 133 *sqq.* 6) *I. q. deprimere.* 1) *Cf. Salvian., De gubernatione Dei IV,* 14, 68 *(ed. Pauly p.* 89*)*: rapacitas Alani. 2) *Aetius a.* 439, *'pacatis motibus Galliarum', in Italiam reverterat (Chronica Gallica c.* 123, *Auct. ant. IX,* 660*).* 3) *Cf. supra c.* 22 *(p.* 267*).*

offertur puella, cuius os[a], frontem vultumque totum cum olei adtrectatione benedixit; deinde conditum poculum[b] praecepit adferri, in quo tres particulas panis manibus propriis comminutas infudit[c], unamque in os puellae ipse inseruit[1], imperans, ut, priusquam acciperet, petitionem benedictionis ediceret. Quam statim clara[d] voce, antequam panem sumeret, postulavit, ac[e] deinceps usus[f] loquendi[g], natus[h] ex[i] mirabilibus, in reliqua eius aetate permansit. Deinde[k] profecturus solito affectuosius[l] in amicum[m] inruit[n]; os[o], frontem[p], oculos osculatur, inhaeret amplexibus et huiusmodi verbis salutatum[q] reliquit: 'Vale in aeternum, frater karissime; vale[r], animae meae portio[2]! Tribuat Deus, ut nos in die[s] iudicii sine confusione videamus; ceterum in hac luce mutuo numquam fruemur aspectu!'

(30). Erat iter illius comitatu proprio[a] solitarium, sed occurrentum[b] agminibus[c] constipatum, in tantum, ut per[d] omnes aggeres, quos in[e] itinere suo inlustratos reliquit[f], in[g] hodiernum diem, ubicumque[h] aut oravit aut docuit, oratoriae[i] cellulae et signa crucis elata praefulgeant. Territorium[k] sane Augustudunense[l][3] dum praeterit[m], advenienti multitudo indiscretae aetatis et sexus occurrit*. Illic in conventu omnium prostrati in terram parentes filiam in annis nubilibus[n] obtulerunt, cui debilitas poenam saevissimam temporis accessione generaverat. Ab ortu enim nativitatis suae ita, contractis nervis, in palmam digiti curvabantur, ut, crescentibus introrsum nimie unguibus, cedente carnis teneritudine, tot inciperent esse[o] vulnera quot digiti, et nisi insistenti[p] acumini ossa obiecta[q] aliquatenus restitissent[r], palmam[s] totam ulcera ulterius[t] inmersa transfoderent. Huius dexteram[u]

*) Qui dum loca sanctorum — — votis atque alloquio responderet *e Vita I. Cassiani c.* 12 *(AA. SS. Aug. II,* 65*) inserit Vita II (§* 64*).*

Capp. 29. 30. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 29. a) hos *B* 1, *corr.*; et *add. A* 4. b) populum *pr. m. A* 3. *B* 1. 2 *(non B* 1*a).* c) infundit *A* 4. d) cl. v. *om. A* 4. e) Hic deinde *A* 4; Ac deinceps *m. al. corr.* deinde *atque* Ac deinceps — permansit *post* postulavit *m. al. suppl. A* 1. f) usus — Deinde *om. A* $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3 *et pr. m. A* 1 (*cf. n.* e). g) eloqu. *B* 2. h) natis *A* 3. i) est *pr. m. B* 1. k) deinceps *A* 3. l) *ita A* 3. 4. *B* 1*a cum V. Leobae c.* 20 *(SS. XV,* 130, 11*)*; affectuosus *B* 2, *corr.*; affectu :::: (ocius *m. al. in marg.*) *B* 1; affectu ot(c)ius *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3. m) amico *A* 4. n) ruit *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. o) hos *B* 1, *corr.*; et *add. A* 4. p) et *add. A* 4. q) salutans *A* 4. r) vale *add. A* 4. s) diem *A* 4; dei *pr. m. B* 2.

Cap. 30. a) proprium *A* 1 *(pr. m.).* $2a^{1.2.3.4}$. 4 *(corr.). B* 3. b) occurrentium *A* $2a^{1.2.3.4}$; occurrentibus *B* 1. 2. c) *ita A* 1. 3. 4; occ. ab hominibus *A* $2a^{1.2.3.4}$ *cum B* 1. 2. 3. d) *om. A* 4. e) *om. A* 3. 4. *B* 2. f) usque *add. B* 1. 2 *(non B* 3*) et m. al. A* 1. g) in h. d. *om. A* 4. h) *om. A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3. i) oratoria *A* 1. k) *numero* (XXI) *omisso, caput incipit A* 1; XXIII. *B* 1. l) *ita A* $2a^{1.2.4}$. 4; Augustodun. *m. al. corr.* Augustidun. *A* 1, *et ita B* 1. 2. 3; Agustudun. *A* 3; Augustudin. *A* $2a^{3}$. m) preteriret *A* 4. n) *ita A* 4. *B* 2; nobilibus *A* 1 *(pr. m.).* $2a^{1.2}$. a^{3} *(corr.).* a^{4}. 3 *(pr. m.). B* 1. 3; iuvenilibus *m. al. A* 1. o) v. e. *A* 3. 4. p) *ita A* 3. *B* 1. 3; insistent(c)ia ac. (cõminus *A* 1; cum in *A* 4; comi in *A* $2a^{4}$; come in *A* $2a^{1.3}$; comę in *A* $2a^{2}$) ossa *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. 4. *B* 2. q) abiecta *B* 2. 3 *(non B* 1. 1*a*). r) prest. *A* 4; obstit. *A* $2a^{1.2.3.4}$. s) Palma *pr. m. A* 1. t) *ita A* 1. $2a^{1.2.3.4}$; ulc. interius (interius vulnera *A* 4) inm. tr. (in(m)mensa transfoderant *A* 3. 4) *rell.* u) dextram *B* 3.

1) *Cf. Sulpicii Sev. Dial. III,* 2, 3. 6: Paterfamilias — — filiam ab utero m u t a m Martino coepit o f f e r r e. — — D e i n pusillum o l e i — — b e n e d i c i t atque ita i n o s p u e l l a e sanctificatum liquorem — — i n f u d i t; *V. Martini c.* 16, 7: D e i n d e aegram intuens, dari sibi o l e u m postulat; quod cum b e n e d i x i s s e t, i n o s p u e l l a e vim sancti liquoris i n f u n d i t, statimque vox reddita est. 2) *Cf. Rutilii Namatiani Itinerar. I,* 426: animae portio magna meae; *Sidonii carm. XXI,* 4 *(Auct. ant. VIII,* 243*)*: Namque animae nostrae portio maior eras. 3) *Autun.*

conprehensam[a] dum adtrectat sacerdos, tactus[b] salubritate benedixit adprehensosque singillatim[c] digitos, cedentibus nervis, in usum flexibilem[d] revocavit, redditurque ministerio[e] manus, quae inferebat sibi ipsa perniciem. Id[f] insuper pietatis[g] adiungit, ut sanctis manibus, directis iam digitis, excessum[h] unguium ad formam communis consuetudinis resecaret[i].

(31)[a]. Decursis itaque civitatibus Gallicanis, dum Alpes Italiam ingressurus exsuperat, casu artificibus[b] ex opere mercennario domum redeuntibus itineris conlatione[c, 1] sociatur. Qui, dum[d], gravati iniustis fascibus, iuga nubibus[e] inserta conscendunt, torrente obvio tenebantur, qui[2] in[f] illis praeruptis praecipitiis[g] neque animalium neque hominum vestigia fideliter haerere patiuntur. Erat ex his viatoribus unus et[h] claudus et senior; huius[i] fascem[k] vir beatissimus humeris suis inter vastos gurgites[l] deportavit eumque exoneratum, iterato[m] transitu, subiecta cervice transposuit*. Et cum studiosissime sui agnitionem abiectione velaret[n], Mediolani[o], quis aut quantus esset, celare[p] non potuit.

(32)[a]. Erat autem[b] dies sanctorum sollemnitate venerabilis, qui in unum plurimos collegerat[c] sacerdotes. Et dum[d] missa sacris misteriis celebratur[e] ad altare, incognitus et inprovisus ingreditur[f], statimque unus e populo, captivus[g] inimici, cum ingenti vociferatione proclamat: 'Cur nos in Italia[h], Germane[i], persequeris? Sufficiat[k] tibi, quod nos[l] de[m] Galliis[n] exclusisti; sufficiat[o], quod[l] nos[p] et oceanum mare oratione[q] superasti. Quid universa perlustras? Quiesce, ut[r] nos quieti esse possimus'. Fit[s] admiratio et terror in populo; quis[t] esset Germanus, dum alter ad[u] alterum intuetur[v], inquiritur. Et licet habitu despicabilis[w] videretur, vultus[x] tamen dignitate cognoscitur. Consultus gradum aut ordinem non negavit. Episcopi[y] omnes sanctum[z] Dei digna humilitate venerantur; exorant, ut furiosum, qui nomen eius confessus fuerat[a], visitaret. Quem non praesumptionis coturno,

*) *Considerationes de fortitudine animi a sancto sene ostensa* (Libet hic parumper — — gratissimum cubile collocaverat) *inserit Vita II (§ 66).*

Capp. 30—32. *A* 1. 3. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 30. a) apprehensam *A* 4. b) tactis sal. *A* 3; tactu salubri *A* 4. c) *m. al. suppl.* *A* 1. d) flexilem *A* 3. e) ministerium *A* 3. f) *ita* *A* 3. 4; Insuper id *B* 1. 2. 3; Id *om.* *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. g) *m. al. corr.* pietas adiungitur *A* 1; pietatis adiungitur *A* 4; pietas adiungit *A* $2a^{1.2.3.4}$. h) excelsum u. *B* 3; excisis unguibus *A* 4. i) ipse componeret *pro* r. *A* 4.

Cap. 31. a) XXIIII. *B* 1; *numerum* XXII. *om.* *A* 1, *capite distincto.* b) artifices ex (o. *om.*) m. d. redeuntes *A* 4. c) conlationi *pr. m.* *A* 1; consolatione *A* $2a^{1.2.3}$. *B* 3; consolacioni *A* $2a^{4}$; conversacione sociantur *A* 4. d) cum *A* 4. e) nivibus *A* 3. f) illis in *A* 4, *corr.* g) precipitis *A* 1 *(pr. m.)*. $2a^{4}$. *B* 1; precipites *A* $2a^{1.2.3}$. 3. h) *om.* *A* 1. $2a^{1.2.3}$. i) cuius *A* 4. k) fasci *pr. m.* *A* 1. l) gurgitis *pr. m.* *A* 1. m) girato *in ras.* *B* 2; irato (*corr.* girato) transito — deposuit *A* 3; it. transitum *B* 3. n) valeret *m. al. corr.* vallaret *B* 1. o) Mediolane *pr. m.* *A* 1; Medio : lani *(ras. 1?) m. al. corr.* Mediolanis *B* 2, *et ita* *B* 3. p) celari *A* 4. *B* 3 (*corr. e* celeri).

Cap. 32. a) XXV. *B* 1; *numerum* XXIII. *om.* *A* 1. b) enim *A* 3. 4 *(non A 6a. b)*. c) colligerat *pr. m.* *A* 1; colligebat *A* 3. d) cum *B* 1; (dum *om.*) missam *B* 3. e) *ita* *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$; ad *om.* *A* 3. 4. *B* 2; celebraretur (celebraturus *B* 3) altare (altari *B* 1. 3; *m. al. corr.* in altari *A* 6*b*) *A* 6*a*. *b*. *B* 1. 3. f) Germanus *add.* *B* 2. g) captus *A* 4. h) Ytaliam *A* 4; alio *A* 6*a*. *b*. i) Germa : ne, *ras.* n *B* 1. k) *ita* *A* 6*a*. *b cum rell.*; sufficit *pr. m.* *A* 1. *B* 1. 2. l) nos — quod *om.* *B* 3. m) ex *A* 4; *om.* *A* 6*a*. *b*. n) Gallia *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. o) *om.* *A* 4. p) *om.* *A* 3. q) tuis virtutibus *pro* or. *A* 4. r) et *add.* *A* 4. s) *om.* *A* 4. t) qui *A* 1. *B* 2. u) *om.* *A* $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4 *(non A 1)*; alter alterutrum *A* 3. v) intuitur *pr. m.* *A* 1. w) dispic. *pr. m.* *A* 1; displicabilis *A* 3. x) vul *pr. m.* *B* 1. y) neg. se esse episcopum. Omnes *A* 4. z) s̄c(m *m. al. in ras.*) *A* 1. a) *versu ex. postea suppl.* *A* 3.

1) *I. e. colloquio.* 2) *Scilicet torrentes.*

sed oboedientiae[a] studio praecepit exhiberi, remotumque[b] in secretario, celeri[c] absolutione purgatum ad conventum[d] publicum revocavit[e]. Hoc primum virtutis suae[f] signum in Italia[g] per famulum suum Christus operatus est. Concurrebat diversa populi multitudo, benedictionem expertae[h] sanctitatis operiens, iunctisque cum praedicatione miraculis, et animas curabat[i] et corpora.

(33)[a]. Egressus[b] urbe opulentissima, dum[c] iter sensim moris[d] felicibus carpit, occurrunt pauperes, elemosinam postulantes. Consulit diaconem[e], quantum esset in sumptibus. Tres tantum aureos esse respondit, totosque[f] statim praecepit[g] erogari. Ad haec diaconus: 'Unde victuri[h] hodie sumus?' Respondens ait: 'Pascit[i] Deus[k] pauperes suos; tu, quod habes, indigentibus praesta'. Diaconus quasi providus duos erogat, reservat unum. Dumque agitur iter coeptum, intuentur[l] post se equites concitatos[m]. Qui[n] brevi adiuncti, statim desiliunt[o], et obvoluti[p] genibus[q], huiusmodi precem fundunt: 'Dominus noster vir spectabilis[r] Leporius non longe abhinc domicilium[s] fruit; qui cum familia sua ita inplicitus diverso tenetur incommodo, ut et[t] propria et suorum infirmitate subcumbat. Cuius ad vos lacrimas deportamus: infirmum[u], si dignum ducitis, visitate[v]! Si vero precem nostram occupationis vestrae[w] necessitas vincit, orationem intercessionis[x] inpendite[y]; mereatur benedictionem, si non meretur[z] aspectum'. Ad haec vir beatissimus repletus[a] misericordia et, relicto itinere, ea[b] via rectior iudicatur, quae mercedem boni operis praeparabat[c]. Divertit[d], reclamantibus suis, et desideratum petentibus praestat[e] adventum, dicens: 'Nihil[f] mihi prius est quam Domini praecepta complere'. Tum illi cum exultatione, cum[g] gaudio ducentorum solidorum munus[h], quod transmissum fuerat, obtulerunt. Deinde[i] conversus ad diaconem, ait[k]: 'Accipe quae traduntur et intellege, te[l] fraudem fecisse pauperibus; nam si totum[m] indigentibus contulisses, remunerator noster[n] trecentos[o] hodie reddidisset'. Contremuit[p] diaconus, secretum reatus sui innotuisse pontifici.

(34)[a]. Interea[b] gradum accelerant[c]; pervenitur, et tamquam manifesta sanitas fuisset ingressa, ita omnium animos[d] sancti relevavit adventus[e]. Notas[f] pro-

Capp. 32—34. *A* 1. 3. *3a (a l. 25)*. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 32. a) ob(o)edientis *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. b) motumque *A* 4. c) *ita A* 1. 3. 4; celebri *A* $2a^{1.2.3.4}$. *B* 1. 2. 3. d) populi *add. A* 4. e) incolumem *add. B* 1. 2. 3. f) sui *pr. m. A* 1; signum v. sue *A* 4. g) Ytaliam *A* 4. h) expetere. Sanita(te *superscr.*)s operans *A* 4. i) curavit (et corp. *pagina exeunte om.*) *m. al. in ras. A* 1.

Cap. 33. a) XXV. *B* 2; XXIIII *(pro XXVI) B* 1, *reliquis numeris omissis; numerum* XXIIII. *om. A* 1. b) Ingressus vero urbem opulentissimam *A* 4. c) cum *B* 1. d) *ita A* $2a^{1.2.3.4}$. 4; mori: *pr. m. A* 1; (sens *in ras.*)im moribus *A* 3; oris *B* 1. 2 *(pr. m.)*. 3; horis *e corr. A* 1. *B* 2. e) diac(h)onum *A* 4. *B* 3. f) totasque *pr. m. B* 2; totumque *B* 3. g) iussit *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. h) h. v. *A* 4. i) Pascet *B* 1. 2. k) Dominus *A* 4. l) intuetur *A* 4. m) concitos (citos *in litura A* 1) *A* 1. 4; concites *A* 3. n) *superscr. A* 1; *om. A* $2a^{1.2.3.4}$. o) desilivit *pr. m. A* 1; dissiliunt *A* 3. p) *ita A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. 3; advoluti *A* 4; provoluti *B* 1. 2. 3. q) eius *add. A* 4. r) expect. *A* 3. 4. *B* 3 *et fortasse pr. m. B* 1. s) *ita scripsi;* domicilium fuit (fovet *A* 3. 4; fruitus *m. al. A* 1; cui *ante* non *add.*, qui *om.* $2a^{1.(?).3.4}$) *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4; domicilio fruitur *B* 1. 2. 3. t) *om. A* 3. u) *superscr. A* 4. v) visitare *A* 4. w) nrae *A* 3. x) intercessionibus *A* 4. y) ut *add. A* 3. z) mereatur *A* 1. a) repletur *A* 3. 4. b) *om. A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. c) comparabat *A* 3. 4. d) Devertit *A* 3. *B* 1. 2. 3. e) prestet *A* 3. f) Mihi ni(c)hil melius est *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. g) et *pro* cum *A* 4. *B* 3 *et m. al. B* 2. h) unus *pr. m. A* 1; *om. A* $2a^{1.2.3}$; aureorum *pro* m. *A* $2a^{4}$. i) ipse *add. A* 4. k) acc., ait *A* 4; ait *om. A* 3. l) intellegite *(?) m. al. corr.* intellige te *B* 1; te *m. al. suppl. A* 3. m) *ita A* 1. $2a^{1.2.3.4}$; quod dixeram *add. A* 3. 4; quod dedi *add. B* 1. 2. 3. n) solidos *add. A* 4. o) *in* CCC *incipit A 3a*. p) Contremiscit *B* 3.

Cap. 34. a) XXV. *A* 1. b) ubi *m. al. add. A* 1; dum *add. B* 2. c) accelerantes pervenitur, quo tenditur, et tamquam *A* 3. d) animas *A 3a*, *corr.*; animi eius relevantur adventum *A* 4. e) aspectus *B* 3. f) Notas — *p.* 276, *s.* et adventus *m. al. in marg. suppl. B* 1.

fert et exerit[a] medicinas; Christum prostratus exorat suisque lacrimis gaudia[b] mercatur aliorum. Visitantur domini, visitantur[c] et famuli[d], ac[e] sine ulla discretione personae[f] tuguria circuit, cubilia[g] universa perlustrat et, interposito[h] unius diei[i] spatio, ita[k] caelestis[l] medicina obtinuit, ut, egrediens die tertia[m], domum totam reliquerit[n] incolomitate gaudentem, prosequente eum domino[o], quem[p] lectulo invenerat[q] decumbentem[r]. Praecedebat[s] venerabilem virum fama laudabilis[t], exigens[u], ut nuntiati[v] desideraretur agnitio.

(35). Ferebatur iam per[a] ora Ravennantium[b] populorum, et adventus sui moras praevius[c] accusabat affectus[d]. Tandem diu expectatus excipitur[e]. Providerat quidem, ut[f], nocturno ingressus[g] secreto[h], obscuritate tegeretur; sed desiderantum[i] excubias vitare non potuit. Illic Petrus tum[k] pontifex Christi ecclesiam apostolica institutione retinebat[1]. Regebat[l] etiam[m] Romanum imperium Placidia[n] regina[2] cum filio Valentiniano[o] iam iuvene[3], qui ita fidem catholicam diligebant[p], ut, cum omnibus imperarent, Dei famulis sublimi humilitate servirent[q]. Qui omnes venerabilem sacerdotem certantibus studiis pro[r] divino amore suscipiunt. Ambiunt principes, occurrunt proceres; ecclesia[s] cum exultatione conplectitur[t]. Ad diversorium[u] sacerdotis regina venerabilis vas argenti[v] amplissimum, refertum[w] cibis delicatioribus[x] sine ulla carnis admixtione[y], transmisit. Quod susceptum ea ratione

Capp. 34. 35. *A* 1. 3. 3*a*. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 34. a) exercet *A* 3. b) lacr. merc. salutem multorum *B* 1; gaudia mercantur *A* 3. c) *m. al. in marg. suppl. A* 3*a*. d) famili : *pr. m. A* 3*a*. e) *m. al. suppl. A* 3*a*; hac *B* 1. f) (sin *abscisa*)gula *pro* p. *B* 1. g) (cub *in ras.*)icula *A* 3*a*. h) inter : : bicula *pr. m. A* 3*a*. i) die *pr. m. A* 3*a*. k) *om. A* 4. l) c(a)elestes (caelestas *pr. m. B* 2) medicinas *A* 3. 4. *B* 1. 2. 3. m) tercio *A* 3*a*. n) reliquid *A* 3*a*; relinqueret *B* 3. o) domo *(?) pr. m. A* 1; domus *add. A* 4. p) in *add. A* 3. 4. *B* 1 *(non B* 1*a)*. q) venerat *A* 3. r) decum|: : bentem, *ras.* ha *A* 3*a*; decubantem *A* 3; [de]cubantem *B* 1; discumbentem *A* $2a^{1.2.3.4}$. s) praecedibat *pr. m. A* 1; enim *add. A* 4. *B* 1. 2. 3. t) et *add., sed expunct. A* 3*a*. u) exiens *B* 1. v) ut nun|ciaretur agn. *A* 4; nuntia *versu ex. A* 3.

Cap. 35. a) *om. B* 1; iam opera Rav. *B* 1*a*; ora *om. B* 3. b) *ita recte A* 3 *(cf. Librum pontif. c.* 90, *ed. Mommsen p.* 222, 10*)*; Ravenantium *pr. m. A* 1; Ravennat(c)ium *A* $2a^{1.2.4}$. *B* 1*a*. 2 *et m. al. A* 1; Raveniatium *A* 3*a*; Ravennarum *A* $2a^{3}$; Ravennensium *A* 4. *B* 1; vepientium *B* 3. c) per h⁹ (*i. e.* huius) *A* 4. d) effectus *B* 1. 3. e) excipetur *pr. m. A* 1. f) *om. A* 3*a*. g) ingressu *A* 3. 3*a*. 4; noct. tempore ingr. *B* 3; silentio *m. al. add. B* 1. h) *ita A* 1. $2a^{1.2.3.4}$; secreta *A* 3. 3*a*. 4. *B* 1. 2. 3. i) desiderantur *B* 1, *corr.* k) tunc *A* 4; *om. A* 3*a*. l) *om. A* 3*a*; *caput* XXVI. *incipit A* 1. m) autem *B* 1 *(non B* 1*a)*. n) Placedi *A* 3*a*; Placedia *A* $2a^{1.2.3.4}$; Placida *A* 4. o) Valentiano *A* 3*a*; Valentinio *pr. m. B* 2; iam iuv. Val. *B* 3; Val. iuniore qui *A* 4. p) diligabunt *B* 1, *corr.* q) sevirent *pr. m. B* 1. r) provido am. *B* 1. 2. 3. s) omnis *add. A* 4. t) amplect. *B* 1. 2. 3. u) h⁹ (*i. e.* huius) *add. A* 4. v) argenteum *A* 4. w) refert tum *A* 3; refersum *pr. m. B* 1. x) deligationibus *A* 3*a*; delicatis *A* 4. y) admistione *pr. m. B* 1.

1) *Petrus II, qui Chrysologus dictus est ob sermones (Migne LII,* 183—680 *; cf. Bardenhewer, 'Patrologie'*[3], 1910, *p.* 454 *sq.; F. Lanzoni, 'I sermoni di San Pier Crisologo', Faventiae* 1909*). Agnellus, in Libro pontificali ecclesiae Ravennatis c.* 47—52 *(ed. Holder-Egger, SS. R. Langob. p.* 310 *sqq.) gesta eius enarrans, Petros episcopos Ravennates confudit (cf. ib. p.* 290, *n.* 2; 292, *n.* 1; 310, *n.* 2*). A Xysto III. papa (*432—440*) eum consecratum esse (Agnellus c.* 49, *p.* 311*), minus certum est; sed a.* 449. *episcopus erat, quo Eutychi haeretico litteras scripsit (Ballerinii, Leonis M. Opera I,* 775 *sqq.), non post a.* 458. *defunctus, quo Leo I. Neoni successori eius epistulam (Oct.* 24*) misit (ib. I,* 1405 *sqq.; Jaffé, Reg. I*[2], *n.* 543; *P. Kehr, Italia pontificia V, p.* 21, *n.* 5*).* 2) *Obiit Romae a.* 450 *(Nov.* 27*). De ea nuper egerunt M. A. Nagl, Galla Placidia ('Studien zur Geschichte und Kultur des Altertums' II,* 3*), Patherbrunnae* 1908, *et Walt. Goetz, 'Ravenna'*[2] *('Berühmte Kunststätten' X),* 1913, *p.* 22 *sqq.* 3) *Valentinianus III. imperator (*425—455*) a.* 419 *(Iul.* 2. *vel* 3*) Ravennae natus erat.*

distribuit, ut cibos[a] ministris suis traderet[b], ipse vero vindicaret[c] argentum*, remittens[d] loco muneris patenulam ligneam panem ordeaceum[e] continentem. Quod illa[f] utrumque cum ingenti gratulatione conplexa[g] est, quod et[h] argentum suum transisset[i] ad pauperes et illa[k] escam[l] beati viri cum ministerio abiecti vasculi[m] suscepisset. Nam et lignum postea auro[n] ambiit et panem[o] multis remediis[p] et virtutibus reservavit.

(36)[a]. Quadam[b] die, dum plateam latissimam turbis angustatus[c] ingreditur, carcerem refertum vinctis, supplicia[d] et mortem expectantibus, praeteribat. Qui, agnito transitu[e] sacerdotis, unum clamorem conlatis[f] vocibus sustulerunt. Causam requirit[g], agnoscit; custodes evocat, subtrahuntur. Diversae enim palatii potestates miserorum turbam in ergastuli illius nocte[h] damnaverant. Quo se verteret[i], misericordia non habebat. Tandem ad notum recurrit auxilium et, quod difficile erat ab hominibus[k] impetrari[l], a maiestate deposcit[m]. Gressum divertit[n] ad carcerem, cernuus[o] in orationem membra prosternit. Tum[p] vero Dominus noster adstantibus populis gratiam, quam famulo suo tribuerat[q], ostendit[r]. Clusura[s] vinculis et[t] sera[u] constricta dissolvitur[v], repagula[w] ferrata[x] dissiliunt; divina pietas reserat, quod meditatio humanae[y] crudelitatis artaverat[z]. Procedit ad libertatem turba de vinculis, exhibens[a] vacua onera catenarum, tenens[b] nexus, quibus antea tenebatur[c]. Relinquitur carcer innocens aliquando, quia vacuus, et praecedente pietatis triumpho, turba miserorum gremio ecclesiae gaudentis[d] infertur[e].

(37). Crescebat cotidie admiratio et fama pontificis; occurrebant populi, sanabantur infirmi, Christusque[a] gratiam quam[b] contulerat[c] dilatabat[d]. Adsidebant iugiter[e] obsequentes sex venerabiles sacerdotes, qui[f] non minus abstinentiae suae[g] cruces[h] sine interpellatione[i] durantes quam[k] virtutes adsiduas mirabantur. Hi[l] testes operum suorum[m] multis fuere[n] temporibus[1].

*) atque pauperibus (paupibus *cod.*) precium erogaret *add.* *A* 2*a*⁴ *(non A 2a³)*.

Capp. 35—37. *A* 1. 3. 3*a*. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 35. a) cib; (*i. e.* cibus) *A* 3*a*; cibum *A* 3. b) traderit *A* 3*a*; daret *A* 4. c) vendicavit *A* 4. d) remitians locum *A* 3*a*. e) hordiatium *pr. m.* *A* 1. f) ita *A* 3. g) complexata *A* 4. h) *om.* *A* 1. 2$a^{1.2.3.4}$. *B* 2. i) *ita* *A* 1. 2$a^{1.2.3.4}$. 3. 4; tradidisset *A* 3*a*; transmisisset *B* 1. 2. 3. k) *ita* *A* 1. 2$a^{1.2.3.4}$. 3. 3*a*; illam *A* 4. *B* 1. 2. 3. l) esca *A* 3; scā *pr. m.* *B* 1. m) vasculo *B* 1, *corr.* n) *versu exeunte om.* *A* 3. o) pane *A* 3*a*. p) remidiis *pr. m.* *B* 1.

Cap. 36. a) XXVIII. ITEM *praescr.* *B* 2; *numerum* XXVII. *om.* *A* 1. b) Quodam die cum pl. *A* 4. c) angustus *pr. m.* *A* 3. *B* 2; platea latissima angustatur *B* 3. d) suppliciis *A* 3. e) transito *A* 3*a*; sac. tr. *A* 4. f) coniunctis *A* 4. g) et *add.* *A* 4. h) noctes *m. al. superduct.* *B* 1; ill. loco nocentes d. *B* 3. i) Quo se verterit *A* 1; Quos everteret (everterit *A* 2a^{4}) *A* 2a^{4}. 3. 3*a*. *B* 1 *(pr. m.)*; Quos erueret *A* 2$a^{1.2.3}$. k) omnibus *A* 4. l) *ita* *A* 2a^{4}. 3*a*; imperari *A* 1 *(corr.)*. 2$a^{1.2.3}$. 3; impetrare *A* 4. *B* 1. 2. 3. m) deposcitur *A* 4. n) devertit *A* 3*a*. *B* 1. 2. o) curvus in oracione *A* 4; cernuus in oratione *A* 3. p) Tunc *A* 4. q) tribuebat *A* 3. 3*a*. 4. r) ostendebat *A* 4. s) *ita* *A* 1. 3*a*; clusurae *A* 3; clausurā *m. al. corr.* claustra *B* 2; clausure *A* 4; clausura *rell.* t) *om.* *A* 3. 4. u) serra *pr. m.* *A* 1; s:era, *ras.* c *A* 3*a*. v) dissolvuntur *A* 3. w) repacula *A* 3*a*. *B* 1 *(pr. m.)*; repacula::, *ras.* ta *A* 3. x) ferramta *(?) pr. m.* *B* 1. y) *om.* *A* 3 (*ubi* crudelis). 3*a*. 4. z) art. Pr. ad l. turba *m. al. superscr.* *B* 1. a) Exhibent *A* 4. b) tens *A* 3*a*; tenent *A* 4. c) tenebantur *A* 3*a*. 4. d) gaudentes *A* 1. 2a^{4}; gaudens *A* 2$a^{1.2.3}$. e) refertur *A* 1.

Cap. 37. a) que *om.* *A* 3. 4. *B* 3. b) *om.* *A* 3*a*. c) tulerat *pr. m.* *B* 1. d) dilatabant *A* 3*a*, *corr.* e) igitur obsidentes *A* 4. f) *om.* *A* 3*a*. g) eius *B* 2. h) crucis *A* 1 *(pr. m.)*. 2$a^{1.2.3.4}$. 3. i) *m. al. corr.* interpolatione *B* 1, *et ita* *A* 4. *B* 2 *(non B 1a)*. k) vis *add., sed eras.* *A* 1. l) Hii *A* 4. *B* 1 *et fortasse pr. m.* *A* 3*a*. m) illius *B* 1. 2. 3 *et m. al.* *A* 1. n) fruere *A* 3*a*, *corr.*

1) *Id est, diu superfuerunt, testantes, quae in Germano Ravennae mirari satis non potuerant. Boschius.*

(38)[a]. Volusiani cuiusdam filius, qui tum[b] patricii[c] Segisvulti[1] cancellis praeerat[2], succensus[d] igne febrium vexabatur[e], et ita[f] aestuantis[g] vaporis accensio[h] adulescentis[i] medullas corpusque consumpserat, ut desperatio[k] conclamata sequeretur[l]. Medici[m] manus et promissa iam subtrahunt[n], luctusque solus[o] parentibus reservatur. Ad beatum virum spes tarda convertitur, parentes cum amicis omnibus et propinquis sancti[p] genibus[q] inplicantur[r]. Additur etiam intercessio sacerdotum, cum quibus festinus expetit aegrotantem, euntibusque occursor[s] obvius adulescentem iam mortuum nuntiavit nec esse[t] causam, qua se[u] vir[v] venerabilis fatigaret. Insistunt[w] tamen antistites[x], supplicat multitudo, ut[y] coeptum misericordiae inpleret[z] officium. Inveniunt corpus exanime[a] et[b], vitae calore[c] depulso, mortis rigore iam frigidum, depositaque pro animae[d] requie oratione, remeabant: cum subito multitudinis luctus[e] adtollitur, inhaerent senioris[f] sui manibus sacerdotes[g], ut[h] pro parentum orbitate et[i] defuncti[k] reditu Domino supplicaret. Diu restitit[l], sancto pudore confusus[m]; cessit tandem[n] misericordiae et caritatis imperio. Fidei[o]

Cap. 38. *A* 1. 3. 3*a*. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 38. a) XXVIII. *A* 1; De mortuo suscitato *m. al. in marg. add. B* 1. b) dum *A* 1, *corr.*; cum *A* 3*a*, *corr.*; tunc *A* 4. c) patrici S. *A* 1, *corr.*; p. regis vulti *A* 4; patricius Segesvulti *A* 3*a*; p. Segisvulthi *B* 1 patric(iis *m. al. add.*) | egisvulthi *B* 2; senis *add. B* 3. d) suscensus *A* 3. e) vexebatur *A* 3*a*. f) ista *A* 3*a*, *corr.; superscr. A* 4. g) (a)estuantes v. (*m. al. corr.* vapores *A* 1, *et ita A* $2a^{1.2.3.4}$) *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. *B* 1 *(pr. m.)*. h) *m. al. corr.* accessio *A* 3*a*, *et ita A* 4; *om. A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. i) adulescentes *pr. m. A* 1; aduliscentis *A* 3*a*. k) disp. *pr. m. A* 1. 3. l) consequerent *A* 3*a*. m) Medica *A* 4. n) subtrahuntur *A* 4. *B* 1. 3; subtracta, hunc *(m. al. del.)* luct. *A* 3. o) solum(modo *add. A* $2a^{1.2.3}$) *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$; solis *B* 3. p) sanctis *A* 4. *B* 1. q) *superscr. A* 4. r) adplic. *B* 1 *(non B* 1*a)*. s) *ita A* 3. *B* 1. 2. 3; cursor *A* 3*a*; occursus *A* 4; in occursum *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. t) esset causa *A* 4. u) quasi vir *pr. m. A* 1. v) ven. vir *A* 3. w) Instant *A* 4. x) an : tistiti, *ras.* s *A* 3; antistes *pr. m. B* 2. y) et *A* 3*a*. z) implet *A* 3*a*. a) exanime *A* 3*a*. b) et vitae *versu ineunte m. al. suppl. A* 1. c) dep. cal. *B* 3; cal. depulsum *pr. m. A* 3. d) anima requiae *pr. m. A* 1. e) attoll. l. *A* 4, *corr.* f) *ita A* 1; seniores sui *A* $2a^{4}$. 3. *B* 1*a*. 2. 3; seniores suis (*corr.* sui *B* 1) *A* 3*a*. 4. *B* 1; seniori suis *A* $2a^{1.2.3}$. g) sacerdotis *A* 3. *B* 2. 3 *et m. al. B* 1. h) et *pr. m. A* 1. i) pro *add. A* 4. k) defunctis reddito *A* 3*a*. l) *ita A* $2a^{4}$. 3. 3*a*. 4. *B* 1; : : : stit *m. al. corr.* resistit *B* 2, *et ita A* 1. $2a^{1.2.3}$. *B* 3. m) confessus *A* 3*a*. n) tamen *A* 4. o) que *add. A* 3. 3*a*. 4 *cum V. Eptadii c.* 17 *(SS. R. Merov. III*, 192, 6*)*.

1) *Flavius Segisvultus (Sigisvuldus) originis sine dubio Germanicae (nomen gentilicium ad domum imperatoriam referendum exhibet inscriptio a.* 437, *ed. de Rossi, Inscriptiones christianae urbis Romae I, n.* 698*) a.* 427. *comes a Felice magistro militum praesentali contra Bonifatium comitem Africae missus (Prosper a.* 427*; Chronica Gallica c.* 96. *a.* 424, *Auct. ant. IX,* 472. 658*), cum Gothis atque Maximino episcopo Ariano in Africam venit (Augustini sermo* 140, *praescr.; Collatio cum Maximino c.* 1*; Possidii V. Augustini c.* 17, *Migne XXXVIII,* 773. *XLII,* 709. *XXXII,* 48*; cf. L. Schmidt, 'Geschichte der Wandalen',* 1901, *p.* 60 *sq.). Post mortem Felicis (a.* 430*) Aetio conciliatus, huic iterum consuli a.* 437. *socius consulatus datus est. Cum a.* 440. *classem Wandalorum Italiae imminere crederent, 'vir inlustrissimus magister militum Sigisvuldus' ad urbes litoraque defendenda militibus et foederatis praefectus est (Novellae Valentiniani III., tit.* 9, *ed. Mommsen et Meyer, Theodosianus II, p.* 90*). Eo tempore dignitate patricii nondum ornatus erat, quae ei etiam in Gestis de purgatione Xysti III. papae spuriis (Coustant, Epistolae Romanorum pontificum I, appendix col.* 119*) attribuitur. De exitu eius non constat. Cf. 'N. Arch.' XXIX,* 131 *sq.* 2) *De munere cancellarii cf. P. Krüger, 'Kritik des Iustinianischen Codex',* 1867, *p.* 163 *sqq.; Mommsen, 'Ostgothische Studien' ('N. Arch.' XIV,* 478 *sqq.; 'Gesammelte Schriften' VI,* 1910, *p.* 417 *sqq.) et Auct. ant. XI,* 41*; Seeck apud Pauly-Wissowa, 'Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft' III,* 2, 1456 *sqq.*

arma[a] concutiens, turbas eiecit[b] mortuoque[c], in oratione[d] prostratus[1], adiungitur. Rigat lacrimis[e] terram, in caelum alti gemitus porriguntur, vocat planctibus Christum. Interea movetur exanimis[f], et paulatim membris emortuis[g] vitalia redduntur officia. Oculi lucem quaerunt, micant[h] digiti, lingua iam resonat[i]; uterque consurgit[k], ille[l] de oratione[m], iste[n] de morte. Germanus manu[o] allevat dormientem[p]: residet[q], respirat, reficitur, respicit[r], paulatimque vigore[s] concepto, integram recipit[t] sospitatem. Redditur parentibus filius, luctus vertuntur in gaudium[u], et uno clamore populorum virtus maiestatis[v] extollitur[w]. Continuat Christus[x] virtutes in famulo[y] et mox[z] recipiendum in requiem[a] miraculorum laude sublimat.

(39)[a]. Acoli[b] eunuchi[c], tum[d] praepositi regalis cubiculi[e, 2], alumnus[f] iam iuvenis, liberaliter institutus, huiusmodi daemonio vexabatur, quod per[g] menstruum tempus, redeuntibus incrementis[h] lunaribus, captivos[i] suos caduca[k] allisione[l] prosternit[m]. Interventu[n] reginae vel procerum[o] sancto viro praesentatur[p] et traditur. Quem diu examinatum[q] purgare die[r] eadem distulit, cum soleret furiosissimos daemones[s] prima manus[t] inpositione depellere. Ita enim miserandi iuvenis medullas et interiora penetraverat, ut quasi vas proprium certis temporibus possideret. Recludi[u] eum secum nocte constituit. Tum[v] vero ex interioribus latebris manifestus erupit et, quasi inter[w] tormenta conpositus, tempus indicat, quod[x] ab[y] ineunte aetate ceperat innocentem. Itaque iussus egreditur, purgatusque adulescens post[z] diem[a] palatio reformatur[b, *].

*) *Narratio de asino sancti resuscitato*[3] *apud Mombritium inserta est:* Sed nec illud omittendum videtur, non solum hominum — — — cum omni commoditate evectio suavis impenditur.

Capp. 38. 39. *A* 1. 3. 3*a*. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 38. a) armis concuciens pectus turbas *A* 4. b) eicit *A* $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3. c) mortuosque *A* 3*a*, *corr.* d) orationem *A* 1. $2a^{1.2.3}$. e) lacrimas *pr. m.* *A* 1. f) exanimus *B* 1, *corr.* g) :emortuis *A* 1; ex mortuis *A* 3. h) migant *A* 3*a*. i) sonat *A* 3*a*; Interea *add.* *A* 4. k) consurgunt *A* 3*a*, *corr.*; resurgit *A* 1. l) Ille::, *ras.* me *A* 3. m) et *add.* *B* 1. 2; de morte, Gemanus *(sic)* ab oratione. Manu alleva *(sic)* *A* 3*a*. n) *ita* *A* $2a^{1.2.3.4}$. 4. *B* 3; ille *rell.* o) manum *A* 6*a*. *b*. *B* 3; manus *A* 3, *corr.* p) dormitantem *A* 3. q) respirat, resedit, reficit *A* 3*a*; resedit *A* 3. 6*a*. *b*. *B* 1*a*. 3; reficitur *om.* *B* 1 *(non B 1a)*. r) respiscit *m. al. corr.* resipiscit *A* 3, *et ita* *A* 3*a*; *om.* *B* 2. s) rigore *A* 4. t) *ita* *A* $2a^{1.2.3.4}$. 3. 4. *B* 3; recepit *rell.* u) gaudia *A* 3. 3*a*. 4. *B* 2. v) magestate *A* 3*a*. w) attoll. *A* 4. x) virt. Chr. *A* 1. 4 *(non A 6a. b)*. y) populo *(pr. m. superscr.* famulo*)* *A* 3. z) nos *A* 3*a*. a) requie *A* 3*a*. *B* 3.

Cap. 39. a) XXVIIII. *A* 1. b) *ita* *A* 1 *(pr. m.)*. $2a^{1.2.3.4}$. 3*a*. *B* 3; Acolii *A* 1 *(m. al.)*. *B* 1. 2; Iccole *A* 4; Iuculi *A* 3. c) eunchi *A* 1 *(corr.)*. $2a^{1.2.3}$; eunihi *A* 3*a*. d) tunc *A* 4. e) cubili *pr. m.* *A* 3. f) alumnos *A* 3*a*. g) *m. al. suppl.* *A* 3; *superscr.* *B* 2. h) incr. lun. *om.* *A* 3*a*. i) captivus suus *pr. m.* *A* 3; captivus suos *A* 3*a*. k) *om.* *A* 3*a*. l) allusione *A* 3. *B* 3. m) Hic *add.* *A* 3. 4; prosternere, qui int. *A* $2a^{1.2.3.4}$. n) interveniente *pr. m.* *A* 3. o) ceterorum *A* 3*a*. p) prestatur *A* 3. q) exanimatum *A* 3. r) die:: (*ras.* di) eadem *B* 1; eadem die *A* 3*a*. *B* 3. s) d(a)emonas *A* 3. *B* 2. t) d. i. m. *A* 4. u) Reclu(di *in litura*), *m. al. add.* ergo *B* 1; cum (*m. al. corr.* tum) *add.* *A* 3. v) Tunc *A* 4. w) in *B* 1. 3. x) quo *A* 1 *(pr. m.)*. $2a^{1.2.3.4}$. 3 *et m. al.* *A* 3*a*. y) in abeunte *A* 1. z) pos *pr. m.* *B* 1. a) alterum *add.* *B* 1. 2. 3 *et m. al.* *A* 1. b) reformat' (*i. e.* reformatus) *B* 1.

1) *Cf. Sulpicii Dial. III, 2, 5:* in orationem — prosternitur. 2) *'Praepositus sacri cubiculi' in monumentis publicis vocatur (e. gr. Notitia dignitatum or. I, 9, occ. I, 8, ed. Seeck p.* 1. 103*; Cod. Theodos. VI, 8, ed. Mommsen I, 2, p. 261).* 3) *Eam seorsum edidit Boschius l. l. p. 288, § 4 (= Duru l. l. II, 202), aliis testibus commemoratis (§ 5).*

(40). Causam sane Armoricanae[a] regionis, quae[b] necessitatem peregrinationis indixerat[1], obtenta venia et securitate perpetua, ad proprium obtinuisset arbitrium, nisi Tibattonis[c. 2] perfidia[d] mobilem et indisciplinatum[e] populum ad rebellionem pristinam revocasset[f]. Quo facto et intercessio sacerdotis evanuit[g], et[h] imperialis credulitas[i] circumscriptione[k] frustrata est. Qui tamen pro calliditate[l] multiplici brevi poenas perfidae[m] temeritatis[n] exsolvit.

(41)[a]. Quadam[b] die[c], matutinale[d] sollemnitate perfecta, dum cum episcopis sermo[e] de religione confertur, tristissimam protulit mentionem, inquiens: 'Commendo vobis[f], fratres karissimi[g], transitum meum. Videbar mihi per[h] nocturnum soporem a Domino nostro viaticum peregrinaturus[i] accipere, et cum causam profectionis[k] inquirerem: "Ne metuas", inquit, "ad patriam[l], non ad peregrinationem[m] te dirigo, ubi[n] habebis[o] quietem et requiem sempiternam"'. Dirivabant[p] intellectu[q]

Capp. 40. 41. *A* 1. 3. 3*a*. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 40. a) *ita A* 3. *B* 1. 2. 3; Armorica *m. al. corr.* Armoricae *A* 1; Armoricaniae *A* 3*a*; Armoric(a)e *A* $2a^{1.2.3}$; Armonice *A* $2a^{4}$; Armocane *A* 4. b) qua *A* 3*a*. c) *ita A* 1. $2a^{1}$; Tibatonis *A* 3. 3*a*; Tibathonis *A* $2a^{4}$; Tybatonis *A* $2a^{2}$; Tybattoni *A* $2a^{3}$; Tiliatonis *A* 4; titubationis *B* 1. 2. 3 *cum Mombritio.* d) perfidium mobiles (*corr.* nobiles) *A* 3*a*. e) indisciplinatam *pr. m. A* 1. f) revocaret *A* 3*a*. g) effectum non habuit *pro* ev. *A* 4. h) etiã peraliis cr. *A* 3*a*. i) *ita soli A* 3. 4; iussio *A* $2a^{1.2.3.4}$; cudelitas *m. al. corr.* crudelitas *A* 3*a*, *et ita rell.* k) iterata rebellionis intencione *pro* circ. *A* 4; circ. frustrabatur *B* 3; prevaluit *pro* circ. fr. est *A* $2a^{1.2.3.4}$. l) calliditatem *A* 1, *corr.* m) *ita A* 4. *B* 2 *et e corr. A* 1; perfidi(a)e (et *add. A* $2a^{1.2.3}$ *et m. al. A* 3) *A* 1 *(pr. m.).* $2a^{1.2.3.4}$. 3. *B* 3; perfidei (*corr.* perfidi *A* 3*a*; *m. al. corr.* perfidiae ac *B* 1) *A* 3*a*. *B* 1. n) temerita::s, *ras.* ti *A* 3*a*.

Cap. 41. a) XXX. *A* 1; *redit A* 5, *ubi praescr.:* Incipit transitus sancti Germani episcopi; *m. al. in marg. add.* De glorios[o] transitu *B* 1. b) Quodam *A* 4; Germanus igitur quadam *B* 1. 2. 3 *et m. al. A* 1. c) diem *A* 3*a*, *corr.* d) *ita* (soll. mat. *A* 3) *pr. m. A* 1. 3; matutina *A* 4; matutinali *rell.* e) sermonem de r.·conferret *B* 1. 2. 3 *et m. al. A* 1; conferretur *A* $2a^{1.2.3}$. 6*a*. *b*. f) f. v. *A* 4, *corr.;* Commendo — meum *om. A* $2a^{1.2.3.4}$. g) *om. A* 3. h) per n. s. a Dom. *m. al. suppl.*, nostro *om. A* 3. i) peregrinationis *A* 3. k) peregrinationis *B* 1. 3. l) celestem *add. B* 1 *(non B 4).* m) peregrinam *m. al. corr.* peregrinandum *A* 3; peregrina *A* 3*a*. n) *versu ex. om. A* 4. o) *m. al. suppl. A* 3. p) Deridebant *A* 4. q) intellecto *A* 3*a*.

1) *Cf. supra c.* 28 *(p.* 271 *sq.).* 2) *Tibattonis mentionem fecit auctor Chronicae Gallicae ad a.* 452 *(Auct. ant. IX,* 660*) c.* 117 *(a.* 435*):* Gallia ulterior, Tibattonem principem rebellionis secuta, a Romana societate discessit, a quo tracto initio omnia paene Galliarum servitia in Bacaudam conspiravere, *et c.* 119 *(a.* 437*):* Capto Tibattone et ceteris seditionis partim principibus vinctis, partim necatis, Bacaudarum commotio conquiescit. *Hanc autem seditionem ad tractum Armoricanum pertinuisse, e Sidonio (Carm. VII,* 246*, Auct. ant. VIII,* 209*) confirmatur, quo teste Litorius comes a.* 437. *Scythicos equites, i. e. Hunnos auxiliares, contra Gothos duxit,* tum forte subacto celsus Aremorico *(cf. Merobaudis Panegyr. II,* 8*, ib. vol. XIV,* 11*; Iohannis Antioch. fragm.* 201, 3, *ed. Müller, Fragm. hist. Graec. IV,* 615, *ed. C. de Boor, Excerpta historica iussu Imp. Constantini Porph. confecta III,* 1905, *p.* 126, *Exc. de insidiis c.* 85*). Tamen, nisi Tibattonem, vita a.* 437. *servata, postea e captivitate evasisse atque iterum rebellionem movisse conici liceat, confusio quaedam narrationi Constantii inesse credenda est, cum obitus Germani Ravennae, quo veniam Aremoricis impetrandi causa profectus est, non c. a.* 435/7, *sed post a.* 444. *contigerit (cf. supra p.* 229*). Unde nescio, an Constantius seditionem Aremoricorum Tibattone duce exortam cum alia rebellione confuderit, quae a.* 448. *facta est, in Chronica illa Gallica c.* 133 *(l. l. p.* 662*) commemorata:* Eudoxius arte medicus, pravi, sed exercitati ingenii, in Bacauda *(cf. supra c.* 117. 119*)* id temporis mota delatus, ad Chunos confugit. *Cf. 'N. Arch.' XXIX,* 137 *sqq.*

alio somnium sacerdotes; sed ille studiosius commendabat extrema, dicens: 'Bene novi, quam patriam Deus suis famulis repromittit[a]'.

(42)[a]. Factum[b] est, ut[c] post dies aliquot[d] sequeretur incommodum; quo ingravescente, civitas[e] tota turbatur[f]. Accelerabat[g] transitum, qui vocabat ad gloriam, et fessum eroam[h, 1] laboribus Dominus invitat[i] ad praemia. Regina[k], deposito[l] imperii supercilio, occurrit pauperi, requirit[m] infirmum, tribuens, quicquid ab ea beneficii[n] postulat[o]. Peculiariter sane petiit[p], quod illa invita concessit, ut gleba corporis sui[q] patriae redderetur[r]. Visitantum[s] vero tanta[t] fuit diebus ac noctibus multitudo, quantum[u] aut admisit[v] aditus aut domus recepit. Tempus omne[w] choris psallentibus tenebatur. Septimo incommodi[x] die ad caelos anima fidelis[y] et beata transfertur[2]. Iul. 31.

(43). Hereditas deinceps[a] relicta dividitur[b]; partem praesumit[c] imperium, partem vindicant sacerdotes, et quod fieri de opibus solet, nascitur de exiguitate contentio, dum deest[d], quod capiant[e], — solius benedictionis[f] heredes[g]! Capsulam cum sanctis[*, 3] regina suscepit[h]; cucullam[i] cum interiore[k] cilicio Petrus episcopus[4] usurpavit. Sex vero antestites[l], ut aliquid monumenti[m] ex[n] successione sanctitatis acciperent, disrumpere quod superfuerat[o] maluerunt: unus pallium, cingulum alter accepit; duo tunicam, duo sagulum[p, 5] diviserunt.

(44). Deinde apparatum[a] defuncti[b] fervent[c] studia conferentum, accusan-

*) reliquiis *add.* *A* $2a^4$. 5.

Capp. 41—44. *A* 1. 3. 3*a*. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 41. a) *ita* *B* 1. 2. 4; repromisit *A* 4. *B* 3; repromittat *rell.*

Cap. 42. a) XXXI. *A* 1. b) que *add.* *A* 3. c) *om.* *A* 3*a*. d) aliquod *A* 3 *(pr. m.)*. 3*a*. e) civ. tota *om.* *A* 3. f) contremuit *pro* turb. *A* 3. 4; turbatur — *l.* 12. deinceps relicta *om.* *A* 3*a*. g) Adcererabat *pr. m.* *A* 1; accele::at *pr. m.* *B* 2. h) *ita* *A* 1 *(pr. m.)*. 3; heroam *A* 1*a*. *b*. *c*; heroa *Mombritius*; heroanis *A* $2a^{1.2.3.4}$; erum *m. al.* *A* 1; a *pro* h. *A* 4. *B* 1. 2. 3; post labores *pro* et f. e. l. *A* 5; *cf. p.* 259, 11. i) invitabat *A* $2a^{1.2.3.4}$. 4. 5. k) Placidia *add.* *B* 1. 2. 3. l) deposita imperiis *A* 1, *corr.*; d. imperio cilicio *B* 3. m) req. inf. *m. al. in ras.* *A* 3. n) beneficia *pr. m.* *A* 3. o) postulavit *A* 3. 4. p) petit *A* 4. q) terr(a)e *add.* *A* 3. 4. r) redditur *pr. m.* *A* 1. s) Visitandum *A* 1 *(pr. m.)*. *B* 3; visi:tantum *B* 1; Visitant(c)ium *A* 3. 4. t) tantum *A* 1; *m. al. superscr.* *B* 1. u) quantam *A* 3. *B* 3. v) amisit *A* 1 *(corr.)*. 4. w) omni *pr. m.* *A* 1. x) incommo *pr. m.* *A* 1; incomode *pr. m.* *A* 3. y) *ita* *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$; felix *rell.*

Cap. 43. a) rel. deinde *A* 4. b) dividetur *A* 3*a*. c) *m. al. corr.* praesumpsit *B* 1, *et ita* *B* 2. 3. d) deesset *A* 1. 5 *(non* *A* $2a^{1.2.3.4}$*)*. e) cupiant *pr. m.* *A* 1. f) benen̄|dictiones *A* 3*a*. g) heres *B* 1. 2. 3. h) suscipit *A* 3*a*. i) cocullam *A* 3*a* *et pr. m.* *B* 1. 2. k) introire *A* 3*a*; interiori *A* $2a^{1.2.3.4}$. *B* 3 *et m. al.* *A* 1. l) *ita* *A* 1 *(pr. m.)*. 3*a*. m) *ita* *A* 1 *(pr. m.)*. ($2a^4$). 3*a*; monimenti *A* $2a^{1.2.3}$. 3. 4. *B* 1. 2. 3 *et e corr.* *A* 1; *om.* *A* 5. n) et (*m. al. corr.* ad *A* 1) successionem *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. o) superfuerant *A* 3*a*. p) *ita* *A* 3. *B* 1. 2. 4; sagum *A* 4; sacculum *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. 5; duos anculum *A* 3*a*; cingulum *B* 3.

Cap. 44. a) *ita* *A* 1 *(pr. m.)*. $2a^4$. *B* 1 *(pr. m.)*. 4; *corr.* apparatu *B* 1, *et ita* *A* $2a^{1.2.3}$; ad apparatum *A* 3. 3*a*. 4. *B* 2. 3 *et m. al.* *A* 1; ad paratum *A* 5. b) defucti *A* 3*a*. c) *ita* *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$. 5; fuerent *A* 3*a*; fuerunt *B* 3. 4 *et pr. m.* *B* 1. 2; ferventi studia (*m. al. corr.* studio) *A* 3; fervens studium conferentes et se invicem accusantes *A* 4.

1) *I. e. heroem.* 2) *Die* 31. *Iulii a.* 445—450. *atque distinctius a.* 448, *si notis temporum compluribus dubiae fidei niti licet; cf. supra p.* 226. 3) *Sanctorum reliquiae; cf. supra c.* 4 *(p.* 253, 10*)*. 4) *Ravennas; cf. supra c.* 35 *(p.* 276, *n.* 1*)*. 5) *Cf. supra c.* 4 *(p.* 253, 7*)*: superposito uno tantum sagulo.

tium[a], cur parva[b] expensa mortuo deberetur[c]. Acolius[d][1] corpus aromatum[e] constrictione solidavit, regina vestivit. Quibus[f] omnibus rite perfectis, expensis et evectionibus[g] iter instruit[h] imperator ministrosque eius copiosa largitione prosequitur. Sacerdotes[i] religionis obsequium et in praesenti[k] instruunt[l] et ordinatione praemittunt[m], unumque agmen[n] informatur ad Gallias.

(45)[a]. Placentiam[b] corpus, dum praeterit, caeca iam nocte pervenit. Quod[c] in ecclesia conlocatum[d] dum vigiliis sanctae[e] devotionis excolitur[f], matrona[f*] quaedam loci[g] eius[h] paralisi[i] dissoluta, ita ut[k] nullum[l] membrorum[m] suo fungeretur[n] officio[2], precaria[o] depoposcit[p], ut feretro corporis subderetur[q], ibique usque ad lucem extenta[r] decubuit. Mature corpus[s] adtollitur, surgit et[t] mulier et, vivificata per mortuum, mirantibus[u] populis, propriis pedibus[v] debitum reddit obsequium[3].

(46). Excipiunt Galliae patronum proprium maiore[a] famulatu, quippe ubi reverentiae iungebatur affectus. Omne hominum genus[b] diverso occurrit officio; alii vias[c], praeruptis depositis, molliunt[d] et pontium innovatione[e] continuant, alii[f] expensas ingerunt[g], alii psalmis[h] intonant, alii colla subponunt[i]. Refulgebat, repercusso solis radio, splendorem sibi[k] per diem vindicans, luminum multitudo, tantoque ministerio caritatis propriae[l] redditur civitati, ubi, sepultus corpore[4], cotidianis miraculis vivit et[m] gloria.

Capp. 44—46. *A* 1. 3. 3*a*. 4. *B* 1. 2. 3.

Cap. 44. a) haccusatum *A* 3*a*. b) paratum *A* 3*a*; prava *pr. m.* *B* 1; parvo *A* 4. c) deferetur *A* 3*a*; deferretur *A* 5. *B* 2; adhiberetur *A* 4. d) A:colius, *ras.* c *A* 1; Accolius *A* 4; Acoli:us, *ras.* t *(?)* *B* 1; Ac volutum *B* 3. e) aromata tum *A* 3*a*. f) qui *A* 3. g) avect. *A* 3*a*. h) *ita* *A* 3. *B* 2. 4; instruis imp. *A* 3*a*; instrui imperatur *B* 1 *(pr. m.)*. 3; inseruit imp. *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$; instruit imperium ministeriumque *A* 4; evectionis interim struit imp. *A* 5. i) sacerdotis *pr. m.* *A* 1; impendunt *add.* *A* 4. k) praesente *pr. m.* *A* 1. l) instituunt *A* 3; pr. ordine instituto se ipsi premittunt *A* 4. m) praemitū *A* 3*a*; permittunt *pr. m.* *B* 1. n) a:gmen, *ras.* u *A* 1.

Cap. 45. a) XXXII. *A* 1. b) Placencias *A* 3*a*; Placent(c)i(a)e *A* $2a^{1.2.3.4}$; Dum pr. Placenciam (corpus *om.*) *A* 4. c) Ubi dum *pro* Qu. *A* 4. d) eccl. corpus collatum fuisset et vigilias *A* 4; dum vigilias — *p.* 283, *l.* 5. secretorum me, *schedula (fol.* 249*) inserta, m. al. suppl.* *A* 3. e) sancta *A* 3*a*. f) excolerent *A* 4. f*) motrona *A* 3*a*. g) loco *A* 3*a*. h) illius *A* 4. i) palifalisi dissolute *A* 3*a*. k) in *add.* *A* 3*a*. l) nullam *A* 1, *corr.* m) membro *A* 3*a*; membrum *A* 3. 4. *B* 1. 2. 3. n) fungi (possit *m. al. add.*) *A* 1. o) precario *A* 3. 3*a*; precando *A* 4. p) deposcit *A* 4. *B* 1. 2. 3 (*ubi* dep. pr.) *et m. al.* *A* 1. q) subderet ubique *A* 3*a*. r) extensa dec. *A* 3*a*; dec. detenta *corr.* det. dec. *A* 4; ext. decumbit *B* 1 *(non* *B* 4*)*. s) compos *pr. m.* *B* 1. t) et *eras.* *A* 1; matrona *pro* et m. et *A* 4. u) que *add.* *A* 4. v) *om.* *A* 4.

Cap. 46. a) maiore:, *ras.* s *(?)* *A* 1; maiores famulantiumque qu. *A* $2a^{1.2.3.4}$; m. famulatui *B* 1; maiorique fam. ibi *B* 3. b) genu *A* 3*a*. c) viam *A* 4. 5. *B* 3; viis *A* 6*b*; *om.* *A* 6*a*. d) moliuntur (*corr. e* :moluuntur *A* 5) *A* 3*a*. 5. 6*b*. e) ::::tione *B* 1; innovationem *A* 5. *B* 3. f) aliis *A* 3*a*, *corr.*; alii exp. — intonant *om.* *A* 3. g) ingerant *pr. m.* *A* 1. h) psalmos *A* 4. 6*a*. i) suppant. Refulgeba:t (*ras.* n) *A* 3*a*; supponent. Fulgebat *B* 4. k) *ita* *A* 1 *(pr. m.)*. $2a^{1.2.3.4}$. 3. 3*a*. 5; etiam *add.* *A* 4. *B* 1. 2. 3 *et m. al.* *A* 1; sibi *om.* *A* 6*a*. *b*. l) proprii *A* 3*a*; proprio *pr. m.* *A* 3. m) *ita* *A* 3. *B* 1. 2 *cum V. Leobae* c. 21 *(SS. XV*, 130, 28*)*; ad gloria *A* 3*a*; in gl. *A* 4; et gl. *om.* *A* 1. $2a^{1.2.3.4}$; cotid. coruscat m. (et gl. *om.*) *B* 3; vivit. Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto et nunc et in omnia secula seculorum. Amen. Explicit vita sancti Germani episcopi *A* 5, *desinens;* ad gloriam domini nostri Iesu Christi, cui est honor et gloria in saecula saeculorum (Amen *add.* *A* 6*b*) *desinunt* *A* 6*a*. *b;* et gloriatur Deus per omnia secula secul[orum]. Hamen *(sic) desinit* *B* 4.

1) *De quo cf.* c. 39 *(p.* 279*)*. 2) *Cf. V. Martini c.* 16, 2: Treveris puella quaedam dira paralysis aegritudine tenebatur, ita ut — — nullo ad humanos usus corporis officio fungeretur. 3) *Prosequendo scilicet cum aliis illustre funus. Boschius.* 4) *Corpus Germani die* 22. *Septembris Autissiodurum pervenit ibique die* 1. *Octobris sepultum est; cf. Martyrologium Hieronymianum (supra p.* 229*)*.

Ego duplicem[a] veniam a[b] te, lector, exposco, primum quod soloecismis[c] et abiectione[d] verborum aures tuas vulnero, deinde quod prolixior pagina videtur parare[e] fastidium[1]. Sed non pigeat recensere[f], quod Christum praestare non piguit; qui dum sanctos suos glorificat[g], nos invitat exemplo[h]. Et tamen Deum testor conscium secretorum[i], me plura[k] de domni[l] mei Germani factis agnita et probata[m] tacuisse[n]; ex quo reum[o] esse me fateor subprimendo, quod mirabiliter ad profectum omnium divina virtus[p] operata est. Et ideo in scribendo succinctum[q] magis me arbitror fuisse quam nimium[r,*].

EXPLICIT VITA[s] SANCTI GERMANI[t] EPISCOPI**.

*) *In parte codicum Vitae II. haec addita sunt e Gestis pontificum Autissiodor. c.* 7 *(ed. Duru l. l. I,* 315. 320 *sq.) et Bedae Hist. eccl. I,* 21, *hausta (cf. 'N. Arch.' XXIX,* 166*):*

Sedit autem isdem domnus — — summa excolitur gloria.

Aut post haec aut ante haec aut pro his in codicibus pluribus quattuor versus rhythmici adiecti sunt:

Fulgida fulgentem Germanum — — Germanum gaudia pangunt.

**) *Codices A* 4. 4* *haec addunt (cf. supra p.* 249*):* Sanctus Germanus episcopus pridie Kalendas Augustas de hoc corpore migravit ad Dominum. Quem venerabilem diem omnes ecclesie provincie Gallicane predicabili devocione celebrant (suscipiunt *A* 4*) et venerantur, ut per suffragia illius misericordiam Domini consequantur.

Epilogus. A 1. 3. 3*a*. 4. *B* 1. 2. 3.

Epil. a) dum publice *A* 4. b) a delicto (delictis *A* 2*a*⁴) exp. *A* 1. 2*a*^{1. 2. 3. 4}. c) solicissimis *A* 3*a*; soloecis :: mis, *ras.* si *B* 2; soloecismus *B* 1, *corr.*; soloecismo *B* 3. d) a:ectione *pr. m. A* 1. e) *corr.* parire *B* 3; parere *A* 2*a*^{1. 2. 3}. 3. 4. *B* 2 *et m. al. A* 1 (*at cf. p.* 268, 6. parabit). f) recensura *pr. m. A* 1. g) gior. *A* 3*a*, *corr.* h) inv. ad eorum exemplum. (Et *om.*) *A* 4. i) futurorum *A* 4. k) plura::, *ras.* me *A* 3. l) *ita A* 3. 3*a*. *B* 2. 3; domini *aut* dñi *rell.* m) probato *A* 3*a*. n) tacuisse — *l.* 7. divina virtus *om. A* 3*a*. o) reum me esse f. *A* 1. 2*a*^{(1). 2. 3. 4}; me reum esse profiteor *B* 3. p) *om. A* 1 *(pr. m.).* 2*a*^{1. 2. 3. 4}; gratia *post* est *add. A* 2*a*^{1. 2. 3. 4}. q) succintum *A* 1. r) mium *A* 3*a*, *corr.*; Gloria Deo Patri et Filio eius domino nostro, cum quo vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti in saecula saeculorum. Amen *add. B* 3. s) v. s. G. ep. *om. B* 2; s. G. ep. *om. A* 3*a*; beati *pro* sancti *A* 3. t) Autisiodorensis *add. A* 3; Aut(issiodorensis) *post* episc. *add. B* 3.

1) *Cf. supra p.* 268, *n.* 2.

VITA LUPI

EPISCOPI TRECENSIS.

Codices Vitae Lupi multo vetustiores iis iam eruti sunt, quibus olim in tomo III. huius corporis p. 117 sqq. usus eram, atque etiam argumenta falsitatis augeri iam licet, fontibus auctoris diligentius exploratis, e quibus V. Germani episcopi Autissiodorensis nunc primum a sodali meo integra edita est, quae mihi praesto non fuerat nisi omnino deformis et lacerata, cumque adversarii vehementissime in me invecti essent propter consilia hagiographorum dolosa, quae patefecisse mihi visus eram, summopere gavisus sum, hanc ipsam Vitam eo consilio, scilicet ad iura aliena vindicanda, non solum adhibitam, sed etiam citatam esse, quas causas sufficere existimari ad nobile hoc falsitatis documentum denuo edendum.

'Multiplici materia' dicendi auctor ad describendas 'laudes' patroni sui commotus esse vult, sed pro ubertate ieiunitas apud eum deprehenditur atque haec ipsa verba (c. 1) ex sermone deprompsit, quem de V. Honorati abbatis Lerinensis, postea episcopi Arelatensis, Hilarius successor sedis eiusdem habuerat, immo ad eundem fontem conversionem Lupi descripsit (c. 2), qui disciplinis ecclesiasticis imbuendus abbatem illum Lerini expetisse creditur. Etiam Hilarii cuius memini Vita laudes Lupi describendas ei contulit, veluti tunicae usum redemptionemque captivorum (c. 7. 8), mox morbum sanandum (c. 9), cui miraculo singula verba ex V. Germani Autissiodorensis c. 9. deprompta admiscuit, fortasse etiam ad gloriam patroni defuncti celebrandam exempla discipulorum (c. 11). Sed Pimeniola 'sancti Hilarii Arelatensis urbis episcopi germana', quam Lupus septimo ante conversionem anno in matrimonium duxisse fertur, scilicet antequam vel Honoratus decessor sedem Arelatensem nactus esset, praeterea densissimis tenebris circumfusa est neque nomen tam pium magnam spem elicere potest, significans 'parva pastrix' (ποιμήν), deminitivum scilicet 'Pimeniae', sororis fictae Tigris sacrae virginis Mauriennensis item fictae[1].

Iter Lupi Britannicum ad exstirpandam haeresim Pelagianam cum Germano susceptum biographus paucis perstrinxit (c. 4), quod Constantius in V. Germani Autissiod. c. 12—14. fusius descripserat, atque eadem fere in Bedae historia ecclesiastica I, 17, occurrunt, quare haud facile discerni poterat, utrum auctorem biographus Lupi secutus esset, mihique Bedam adhibuisse videbatur, sed recte monuerunt[2] etiam alibi

1) *SS. rer. Merov. III, p.* 533. 2) *W. Levison, 'N. Arch.' XXIX, p.* 152.

vestigia V. Germani in V. Lupi deprehendi, e. gr. c. 7, Bedamque biographo nostro posteriorem esse inde intellegitur, quod totam Lupi vitam in Martyrologio suo die 29. *Iulii constrinxit*[1], *quem locum ad Florum redire olim statueram. Omnino recte autem statueram*[2] *fieri non posse, ut Constantius ex tenuitate rerum Vitae Lupi suam elegantem amplioremque de Germano enarrationem formavisset, neque vero miror temerariam hanc opinionem a scholae legendariae sectatoribus pertinaciter retineri, excogitatam ob solam auctoritatem biographi stabiliendam. Arido excerpto suo idem nihil fere addere poterat, nisi tempora hiberna, quibus episcopi oceanum transmeassent, scilicet ut pericula exaggerarentur, bonumque expeditionis eventum celebrans, omnes populos ad fidem trinae confessionis adductos esse contendit. Credidit igitur haeresim Pelagianam de Trinitate non recte iudicasse, quae potius liberum arbitrium divinae gratiae anteponebat, cumque iam Boschius hunc gravem errorem ei vitio verterit, hodie fortasse statuere possumus ne tenuem quidem notitiam de natura dogmatis Pelagianorum ad ipsum pervenisse, unde qui vult de aevo illius facile iudicare poterit.*

Atque Lupus ille episcopus Trecensis, postquam Britannos ad fidem trinae confessionis feliciter adduxit, de natura haeresis Pelagianae haudquaquam bene instructus, quam piam consuetudinem cum Attila Chunorum rege habuit! 'Nec longa post tempora' (c. 5), — 22 *anni lapsi erant, — imminentibus Chunis, Tricassinam urbem solis precibus suis defendit, 'in cuius absolutione totius discriminis compressit incendium', scilicet totum bellum terminavit, ita ut ad pugnam Mauriacensem hostes nullatenus pervenire potuissent: immo 'feralis Attila' fidem episcopi christianam 'altiore sensu' suscipiens, eum et suae salutis causa et exercitus sui secum ad Rhenum fluvium ire iussit, ubi non solum eum dimisit, sed etiam iter ei ostendit, suppliciter ab eo petens, ut pro se oraret. Quod 'simulatae pacis arte' Attilam urbes Galliarum temptasse auctor scripsit, apud Prosperum a.* 451. *fortasse legerat illum tamquam custodem 'Romanae amicitiae' advenisse, sed mox in locum Aetii patricii cum Gothis resistentis patronum suum substituit opisque caelestis auxilium. Eodem fere modo biographus Memorii sine dubio et ipse Trecensis fugam Chunorum ad orationes vigiliasque eiusdem Lupi rettulit, qui Attilam christianum factum esse credi voluit*[3], *idemque in textu V. Lupi iam legitur, postquam 'suspiciens' ad codices optimos emendavi 'suscipiens'. Pimenius piscator rete suo caput Memorii expiscatus cum Pimeniola uxore Lupi quodam affinitatis vinculo coniunctus videtur esse. Utraque vita naturae rerum repugnat, atque quod in una reprehenditur, idem etiam alteri vitio dandum est. Attila rex christianus Lupum episcopum propter caelestem eius auctoritatem secum adsumpsit, ut se suosque tueretur, neque pro obside habendus est triumphator christianus aut consilium aliud auctori imputare licet, contrarium verbis propriis. Sidonius magnus Lupi admirator rerumque gestarum scriptores usque ad auctorem Libri h. Fr. necessitudinis, quae inter eum Attilamque intercessisset, ne verbo quidem meminerunt altoque silentio merita eiusdem de Gallia liberanda praeterierunt caveque, ne verum rerum ordinem mendaciis huius Vitae dehonestes, quae inter fontes prudenter disquisitos locum habere nequit*[4].

Hunigasio interprete Attila christianus usus erat, ut desideria sua pia Lupo episcopo exponeret, atque ingenue fateor me ob nominis illius similitudinem cum Chunis intercedentem haud leviter olim obstupuisse, sed argumentum meum in contrarium ver-

1) *H. Quentin, 'Les Martyrologes historiques du moyen âge' p.* 81. 2) *'N. Arch.' XXIV, p.* 566. 3) *V. Memorii, SS. rer. Merov. III, p.* 101 *sqq.; cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 559 *sqq.* 4) *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 565. *Contrariam opinionem defendit Girard, 'Le Campus Mauriacus', 'Revue historique'* (1885) *tom. XXVIII, p.* 329, *qui inexspectatam lucem Vitae Lupi attulisse sibi visus est.*

teretur, si Hunigasium illum eandem personam esse recte statuissent[1] *atque Onegesium potentissimum Attilae magistratum, quocum Priscus*[2] *legatus congressus erat. Onegesius ille secundum Attilam plurimum apud Scythas opibus valebat, proximam regiae domum inhabitabat, primum convivarum locum ad dextram regii thori habebat atque negotia publica pro rege exsecutus est. Balneum sibi per architectum Sirmio captivum abductum prope domum suam aedificandum curaverat, lapidibus ex Paeonia advectis, vir in omni vita atque victu excultus, servoque utebatur mercatore Graeco. Et ipsum natione Graecum fuisse coniecerunt*[3], *id quod fortasse recte in dubium vocatum est*[1]. *At nomen eius* Ὀνηγήσιος *cum Chunorum minime cohaeret, qui* Οὖννοι *a Graecis vocati sunt, sed ex toto Graecum est idemque significat atque 'asinarius'. Hunigasii vero nomen est Germanicum, compositum ex* Huni[4] *et* -gasius *similiter atque* Widragasius, *isque cui illud inditum erat interpres locum modestiorem occupabat, quam ut cum potentissimo ex Attilae primoribus comparari posset. Huius autem nomen Graecum ex* ὄνος, *i. e. asinus, ductum a Germanico illo cum* Huni *composito omnino distinguendum nec additis nec immutatis litteris ita servandum est, sicut Priscus illud scripserat.*

Reversus Lupus patronus Attilae exercitusque Chunorum ex itinere Rhenano, duplicem discessum (c. 6) ob Trecensium desperationem executus est primo 'ad montis perfugium Latiscone', scilicet in Lingonensem dioecesim, ut illuc plebem suam transferret, deinde, cum raritate venientium offensus esset, eo longius Matisconem, ubi in praedio quodam degebat neque in patriam regressus est. Haec tam absurda sunt, ut viri me multo religiosiores et Tillemontius[5] *et Boschius acerrime in biographum invecti sint. Unde tanta Trecensium desperatio? Quare Latisconem cives transferendi erant, nihil passi atque ab episcopo suo defensi? Quare Lupus ipse perfugium illud petiit, Chunis profectis? Si Matiscone in dioecesim suam Trecensem numquam rediisset, num usque ad mortem per annos fere triginta in civitate aliena resedisset? At eum profecto apud Tricasses degisse ex Sidonii epistulis VI, 4. VII,* 13, *certo certius colligitur, unde biographus omnino refellitur. Biographo infelici in tantas angustias adducto perhumani abbatis Lebeuf*[6] *coniectura stupenda subvenit asserentis Latisconem montem non esse Lassois, sed Lainçon, rectius Linçon*[7] *prope Trecas, Matisconem quoque non esse civitatem celebrem, sed villam quandam Macon (dép. Aube) prope Nogent-sur-Seine, ita ut tam providus ovium suarum pastor dioecesim suam numquam reliquisset, neque vero cuiquam hoc novum effugium placuit*[8]. *Id vero ex eodem colligi licet, nomina locorum sicut in V. Lupi scripta sunt minime quadrare, cumque cum rebus gestis patroni conciliandanon sint, inquirendum est, qui sensus occultus eis subesse possit.*

Minime autem dubium est, quin Latisco mons hodie Lassois (dép. Côte-d'Or) nominetur, pars villae Vix, caput pagi Latiscensis ad dioecesim Lingonensem pertinentis, atque in summo vertice olim castellum situm erat, cuius vestigia adhuc supersunt. Pago

1) *Th. Hodgkin, 'Italy and her invaders', Oxonii* 1892, *tom. II, p.* 74. 123². 2) *Fragmenta historicorum Graecorum ed. C. Müller, Parisiis* 1851, *IV, p.* 86. 3) *Amédée Thierry, 'Histoire d'Attila et de ses successeurs', Parisiis* 1864, *I, p.* 91. 4) *Aut ex Hunis pendet aut ex vocabulo quodam Germanico; cf. Förstemann, 'Altd. Namenbuch' I, col.* 929². 5) *Tillemont, 'Mémoires de l'histoire ecclés.'* (1712) *XVI, p.* 128 *sqq.* 6) *Lebeuf, 'Recueil de divers écrits pour servir d'éclaircissemens à l'histoire de France', Parisiis* 1738, *tom. I, p.* 63 *sqq.* 7) *Locus a.* 1177. *Linco vocatus, hodie pars est villae Saint-Germain; cf. Boutiot et Socard, 'Dictionnaire topographique du dép. de l'Aube',* 1874, *p.* 85. 8) *Cf. d'Arbois de Jubainville, 'Note sur les deux Barrois, sur le pays de Laçois' ('Bibliothèque de l'école des chartes', Parisiis* 1858, 19 *a., tom. IV,* 4. *ser., p.* 349 *sqq.); Courtalon-Delaistre, 'Topographie historique de la ville et du diocèse de Troyes', Trecassis* 1783, *I, p.* 281.

illi consentaneum est comitem praefuisse atque rumore populi Girardus comes de Rossillon celebrabatur, qui oppidum illud loco antiquitus diruti in monte denuo aedificatum paterno iure possedisset et propria mansione habitasset. Nemus quoque, quod eidem monti Latiscensi subiacebat, comitis erat, sed interim Pulteriense coenobium secus eundem montem constructum erat, hodie Pothières, quod possessionem illam sibi vindicabat, cumque vulgus 'nostrorum' censeret nemus a comite glande satum esse, biographus Girardi eam opinionem per Vitam Lupi refellit eo antiquioris, qui in eodem luco solitariam vitam duxisset. Locum memorabilem, per quem suspiciones meae splendide confirmentur, ad verbum exscribendum esse duxi:

§ 104. Similiter etiam vulgus nostrorum autumat nemus quod eidem monti subiacet a Girardo comite glande satum fuisse, sed omnino frivolum est, quoniam invenitur scriptum, beatum Lupum Trecensem episcopum antiquiorem valde Girardo in eodem luco solitariam vitam aliquandiu duxisse.

Auctor ille Vitae nobilissimi comitis Girardi de Rossillon pro monasterio Pulteriensi laborabat recteque editor doctissimus[1] statuisse videtur eundem etiam e monachis illius monasterii fuisse, secundum proverbium illud: 'Is fecit cui prodest'. Noster biographus eiusdem proverbii non immemor Vitam Lupi fecit, ut ecclesiae prodesset, cumque olim scripsissem (p. 122, n.): 'hic latet anguis in herba', anguem illam non amplius latere, sed in lucem extractam esse haud leviter gaudeo.

Causam alterius itineris iam Tillemontius recte perspexerat fundos episcopi fuisse, premens verba: in praedio Matiscone, atque Lupus iam Lerino relicto eo regressus erat ad bona sua pauperibus eroganda (c. 3). Praedium autem illud cum aliis quae non erogaverat bonis in ecclesiam Trecensem transisse verisimile est, unde fortasse non adeo inepte conclusi, Vitam Lupi ad vindicanda aut confirmanda bona ecclesiae Trecensis confictam esse.

Gebavultus rex Alamannorum Lupum episcopum Tricassinum aequa reverentia diligebat (c. 10) atque Gibuldus rex Alamannorum Severinum monachum Batavensem (Passau) teste Eugippio (c. 19), utque Lupus presbytero cum 'paginola' misso apud regem pro Brigonensibus suis hostili servitio subditis intercessit, ita Severinus diaconum suum cum epistula ad eundem regem pro Batavinis suis misit, atque uterque captivos libertati restituit, ille in dioecesi Trecensi, hic ad Danubium. Difficile creditu est eundem regem eodem fere tempore in tam longinquis regionibus fere idem peregisse, atque comparata cum V. Severini enarratio V. Lupi ut est absurda refellitur. Vicina Trecensibus gens Alamannorum non depingitur nisi in tabulis geographicis ex ipsa V. Lupi pendentibus neque huic succurrere fas est confictis excursionibus, quas Gebavultus in oppidum Trecense fecisset. Brigonenses iam auctor V. Lupi interpolatae ad pagum Breonensem (hodie Le Brenois) rettulit, pago Latiscensi vicinum, quo Lupus post Chunorum discessum perfugisset, cumque hic ad dioecesim Lingonensem pertineat, ille cum dioecesi propria cohaeret. Sane comes Breonensis paroecianus erat episcopi Trecensis[2] atque usuarium nemorum comitis 'Brennensis' abbatiae S. Lupi Trecensi conveniebat[3]. Nithardus (I, 6) Brionensem pagum ante Tricassinum enumeravit, ita ut Brigonenses nostri vix alibi investigandi sint, neque vero res tam aliena Tillemontio (p. 136) omnino satisfecit, nam etiam de Breonensibus cogitari voluit in summis Alpibus habitantibus[4]. Sane hos Breonenses Alamanni facilius subiugare poterant quam Brigonenses illos atque

1) P. Meyer, 'La Légende de Girart de Roussilon', Romania 1878, VII, p. 166. 2) Ch. Lalore, 'Cartulaire de l'abbaye de la Chapelle-aux-Planches' ('Collection des principaux cartulaires du diocèse de Troyes' 1878, IV, p. 184). 3) Privilegium Eugenii III. a. 1147 ('Cartulaire de l'abbaye de Saint-Loup', 'Collection des principaux cartulaires du diocèse de Troyes', 1875, I, p. 35). 4) Cf. SS. rer. Merov. VI, p. 500 sqq.

similitudine nominum auctor fortasse commotus est, ut e vicinis suis illos eligeret. Quod Gebavulti nomen apud Eugippium Gibuldus scriptum est more recentiore[1], *reminisci oportet Lupi biographum codicem Eugippii multo vetustiorem eis adhibuisse, qui hodie supersunt, saeculum X. non superantes, aliudque nomen proprium Mommsenius (p. XXIX) ex uno solo codice restituere potuerat, qui si latuisset Eugippii textus iterum librariorum incuria defecisset.*

Tres Lupi discipulos biographus enumeravit (c. 11*) Polychronium Viridunensis, Severum Trevericae, Albinum Catalaunicae civitatis pontificem eaque quae de Severo enarravit iisdem fere verbis expressa apud Bedam (I,* 21*) redeunt, ex quo illum pendere minus recte statueram, sed multo minus recte pars adversa statuit Bedam locum ex V. Germani episcopi Autissiodorensis deprompsisse huiusque auctorem V. Lupi usum esse, nam ea in qua verba occurrunt V. Germani retractatio illa est*[2], *saec. IX. attributa, quam aevo Carolingico compositam esse omnino recte scripseram, quodque vetustae V. Germani auctore Constantio textum pleniorem quondam extitisse adversarii mei coniecerunt, eiusmodi nugae indignae sunt, de quibus disseratur. Ex V. Germani auctore Constantio (c.* 25*) biographus Lupi personam tantum Severi episcopi, alterius Britannici itineris socii, eruere poterat, quod ipse omnino silentio praetermisit, eaque quae de Severo episcopo civitatis Trevericae scripsit, scilicet eum primae Germaniae gentibus praedicasse, cum apud Constantium non legantur, propria ipsius sunt. Metropolis civitas Treverorum ad provinciam Belgicam I. pertinebat neque ad provinciam Germaniam I, cui potius metropolis civitas Mogontiacensium praeposita erat, unde biographum de provinciis ecclesiasticis male instructum esse olim conclusi. Boschius difficultatem eo explicare conatus est, quod Severus Trevericus officium evangelium praedicandi usque in alteram provinciam extendisset, qua re potestatem dioecesanam episcopi Mogontiacensis laesisset, cumque in propria provincia omnes gentes ad fidem christianam nequaquam conversae essent, id quod e Gregorio, Hist. Fr. VIII,* 15. *et ex V. Gaugerici colligitur, melius fortasse egisset, si propriae dioecesi providens curam animarum ibi exercuisset, ubi debuit. Neque Materni episcopi Coloniensis exemplum, quo adversarii se munierunt, duplex officium confirmare potest, quod verisimile non esse critici saniores iam opinantur*[3].

Vita Lupi raritate rerum denotatur vix inter se cohaerentium, quarum fontes partim adhuc supersunt, et licet biographus contrariam speciem praetenderit, veluti iam capite 7. *ineunte pauca ex plurimis se perstrinxisse asseruit, tamen ad ubertatem suam credendam vix quemquam adduxit, sicut etiam de aevo eius adhuc disceptatur. Tillemontius hanc quaestionem summa prudentia praeteriit*[4], *alii*[5] *usque ad septimum saeculum progressi sunt, pauci*[6] *auctorem, clero Trecensi procul dubio adnumerandum, quippe qui vitam patroni sui concludens (c.* 12*) praesidium eius imploraverit, saec. V. attribuerunt, quasi non solum discipulus Lupi fuisset, sed etiam ab eo instructus, statuentesque Vitam Lupi Constantio auctori V. Germani episcopi Autissiodorensis praesto fuisse, adversarii mei secundissimam condicionem elegerunt, quae si vera esset origo libri fere usque ad Lupi obitum promoveretur. Eiusmodi autem opinioni biographus ipse palam refragatus est, de discipulis patroni sui ita disserens (c.* 11*), ut vel eos iam defunctos esse manifestum sit, atque ipse ex certis argumentis conclusi eum non fuisse aequalem, sed multo post res litteris mandasse, quae comparatis fontibus fide omnino carent. Quod cum*

1) *Nomen cum Goth. 'vulthus' = gloria compositum est; cf. Förstemann, 'Altd. Namenbuch' I, col.* 1663; *cf. col.* 663. 2) *Cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXIX, p.* 162; *cf. p.* 158. 3) *A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 5[3]. 4) *Boschius, AA. SS. Iul. VII,* 57: *'Tillemontius aetatem caute dissimulat'.* 5) *A. de Barthélemy, 'Invasion des Huns dans les Gaules en* 451' (*'Revue des questions historiques', Parisiis* 1870, *VIII, p.* 361). 6) *'Histoire littéraire' II, p.* 690.

vixisse olim opinatus sum saec. VIII. ex. vel IX. in., postea indiciis nonnullis emergentibus, vitam decenniis nonnullis ante, scilicet ineunte aevo Carolingico confictam esse concessi[1].

Sermone autem auctor usus est tam obscuro, ut quid sibi velit haud facile assequi possis, verboque finito omnino carere poterat, ita ut non solum nominativi absoluti veluti participium praesentis activi aut perfecti passivi eius locum obtineant:

c. 1. Quo defuncto, Lysticio patruo — scolis traditus, rethoricis imbutus studiis, quem

c. 2. 3. cuius nimpae instructione cervicae subdita, iugum d. s. excipiens, — dogmatibus institutus. Quo ille fidei calore — regrediens —, — ad — pontificium raptus. Cuius

c. 9. Nam clarissima matrisfamilias, — quae — constringebatur —, cui — m. inplebat officium, ab eo visitari desiderans. Quem

ib. Quae magna cum voce proclamans, nihil se doloris sensisse languorem; cui

sed etiam abl. abs. aut acc. abs.:

c. 5. Inter haec nec longa post tempora, imminentibus Hunis, quorum — premebat exercitus.

c. 6. Cuique degenti in praedio Matiscone oblatam sibi puellam hora circiter sexta inpulsu demonis mutam: cui.

Gregorius Turonensis participium praesentis nonnumquam addita copula cum verbo finito coniunxit, ut locum indicativi occupare videatur[2]*, sed praeterea illud pro hoc non substituit*[3] *neque ulla exempla praebet participii perfecti multoque minus ablativi aut accusativi absoluti pro verbo finito collocati, quae consuetudo multo post eum invaluit; huc accedit, quod de Lupo in Gloria Conf. c.* 66. *disserens Vitam eius non citavit. Participia illa ut a saeculo quinto omnino abhorrent, ita apud auctores saeculi VIII. frequenter deprehenduntur, veluti apud auctorem Libri hist. Fr.*[4] *et Continuatores Fredegarii*[5]*, item apud biographum Landiberti Traiectensis et Arbeonem*[6]*. Etiam nomen* Huni *per aspirationem lenem scriptum apud scriptores Gallicanos vix ante saeculum VIII. occurrit, nam vetustiores usque ad auctorem Libri hist. Franc. constanter scribunt* Chuni[7]. *Vitam Lupi una cum Germani auctor libri de cursuum ecclesiasticorum origine saec. VIII. citavit*[8]*. Beda adhibuit; eandem saeculo IX. ineunte auctor Vitae Lantberti abbatis Fontanellensis exscripsit*[9].

Vitae Lupi, quam ad tres codices saec. XI—XIII. olim recensueram, interim codices saec. VIII. et IX. emerserunt, novisque subsidiis instructus textum fide digniorem restituere potui, scilicet consuetudini aevi Merowingici magis convenientem, sed praeterea haec editio a priore haud ita frequenter discrepat, cum difficilem cursum inter duplicem traditionem satis recte tenuissem. Numerus codicum iam repertus partim primo, partim secundo e codicibus aggregatur, quos olim adhibueram, ita ut classes binae exoreventur ex una priore, atque utraque signifero gloriatur vetustissimo una saec. VIII, altera saec. IX. Etiam Vitarum Servatii et Memorii codices ad saec. VIII. redeunt, quo Franci Chunorum fabulis in maiorem ecclesiae gloriam confingendis haud parvam operam dedisse videntur.

1*a) Codex* P e t r o p o l i t a n u s *F. v. I n.* 11, *ex museo Petri Dubrowsky in bibliothecam caesaream translatus*[10]*, olim Corbeiensis (n.* 292 *et* 177*) et Sangermanensis*

1) *'N. Arch.' XXIV, p.* 565. 2) *Bonnet, 'Latin' p.* 650 *sqq.* 3) *Ib. p.* 565, *n.* 4. 4) *Cf. SS. rer. Merov. II, p.* 218. 5) *Contin. Fredeg. c.* 13: Per idem tempus Eodone duce a iure foederis recedente. Quo conperto *et q. s.* 6) *SS. rer. Merov. VI,* 327. 536. 7) *'N. Arch.' XXIV, p.* 570. 8) *Ionas p.* 26, *n.* 4; *cf. W. Levison supra p.* 234, *n.* 2. 9) *SS. rer. Merov. V,* 612. 10) *Cf. K. Gillert, 'Lateinische Handschriften in St. Petersburg'*

(n. 460), post Historiam tripartitam V. Lupi fol. 250. exhibet, litteris semiuncialibus paginisque bipartitis saec. VIII. exaratam neque vero integram. Folium enim, quod ad codicem quendam maioris formae olim pertinuerat, marginibus abscisis huic libro aptatum est, cui olim tegimento fuerat[1]*, itaque priore columna desinente altera latere exteriore caret, et e contrario folii versi prior columna mutilata est, dum altera integra restat, quae in verbis* conlisionem suorum | *(p. 302, l. 2) desinit. Librarius quidam litteris Merowingicis uno loco (p. 299, 22) coniecturam intulit temerariam. Codex Historiae tripartitae litteris minusculis scripturae Merowingicae propinquis scriptus est, quas saec. VIII. tribueres, sed cum m. s. XII. ei fol. 1'. haec intulerit:*

Hic codex iubente Adalardo
Hero fuit scriptus,

quae m. s. XIII. ita iteravit:

Hic codex Hero insula scriptus fuit, iubente sancto patre Adalhardo, dum exularet ibi,

nepos ille Caroli Martelli scriptor erat, abbas monasterii Corbeiensis († 826), a. 821. ex monasterio S. Filiberti Heriensi (Noirmoutier) revocatus, quo a. 814. relegatus erat. Fol. 1. m. saec. XIII. haec intulit: liber sancti Petri Corbeiensis.

Codicem pretiosissimum Hannoveram ante hos annos transmissum ipse examinavi.

1*b) Codex* T u r i c e n s i s *bibliothecae urbanae C, 10 i, formae maximae, saec. X. ex., olim monasterii S. Galli*[2]*, fol.* 127—128'*, n. XLII. V. Lupi exhibet.*

Contulit W. Levison sodalis collatumque textum iterum percucurrit.

1c^1) *Codex* P a r i s i a c u s *bibliothecae S. Genovefae* H^L 2[3]*, formae minoris, fol. 96, saec. XI, olim S. Eligii Novioduni, fol. 1—7' (antea nobis 1a).*

Ipse contuleram.

1c^2) *Codex* P a r i s i a c u s *n.* 12612*, olim Corbeiensis, deinde Sangermanensis (n. 469, mox 469), saec. XIII, fol.* 137'—140.

Contulit H. Lebègue v. c.

1d^1) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 98—100 *(Van den Gheyn n.* 3132^{II}*), saec. XIII, fol.* 109'—110'.

Contulit W. Levison v. c.

1d^2) *Codex* L o n d i n i e n s i s *musei Britannici inter Harleianos n.* 2801*, saec. XIII, legendarii Arnsteinensis vol. II, fol.* 84'—85.

Ipse contuli.

1*e) Codex* F u l d e n s i s *Aa 96, saec. XV, olim Blauburanus, deinde Weingartensis*[4]*, pars II, fol. 41—42', praescr.* Incipit vita sancti Lupi episcopi Tricassine urbis et confessoris, *ad classem priorem pertinet, sed textum exhibet quam maxime immutatum et interpolatum, quem neglegendum esse duxi.*

Contulit W. Levison v. c.

2*a) Codex* V i n d o b o n e n s i s *bibliothecae Palatinae n.* 420 *(olim Salisburg. n. 39), saec. IX, fol.* 40—42.

Ipse contuli[5].

2*b) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 5278 *(Colb. 11, Regius 3594. 7), formae magnae, saec. XIII, fol. 134. 135; cf. 'N. Arch.' XVIII, p. 586 (antea nobis 1b).*

Ipse contuli.

'N. Arch.' V, p. 248; Dom Antonio Staerk, O. S. B., 'Les Manuscrits latins du Ve au XIIIe siècle, conservés à la bibliothèque impériale de Saint-Pétersbourg', Petropoli 1910, tom. I, p. 44, II, tab. 44 sq. 1) *'Nouveau Traité de Diplomatique' III, p. 67.* 2) *Ionae Vitae Sanctorum p. 66 sq.* 3) *Cf. 'N. Arch.' XVIII, p. 600; Kohler, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque de Sainte-Geneviève' II, p. 571.* 4) *Cf. supra p. 185.* 5) *Cf. 'N. Arch.' XXXIII, p. 20.*

2c) Codex N a m u r c e n s i s *n.* 53, *saec. XII, olim S. Huberti Arduennensis, fol.* 229—230.

Contulit W. Levison v. c.

3) Codex B r u x e l l e n s i s *n.* 9636—7 *(Van den Gheyn n. 3228), formae magnae, saec. XI/XII, olim S. Laurentii Leodicensis, ibique signatus* $\frac{MM}{4-3}$, *deinde* $\frac{LL}{4-2}$, *fol.* 216—217.

Ipse contuli.

Classis 1 *iam propter vetustissimum codicem* 1*a locum suum merita grammaticam barbaram accurate servavit atque attractionis exempla talia, qualia ex Arbeonis*[1] *scriptis cognita sunt, ex melioribus eius codicibus adnotavi haec:*

p. 298, 8. pro se orando *(ita* 1*b.* $c^{1.2}$*; hiat* 1*a;* orandum 1$d^{1.2}$. 2*a. b. c.* 3*)* supplicavit;

p. 298, 14. bienni tempore *(*1*a. b.* c^{1}. $d^{1.2}$*;* temporis 1c^{2}. 2*a. b. c.* 3*)* spatio (spatium 2*a. b. c)* commanens,

cuius usum uno loco codices fere omnes testantur:

p. 301, 7. statum quem amiserant universi in eius (eum *m. al.* 1c^{1}*?*) absolutionis — reparavit.

In classi autem 1 *verba nonnulla desiderantur, quae in libris* 2 *adsunt, et pressior nonnumquam in illa sermo occurrit, in his prolixior, sed locis singulis cum reliquo textu fontibusque comparatis iterum ad eandem rationem adductus sum, quam olim secutus eram, scilicet auctorem archetypi classis* 1 *nonnulla verba omisisse aliaque in breve coegisse, e. gr.:*

p. 296, 11. emenso anni curriculo] *om.* 1*b.* $c^{1.2}$. $d^{1.2}$*; hiat* 1*a; habent* 2*a. b. c.* 3*; cf. V. Hilarii Arel. c.* 6*:* Emenso biennio;

p. 298, 11. mox credidit festinandum] *recte* 2*a. b. c* (mox *deest*). 3*;* festinavit 1*a. b.* $c^{1.2}$. $d^{1.2}$*; cf. ib. l.* 15: se censuit transferendum;

p. 301, 2. per presbiterum] 2*a. b. c.* 3*; haec om.* 1*a. b.* $c^{1.2}$. $d^{1.2}$*; cf. Eugippii V. Severini c.* 19: Amantius d i a c o n u s — — oblatis regi — — epistolis.

Idem auctor 1 *scripturam continuam litterarum capitalium parum recte distinxit et* t *scripsit pro* i*:*

p. 297, 5. terribiles ociani fluctus] sociant 1*a;* terribile sociant *pr. m.* 1*b;* terribiles soc(t)iant 1$c^{1.2}$. $d^{1.2}$,

ita ut ex ociani *corruptela* sociant *exoriri potuisset, atque etiam littera quaedam elisa est per eandem scripturam:*

p. 296, 1. annos sensuum] anno sensuum 1*a. b.* $d^{1.2}$.

Quantopere autem 1*a familiam reliquam superet, ex hoc loco cognosci licet:*

p. 299, 1. iuxta Alisiam] 2*a. c;* i. aliis iam 2*b;* iuxta ᵃlis : : : : *(*basilica *m. al. litteris Merowingicis in litura)* 1*a;* iuxta basilicam 1*b.* $c^{1.2}$. $d^{1.2}$*; cf. V. Germani Autiss. c.* 22: in Alisiensi loco.

Proximum locum 1*b occupat, qui hiante vetustiore fratre in calce libri nonnumquam solus rectam lectionem servasse videtur:*

p. 302, 12. quo sublimius *(ita* 1*b.* c^{1} *e corr.;* sublimis *plerique)* efectus est — gloriosius *(ita* 1*b:* gloriosus *rell.)* inpendat,

sed solus quoque defecit:

p. 300, 15. proclamans] clamans 1*b;* proclamat *V. Germani Autissiod. c.* 9,

isque idem mendum exhibet atque 1c^{2}*:*

p. 297, 8. praemittebant] piae (pie 1c^{2}) mittebant 1*b.* c^{2}.

Codex 1c^{2} *etiam gemellum suum multo antiquiorem haud raro praestat:*

p. 300, 15. nihil se] *om.* 1c^{1} *(non* 1c^{2}*);*

1) *SS. rer. Merov. VI, p.* 535 *sq.*

p. 302, 2. cernui laberentur] cerni l. $1c^2$; labi cernerentur $1c^1$,

librique 1*c cum* 1*d comparati praeferendi sunt:*

p. 296, 16. habenis] habens $1c^{1.2}$ *(pr. m.); om.* $1d^{1.2}$,

immo illi ab affinitate sua discedentes uno saltem loco cum altera classe textum integrum servasse videntur:

p. 300, 18. beneficium] fuit *add.* 1*a. b.* $d^{1.2}$, *non* ($1c^{1.2}$) *cum rell.*

Peculiares lectiones singulorum librorum $1c^1$ *et* $1c^2$, *item* $1d^1$ *et* $1d^2$ *plerasque suppressi.*

Menda classis 1, *quae omissis aut contractis locis nonnullis exorta esse supra dixi, per classem alteram tolli licet atque in ea qua haec classis pollet auctoritate summi momenti erat codex vetustus* 2*a ante haud ita multos annos repertus, qui textum praestantiorum codicum prioris classis et inprimis grammaticam nonnumquam splendide confirmabat libroque* 1*a saepe deficiente vetustissimus omnium restabat. Librarius autem* 2*a exemplar quod habebat non semper recte interpretatus est:*

p. 302, 12. quo sublimius] quos ablimis 2*a*,

verba perperam distinguens legensque a *pro* u, *quae litterae olim similiter scribebantur. aut sola neglegentia sua peccavit:*

p. 300, 16. languorem] languorum *solus* 2*a*.

Singuli libri 2 *aeque depravati sunt mendumque in deterioribus eo magis increvit h. l.:*

p. 300, 19. retenendum] retendum 2*a;* regendum 2*b:* legendum 2*c*.

Semel 2*a. b falluntur, dum* 2*c vocabulum integrum servat:*

p. 295, 17. praecium] preciosum 2*a. b (non* 2*c),*

sed magis 2*b. c inter se coniuncti esse videntur, idem vocabulum* nihil *p.* 300, 15. *omittentes, atque* 2*c graviore interpolatione laborat p.* 297, 19. *Codex quam maxime retractatus* 3 *ex exemplari quodam* 2 *pendet, cf. e. gr.:*

p. 300, 11. manus inplebat officium] m. o. faciebat 2*a. b. c.* 3.

Codices praestantiores utriusque classis particulam que *more Fredegariano*[1] *abundantem integram servaverunt:*

p. 300, 13. terque] 1*a. b.* 2*a*,

atque etiam litteras haud raro pari modo inter se permutaverunt:

ae *pro* e: praeciuin 1*a.* 2*a*,
cervicae *(abl.)* 1*a.* 2*a;* strenuae *(adv.)* 1*a. b.* 2*a;*

e *pro* i: antestis 1*a.* 2*a;* antestitis 1*a. b.* 2*a;* relegatis 1*a.* 2*a;* soc(t)ietate *(dat.)* 1*b.* c^2. $d^{1.2}$. 2*a. b. c;*

i *pro* e: disperatione 1*a. b.* 2*a;* distinata 1*a.* 2*a;* ociani 2*a* (sociant 1*a. b.* $c^{1.2}$. $d^{1.2}$):

o *pro* u: robor 1*b.* 2*a: acc. pl.* censos 1*a.* c^1. d^2. 2*a;* fletos 1*a.* 2*a*.

Disceptantibus autem inter se libris 1 *et* 2, *magis illis et inprimis* 1*a credendum erat quam his, e. gr. gen.* panis ordiaciae 1*a: abl.* morae 1*a; adv.* adprimae 1*a;* nimpae 1*a:* sepae 1*a;* — ad *pro* at 1*a;* — *gen.* desperationes 1*a.* $c^{1.2}$. $d^{1.2}$; florentes 1*a.* c^2. d^2 *et solus* 1*a* libertates, viventes; verum *pro* virum 1*a. b.* $c^{1.2}$. $d^{1.2}$: — *abl.* occurso 1*a*. *Ex libris* 2*a. b. c.* 3 expectabilis *pro* spectabilis *admisi neque vetustissimus eorum* 2*a ad orthographica formanda neglegendus erat, qui inprimis utilia nonnulla exhibet, deficiente codice* 1*a, veluti* profecta, efectus *(p.* 302, 9. 12*) pro* provecta, evectus, *sed haud pauca apud eum parum approbanda erant, veluti* e *pro* ae, poene *(= paene),* ci *pro* ti *et saepe* ti *pro* ci. *Quibus rebus suppressis, graviorem huius codicis discrepantiam orthographicam adnotavi.*

Textum genuinum librarius quidam B additis locis communibus et interpolationibus geographicis aliisque rebus satis tritis interpolavit atque sermonem partim totum immutans gustui medii aevi aptavit, huiusque vitae recensio duplex superest et Italica (B 1*) et Francogallica (B* 2*), e quibus haec textum eo magis retractatum continere videtur.*

1) *SS. rer. Merov. II, p.* 570 *sq.*

B 1*a) Codex* R o m a n u s *bibliothecae* C a s a n a t e n s i s *(Minervae) n.* 1408 *(alias A. I.* 16*), saec. XII. manu Beneventana exaratus, fol.* 180—184′[1].

B 1*b) Codex* V a t i c a n u s *lat. n.* 8693, *saec. XVIII, fol.* 104—107, *cui haec subscripta sunt*[2]*:* **Extracta ex Bibliotheca metropolitanae Ecclesiae Beneventane codice 23, cuius titulus Acta Sanctorum pag^a^ 158. et sequent.**

B 1*c) Codex* R o m a n u s *bibliothecae* A l e x a n d r i n a e *n.* 102 *(alias I. i.* 7—10, *olim* +. *i.* 14*), saec. XVII, fol.* 828′—829, 824*bis*—824*bis v*[3].

B 2*a) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 16734, *saec. XII. ex., olim S. Martini a Campis* 1. 3, *fol.* 71′—72′.

B 2*b) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 17005, *saec. XII. ex. aut XIII. in., olim Fuliensium* 58. 4, *fol.* 66—67.

B 2*c) Codex* M o n t e p e s s u l a n u s *H. N°* 1, *saec. XIII. in., olim S. Mariae Claraevallensis, vol. IV, fol.* 77—78.

B 2*d) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 11758, *saec. XIII, olim S. Mariae de Regali monte, deinde ex dono Wionis Herovallii (a.* 1678*) Sangermanensis (primo n.* 807, *deinde n.* 72*), fol.* 71′—72′.

Codices Parisiacos H. Lebègue amicus noster contulit magnaque ex parte exscripsit, reliquos vero inspexit W. Levison sodalis, cumque de locis nonnullis codicis B 1*a certior factus non essem, petenti mihi officiosissime ut solet iterum succurrit K. Schellhass v. c. ab Instituto nostro historico Romano.*

Etiam e codicibus, quorum indolem examinare non licuit, aliquot saltem textum B continere coniciendum est, e. gr. D i v i o n e n s e m *n.* 642 *(*383^v^*), saec. XII, olim Cisterciensem, fol.* 52′, T r e c e n s e m *n.* 2, *saec. XII/XIII, n.* 33, *sed* D u a c e n s i b u s *n.* 836, *saec. XII. ex., olim Marchianensi, fol.* 31, *et n.* 837, *olim Aquicinctino, saec. XII, fol.* 125′, *in catalogis editis textus genuinus attribuitur*[4].

Utrique recensioni B praescripta sunt haec:

B 1*a. b.* Vita et obitus sancti (beati *B* 1*b*) Lupi confessoris et episcopi.

B 2*a. b. c. d.* Incipit vita sancti Lupi episcopi (e. *om. B* 2*d*), cuius transitus colitur IIII. Kl. Aug. XXIII *(numerum om. B* 2*d),*

atque interpolationes utriusque ab ipso initio incipiunt, sed licet maiore ex parte inter se conveniant, tamen nonnulla diversis verbis expressa exhibent:

p. 295, 17. enarrare] *add.* que *(*qui *B* 1*b)* se Deo *(*Domino *B* 1*b)* tam in operibus bonis quam et *(om. B* 1*a)* in virtutibus exhibuit, cunctis fidelibus discernere *B* 1*a. b; add.* conemur. Etenim qualiter se Deo tam in operibus bonis quam et — discernere *(*discere *B* 2*d) B* 2*a. b. c. d:*

18. Leuchorum] que nunc dirivato *(*der. *B* 1*a. b)* vocabulo Tullum nuncupatur *add. B* 1*a. b.* 2*a. b. c. d;*

ib. familiae primus] ex progenie Francorum[5] ortus *B* 1*a. b;* ex nobili familia ortus *B* 2*a. b. c. d;*

19. genitus patre] patre g. *B* 1*b.* 2*a. b. c. d; haec om. B* 1*a;*

20. decorato] et bono opere instructus, decoratus *B* 2*a. b. d (non B* 1*a. b);*

ib. scolis] sacrarum litterarum *(*studiis *add. B* 2*a. b) add. B* 1*a. b.* 2*a. b;* sc. tr. *om. B* 2*d;*

1) *Cf. A. Poncelet, Catalogus codd. hagiogr. Lat. bibliothecarum Romanarum, Bruxellis* 1909, *p.* 258*; E. A. Loew, 'The Beneventan script', Oxonii* 1914, *p.* 358. 2) *Cf. A. Poncelet, Catalogus codd. hagiogr. Lat. bibl. Vaticanae, Bruxellis* 1910, *p.* 234. 3) *Cf. A. Poncelet, Catal. bibl. Rom. p.* 195. 4) *'Catalogue général des mss. des bibliothèques publ. des dép.' VI* (4°), *p.* 567. 573, *et Analecta Bolland. XX,* 380. 387. 5) *Cf. Passionem Leudegarii II, c.* 1 *(SS. rer. Merov. V,* 324, 15*):* e x p r o g e n i e celsa F r a n c o r u m — — e x o r t u s.

p. 295, 20. rethoricis imbutus *(est add. B 1a. b)* studiis] rethoricis litteris instructus est *B 2a. b. d;*

ib. quem d. a. eruditum] *B 1a. b;* Qui d. admodum eruditus *B 2a. b. d;*

21. eloquii] *h. l. add.* melliflui *B 1a. b, ante* el. *B 2a. b. d;*

ib. Cui] Id(c)circo *B 1a. b. 2a. b. d;*

22. Piminiolam] puellam *add. B 1a. b. 2a. b. d;*

R2 HAB ad unum exemplar referendi (saec. VIII/IX, IX, X/XI): Ex civitate Cartonas *(sic)* Aventinus episcopus subscripsi;

2) *K (saec. VII):* Aventinus episcopus de Duno (Nuno *cod.*) subscripsi;
P (saec. IX): Aventinus episcopus eclesiae Dunensis subscripsi,

ita ut scribae, qui nomina episcoporum subscribentium exemplaribus suis in ipsa synodo diverso modo intulisse videntur[1], *alius hanc alius illam sedem ei attribuisse credendi sint. E qua discrepantia hanc partem Vitae apte confirmari olim concluseram*[2], *cuius auctore teste Aventinus in sedem Carnotenam consecratus esset, sed statim, cum haec Sollemni iniuncta esset, partem dioecesis Dunensem regendam suscepisset, ita ut utrumque nomen et Carnotenum et Dunense ei conveniret. Tamen cum auctoritatem Vitae non attribuendam esse e parte ad Chlodovechi conversionem spectante iam mihi constet, etiam cogitari potest, auctori similem discrepantiam subscriptionis illius praesto fuisse eaque nisum eum narrationem suam sibi excogitasse, atque exemplum duorum episcoporum contra canones*[3] *in una dioecesi institutorum apud ipsum Gregorium legere poterat*[4]. *Dunum castrum saeculo VI. post civitatem Carnotenam locus praestantissimus dioecesis fuisse videtur*[5] *atque fortasse c. a.* 511, *quacumque causa efficiente, episcopus Carnotenus ibidem residebat, ita ut ratio duplex subscriptionis simili modo explicanda sit atque in subscriptionibus episcoporum civitatis Constantinae et Pictavensis, pro quibus in parte codicum eiusdem synodi Aurelianensis Briovera (R2 HAB) et Ratiate (CKP) loca commemorantur*[6]. *Certius narratio Vitae in alia re refutatur; cum auctorem bellum Gothicum Gregorio debere neque de alio bello agi statuendum sit nisi a.* 507, *Sollemnis, qui episcopus factus esse dicitur triginta diebus, antequam Chlodovechus contra Gothos profectus Carnotum venisset, minime per tres olympiades dioecesi praefuisse potest, id quod auctor voluit, sive de* 12 *sive de* 15 *annis cogitans*[7], *cum obitum eius ante a.* 511. *contigisse e subscriptione illa Aventini concludendum esse videatur. Unde opusculum ostendit, quemadmodum Carnoti gloriam conversionis Chlodovechi ad proprium episcopum referre satis impudenter conati sint, sed fides ei habenda non est.*

Epitomen huius Vitae Martyrologiis suis die 24. *Septembris Hrabanus Maurus*[8] *(a.* 842/54*), eodem die Novembris Wolfhardus Haserensis*[9] *(c. a.* 890*) inseruerunt; eadem fortasse Sigeberto Gemblacensi nota fuit*[10].

1) *Cf. Bretholz, 'N. Arch.' XVIII,* 527 *sqq.* 2) *L. l. p.* 70. 3) *Cf. E. Loening, 'Geschichte des Deutschen Kirchenrechts' II,* 195 *sq.* 4) *Hist. V,* 5 *(c. a.* 570*)*: Interea beatus Tetricus *(episcopus Lingonensis)* a sanguine sauciatur. Cui cum nulla medicorum fomenta valerent, conturbati clerici et a pastore utpote destituti Mondericum expetunt. Qui a rege indultus ac tonsoratus, episcopus ordinatur, sub ea specie, ut, dum beatus Tetricus viveret, hic Ternodorensem castrum ut archipresbiter regerit atque in eo commoraretur, migrante vero decessore, iste succederet. 5) *Cum altera parte saeculi pars maior dioecesis una cum civitate Guntchramno regi obvenisset, minor una cum castro Dunensi Sigiberto I. fratri, hic, ut partem propriam in peculiarem dioecesim verteret, in ipso Duno castro Promotum episcopum instituit, Pappolo episcopo Carnoteno et concilio Parisiensi a.* 573. *frustra obloquentibus, neque Promotus expulsus est nisi post necem Sigiberti (a.* 575*). Cf. MG. Concilia I,* 146 *sqq.*; *Gregorii Hist. VII,* 17. 6) *Cf. Longnon, 'Géographie de la Gaule' p.* 241. 567. 7) *Cf. ea quae ad c.* 11. *adnotavi.* 8) *Migne CX,* 1170 *sq.*; *'Bonner Jahrbücher' l. l. p.* 67, *n.* 1. 9) *Cf. Analecta Bolland. XVII,* 16. 10) *Cf. Chron. a.* 490 *(SS. VI,* 313*)*: Sollemnis Carnotensis episcopus claret, qui in predicando Francis Christum non segniter institit.

1*a) Codex* T u r i c e n s i s *bibliothecae urbanae C.* 10. *i, saec. X, olim passionarium maius Sangallense*[1], *fol.* 187′—189, *loco LXX. Vitam Sollemnis continet.*

1*b) Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 7984 *(Van den Gheyn n.* 3191*), saec. X, olim (fol.* 1, *m. saec. XV)* codex monasterii S. Petri in Wissenburg, *deinde (saec. XVI)* Col-l(egii) Soc(ietatis) Iesu Molshem(ensis), sed *(saec. XVII)* permutatione aliorum librorum domus professae Antverpiensis factum, procurante P. Petro Richart, *atque a Bollandianis P. Ms.* 20. *signatus, fol.* 209′—213.

1*c) Codex* F u l d e n s i s *bibliothecae provincialis Aa* 96, *saec. XV, olim Blauburanus, deinde Weingartensis G* 5 *fol.*[2], *partis prioris fol.* 109—110′. *In tegumento anteriore saec. XV. haec adnotata sunt:* Quocumque tollatur, Blaupurren semper meum fatur, *atque in posteriore:* Bartholomeus Krafft scriptor huius libri et aliorum plurimorum obiit 1490.

2*) Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 12612, *saec. XIII, olim Corbeiensis, postea Sangermanensis n.* 469, *deinde* 503, *fol.* 35′—38′.

3*a) Codex* T r e v e r e n s i s *seminarii clericalis n.* 35 *(R n. I,* 11*), saec. XIII, volumen sextum legendarii S. Maximini*[3], *fol.* 124′—126′.

3*a*) Codex Rheno-* T r a i e c t e n s i s *n.* 391, *volumen II (Eccl.* 11*), saec. XV, olim pertinens* ad Carthusienses prope Traiectum inferius, *a.* 1424. *a fratre Swedero de Boecholt* († 1433*) ibidem finitus, fol.* 185′—187. *epitomen Vitae Sollemnis continet* (*inc.* Fuit quidam sacerdos nomine et meritis Solemnis, *des.* Ibi multa signa et virtutes usque in hodiernum diem fiunt).

3*b) Codex* L o n d i n i e n s i s *n.* 2801, *saec. XIII. in., volumen secundum legendarii coenobii Arnsteinensis (dioec. Trever.) in regione Nassoviensi siti, fol.* 191′—192′.

3*c) Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 98—100 *(Van den Gheyn n.* 3132, *vol. II), saec. XIII, fol.* 210—211.

4*a) Codex* C o l o n i e n s i s *archivi urbani Wallrafianus n.* 164[a] *(*171*), antea VI.* 13, *saec. XV, volumen tertium passionalis monasterii Corporis Christi Canonicorum Regularium Coloniae siti, cuius pars prima (n.* 164*) a.* 1463. *finita erat, fol.* 34′—37.

4*b) Codex* H a g e n s i s *L.* 29 *(Weesp* 14*), a.* 1461. *in Weesp finitus, olim* liber sororum Sancte Katerine Muden, *fol.* 185′—187.

4*c) Codex Rheno-* T r a i e c t e n s i s *Sancti Salvatoris, a Cleo adhibitus, hodie latet.*

5*) Codex* M o n a s t e r i e n s i s *n.* 214, *vol. IV (antea* 23*), olim volumen IX. legendarii magni Bodecensis paulo post saeculum XV. medium Arnoldo de Holte priore iubente a Conrado de Hersfeldia presbytero et Antonio de Lippia exaratum*[4], *inter Vitas sanctorum mensis Septembris fol.* 130′—132. *Vitam Sollemnis continet, quae prologo (c.* 1*) et parte extrema* c. 2. *et totis* c. 10. *et* 13. *destituta est* (*praescr.* Vita sancti Solempnis episcopi, cuius festum colitur octavo Kalendas Octobris), *reliquo quoque textu quam maxime retractato et interpolato, id quod saepius in hoc legendario deprehenditur.*

Sermo Vitae Sollemnis, ut satis rudis erat et passim ab arte Donati abhorrebat, a librariis minime intactus relictus est, immo per saecula magis magisque expolitus et immutatus. Atque potissimum codices antiquissimi iidemque optimi 1a. b *barbariem primigeniam servaverunt, textum similem continentes, ita tamen, ut inprimis* 1a *haud raro solus lectionem genuinam exhibeat. Quibus e reliquis codicibus* 1c *affinitate coniunctus est, qui quam maxime cum* 1b *convenit, etsi, ut est recentioris aetatis, haud*

1) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. IV,* 38; *Ionae Vitae sanctorum p.* 66. 2) *Cf. supra p.* 185, *n.* 3. 3) *Cf. Krusch, 'N. Arch.' XVIII,* 626; *J. Marx, 'Handschriftenverzeichnis der Seminar-Bibliothek zu Trier' ('Trierisches Archiv, Ergänzungsheft' XIII),* 1912, *p.* 31. 4) *Cf. H. Moretus, Analecta Bolland. XXVII,* 318 *sqq.*

paucis locis textus expolitus et interpolatus est. Deinde liber 2 *potissimum ad textum* 1 *accedit, quamvis multi loci etiam in hoc libro adeo posteriore retractati sint multaque vitia irrepserint. Maxime autem duo exemplaria, a quibus codices* 3*a. a**. *b. c et* 4*a. b. c originem duxerunt, manus retractatorum perpessa sunt, ne de textu* 5 *dicam passim immutato atque interpolato.*

Librarius, qui codicem 3 *scripsit, interpolationibus gravioribus abstinens, ut textum faciliorem redderet, additamenta minora permulta inseruit, velut pronomina:* eius, ipsorum, isti, quis, *et coniunctiones:* autem, enim, igitur, itaque, vero, *aliaque verba passim addidit aut immutavit; cf. e. gr.:*

c. 2. comatus] in coma tutus 3*a. b. c*;

c. 3. eratque ruina ipsius [tanta], ut [si] submersus [esset] pondere in foveam [totus] mergeretur] *verba inclusa add.* 3*a. b. c*;

c. 4. Domini vero gratia] D. v. hoc provenit gr. (h. pr. v. gr. 3*b*; h. pr. gr. v. 3*c*) 3*a. b. c*;

c. 5. laudibus (dignis *add.* 3*a. b. c*) adclamantes;

c. 7. inclite rex] inclit* (*i. e.* incliter) exi (*ortum ex* incliterex) 3*b. c*; inclitus exi 3*a.*

Discedunt autem libri huius generis in duas partes, ita ut 3*a cum epitome* 3*a** *faciat, e. gr.:*

c. 2. genua cordis] et per genua (ieiunia 3*a. a**) cor 3*a. a**. *b. c;*

c. 5. concrepat laudibus] concrepant l. 3*b. c*; concrepant vocibus 3*a. a**;

c. 7. signaculo crucis, ut de tropheo] sign. (cr. *om.*), ut de tri(y)umpho 3*a. a**;

c. 11. promulgatus] promotus 3*a. a**;

ib. olympiadas] lympiadas 3*a*; limpiadas 3*a**,

neque minus 3*b et* 3*c mendis communibus inquinati sint:*

c. 2. triumphavit] triumphabat 3*b. c (non* 3*a);*

c. 5. pastorem simul] p. eum sibi simul 3*b. c (non* 3*a. a***);*

c. 11. videruntque] viderunt itaque 3*b. c*; viderunt namque 3*a. a**.

Codex, e quo libri 4 *fluxerunt, cum* 2 *artius coniunctus erat, ex alio exemplari pendens atque libri* 1. 3:

c. 3. obviavit] obviam (obvium 2 *cum Hrabano*) habuit 2. 4*a. b. c cum Hrabano;*

c. 9. abstersit atram cordis caliginem] *haec om.* 2. 4*a. b. c;*

ib. fonte baptismatis sancta mater ecclesia in Spiritu sancto] *ita recte* 2 (*cf. c.* 5. sancta mater ecclesia); fonte bapt. in Sp. sancto (sancta *om.*) m. eccl. 4*a. b. c*; fons (bapt. s. *om.*) mater (eccl. *om.*) in Sp. s. 1*a. b. c.* 3*a. b. c*;

c. 11. spiritum caelo reddidit, terrae corpus] *verba* spiritum caelo *habent* 2. 4*a. b. c.* 5 (*ubi* celoque r. sp., terre de humo assumptum), *om.* 1*a. b. c.* 3*a. b. c*;

sed idem ipsum librum 2 *saepius superabat, ita ut hic illic ad libros* 1*a. b accederet:*

c. 2. candore lucis amicta] *ita* 1*a. b. c.* 4*a. b*; candorem lucis amenitatem 2; c. lucens am. 3*a. b. c*;

ib. Vigiliis, orationibus praestus] *ita* 1*a. b*; v., or. deditus 1*c*; V. orationibusque pressus 4*a. b. c*; V. et or. erat praestans 3*a. b. c*; V. et or. instans 2;

ib. Angelico vultu] *ita* 1*a. b. c.* 4*a. b*; ex a. eius v. 3*a. b. c*; angelicum vultum 2;

c. 4. latebatur] *ita pr. m.* 1*a*; latebra fovebatur 4*a. b. c*; latebat *rell.*

Cui tamen exemplari librarius 4 *minime pepercit neque solum locos nonnullos fortasse ad codicem quendam classis* 3 *correxit:*

c. 2. tegebatur auxilio] t. Dei et aux. 3*a. b. c*; t. aux. divino 4*a. b. c*;

c. 3. psalmo LXVIIII] *ita* 1*a.* 2; LXVIII. 1*b*; sexagesimo octavo 1*c*; LXVII. 4*b. c*; sexagesimo septimo (VII. 3*c*) 3*a. b. c.* 4*a*;

c. 4. conpletur] con(m)plebatur 3*a. b. c.* 4*a. b. c*;

c. 9. accepimus palmam] acc. victori(a)e p. 3*a. b. c.* 4*a. b. c*,

atque vias 3 *similes ingressus textum passim expolivit et retractavit, e. gr.:*

c. 4. sacraretur episcopus] consecraretur ep. 4*a. b. c*;
c. 5. ita fudit ad Dominum preces] vir Dei hanc orationem f. ad D. 4*a. b. c*;
ib. Ecce Solemnis! Dignus est, episcopus ordinetur] Ecce Solempnis adest! Ord. nobis ep., quia ipse est dignus, 4*a. b. c*;
c. 6. Sed postea sua pietate commotus] Vir autem Domini pietatis visceribus comm. 4*a. b. c*,

sed etiam pluribus locis additamenta inseruit, quae infra textui subiuncta sunt, asteriscis crucibusve notata. Inprimis autem capita 7—9. *immutata sunt, quibus auctor de bello Gothico et conversione Chlodovechi ad idem relato narraverat; ubi librarius* 4, *Ionae Vita Vedastis adhibita, bello Gothico Alamannicum praemisit atque Sollemni Remedioque regem baptizantibus Vedastem socium adiunxit, dignitate antistitis attributa, qua, Iona teste, aliquanto demum post potitus est.*

E codicibus 4 *libri* 4*b. c artiore vinculo inter se conexi sunt quam cum* 4*a*:

c. 4. tunc tempore rex] rex *om.* 4*b. c*;
c. 12. membra sancta deducerentur] sancta *om.* 4*b. c*;
c. 13. eiectus] deiectus 4*b. c*;
ib. introducat vos] nos intr. 4*b. c.*

Denique textus 5 *ab exemplari pendet, quod retractationes neque classis* 3 *neque* 4 *passum erat et fortasse propius ad* 2 *accedebat quam ad* 1; *sed ipse adeo immutatus et maxime interpolatus est, ut saepius de novo fere opusculo agatur. Cuius rationis praeter interpolationes ad textum allatas haec exempla sufficiant:*

c. 2. Vigiliis, orationibus praestus] Vig. oracionibusque fretus 5;
ib. ut finem rei veritas probaretur] ut fine rei v. bono pr. inicio 5;
c. 9. baptizatus abstersit — parturit filios] profectus est ad regem et tam ipsum quam de nobiliorum eius ministris trecentos sexaginta quatuor sacri baptismatis unda perfudit 5.

Quae cum ita sint, codicum 1*a. b. c.* 2 *lectiones universas adnotavi; deinde libros* 3*a. b. c et* 4*a. b ita adhibui, ut lectiones singulorum et generum et codicum reicerem neque admitterem, nisi etiam alterius tertiive generis liber a textu recepto recederet. Textum* 5 *pessimum non curavi, nisi quod interpolationes quasdam graviores attuli.*

Librum 4*b H. Brugmans,* 1*b.* 3*c Fr. Cumont,* 2 *E. Diehl viri doctissimi a.* 1898. *officiosissime mihi contulerant;* 1*a. c.* 3*a. a*. b.* 4*a.* 5 *postea ipse adhibui.*

Iohannes B o l l a n d u s, *Acta sanctorum Februarii I, Antverpiae* 1658, *p.* 478 *(errore numerus* 488. *typis mandatus est), in praefatione Vitae Aventini duas particulas e Vita Sollemnis exscriptas (c.* 4 *ex.* — 7 *in. et c.* 11, *p.* 314, 8 — 316, 11 *et* 319, 13 — 320, 3*) e codice* 3*a publici iuris fecit, duobus locis ad librum* 4*c emendatis. Deinde*

Iohannes C l e u s, *Acta sanctorum Septembris VII, Antverpiae* 1760, *p.* 68—70, *Vitam Sollemnis integram edidit, codicibus* 1*b.* 3*a.* 4*c ita usus, ut deterrimum* 4*c quasi perfectissimum pro fundamento haberet, lectionibus nonnullis* 1*b et pluribus* 3*a in adnotationes (p.* 70—72*) receptis. Denique*

i p s e in dissertatione inscripta: 'Zur Geschichte des Frankenkönigs Chlodowech' ('Bonner Jahrbücher, Jahrbücher des Vereins von Altertumsfreunden im Rheinlande' CIII, Bonnae 1898*) p.* 78—86, *libris* 1*b.* 2. 3*c.* 4*b adhibitis, eandem recensui, quam iam, eximio codice* 1*a aliisque accedentibus, emendatiorem proponam.*

Biographus Sollemnem Carnoti et defunctum esse et sepultum iacere sine dubio credidit, velut e c. 11. 12. *intellegitur; Gregorius autem Turonensis, ut p.* 303. *dixi, Sollemnis cuiusdam mentionem fecerat, cuius sepulchrum Malliaci prope Turonos inventum erat, quem eundem fuisse atque episcopum Carnotenum posteri sibi persuasum habebant. Unde auctor qui-*

dam, ut videtur, Carnotenus, qui non ante saeculum IX. scripsit, ut Vitam Sollemnis et narrationem Gregorii conciliaret, alteram Vitam composuit (prologus inc. Sanctorum praeconia virorum, *Vita inc.* Fuit igitur praedictus vir merito, nomine et sanctitate Sollemnis*)* [1]. *Prologo igitur novo praemisso, primo capita* 2—9. *Vitae prioris retractavit, sermone emendato et expolito, sed rebus intactis relictis, nisi quod in virtutibus sancti describendis (§ 4) Vitam Lupi episcopi Senonensis (c. 4)* [2] *expilavit, nomine Flavii praedecessoris inserto, atque narrationi vetustiori nonnulla de conversione et baptismo Chlodovechi regis e Libro historiae Francorum c.* 14. 15 [3]. *addidit (§ 9. 12). Deinde vero, ut Sollemnem obiturum Malliacum transportaret, alterum bellum inter Gothos et Francos gestum sibi excogitavit sicque, cum Sollemnem post baptismum regis plebem sibi commissam 'in longa pace' rexisse narrasset, Vita Eligii II, 15* [4], *expilata (§ 13), ita perrexit:* Non multo post tempore interiecto, rursus motum est bellum inter Chlodoveum regem et Alaricum. Congregansque omnem Francorum exercitum, devenit in pagum Turonensem, ducens secum cum aliis episcopis beatum Sollemnem. Ubi cum aliquantulum morarentur, beatus Sollemnis senio et levi febre fatigatus cepit tediari *et vita defunctus est, postquam discipulos et ministros iisdem verbis admonuit, quibus saeculo et dimidio post Eligius moriturus suos allocutus esse fertur, cuius nimirum Vitam (II, 34—36)* [5] *auctor (§ 14. 15) iterum satis impudenter verbo tenus exscripsit. Tum liberatione Tarsii latronis iuxta Vitam priorem (c. 12) enarrata, iam sepulturam Malliacensem Sollemni attribuere poterat e Gregorio compertam, ad cuius relationem his coniecturis figmentisque transitum fecit (§ 17):* Requievit igitur vir Dei VIII.[6] Kalendarum Octobrium et sepultus est in Malliacensi monasterio, in quo multo tempore quievit, usquequo iam dictum monasterium a paganis desolaretur. Postquam autem persecutio quievit, pretiosum eius corpus et sepulchrum, quod diutius humanis latebat obtutibus, qualiter ad laudem et gloriam nominis sui id ipsum Dominus revelare dignatus sit, beato Gregorio Turonorum pontifice referente cognovimus. Inter cetera enim miracula, quae de laude confessorum scripsit, dicit de beato Sollemne, ita inquiens. *Sequitur libri in Gloria confessorum caput* 21, *doxologia in calce addita.*

Vitam hanc secundam Sollemnis, quam biographi fabulosi Deodati abbatis Blesensis [7] *et Aventini episcopi Dunensis* [8] *adhibuerunt et fortasse auctor libri de Composi-*

1) *Ita codex Parisiensis n.* 5666, *saec. XII. in., fol.* 116'—126, *e quo codex Vaticanus reginae Christinae Lat. n.* 562 (528), *saec. XVI, fol.* 96—101', *a Cleo adhibitus, descriptus videtur esse. Alter codex Parisiensis n.* 15437, *saec. XII, fol.* 190—192, *prologo omisso, incipit:* Fuit quidam vir venerabilis, Carnotensium scilicet civis, clericatus officio fungens, merito et nomine, qui et sanctitate Sollempnis. *Utrumque exemplar Parisiense summa cum liberalitate a.* 1898. *in usum meum descripsit H. Lebègue v. c. Praeterea compertos habeo codices Carnotenos n.* 27 (68), *saec. XII. in., fol.* 144—146'; *n.* 121 (104), *saec. XI, fol.* 2—11; *n.* 500 (190), *saec. XII, fol.* 186—188 (*cf. Analecta Bolland. VIII,* 100. 121. 151; *'Catalogue général des mss. des bibl. publ. de France, départ.' XI,* 13. 66. 222) *et Parisiensem collectionis Chesnianae n.* 38, *saec. XVII, fol.* 233 (*cf. R. Poupardin, 'Bibliothèque nationale, Catalogue des mss. des collections Duchesne et Bréquigny',* 1905, *p.* 44). 2) *Ed. Krusch, SS. R. Merov. IV,* 179 *sq.* 3) *Ib. II,* 261 *sqq.* 4) *Ib. IV,* 704. 5) *Ib. p.* 719, 28 *sqq.* 6) *Ita codex Parisiensis n.* 15437; VII. *codex n.* 5666. 7) *Vita Deodati c.* 5 (*AA. SS. Aprilis III,* 275; *Bouquet III,* 381); *cf. inprimis verba de Chlodovecho:* licet nondum fuisset sacro regeneratus baptismate, sed tantum a sancto Solenni episcopo catechizatus exsisteret (*cf. Vitam II. Sollemnis* § 9, *p.* 73: catecizavit eum), *et votum, quod rex fecisse dicitur, a Sollemni ad Deodatum translatum. Ex hac Vita Deodati, quae non ante partem saeculi IX. extremam composita est, alteram pendere (ed. A. Dupré, 'Collection de documents inédits sur l'histoire de France, Mélanges historiques, Choix de documents' I,* 1873, *p.* 47—71;

tione castri Ambaziae legerat[1], *e codice Vaticano reginae Christinae Lat. n.* 562 *(*528*), saec. XVI, publici iuris fecit Iohannes* C l e u s *l. l. p.* 72—75.

Denique tertiam Vitam eandemque amplissimam atque historia translationis Blesensis et miraculis auctam servavit codex Parisiensis n. 5333, *saec. XIV, fol.* 273'—301'[2]. *Opus ab auctore, ut videtur, Blesensi non ante saeculum XI. compositum est, cum inter miracula ab eo enarrata unum tempori Richardi abbatis S. Vitoni Verdunensis (*1005—46*) attributum primum locum occupet, congruitque sermo auctoris, qui particulis enuntiatorum in consonis syllabis desinentibus (Germ. 'reimprosa') haud parum favit. Vitam autem Sollemnis alteram retractavit, fuco verborum et amplo et inani addito, ita ut primo gesta episcopi viri et inventionem Malliacensem describeret, narrationem Gregorii a decessore receptam interpolans et immutans adiciensque figmentum de inscriptione inter rudera sepulchri Malliacensis reperta, quae haec verba continuisset:* Hic requiescit Sollempnis episcopus, Clodovei regis tempore cum eo huc veniens, hic sepultus[3]. *Deinde corpus Sollemnis Malliaco in Blesum castrum (hodie Blois, dép. Loir-et-Cher) translatum esse ibique in capella sancti Petri depositum esse longius rettulit, ita tamen, ut ne aetatem quidem translationis, nedum alia, ei notam fuisse pateat; denique miracula nonnulla exigui momenti narravit, quae Blesi in ecclesia iam nomine Sollemnis vocata et in regione finitima contigissent. Opus (prologus inc.* In sanctae matris nostrae ecclesiae aedificatione, *Vita inc.* Hic igitur et gloriosus*), quod integrum ederetur, adhuc indignum visum est, ita ut partis prioris non nisi particulae excerptae e codice Parisiensi publici iuris factae sint: Specimen Vitae* C l e u s *l. l. p.* 64—65 *(n.* 13—16*) exhibuit; de inventione Malliacensi nonnulla attulit Theodericus* R u i n a r t, *Gregorii episcopi Turonensis opera, Parisiis* 1699, *col.* 1399—1400[4]. *Denique Translationem et Miracula Blesensia*[5], *paucis praetermissis, item* C l e u s *l. l. p.* 75—80. *edidit.*

W. L e v i s o n.

INCIPIT VITA[a] BEATI[b] SOLEMNIS[c] EPISCOPI[d] ET CONFESSORIS, ID[e] EST VIII.* KAL. OCTOBRIS.

(1[f]). Divinorum[g] igitur miraculorum[h] est intuere[i] ac perpendere discretionis[6]

*) VII. 4*a. b.*

Cap. 1. 1*a. b. c.* 2. (3*a. b. c.* 4*a. b*).

Cap. 1. a) Incipit prologus in uutam *(sic)* 3*a*; Inc. *om.* 4*b*. b) sancti 1*c.* 3*a. b. c.* 4*a. b.* c) *ita* 1*a. b. c*; Solempnis 4*a. b*; Sollempnis 3*a.* (*b*). *c*; Sollempnii 2. d) ep. et *om.* 3*a*. e) *ita* 1*b*; que est 2. 4*a*; quod est 4*b*; cuius depositio VIII. Kl. Octbr. colitur 1*a*; id — Oct. *om.* 1*c.* 3*a. b. c.* f) *capita ipse distinxi.* g) Divinarum *pr. m.* 1*a*. h) opus *add.* 2. i) *ita pr. m.* 1*a*; intueri: 2; intueri *rell.*

de Sollemne cf. p. 60 *sq.), denique tertiam (AA. SS. Aprilis III,* 273 *sq.) epitomen alterius esse, recte cognoverunt Bollandiani, Bibliotheca hagiographica Latina I, n.* 2128—30. 8) *Vitae Aventini aevo recentiore 'rhythmo Gallico' scriptae epitomen Latinam edidit Bollandus, AA. SS. Febr. I,* 478 *(errore* 488*)* — 480.

1) *L. Halphen et R. Poupardin, 'Chroniques des comtes d'Anjou' ('Collection de textes pour servir à l'étude et à l'enseignement de l'histoire' XLVIII),* 1913, *p.* 14 *sq. (ubi plura de Chlodovecho e Libro historiae Francorum pendent):* Regina, accito sancto Remigio, a rege promissa exigit. Remigius e t S o l e m n i s C a r n o t e n s i s e p i s c o p u s regem duasque sorores eius et cum eis plus quam tria millia virorum baptizaverunt. 2) *Cf. Catalogum codicum hagiogr. Latin. Paris. II,* 1890, *p.* 251 *sq. Partes operis enumeraverunt Bollandiani, Bibl. hagiogr. Lat. II, n.* 7819—21; *de eo egit, iudicio et severo et iusto usus, Cleus l. l. p.* 64—65 *(n.* 12—16*) et* 67—68 *(n.* 26—28*).* 3) *Catal. Paris. II, p.* 252. 4) *Haec iteravit* M i g n e, *Patrologia Latina LXXI, col.* 844—45 *(n. g). Accedunt ea, quae de inscriptione Malliacensi Bollandiani rettulerunt (v. supra n.* 3*).* 5) *Miraculum primum (c.* 2*)*

arbitrium, cum iam, caelitus[a] subfragante[b], in extrema aetate mundi, canescente margine[1], in qua[c] mundi volvitur machina, ita sanctorum vitae discrepantur[d] exordia, ut[e] eorum sequipedes[f, 2], terrenis fecibus involuti[g], ad regna possent[h] superna pertingere, quia magna[i] est pugna certaminis, ubi de Christi victoria[k, 3] triumphantur[l].

(2). Fuit[a] quidam sacerdos merito[b], nomine et sanctitate[c] Solemnis[d], natalibus nobilis[4], sed nobilior mente, clarus operibus, sed clarior fide. Puerilis conputabatur infantia, sed erat mentis eius senectus[5] in Domino; non inmerito nuncupatur Solemnis, cuius solemnitas fidei, candore[e] lucis[f] amicta[g], caritatis fervore Christi copulabatur amore. Vigiliis[h], orationibus praestus[i, 6], genua cordis flectens ad Dominum, mundana[k] linquens studia, divinis lectionibus vacabatur[l]; ieiuniis potius quam[m] pascebatur cibo. Tribuebat escas esurientibus, elemosinam pauperibus iugiter[n] ex suis operibus[o] largiebatur. Tale[p] mens sancta sumpsit initium, ut[q] finem rei veritas probaretur[r]. Nec[s, 7] valida mundi mergeretur procella pelagi[t] fluctibus[8], pertimiscebat[u] naufragia[v], nec[w], dum gerebat navale[x] proelium[y], tem-

Capp. 1. 2. 1*a. b. c.* 2. (3*a. b. c.* 4*a. b*).

Cap. 1. a) Deo *add.* 2; Dei *add.* 3*a. b. c*; divina virtute *ante* celitus *add.* 1*c*. b) *ita pr. m.* 1*a*; suffrag. *rell.*; gratia *add.* 3*a. b. c*. c) *ita* 1*a. b. c.* 2; quo *rell.* d) discrepant 3*a.* 4*a. b*; discrepent 1*c*. e) *om.* 1*c*. f) *ita* 1*a (e corr.).* 3*b. c.* 4*a*; sequi pedes 1*c cum (rell.).* g) nec *add.* 1*c*. h) possint 2. 3*a. b. c*; possunt 1*c*. i) magni (*om.* est) 1*b. c*; magn(a)e sunt pugn(a)e 3*a. b. c*. k) victori(a)e *add.* 3*a. b. c*. l) triumphatur 1*b. c.* 2. 4*a. b*; Explicit prologus. Incipit vita eiusdem *add.* 3*a*.

Cap. 2. a) ergo *add.* 1*c*. b) et *add.* (2). 4*a. b*. c) sanctitatis 1*a*. d) *ita* 1*a. b. c*; Solempnis 4*a. b*; Sollempnis 3*a. b. c*; Sollempnius 2: *item deinceps (sed semel* Sollemnis 1*c; interdum* Solemnius *aut* Solempnius 2*)*. e) candorē 2. f) lucens 3*a. b. c*. g) amenitatem, caritatis prestat fervorem; hic namque Christi 2. h) *ita* 1*a. b. c*; v. orationibusque 4*a. b*; v. et or. *rell.* i) *ita* 1*a. b*; pressus 4*a. b*; instans 2; deditus 1*c*; erat pr(a)estans et per genua (ieiunia 3*a*) cor 3*a. b. c*. k) mundana(que *add.* 2) relinquens 2. 4*a. b*; et mund. l. 3*a. b. c*. l) *ita* 1*a*; vacabat *rell.* m) quam c. (cibis 4*a. b*) pasc. 2. 4*a. b*; pasc. quam c. 3*a. b. c*. n) iugiter et (de *add.* 1*c*) suis 1*b. c*; et iugiter suis operibus multis divinam larg. opem 3*a. b. c*. o) opibus 1*b. c.* 4*a. b*. p) in talibus 2. q) *ita* 1*a.* 2; ut fine 3*a*; in finem 1*b*; ut per finem 1*c*; ut in fine 3*b. c.* 4*a. b*. r) probaret *et add.* qui 2. s) *corr.* ne 2, *et ita* 1*c.* 4*a. b*; nam ille val. mundi dum (di dum *in ras.* 3*c*) turbaretur pr. 3*a. b. c*. t) *ita* 1*a.* 4*a. b*; pel. fluctus 1*b. c*; in pel. (*corr. e* pellagis 2) fluctibus (non *add.* 3*a. b. c*) 2. 3*a. b. c*. u) *ita* 1*a*; pertimesc. *rell.* v) naufragari 3*a. b. c*. w) ne — submergeretur 4*a. b*; nam 3*a. b. c*; naufr., sed non vetebatur (verebatur?) pro tempestate 2. x) navali 1*a*. y) et metuebat *add.* 1*c*; et posset *add.* 3*a. b. c*.

ad Richardum abbatem S. Vitoni spectans iam Iohannes Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti VI, 1, *Parisiis* 1701, *p.* 534, *publici iuris fecerat.* 6) *Discretio est facultas discernendi recta et falsa; cf. e. gr. Hebr.* 5, 14*; Benedicti Regula c.* 64 *(ed. Butler p.* 113*).*

1) Margo comae *Statii Silv. II,* 1, 45 *(ed. Vollmer p.* 89*).* 2) *Sectatores, discipuli. Cangius.* 3) *Vide infra p.* 317, 5: ut de tropheo Christi triumphes. 4) *Cf. V. Wandregiseli c.* 3 *(SS. R. Merov. V,* 14*):* natalibus nobilis, sed relegione nobilior *(= V. Germani Autissiod. c.* 22, *supra p.* 267, 5*; V. Sigolenae c.* 1, *Mabillon, Acta III,* 2, *p.* 542, *cf. 'N. Archiv' XXXV,* 224*); V. Fursei c.* 1 *(SS. R. Merov. IV,* 434*):* nobilis quidem genere, sed nobilior fide. *Exempla eiusmodi collegerunt G. Kurth, 'Deux biographies inédites de Saint Servais', Leodii* 1881, *p.* 7 *sqq., et W. Stuhlfath, 'Gregor I. der Grosse, Sein Leben bis zu seiner Wahl zum Papste' ('Heidelberger Abhandlungen zur mittleren und neueren Geschichte'* 39*),* 1913, *p.* 70 *sq.* 5) *E Passione Agnetis c.* 1, 1 *(AA. SS. Ian. II,* 351*):* Infantia computabatur in annis, sed erat senectus mentis immensa; corpore quidem iuvencula, sed animo cana, pulchra facie, sed pulchrior fide. 6) *I. e. paratus, Gall. 'prêt'. Cf. Du Cange s. v.* 7) *I. e.* Ne. 8) *Cf. Gregorii M. Dialog. I, prol.:* Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior atque in navi mentis tempestatis validae procellis illidor. — — Quodque adhuc gravius est, dum immensis fluctibus turbatus feror, vix iam portum videre valeo, quem reliqui.

pestate submergi, quia, solidatus in solida[a] petra, ad portum salutis placidi[b] (cf. Eccli. 26, 24.) veniebat. Erat enim lorica praecinctus iustitiae et galea salutis comatus; de[c] (cf. Is. 59, 17. Eph. 6, 14. 17.) siderio tegebatur[d] auxilio et, iacula[e] crucis emissa perforans pectora, adversariorum prostravit catervas. Tali armatus fide, adleta Christi palmam[f] victoriae triumphavit. Angelico[g] vultu divinitus[h] radiabat[i] oculis splendorem[k]; fons sapientiae (cf. Eccli. 1, 5.) fluebat e[l] pectore. Sed quantum inter humana consortia exigua consistebat fragilitas, tantum vigor fortitudinis in eodem caelestis[m] gratiae coruscabat. Sub[n] tremendam[o] adtestationem non taceam, sed[p] huiuscemodi referam: ad[q] plebem narrentur mysteria.

(3). Videlicet quadam vero die, cum itineris[a] sui proficisceri[b] callem[c], obviavit[d] *hominem a nativitate caecum*, surdum et mutum*; nisi[e] tantum alantem[f. 1] (Ioh. 9, 1.) spiritu, inpresso[g] pedis vestigio, ruina[h] corporis vehebatur eratque ruina ipsius, ut submersus pondere in foveam mergeretur. Cuius vir Dei adprehendens manum dexteram, *elevatis sursum oculis* in caelum, canebat enim[i], sicut in psalmo (ib. 11, 41.) LXVIIII[k]. legitur: *Deus, in adiutorium meum intende*[l]*; Domine, ad adiuvandum me* (Ps. 69, 2.) *festina;* et conplexus colla[m], osculavit[n] eum. Ilico autem lingua soluta erat[o] ad loquendum, oculi ad videndum auresque eius[p] ad audiendum. O ineffabili[q] mercatione! praestolatur[r] adiutorium, et tribuitur a Domino medicina; porrigitur osculum, et caelesti medella[s] purgantur[t] simul corporis et animae cicatrices. Sed hoc fuit praesagium, quod *postea rei conprobavit*[u] *eventus*** [2]. (Gen. 41, 13.)

*) cuius omnis membrorum compago (c. m. 4*c*) diriguerat, *add.* 4*a. b. c.*

**) Sed et hoc signum futurorum bonorum operum suorum fuit presagium; nam sicut hunc hominem a multis salvavit incommodis, ita postmodum multos homines liberavit a precipicio mortis, quos sua predicacione perduxit ad portum perpetue salutis *pro verbis* Sed hoc — eventus 5.

Capp. 2. 3. 1*a. b. c.* 2. (3*a. b. c.* 4*a. b*).

Cap. 2. a) erat *add.* 3*a. b. c.* b) *ita* 1*a. b*; placide ven. (ven. pl. 1*c*) *rell.* c) *ita scripsi;* (de *om.*) sidereo 2; desiderio (enim *add.* 3*a. b. c*) *rell.* d) dei et *add.* 3*a. b. c*; divino *post* aux. *add.* 4*a. b.* e) *ita* 1*a* (*ubi* e:|missa, *ras.* m). *b*; iaculo cr. emisso *rell.* f) *ita* 1*a. b. c*; cum palma *rell.* g) angelicum vultum 2; ex ang. eius vultu 3*a. b. c.* h) *om.* 1*c.* i) lux et ex *add.* 3*a. b. c.* k) *ita* 1*a. b. c*; pre splendore 2; (eius *add.* 3*a. b. c*) splendor fons(que *add.* 3*a. b. c*) *rell.* l) ex 1*c.* m) celesti gratia 2. n) sed 1*b. c*; sub — *l.* 10. videlicet *m. pr. (?) del.* 2. o) igitur *add.* 3*a. b. c*; itaque *add.* 4*a. b.* p) sed sic eam ref. ad pl. (sic eam ref. ad pl. *in ras.* 3*c*) 3*a. b. c.* q) ref., que ad pl. narr. myst. (Vid. *om.*) 1*c*; (ad *om.*) plebi 2; ad pl. vid. (vid. *in ras.* 3*c*) ut eius narr. myst. 3*a. b. c*; misteria ad pl. (narr. *et* Vid. *om.*) 4*a. b.*

Cap. 3. a) in itinere suo 2. b) *corr.* proficisceret 1*a*; proficisceretur *rell.* c) calle 1*c.* 3*a. b. c*; *om.* 2. d) *ita scripsi cum Vita II.* § 3 (*cod. Paris. n.* 5666)*;* obviavit homini a nat. c(a)eco, surdo et muto 1*a. b. c*; obviavit ei homo — cecus, surdus et mutus 3*a. b. c*; obvium (obviam 4*a. b*) habuit hominem — cecum, surdum et mutum 2. 4*a. b cum Hrabano.* e) qui nisi 1*c*; et nichil nisi 3*a. b. c*; quod *add.* 4*a. b. c*; qui *pro* nisi — spiritu 2. f) *ita* 1*a*; halant(a)e sp. 1*b. c*; anhelantem spiritum 4*a. b. c;* al. spiritum habens 3*a. b. c.* g) inpressu 1*a.* h) ruina corp. *om.* 1*c.* i) *ita* 1*a. b*; *om.* 1*c cum rell.* k) *ita* 1*a*; LXnono 2; LXVIII 1*b*; sexagesimo octavo 1*c*; canebat hunc psalmum 5; LXVII 4*b. c*; sexagesimo septimo (VII 3*c*) *rell.* l) intentende 1*b.* m) collum eius 2. 4*a. b*; eius collum 3*a. b. c*; quem compl. collo *Hrabanus.* n) *ita* 1*a cum Hrabano;* osculatus est *rell.* o) *ita* 1*a*; est *rell.* p) *om.* 2. 3*a (versu ex.).* q) *ita* 1*a*; ineffabilem mercat(c)ionem 1*b. c.* 2; ineffabilis mercat(c)io *rell.* r) praestolatus 1*a*; prestolabatur 3*a.* s) *ita pr. m.* 1*a*; medela *rell.* t) *corr.* purgatur 2. u) probavit 1*c.* 4*b cum Vulg.*

1) *I. e. halante.* 2) *Cf. infra c.* 10 *(p.* 319*).*

(4). Cum[a] ergo gentilium[b] populus, quem Franciae[c] matris mundo parturit gleba[d], — Chlodoveus[e] tunc[f] tempore[g] rex in eodem solo tenebat[h] imperio[i] principatum, — nihil[k] aliud quam idolorum exercebat[l] culturas et, ut mos erat, *deos aureos et argenteos, ligneos atque lapideos* adorabant[m,*], et conpletur[n] in[o] illis sermo, quem[**] David in psalmis canit[p], dicens[***]: *Similes illis fiant, qui faciunt ea, et omnes, qui confidunt in eis,* et iterum sancta[q] Scriptura dicit: *Nolo mortem peccatoris*[r], *sed ut convertatur et vivat.* Domini vero gratia, *qui*[s] *inluminat omnem hominem venientem* ad se, defuncto Carnotensio[t] urbis episcopo[1], succendit in[u] spiraculum[v] scintillave[w] corda regis[†], ut non alius nisi Solemnis sacraretur episcopus. Interrogaverat enim[x] famam eius, et[y] vulgata fuerat[y*] in universa[z] urbe[††]. Audiens itaque venerabilis Solemnis edictum principis cernensque pontifices, qui eum ad consecrandum[a] venerant, fugit[b] latenter; triduo quoque[c] in spelio[d] latitavit. Quaerebatur enim et non inveniebatur: ille latebatur[e] in antro[f], iste[g,2] replebatur mestitia; ille solemnibus[h] fundebat ad Dominum precibus, iste consola-

cf. Sap. 14, 27. — Dan. 5, 23. — Ps. 134, 18. — Ezech. 33, 11. — Ioh. 1, 9. — cf. 2. Esd. 8, 15.

*) ac eis vota sua devotus persolvebat et totum suum exercitum ac populum ad eundem errorem secum pertrahebat *add.* 5.

**) sanctus *add.* 4*a*. *b*. *c*.

***) Simulachra gencium argentum et aurum *(Ps.* 134, 15*) add.* 5.

†) et principum illius *add.* 5.

††) et didicerat, quia non esset in clero melior et dignior fungi summo sacerdocio. Tunc iussit rex congregari omnes episcopos ac clericos comprovinciales, ut sanctum Sollempnem ordinarent episcopum, *add.* 5.

Cap. 4. 1*a*. *b*. *c*. 2. (3*a*. *b*. *c*. 4*a*. *b*).

Cap. 4. a) Tum 3*a*. *b*. *c*; Cum ergo adhuc gent. ritu populus detineretur, quem 1*c*. b) gentilium — gleba *om.* 2. c) Frantiae 1*a*. d) glebam 4*a*. *b*; dum et *add.* 3*a*. *b*. *c*. e) *ita* 2; Clodoveus 4*a*. *b*; Chlodowicus *m. al. corr.* Hludowicus 1*a*; Clodovicus 1*b*; Ludowicus 1*c*; Lůdewicus 3*a*. *b*; Ludewicus 3*c*: *cf. infra p.* 316, 10. f) *superscr.* 1*b*; *om.* 3*a*. *b*. *c*. g) *corr. e* temporis 1*c*; tempore (*corr.* temporis) Francorum rex 2; temporis rex (*om.* 4*b*) 4*a*. *b*; tempore rex existens in 3*a*. *b*. *c*. h) *ita* 1*a*. *b*. *c*; teneret *rell.* i) imperii 1*c*. (2). 4*a*. *b*. k) (nichil aliud *del.*) gentilium populus nichil aliud 2. l) exercebant 1*c*. m) *corr.* adorabat 1*a*, *et ita* 3*a*. *b*. *c*. n) *ita* 1*a*. *b*. *c*. 2; con(m)plebatur *rell.* o) sermo in illis 1*b* *(non* 1*c)*. p) cinit *m. al. corr.* cecinit 1*a*. q) *om.* 1*c*. r) peccatorum, sed ut *(superscr.)* convertantur et vivant 2. s) que 2. 3*a* *cum Vulg.* t) *ita* 1*a*. *b*; Carnotensi (urbis *om.*) 1*c*; Carnotensium 2. 4*a*. *b*; Carnotensiorum (Karn. 3*a*) 3*a*. *b*. *c*; Carnotensis *Hrabanus*. u) Dei *pro* in 3*a*. *b*. *c*; *om.* 4*a*. *b*. v) et *add.* (1*b*). 4*a*. *b*. w) *ita* 1*b*; scintilla vecorda 1*a*; scintillave cor 3*a*. *b*. *c*; scintillam necor r. 1*c*; scintille vive c. r. 2; scintillam in vecordis regis animo 4*a*. *b*. x) *versu ex. om.* 1*c*. y) que *pro* et 4*a*. *b*; ipsa *add.* 3*a*. *b*. *c*. y*) erat 3*a*. 4*a*. *b*. z) universo urbe (orbe 4*b*) 4*a*. *b*. a) (con *del.*)requirandum 2. b) fuit 1*c*. c) *ita* 1*a*. *b*; et triduo in 3*a*; triduoque in 1*c* *cum rell.* d) *corr.* speleo 1*a*, *et ita* 2. 4*a*; spelunca 1*b*. *c*. 3*a*. *b*. *c* *cum Vita II.* e) *ita pr. m.* 1*a*; latebra fovebatur 4*a*. *b*; latebat *rell.* f) atrio 1*b*. *c*. g) ille 1*c*. h) *ita* 1*a*; sol(l)em(p)nes — preces *rell.*

1) *Vita II. Sollemnis* § 4 *(Cleus p.* 72*)*: Mox ut episcopus Flavius Carnotis diem ultimum huius lucis finivit, ut iam dictae civitatis cathedram venerandus vir Sollempnis susciperet, clerus omnis vel populus urbis Carnotensis auribus regis Chlodovei unanimiter suggessit; *quae praeter nomina e Vita Lupi Senonici c.* 4 *(SS. R. Merov. IV,* 180*) descripta sunt. Catalogi episcoporum Carnotensium, in quo Flavius duodecimum locum occupat (Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II*[2], 423*), exemplaria saeculum XI. non superant.* 2) *Singularis* iste *non nisi ad Chlodovechum spectare potest; verba in Vita II.* § 5 *(p.* 73*) immutata atque fortasse aptius ad episcopos relata sunt:* isti replebantur mesticia, — — isti tristes querebant absconditum.

tione[a] tristis quaerebat[b] pro[c] abditum. Gerebantur iussa principis, ne[d] mortis puniretur[e] sententiam[f].

(5). Considerantes igitur[a] oves, quas sancta mater ecclesia parturit, ne ra-
pacis lupi faucibus[b] rapidum[c] morsum laniarentur*, Aventinum archidiaconum[d] cf. Act. 20, 29.
laudibus adclamantes[e], pastorem simul et sacerdotem instituerunt[f]. Cum[g] episco-
pale[h] fuisset nactus[i] consortio[k], dilectio[k*] separavit sacerdotum[l] convivio[m]. Audivit cf. Os. 4, 18.
itaque beatus Solemnis in caverna, ubi latebat, quasi auram[n] lenem pro[o] silentio cf. Iob 4, 16.
noctis currentem[p], fremitu[q] vociferantem[r] choortis[s]: 'Aventinus episcopus holocau-
stum[t] obtulit Deo'; et cum[u] haec audisset, ita fudit ad Dominum preces: 'Do-
mine, da lucernam verbi lucere pedibus meis ad[v] semitam lucis, ut benedicat cf. Ps. 118, 105. Ib. 102, 1.
anima mea nomini sancto tuo', egressusque** ibat occurrere[w] sacerdoti***. Ex-
pectabatur[x] enim desideratus, sicut arida[y] sitiens pluviae guttas; et[z] rogantes cf. Ioel 1, 20. Eccli. 1, 2.
eum, hinc plebis[1] sonat[a] in vocibus, ex[b] hinc rumor populi fremit in strepitu,
deinde tunc[c] concrepat[d] laudibus[e]†: 'Ecce Solemnis! dignus est[2], episcopus ordi-
netur[f]!' Ad quorum laudes exierunt[g] episcopi, summo[h] repleti gaudio, dixe-
runt: 'Dignus est, episcopus consecretur††!' Nondum adhuc fuerant egressi de
templo, et adprehenso[i]††† duxerunt ad aras templi et induerunt[k] stola candida

*) si per intervallum aliquot temporis pastore fraudarentur, *add.* 5.

**) in crastinum *add.* 4*a*. *b*. *c*.

***) novo. Quem cernentes populi clamores attollunt ad celum, *add.* 4*a*. *b*. *c*; Quem cum vidisset populus, relicto Aventino, rapuerunt eum cum magna aviditate et perduxerunt, ut ordinaretur episcopus, *add.* 5.

†) una voce dicentes *add.* 4*a*. *b*. *c*.

††) huic civitati *add.* 4*a*. *b*. *c*.

†††) sanctum Sollempnem contra voluntatem suam *add.* 5.

Capp. 4. 5. 1*a*. *b*. *c*. 2. (3*a*. *b*. *c*. 4*a*. *b*).

Cap. 4. a) consolationem 2. 3*a*. *b*. *c*. b) querebatur 1*c*. c) *ita scripsi;* per abditum 1*a*: pro abdito 1*b*. *c*; (pro *om.*) abditum (*ita* 4*a*. *b*; Abdite 3*a*. *b*. *c*; Rapide tum 2) *rell.* d) quis *add.* 3*a*. *b*. *c*. e) punirentur 2. f) *ita* 1*b*; sententia *rell.*

Cap. 5. a) ergo 1*c*. b) fauces 1*c*, *corr.*; et *add.* 1*b*. *c*. c) *ita pr. m.* 1*a*; morsu rabido 1*c*; rapido (rabido 3*a*. *b*. *c*) morsu (morso 4*a*) *rell.* d) dyaconum 1*c*, *corr.* e) acclamaverunt 1*c*; ut *add.* 1*b*. *c*. f) instituerent 1*a*. *b*. *c*; sibi poscunt institui 4*a*. *b*. g) Hic cum 2; Cumque 4*a*. *b*. h) episcopal(i *in ras.*) 2. i) nanctus *pr. m.* 1*a*; vinctus 2. k) *ita* 1*a* *(pr. m.)*. 2; consort(c)ium *rell.* k*) Sollempnis *add.* 3*a*. *b*. *c*. l) sep. se sacerdotum 1*c*; sacerdotem 3*a*. *b*. *c*. 4*a*. *b*. m) *ita* 1*a*. 2; a conv. *rell.* n) *ita* 3*a*. *b*. *c* *cum Vita II;* aurem 1*a*. 2; per auram (aurem 4*b*) 4*a*. *b*; *om.* 1*b*. *c* (*ubi* lene). o) per silencium (silentia 2) 1*c*. 2; in silencio 4*a*. *b*; *fuit fortasse* per silentio. p) currentis 1*c*. q) que *add.* 3*a*. *b*. *c*; cum fr. 4*a*. *b*; fremitum et voc. 1*c*. r) vociferante in 1*b*; vociferacionem 1*c*; ac vociferacione 4*a*. *b*. s) *ita* 1*a*; cho o(s *e corr.*)tis 1*b*; cohortis 1*c*; populum dicentem *pro* ch. 4*a*. *b*; *om. rell.* t) holocausta 1*b*. u) (et *om.*) Cumque hoc aud. 4*a*. *b*; cum h. aud. *om.* 2. v) ac 1*a*. *c*. 3*a*. *b*. *c* *cum Vita II.* w) occurre 1*b*; ut occurreret 2. x) expectans (enim — sitiens *om.*) 2; autem *pro* enim 3*a*. *b*. *c*. y) *ita rell.;* terra 4*a*. *b*; area *Vulg. (Ioel* 1, 20*); fuit fortasse* aria, *tamen* arida *in Vulg. haud semel pro* terra *legitur.* z) et rogabant pro eo Deum. Hinc plebs 1*c*; et omnes rog. erant Deum. Hinc plebes sonant 3*a*. *b*. *c*; et rog. eum *om.* 2; et rog. — vocibus *om.* 4*a*. *b*. a) plebisona 1*a*. b) et (hinc *om.*) 2. c) *ita* 1*a*. *b*. *c*; *om.* 2; cuncti *rell.* d) *ita* 1*a*. *b*. *c*. 2; concrepant *rell.* e) laudes 4*a*. *b;* vocibus 3*a*. f) ordinetur — *l.* 16. episcopus *om.* 1*c*. g) excitati 2. h) *ita* 1*b*; (et *m. al. add.* 1*a;* fide *add.* 2) summi 1*a*. 2; summoque 4*a*. *b*; et summo *rell.* i) *ita* 1*a*. *b*; ad(p)prehensum *rell.* k) eum *add.* 3*a*. *b*. *c*. 4*a* *(m. al.)*. *b*.

1) *I. e. plebs.* 2) *De hac acclamatione cf. L. Duchesne, 'Origines du culte chrétien'* [5], 1909, *p.* 380.

et coronam pretiosam posuerunt[a] capiti, tradentes et[b] baculum pastoralem, ut cf. Zach. 13, 7. dispersas oves congregaret[c] ad fidem sanctitatis[d].

(6). Dicit[a] sanctus Solemnis: 'Quid ergo faciemus de Aventino episcopo?' Responderunt omnes*: 'Si post tuum superstis[b] fuerit obitum, dignitatis obtineat locum; sin autem, tuo sit obtemperans principatui', et compleretur[c] sermo, quem Matth. 25, 21 (23). Dominus intonat, dicens: *Veni, serve bone et fidelis, intra in gaudium domini*[d] *tui: quia super pauca fuisti*[e] *fidelis, super multa constituam*[f] *te!* Sed postea sua pietate commotus[g], ne sancta macularetur religio**, dedit[h] huiusce rei[1] opidum cognominante[i] Dunum[k. 2], in qua[l] vitae suae religionis[m] securus exerceret culturas.

(7). Post ter denos[3] scilicet[a] dies*** Chlodovius[b] rex contra Gothorum[c] aciem[4] armatum tendebat[d] exercitum; cumque Carnotinum[e] fuisset urbem ingressus[f], ut ritus priscorum erat, sub tegmine[g] ecclesiae taliter psallebatur: Ps. 34, 2. *Adprehende arma et scutum et exsurge in adiutorium mihi!* Dicunt enim[h] proceres regis[i]: 'Magna nobis organa hodie religiosaque[k] canent[l] auspicia'[m. 5]; et[n] inquirebat rex, quidnam haec[o] essent. Dicunt ei: 'Occurre Solemni[p] episcopo; ipse namque tibi narrabit mysteria'. Tunc occursum[q] dedit rex sanus[r] et sui satellites gloriosum[s]

*) Tu prior electus es et prior eris in ordine et dignitate secundum meritum sanctitatis tue. Ipse vero *add.* 5.

**) et eius animus in aliquo offuscaretur *add.* 4*a. b. c.*

***) Transactis deinde ter denis a n n i s 5.

Capp. 5—7. 1*a. b. c.* 2. (3*a. b. c.* 4*a. b*).

Cap. 5. a) imposuerunt eius c. 3*a. b. c*; cand., ponentes in capite eius cor. preciosam 4*a. b.* b) ei 3*a. b. c*; ei eciam b. 4*a. b.* c) congregarent 1*a*, *corr.* d) erroris *pro* sanct. *(sed del.)* 2.

Cap. 6. a) itaque *add.* 3*a. b. c*; eis *add.* 4*a. b.* b) *ita pr. m.* 1*a*; superstes *rell.* c) *ita* 1*a* (*ubi* Et *m. al. corr.* Ut); Et completus est s. 1*c*; Et cum complebitur 1*b*; Et completur 2. 3*a. b. c*; Et compl. — constituam te *om.* 4*a. b.* d) Dei *add.* 1*b.* e) fid. fuisti 2. f) constiam te 1*b*; te const. 1c *cum Vulg.* g) motus 2; commonitus 1c. h) *ita* 1*a. b. c*; d. huius cerei 2; adiit (h. rei *om.*) op(p)idum 3*a. b. c*; d. sub cura illius regiminis oppidum 4*a. b.* i) *ita* 1*a. b.* 2; cognomine 1*c*; cognominatum *rell.* k) *ita* 4*a. b*; Dūn 1*b*; Dun 1*c*; Duū 3*a. b. c*; Dunō 2; *versu ex. om.* 1*a*; seorsum *pro* cogn. D. 5. l) *ita* 1*b. c.* 2; ubi omnibus diebus *pro* in qua 4*a. b*; in quo *rell.* m) sue ac rel. 2; relionis 1*b.*

Cap. 7. a) vero 3*a. b. c*; itaque 4*a. b.* b) *m. al. corr.* Hludowicus 1*a*, *et ita* 1*b*; Chlodoveus 2; Clodoveus 4*a. b*; Lůdewicus 3*b*; Ludewicus 1*c.* 3*a. c.* c) Gottorum 1*c*; *om.* 4*a. b. c.* d) misit 3*a. b. c*; ducebat 4*a. b cum Vita II.* e) *ita* 1*a. b*; Carnotinam 2. 4*a. b*; Carnotenam 1*c*; Carnotum 3*a. b. c*; Carnotis *Vita II.* f) ingressum *(?)* 1*a*, *corr.* g) tegmen *fortasse recte* 2. h) autem 1*c.* 3*a. b. c.* i) regi 2. 4*a. b.* k) que *om.* 2. 4*a.* l) *ita* 1*a. b*; (isti *add.* 3*a. b. c*) canunt *rell.* m) aspicia *pr. m.* 1*a.* n) qui *add.*, *sed m. al. del.* 1*a*; (et *om.*) Inqu. itaque 4*a. b.* o) *ita* (essent *corr.* esset 2) 1*a.* 2; hoc esset *rell.* p) Selemnio *hoc loco* 2. q) in occ. d. se rex 3*a. b. c*; occurrens memoratus rex 4*a. b.* r) (sanus *om.*, et *del.*) cum suis satellitibus 2; sanus et s. sat. *om.* 4*a. b cum Vita II.* s) *ita* 1*a*; glorioso (venerabili episcopo 4*a. b*) Sol(l)em(p)ni (Solemnio 2) *rell.*

1) *Cf. supra c.* 2 *(p.* 313, 8*)*: huiuscemodi referam. 2) *Hodie Châteaudun oppidum (dép. Eure-et-Loire), quod illo aevo potius castrum vel castellum vocandum erat (cf. Longnon, 'Géographie de la Gaule',* 1878, *p.* 326*), nisi oppidum pro pago vel territorio accipiendum est (cf. ib. p.* 14*), quemadmodum biographus II, §* 7 *(p.* 73*) interpretatus est*: Dunum castrum et suburbana eius. *De Aventino episcopo 'de Duno' cf. supra p.* 305 *sq.* 3) Post denos denique dies *Vita II. §* 8 *(p.* 73*).* 4) Adversus Gothorum gentem regemque eorum Alaricum *ib.* 5) *Simile 'victoriae auspicium' in bello Gothico a.* 507. *in basilica S. Martini Turonis acceptum refert Gregorius, Hist. II,* 37 *(ed. Arndt p.* 99 *sq.).*

Solemnem*. Cui Solemnis ait: 'Quo perges[a]?' Rex ait: 'Contra Gothorum regem ad proelium'. Respondens beatus Solemnis et[b] dixit[c]: 'Inclite rex**, si[d] velis, ego te[e] induo arma[f], in qua adversariorum prosternas catervas'. Et miratus est rex; obsecrabat[g] enim, ut haec[h] illum arma praecingeret. Qui[i] dixit ei: 'Nisi signatus fueris[k] signaculo crucis, ut de tropheo Christi triumphes, non accipies palmam'***. Confestim[l] cum fletu flectens cervicem cordis petiit, ut ei quod pro- cf. Eccli. 38, 19. miserat adimpleret. Extimplo[m] autem sanctus Solemnis fronti[n] eius vixillum[o] crucis, signaculum et pectore[p] fecit[1]; vovitque rex, dicens: 'In his[q] armis abiero[r]†, et populi si percepero victoriam[s], me meumque baptismi gratiae trado'[2].

(8). Tali[a] lumbi arma succinctus[b], pergit[c] ad proelium††. Cumque acies cf. Prov. 30, 31. contra aciem utrimque[d] tela[e] emissa iactarent, momento[f] Gothorum agmina[g] prostrantur[h] per[i] aequora; perfoduntur et dorsa gladio, cum[k] terga dederunt. Micabat[l]

*) salutavit eum honorifice *add.* 4*a. b. c cum Vita II (cod. Paris. n.* 15437*)*.

**) O inclite rex et decus Francorum[3] 4*a. b. c*; Inclite — *l.* 4. Qui dixit ei *hoc loco om.* 5.

***) Quapropter admoneo celsitudinem tuam, ut indui te talibus armis [*suppleas* sinas], quibus adversariorum catervas intrepidus prosternere possis et triumphum obtinere non solum de visibilibus (visilibus|bus *cod.*), sed et de invisibilibus inimicis, *add* 5.

†) vadens, si a Gothis vel Alamannis (Alemann. 4*c*; Almann. 4*a*) superatus non fuero, sed (si 4*b*) rediero in pace, statim ad baptismum (baptizandum 4*c*) convolabo (*pro* abiero — trado) 4*a. b. c.*

††) pergit dimicaturus ad bellum statimque ferocem Alemannorum[4] (Almann. 4*a*) gentem debellavit atque subegit. Cumque se contra (contra se 4*b. c*) Gothorum agmina instruxisset, qui contra eum bellum paraverant, aciesque illius contra aciem inimicorum tela iniceret acriterque bellum instaret, in momento 4*a. b. c.*

Capp. 7. 8. 1*a. b. c.* 2. (3*a. b. c.* 4*a. b*).

Cap. 7. a) *ita pr. m.* 1*a*; pergis *rell.* b) *ita* 1*a. b*; *om.* 1*c cum rell.* c) ait 1*b (non* 1*c)*. d) *om.* 1*a.* e) induo te 1*c*; te induerem 4*a. b.* f) *ita* 1*a. b.* 2; arma, in quibus 1*c*; arma (armis 3*a. b. c*), quibus (accinctus *add.* 4*a. b*) *rell.* g) obsecrans e(u *in ras.*)m, ut 2; obsecrare (obsecrari 4*a*) eum cepit, ut 4*a. b*; rogabatque eum, ut 3*a. b. c.* h) *ita* 1*a.* 2. 4*a. b*; h(a)ec illi a. 1*b. c*; his illum armis 3*a. b. c.* i) Cui 1*b. c.* 3*a. b. c*; ei *om.* 1*c.* 3*a. b. c.* k) fuerit 1*b.* l) autem *add.* 3*a. b. c*; igitur *add.* 4*a. b.* m) Tunc *pro* Ext. autem 2. n) frontem e. et pectus vexillo crucis signavit 2; fr. ei *m. al. corr.* fr. eius 1*b.* o) *ita pr. m.* 1*b (cf. p.* 318, 11*)*; vexillum 1*a. c.* 4*a. b*; vexilli 3*a. b. c.* p) *ita* 1*a*; pectorae 1*b*; et in pectore 3*a. b. c*; cr. et sign. in pectore 1*c*; cr. Christi imposuit simul et pectori 4*a. b.* q) hec arma 2. r) abibo et si (pop. *om.*) 3*a. b. c*; adibo 1*c*; si abiero et pop. perc. 2. s) bravium me(m *e corr.*)et usque ad bapt. gratiam 2; *post* meumque *add.* exercitum 1*c*, populum 3*a. b. c.*

Cap. 8. a) *ita pr. m.* 1*a*; Talibus lumbi (*ita* 1*b. c*; lumbos *m. al.* 1*a*; *om. rell.*) armis *rell.* b) succinctus 1*a*; accinctus 4*a. b.* c) rex *add.* 3*a. b. c.* d) utrumque 1*a*, *corr.*; utrique 1*b. c.* e) lacerarent (er *superscr.* 1*b*) *add.* (*sed eras.* 1*a*) 1*a. b*; iacerent *add.* 1*c*; tela (em. *om.*) iacerent 2. f) memento 1*b*; in momento 2. 4*a. b.* g) agmina — Gothorum *(p.* 318, 1*) om.* 3*a. b. c.* h) prosternuntur 1*c.* i) *ita* (perfunduntur 1*b. c*) 1*a. b. c*; per latera perf. 2; per aequ. perf. *om.* 4*a. b*; Domino opitulante *add.* (2). 4*a. b.* k) et *pro* cum 1*c*; cum t. *om.* 2; precipites *pro* cum t. 4*a. b.* l) Mutabat 1*a*; Pugnabat 2; Erat 4*a. b.*

1) Et catecizavit eum *addit Vita II.* § 9 *(p. 73)*. 2) Nam et antea saepius a beato Remigio Remorum episcopo et ab uxore sua Chrotilde, quae valde Deum timebat, fuerat ammonitus, ut idola desereret et Deum verum, qui in caelis est, adoraret, *addit Vita II. (ib.) e Libro historiae Francorum c.* 14. 15 *(SS. R. Merov. II,* 261 *sq.), e quo etiam narrationi baptismi (infra c.* 9*) plura ibidem addita sunt.* 3) *E Vita Vedastis auct. Iona c.* 7 *(ed. Krusch, SS. R. Merov. III,* 411*; Ionae Vitae sanctorum p.* 315*)*: O rex, tuorum decus Francorum. 4) *Cf. ib. c.* 2: evenit, ut — — adversum Alamannus gentem ferrocem bellaturus pergerit.

enim crux[*] in pectore[**], et coruscabat mucro[a] victoria. Fallax[***] Gothorum gens ferro praeciditur, et firmiter eorum[b.1] exercitus Christum dominum conlaudabant[c]. Sed cum[†], victoria accepta[d], ipsi Gothi, qui remanserunt[e], fuga lapsi fuerunt[f], et Francorum exercitus ad[††] regem dixerunt[g], ut ipsos persequere[h] deberent et regnum eorum acciperent[i]; qui[k] rex gaudens, conlaudans eum[l] consilium et fortitudinem, dixit[m] eis, ut crastina die ingrederent[n] regionesque vastarent.

(9). Sed cum ipsa nocte se sopore[a] dedisset, apparuit ei in somnis vir beatissimus Solemnis episcopus et[b] dixit ei[c]: 'Quid agis, rex? Ne ingredias[d] in hanc regionem[†††], quia Dominus non permisit tibi, amplius ut ingredias[e]'. Sed dum Franci in ipsa[f] fervore ad proeliandum ire volebant[g], rex dixit eis: 'Ne ingrediemini[h], quia sacerdos ille Solemnis, qui fecit nobis vixillum[i] crucis in fronte vel[k] in pectore, per quam[l] accepimus[m] palmam, in viso[n] apparuit mihi et ait: "Ne ingredieris[o], rex, quo cupis, quia Dominus non permisit tibi amplius ad[p] ingrediendum vel devastandum, sed remearis[q] cum[r] exercitu ad propria". Ingressusque[s] Aequitaniam[t] totamque[u] igni ferro praedando vastavit, nec[v] poterat quisquam crucem
cf. Is. 27, 1. devincere, in qua cunctus[w] tortuosi serpentis virus depellitur et tartaria[x] iura simul et invidiae refrenantur. Talem[y] tropheum per[z] crucem rex obtinuit trium-

*) manu impressa pontificis *add.* 4a. b. c.

**) principis *add.* 4a. b. c.

***) et perfida *add.* 4a. b. c.

†) obtentu antistitis venerandi *add.* 4a. b. c.

††) Clodoveum *add.* 4a. b.

†††) quam vastare disponis, *add.* 4a. b. c.

Capp. 8. 9. 1a. b. c. 2. (3a. b. c. 4a. b).

Cap. 8. a) c(h)or. in mucrone 1c. 4a. b. b) *ita* 1a. b. c; istius 2; Francorum 3a. b. c (*cf. l.* 4); et regis exerc. firm. 4a. b. c) con(l)laudabat 2. 3a. b. c; collaudavit 4a. b. d) vict. esset acc. et ipsi 3a. b. c; victorie palmam fuissent adepti, ipsi 4a. b. e) remanserant 1c. 2. 4a. b. f) *ita* 1a. b; sunt lapsi universusque Fr. 4a. b; l. fuissent et (*om.* 1c. 3a. b. c) *rell.* g) diceret 2; dixit 3a. b. c. h) *ita pr. m.* 1a; persequi deb. 1b. c. 2 *et m. al.* 1a; persequerentur et 3a. b. c; dixerunt: Persequamur fugientes et 4a. b. i) perciperent 1b (*non* 1c); occupantes teneamus 4a. b. k) *ita* 1a. b; Quo rex gaud. et coll. 1c; rex vero gaud. et coll. 3a. b. c; Ad quod consilium rex letus effectus, collaud. 4a. b; (qui *om.*) rex gaud. conlaudavit 2. l) *ita pr. m.* 1a; tale c. et f. 3a. b. c; eorum c. et f. (f. atque c. 4a. b) *rell.* m) que *add.* 2; precepit *pro* d. eis 4a. b. n) *ita* 1a; iter carperent 4a. b; (terram eorum *add.* 3a. b. c) ingrederentur *rell.*

Cap. 9. a) *ita pr. m.* 1a; sopori *rell.* b) *om.* 1a. c) *tres litterae versu exeunte add., sed eras.* 1a. d) *ita ut videtur pr. m.* 1a; ingredieris 2 *et m. al.* 1a; ingrediaris *rell.* e) *ita* 1a; (ut *om.*) ingredi 4a. b; ingrediaris *rell.* f) *ita pr. m.* 1a; ipso f. (crepusculo 4a. b; suo *add.* 3a. b. c) *rell.* g) *ita* 1a. b; voluissent 4a. b; vellent 1c *cum rell.* h) *ita* 1a. b; ingredimini 3a. b. c; ingrediamini 1c *cum rell.* i) *ita pr. m.* 1b. k) et 1c. 3a. b. c. l) quem 3a. b. c; quod 4a. b. m) *ita* 1a. b. c. 2; victori(a)e *add. rell.; cf. p.* 313, 4. 317, 5. n) *ita* 1b; visu *rell.* o) *ita* 1a. b; ingrediaris *rell.* p) *ita* 1a. b. 3a; ad i. et dev. 1c; ad i. vel ad dev. 3b. c; (ad *om.*) ingredi ad dev. 2; (ad *om.*) ingredi vel vastare 4a. b. q) *ita* 1a; remeabis 2; sed ut remeares (remees 1c) 1b. c; remea 3a. b. c; (sed *om.*) Revertere igitur 4a. b. r) tuo *add.* 3a. b. c; cum exerc. *om.* 4a. b. s) est *add.* 1c; Ingressus itaque 3a. b. c; Revertens igitur, sicut ammonitus fuerat, Aquitanorum est regionem ingressus 4a. b. t) *ita* 1a; Aqu. (Aquitaneam 3a) *rell.* u) *ita* 1b; totamque ignifero pred. vast. 1c; totamque i. ferro proedio (*sic*) domi vast. 1a; illam totam i. f. prelio domuit et vast. 3a. b. c; tut(e *in ras.*) signifer prelio domum pervenit 2; totamque ipsam regionem incendit, vast. atque predavit 4a. b. v) ne *pr. m.* 1a. w) *ita in margine suppl.* 1b; cunctu:, *ras.* s 1a; omne 4a. b; cunctum *rell.* x) *ita* 1b; contraria 1a; tartara (iura *om.*) s. (et inv. *om.*) 2; tartarea *rell.* y) Tale tr. 1b; Tali tropheo 1c. 4a. b; Talem igitur tropheum 3a. b. c. z) *om.* 1b (*non* 1c).

1) *I. e. Francorum.*

phum[a]. Regressus[b] ab Aequitania[c], misit legatos[d] ad beatum Solemnem[e], ut eum baptismi unda perfunderet, in qua vitae[f] ei crimina expiantur. Qui*, adiuncto sibi sancto Remedio[g.]**, Remensium urbis episcopo[1], divina fervente[h] virtute, cum[i] summa alacritate baptizatus[k] abstersit[l] atram cordis caliginem et[m] cum eodem CCCLXIIII[n] nobiles satrapes[o. 2], quos regeneratos[p] fonte[q] baptismatis sancta mater ecclesia in Spiritu sancto adoptionis parturit filios, ut[r] aureus anni circulus dierum compleretur in numero[3].

(10). Magnam ergo vobis referam questionem. Homo[a] ille a nativitate caecus, surdus et mutus[4] forma gentilium*** erat, quorum nativitas necdum inluminata fuerat baptismi gratia, nec auribus audierat antea[b] praedicante[c] propheta nec verbo[d] loquebatur de Deo, quia nondum erat fides[e] ad credendum instructa. Originali ergo peccato praeponderata, in interito[f] mergebatur[g].

(11). Sanctus vero Solemnis, cum sex[a] lustra et quattuor arestarum[b. 5] vitae

*) Qui sacerdos, gaudio repletus spiritali, assumpsit secum sacre legis cultores Remigium et Vedastum, antistites venerandos, et divina favente misericordia, ad regem perveniens (veniens 4*a*), baptizavit eum cum omnibus dignitatibus suis et simul cum eodem (eo 4*c*) duces CCCLXIIII nobilissimos Francorum, quos 4*a. b. c.*

**) qui et Remigius *add.* 5.

***) priscorum Francorum necdum renatorum *pro* gent. 4*a. b. c.*

Capp. 9—11. 1*a. b. c.* 2. (3*a. b. c.* 4*a. b*).

Cap. 9. a) tr. *del.* 2, *m. al. del.* 1*a*, *om.* 3*a. b. c*; sublimatus *pro* obt. tr. 4*a. b.* b) Regre:sus *pr. m.* 1*a*; (E *errore miniatoris*)egressus 1*c*; Progressus 1*b*; que *add.* 2; vero *add.* 3*a. b. c.* c) *ita* 1*a*; Aqu. *rell.* d) suos *add.* 1*b.* 4*a. b* *(non* 1*c)*. e) Solemnium 2. f) vita ei cr. *pr. m.* 1*a*; vit(a)e cr. exp. 1*b. c et m. al.* 1*a*; vite eius cr. expiarentur 2; vita eius a crimine expiaretur 3*a. b. c*; perf., quatinus eius cr. originalia *(m. al. in marg. suppl.* 4*a*; *cf. l.* 11*)* delerentur 4*a. b.* g) *superscr.* Remigio 1*c*, *et ita* 2. 3*a. b. c cum Hrabano.* h) *ita* 1*a. c*; servente 1*b*; ferventem virt. regem 3*a. b. c*; frequente (freq *del.*) 2; favente *Hrabanus cum* 4*a. b* (*supra l.* 15). i) con *pr. m.* 1*a.* k) baptizaverunt 2. 3*a. b. c.* l) abst. autem Deus a terra (eterna *corr.* e terra 3*a*) cordis eius cal. 3*a. b. c*; abst. — caliginem *om.* 2. 4*a. b* (*cf. l.* 16). m) (et *om.*) Cum eodem *et add.* itaque rege 3*a. b. c.* n) CCCLXIII 1*b*; trecenti sexaginta tres 1*c*; trecentos septuaginta *numero qui dicitur rotundo Hrabanus.* o) *ita* 1*a. b. c*; satrapas *(*purgaverunt *add.* 3*a. b. c) rell.* p) regeneratis *pr. m.* 1*a*; generatos 4*a. b.* q) *ita* 2; fonte bapt. (sancta *om.*) in Sp. s. m. eccl. 4*a. b*; fons (bapt. sancta *om.*) mater (eccl. *om.*) in Sp. s. (in *add.* 3*a. b. c*) adopt. *rell.*; *cf. supra p.* 315, 3: oves. quas sancta mater ecclesia parturit. r) ut — *l.* 8. questionem *om.* 4*a. b.*

Cap. 10. a) enim *add.* 3*a. b. c*; ergo *add.* 4*a. b.* b) ante 1*c.* c) *ita* 1*a*; predicacionem prophetarum 4*a. b*; pr(a)edicantem prophetam (prophetum 1*b*) *rell.* d) *m. al. corr.* verba 1*a*; verbum l. 2; verbo loquentem 3*a. b. c*; nec — Deo *om.* 4*a. b.* e) *corr.* fide 1*a.* 2. f) *ita pr. m.* 1*a*; interitu 1*b*; interitum *rell.* g) mergebantur (2). 4*a. b.*

Cap. 11. a) (sex *om.*) lustris quattuor vite eius volv. 2. b) *ita pr. m.* 1*a*; *om.* 2 (*cf. n.* a); (more *add.* 3*a. b. c*) aristarum *rell.*

1) *Eodem ordine verborum Gregorius, Hist. II,* 31 *(p.* 92*), baptismum regis narrans,* sanctum Remedium Remensis urbis episcopum *laudavit.* 2) De exercito vero eius baptizati sunt amplius tria milia: *Gregorius II,* 31, *proceribus non distinctis.* 3) *Nobiles enim una cum Chlodoveo numerum* 365 *baptizatorum effecerunt, numerum sane, qui per se suspectus est.* 4) *Cf. supra* c. 3 *(p.* 313*).* 5) *I. e. messium, aestatum, annorum (Thesaurus linguae Latinae II,* 580*)*; *cf. inprimis Augustini Quaestiones in Heptateuchum I,* 95 *(ed. Zycha, Corpus script. eccl. Latin. XXVIII,* 50*)*: Unde ait quidam *(Vergilii Ecl. I,* 69*)*: post aliquot aristas, per aristas videlicet messes et per messes annos significans.

volveretur[a] curricula[b, 1], pontificalem[c] promulgatus[d] honore[e], — florebat enim[f] ecclesia claro[g] lumine decorata fulgore, — tres[h] quoque olympiadas[i, 2] gerens triumphum[k], Sept. 24. de hac luce migravit ad Christum[l]; VIII.[m, *] Kalendarum Octobrium spiritum[n] caelo reddidit, terrae corpus de corpore sumptum. Illa scilicet[o] hora, qua spiritum[p] corpus[q] suo reddidit creatori, tantum[r] domus repleta est de odore suavitatis[3], ut mentis nondum[s] capacitas possit enarrare; videruntque[t, **] columbam[u] candidam de ore eius egredientem[4] et inter choros angelorum psallentem[v] et evolare ad astra[w].

(12). Cum[a] igitur corpusculus[b] feretro inpositus ad tumulum duceretur, erat quidam latro nomine Tarsius[c], iam triennio[d] carcere situs et vincula[e] ferrea colla[f], manus, plantas ita constrictus, ut omnis natura putrefacta fetebat[g]. Sed cum[h] feretro membra sancta deducerentur[i], aspiciens latro[***] exclamavit[k] voce magna.

*) VII.[5] 4*a*. *b*. *c*.

**) Nam et fratres, qui eum in hora exitus sui sollicite erant custodientes, viderunt 5.

***) per fenestram *add.* 4*a*. *b*. *c*.

Capp. 11. 12. 1*a*. *b*. *c*. 2. (3*a*. *b*. *c*. 4*a*. *b*).

Cap. 11. a) *ita* 1*a (pr. m.)*. *b*; volveret 3*a*. *b*. *c*; volverentur *rell.* b) curlicula 1*b*; ad *add.* 2; postquam *add.* 4*a*. *b*. c) *m. al. corr.* pontificali 1*a*, *et ita* 1*c*. 4*a*. *b*; pontificale 1*b*. d) promotus 3*a*; functionis 4*a*. *b*; est *add.* 2. e) *ita* 1*a*. *b*. *c*. 4*a*. *b*; honorem, sub quo fl. 2; in honorem 3*a*. *b*. *c*. f) *ita* 1*a*. *b*. *c*; *om.* 2; in *rell.* g) *ita* 1*a*. *b*. *c* (*ubi* et *post* decor. *add.*); clari luminis decoratus (deornata 2) *rell.* h) per tres 3*a*. *b*. *c*; trium 2. i) olimpididiadas 1*b*; olimpiades 4*a*. *b*; lympiadas 3*a* olimpiadum 2. k) cum triumpho 1*b*. c. 4*a*. *b*. l) et *add.* 2. m) octavo 3*a*; octava 1*c*. 2. n) *ita scripsi;* sp. celo r., terre corpus de eadem (ore *add., sed del.*) s. 2; sp. celo, corpus terre tradens (corpus t. tr. *cum verbis sequentibus om.* 4*b*) 4*a*. *b*. *c*; celoque r. sp., terre de humo assumptum 5; (sp. caelo *om.*) r. (*m. al. corr.* redditur 1*a*; et redditus est 3*a*. *b*. *c*) terr(a)e corpus (*ita* 1*b*. *c*; spiritus *corr.* spiritu 1*a*, *et ita* 3*a*. *b*. *c*) de c. sumptum (*ita* 1*b*. *c*; sumpto *rell.*) 1*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. *c*. o) videlicet 4*a*. *c*; vero 3*a*. *b*. *c*; siquidem 1*c*. p) spu 1*a*; per *add.* 1*c*. q) *om.* 2. 4*a*. *c*. r) tanta 1*b*; tanto 1*c (ubi de versu ex. om.);* tanto suav. od. d. illa r. est 4*a*. *b*. s) *ita* 1*a*. *b*. *c*; m. nostre (cuiusquam 3*a*. *b*. *c*; humane 4*a*. *b*) cap. non possit *rell.* t) que *m. al. suppl.* 1*a*; viderunt itaque (namque 3*a*) 3*a*. *b*. *c*; qui aderant *add.* 2; aliqui quasi *add.* 4*a*. *b*. u) columnam *pr. m.* 1*a*. v) *ita* 1*a*. *b*; ps. (psallentes *e corr.* 2), *om.* et 1*c*. 2. 3*a*. *b*. *c*; ev. ang. psallentium 4*a*. *b*. w) celum 3*a*. *b*. *c*; ad a. *om.* 4*a*. *b*.

Cap. 12. a) Dum ergo corp. 1*c*. b) *ita pr. m.* 1*a*; corpusculum (curp. 1*b*) f. in(m)positum *rell.* c) Tharsis 3*a*; iam *add.* 1*c*. d) in *add.* 2. e) *ita* 1a. 4*a*. *b*; vinculis ferreis *rell.* f) *ita* 1*b*. *c*. 2 *(cf. supra p.* 313, 16*)*; collo 1*a*; (per *add.* 3*a*. *b*. *c*) collum (et *add.* 3*a*. *b*. *c*) m. et pl. *rell.* g) *ita* 1*a*. *b*; feteret 3*a*; feteret 1*c cum rell.* h) in *add.* 2. 3*a*. *b*. *c*. i) deducentur 1*b*. k) (et *del.*) clamavit 2.

1) *I. e. annos* 34 *natus, episcopus factus est.* 2) *I. e. duodecim annos, si olympias more Graecorum pro quadriennio accipienda est, aut annos quindecim, si auctor eam pro lustro accepit (cf. Krusch, Ionae Vitae sanctorum p.* 22*).* 3) *Cf. Gregorii M. Dial. IV,* 14*:* Qua *(anima)* scilicet exeunte, tanta illic fragrantia odoris aspersa est, ut omnes qui illic aderant inaestimabili suavitate replerentur; *cf. ib. IV,* 16. 4) *Cf. ib. IV,* 10: Omnes vero fratres qui aderant ex ore eius exisse columbam viderunt, quae mox, aperto tecto oratorii egressa, aspicientibus fratribus, penetravit caelum. 5) *Die* 25. *Septembris (non die* 24.*) nomen Sollemnis postea Martyrologio Usuardi illatum est (ed. Sollerius p.* 556*; cf. Cleus l. l. p.* 63*), sicque contigit, ut Kalendaria posteriora nomen eius partim die* 24. *primigenio exhibuerint (Catalogus codicum hagiogr. Latin. Paris. III,* 695*), partim proximo (cf. Martyrologium Remense saec. XIII, ed. Chevalier, 'Bibliothèque liturgique' VII,* 1900*, p.* 59*). Cf. Cleus l. l. p.* 62 *sq.*

dicens: 'O pie Solemnis[a], qui[b] caecis visum, surdis auditum restituisti et mutis linguam, erue me de hac[c] vincula, in qua omnis membrorum meorum conpages[d] marcida fetet!' Ilico autem catenae, disruptae[e] e[f] gressus[1], per[g] medio culmine tectus[h, 2] in platea[i] rugientes[k] exilierunt, et universa plebs terrore concussa[l], latroque[m] egressus de carcere, extendens manum, adprehendit spondam, in qua venerabilis Solemnis iacebat, et confestim putredo eius* sanitati restituta est. Cum veneranda videlicet[n] celebritate productus[o], conditus in tumulo, ubi multa signa et virtutes[p] usque in hodiernum diem esse[q] videntur.

(13). Cernite, fratres, quanta[a] in famulis suis benignitas salvatoris[3] domini nostri Iesu Christi contulit gratia[b], in[c] quantum vita[d] et post obitum divina in[e] eis refulgeat[f] virtus. Recondite[g], fratres, quod auditis; sic anniversarium celebrate hunc diem et sic huic diei debitum expectate sermonem, ut eius gratiam[h] participes[i] paradiso[k], unde vetus Adam calliditate serpentis eiectus est, novus Adam introducat[l] vos in regnum caelorum, cui est honor et gloria[m] in saecula saeculorum[n]. Amen[o].

*) putredo corporis eius sanata est et ad pristinam integritatem restituta. Quod videntes populi Deo gracias et laudes studiose referebant.

Corpus autem beati Sollempnis cum magna gloria, uti dignum erat, terre commendatum est, ubi multa signa et virtutes per eius merita cunctis fidelibus ipsius suffragium implorantibus dominus Deus prestare dignatur usque in hodiernum diem, *desinit* 5.

Capp. 12. 13. 1*a*. *b*. *c*. 2. (3*a*. *b*. *c*. 4*a*. *b*).

Cap. 12. a) Solemni 2. b) quia 1*a*. c) *ita scripsi;* hoc (*sed* o *in ras.* 1*a*) vinculo, in quo 1*a*. 2; his vinculis, in quibus 1*b*. *c*. 3*a*. *b*. *c*; hac vinculacione, qua 4*a*. *b*; *cf. supra p.* 317, *s.* 320, 10. d) *m. al. corr.* conpago 1*a*, *et ita* 3*a*. *b*. *c*. 4*a*. *b cum Vita II.* e) sunt *add.* 1*c*. 2. 3*a*. *b*. *c*; ut hec verba finivit *pro* cat. disr. 4*a*. *b*. f) *ita scripsi;* egressus (est liber *add.* 4*a*. *b*) 1*a*. *b*. 4*a*. *b*; egressusque 1*c*. 3*a*. *b*. *c*; egress(i *in ras.*)que 2. g) *ita* 1*a*; per medium culmen 2; per media culmina 1*b*. *c*. 4*a*. *b*; de medio culmine 3*a*. *b*. *c*. h) *ita* 1*a*; tecti *rell.* i) plateam 1*c*. 3*a*. *b*. *c*; plateum 1*b*; tecti et per media trivia platearum 4*a*. *b*. k) rugiens exilivit 1*c*. 3*a*. *b*. *c*; exiliens ambulavit 4*a*. *b*. l) concusso 1*a*; perculsa 3*a*. *b*. *c*; *add.* est 1*c*. 2, est et admiracione 4*a*. *b*, concurrebat 3*a*. *b*. *c*. m) latro itaque *et infra* extendensque 3*a*. *b*. *c*; statimque ad lectum, ubi exanime iacebat corpus sacerdotis, accedens *pro* latroque — manum 4*a*. *b*. *c*; et *post* carcere *add.* 1*c*. n) autem 2. 3*a*. *b*. *c*; Postquam funebria eius cessaverunt lamenta *pro* Cum — productus 4*a*. *b*. o) *ita* 1*a*. *b*; est et *add.* 3*a*. *b*. *c*; est *post* cond. (*corr. e* condictus 2) *add.* 1*c*. 2. 4*a*. *b*. p) ostenduntur *add.* (1*b*?). 4*a*. *b*. q) esse *om.* 3*a*. *b*. *c*; e. vid. *om.* 4*a*. *b*; esse videmus 1*c*.

Cap. 13. a) *ita* 1*a*. *b*; quantam in (*ita* 1*c*; in *del.* 2, *om. rell.*) *rell.* b) *ita* 1*b*; gratiam *rell.* c) et *pro* in 2; in quantam 3*a*; quoniam *pro* in qu. 4*a*. *b*. d) *ita* 1*b*. *c*; vitae 1*a*; tanta (et *om.*) 4*a*. *b*; in vita (ipsorum *add.* 3*a*. *b*. *c*) *rell.* e) meis 1*b*. f) refulgebat 3*a*; operetur 2. g) Recolite 1*b*. *c*. 2. h) *ita* 1*a*. 2; grā (*i. e.* gratia) 3*a*. *b*. *c*; grati(a)e 1*b*. *c*; ut per Domini graciam 4*a*. *b*. i) *ita* 1*b*. *c*; participem | parad. 1*a*; sitis *add.* 4*a*. *b*; participetis 2; participemini 3*a*. *b*. *c*. k) *ita* 1*a*. 2; in parad. 1*b*. *c*; et parad. 3*a*. *b*. *c*; paradisi 4*a*. *b*; *add.* Ut 2, et 4*a*. *b*. l) intr. nos 3*c*; nos intr. 4*b*. m) laus potestas *add.* 1*b* (*non* 1*c*). n) sempiterna 1*b*; orum (*sic*) *pro* seculorum 1*c*. o) Explicit vita beatissimi (sancti 3*a*. *b*) Sol(l)em(p)nis episcopi (quod est VIII. Kl. Octbr. *add.* 1*a*) *subscr.* 1*a*. 3*a*. *b*.

1) *Id est: e gressibus (= pedibus; cf. e. gr. Gregorii M. Dial. I,* 6: cuius gressum dolore nimio podagra contraxerat*).* 2) *Id est: per medium culmen tecti.* 3) *A verbis* Benignitas salvatoris nostri *incipiunt Passio Marcellini et Petri et pars codicum Passionis Iulianae; cf. SS. R. Merov. VI,* 438, *n.* 1, *et p.* 640.

VITA ABBATUM ACAUNENSIUM ABSQUE EPITAPHIIS.

Vitae abbatum Acaunensium[1] *cum duas partes olim recte distinxissem, prior denuo iam edenda est, postquam W. Levison sodalis meus Londinii exemplar vetustius repperit, quippe quod epitaphia primorum abbatum praetermittat, ipsam pretiosiorem compilationis illius partem, cumque textus repertus vix uberiore fideque digniore rerum gestarum enarratione excellat, opinionem meam concutere nequibat, auctorem illum saeculo IX. originibus monasterii celeberrimi confingendis operam navavisse, licet priorem saeculi VI. partem ipse satis aperte simulasset, recordationibus quibusdam abbatum illorum hic illic immixtis. Testimonia autem ea quae dixi in vitis sanctorum Burgundiacorum valde suspecta esse neque inde concludendum auctores esse aequales sed eos tales videri velle fraudesque pessimas mendaciaque sub tanta verborum piorum mole saepe latere in dissertatione olim exposui, quam manibus egregii amici mei Francogallici dicaveram*[2]. *Atque Vitam Severini abbatis Acaunensis, ex qua monasterium Acaunense iam a.* 507. *extitisse concludi licebat*[3], *una mecum condemnaverunt, quicumque mihi surrexerunt adversarii, uno excepto eodem fere caeco*[4], *magnoque gaudio affectus legi etiam de Vita abbatum Acaunensium argumenta mea a viro meae fidei non addicto*[5] *sincere approbata esse, quae is*[6] *qui novissimus his de rebus egit non accepit affirmationibus prioris auctoris iterum fidem habens, quasi discipulus tertii abbatis Achivi c. a.* 550. *vitas trium abbatum descripsisset. Attamen A. Poncelet*[7] *testis gravis quamvis argumentationi meae non omnino accesserit, tamen auctorem non esse aequalem mecum consensit, hacque sententia lata manifesto concessit librum eiusdem contrariam opinionem haud semel asserentis re vera hominis esse mendacis.*

Vita abbatum Acaunensium, cuius de auctoritate et aetate nemo ante me dubitaverat, aeque ac V. Severini conficta aliaeque vitae Burgundiacae, simulavit societatem quandam locum sanctum iam ante a. 515. *incoluisse, id quod olim statuebant*[8], *dum mea opinione*

1) *Cf. SS. rer. Merov. III, p.* 171 *sqq.* 2) *'La falsification des vies de saints Burgondes', 'Mélanges Julien Havet', Parisiis* 1895, *p.* 39—56. 3) *SS. rer. Merov. III, p.* 166. 4) *Cf. 'N. Arch.' XL, p.* 289. 5) *Dom Leclercq s. v. 'Agaune' in F. Cabrol, 'Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie', Parisiis* 1907, *tom. I, p.* 854 *sqq.* 6) *Marius Besson, 'La Vita abbatum Acaunensium et la critique récente, avec une note spéciale sur l'institution du Psalmisonum solemne à Saint-Maurice' ('Anzeiger f. Schweizerische Geschichte'* 1904, *XXXV. 'N. F.' IX, n.* 2, *p.* 267 *sqq.) = Idem, Monasterium Acaunense, Friburgi* 1913, *p.* 141 *sqq.* 7) *Anal. Bolland., Bruxellis* 1897, *XVI, p.* 86. 8) *Bollandus, Acta Sanctorum, Febr. II, p.* 545; *J. Gremaud, 'Origines et documents de l'abbaye de Saint-Maurice d'Agaune', Friburgi* 1858, *p.* 4; *Édouard Aubert, 'Trésor de l'abbaye de Saint-Maurice d'Agaune', Parisiis* 1872, *p.* 17.

in fontibus vetustissimis fideque dignis pertinacissime standum est, atque habemus testimonium Marii[1] *in eadem fere regione ad a.* 515. *haec scribentis:* His consulibus monasterium Acauno a Sigimundo constructum est. *Monasterium igitur illud a.* 515. *a Sigismundo constructum antea nullum fuisse necesse est eandemque opinionem testis oculatus confirmavit Avitus episcopus Viennensis. Is ipse sollemnitati praesidens 'in innovatione' monasterii Acaunensium die passionis martyrum, scilicet* 22. *Septembris, a.* 515. *homiliam*[2] *habuit, quae locis nonnullis deperditis ad nos pervenit, illamque 'innovationem' alibi 'institutionem'*[3] *dixit, cumque olim de significatione vocabuli dubitari posset*[4], *interim probatum est 'innovare' pro 'consecrare' accipiendum esse*[5], *atque Avitus ipse modo 'innovatio' scripsit modo 'dedicatio basilicae'*[6]. *Affatus est 'piissimum praesulem', scilicet Sigismundum, 'praesentis psalmisoni sollemnis' conditorem, qua re 'hodie' opera sua vicisset, operaque eius enumeravit ecclesias dotatas clericosque ditatos altariaque sumptibus eius structa; affatus est etiam monachos, qui 'nunc' ibidem habitaturi essent, mundo relicto, speravitque fore ut 'institutione tali' Gallia floresceret. Psallentium assiduum monachorum cohortibus egebat, quibus alternantibus officium divinum iugi servitio continuaretur*[7], *neque ante monasterium constructum de tali institutione cogitari poterat.*

Monachi igitur a. 515. *monasterium modo constructum ingressi sunt, quos decessores nullos habuisse necesse est, cum habitationes deessent, monasterio nondum constructo. Quod certe longe aliter fuisse maluit auctor Vitae abbatum Acaunensium (c.* 3*). Sigismundus apud eundem promiscui vulgi*[8] *commixtam habitationem tollendam curavit neque id sua sponte fecit, sed incitatus a Maximo episcopo Genavensi, immo mox habito consilio 'universitati' complacuit, ut omnes mulieres de loco eodem tollerentur et remotis familiis 'saecularibus' Dei inibi, hoc est 'monachorum', familia locaretur. Quae si vera essent, Sigismundus monasterium Acaunense minime construxisset, sed totum ipsius meritum in eo verteretur, quod episcopi Genavensis consilio dicto audiens fuisset, locusque solum habitatores mutasset, monachis succedentibus in locum saecularium. E duplici quem auctor Vitae distinxit familiarum ordine prior cum mulieribus licentius vixerat, quem loco sancto habitantem ecclesiastico cuidam regimini subditum fuisse Bollandus divinaverat, ipsumque cum altero monachorum*[9] *comparans auctor despexit similique modo clericatum adeo despexit, ut eo abiecto Ambrosium abbatem 'maturiori sensu' monachum factum esse contenderit (c.* 8*); postea vero canonicos a Ludowico Pio rege Francorum introductos esse, expulsis 'monachis nephanda et miserabili sorde pollutis', falsarii domestici scripserunt*[10].

Ad suam opinionem auctor Vitae abbatum Acaunensium facile adduci poterat vocabulum quo Avitus utitur 'innovatio' temere pro 'reformatione' accipiens, eodemque errore

1) *Auct. antiq. XI, p.* 234. 2) *Ib. VI, p.* 145 *sq.* 3) *Ib. p.* 133. 4) *SS. rer. Merov. III, p.* 24. 5) *Concil. Aurel. a.* 511, *c.* 10 *(MG. Concilia I, p.* 5*)*: et ecclesias *(Gothorum)* simili, quo nostrae innovari solent, placuit ordine consecrari. *Cf. M. Besson, Monast. Acaun. p.* 90. 6) *Auct. antiq. VI,* 142, 17: innovatio aedis *et in praescriptione* in dedicatione superioris basilicae. 7) *Charta Chlodovei II. monasterio S. Dionysii a.* 654. *data (Pertz, Dipl. I, p.* 20; *J. Havet, 'Oeuvres' I, p.* 238 *sq.)*: eo scilecit ordene, ut sicut tempore domni et genetoris nostri ibidem psallencius per turmas fuit instetutus, vel sicut ad monasthirium sancti Mauricii Agaunis die noctoque tenetur, ita in loco ipso celebretur. 8) *Id 'pastoris sive abbatis regimini' subditum fuisse opinatus Bollandus l. c. p.* 545, *concessit non facile statuendum esse, 'quale antea illic monasterium fuerit'.* 9) *Saecularia monasteria regularibus, scilicet monachorum, opposuit auctor V. Eligii I,* 21; *cf. SS. rer. Merov. IV, p.* 647. 10) *Bullam Eugenii II. papae nomine confictam ediderunt Gremaud l. l. p.* 34; *Aubert l. l. p.* 211; *cf. Jaffé n.* 2567[2].

E. Egli[1] *nuper deceptus est, dum de vera huius vocabuli significatione, cuius supra memini, dubitari iam non licet. Sublato autem opere regio, novus ordo rerum ad consilium universitatis, nisi fallor, cum aliorum tum episcoporum relatus itaque stirpi regiae monasterium regium fere extortum est. Primum igitur abbatem a nescio quo electum esse auctor V. abbatum Acaunensium voluit, qui a nullo institutus esse potest nisi a Sigismundo, id quod vel pars adversa concesserat*[2].

Sigismundum 'a fundamentis' coenobium Acaunense construxisse ibique monachos congregasse, qui regulariter viverent quique per turmas dispositi iuge psallentium 'in tabernaculis iustorum' continuarent, etiam auctor Chronici S. Mauricii Acaunensis[3] *testatur idemque addidit* 40 *episcopos totque comites consentientes institutionem regis 'firmasse', quam ob rem 'suos decretos' conscribendos curarissent. Re vera iussu Sigismundi institutio monasterii Acaunensis ab Avito ceterisque episcopis firmata est eodemque modo Fredegarius IV,* 1, *rettulit etiam monasterii S. Marcelli institutionem a.* 584. *a Gunthramno rege per synodum* 40 *episcoporum firmatam esse, qui illud construxisset rebusque plurimis ditasset. Auctor vero Vitae abbatum Acaunensium ea quidem occasione (c. 7) Sigismundi nomen silentio omnino praeteriit coetuique episcoporum totum honorem attribuit, qui regulam institutam primo abbati tradidissent, quae iussu principis eis tantum firmanda erat. Sigismundus autem monasterium Acaunense anno ante construxit, quam Gundobadus pater eius obiit*[4].

Hanc monasterii Acaunensis constructionem regiam auctor Vitae abbatum supprimere maluit, vera originum monasterii illius traditione etiamtunc ibi vigente, cum Chronicon quod dixi compositum est, atque veri simillimum est cum fabulas illas, quas in Vita abbatum legimus, tum Maximi episcopi Genavensis merita eo tempore nondum a monachis congregationis illius inventa esse.

Sigismundus 'iam honore patriciatus accinctus' erat, cum Maximus episcopus Genavensis devotionem eius incitabat, eoque honore antiquitatem auctoris tueri conati sunt[5], *nam Avitus quoque patricii Sigismundi meminit in epistula ad papam Constantinopolitanum missa*[6], *antequam ille a.* 516. *rex levatus est. Interim 'patriciatus honor'*[7] *Burgundionibus tam familiaris erat, ut quem regem Burgundiae Gregorius*[8] *appellaverat, Chilpericum potius 'patricium' etiam auctor V. Lupicini*[9] *dixerit item falsarius, atque participium quod additum est 'accinctus' magis cum formulis posterioris aevi consentit*[10] *quam cum Cassiodoro*[11]. *Cum Gregorio autem auctor Vitae abbatum (c. 4) de abbatis 'monarchia' locutus est, cuius sermonis exemplum non reperio nisi in eiusdem Vita Patrum I,* 2, *de sanctis Romano atque Lupicino abbatibus, scilicet de abbatibus illis vicinorum monasteriorum Burgundiacis, qui multo post novum biographum*[12] *sortiti*

1) *E. Egli, 'Kirchengeschichte der Schweiz' ('Theologische Zeitschr. aus der Schweiz', Turigi* 1892, *IX, p.* 84). 2) *M. Besson, 'Antiquités du Valais', Friburgi* 1910, *p.* 75: *'L'homme à qui le* p r i n c e *confia le gouvernement de la nouvelle communauté fut Hymnemode'.* 3) *J. Gremaud l. c. p.* 25; *E. Aubert l. c. p.* 207. 4) *Auct. antiq. XI, p.* 234. 5) *Marius Besson l. c. p.* 276. 6) *Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 43, *ed. Peiper.* 7) *Ita Greg. Turon., H. Fr. IV,* 24. *'Carta de patriciatu' extat inter Formulas Marculfi I,* 8. 8) *Greg., V. Patr. I,* 5. 9) *V. Lupicini c.* 10, *SS. rer. Merov. III, p.* 149. 10) *Cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXXIII, p.* 749, *n.* 1. 11) *Cassiodori Variae VI,* 2, *p.* 175, 15 cinctus, *p.* 175, 22 praecinctus. 12) *Auctor* V i t a e P a t r u m I u r e n s i u m R o m a n i, L u p i c i n i, E u g e n d i *(SS. rer. Merov. III, p.* 131 *sqq.) suo tempore, scilicet saec. IX. in., Gallicam linguam adeo in ipsa Gallia oblitteratam repperit, ut nomen Isarnodorum ex lingua Germanica interpretatus (V. Eugendi c.* 2, *p.* 154) *hanc eandem atque Gallicam esse crediderit, gaudeoque, quod inter tot adversarios meos vel d'Arbois de Jubainville, 'Revue Celtique'* (1897)

sunt, falsarium quem dixi, verbaque Gregorii (p. 665, 7): Lupicinus tamen abbatis super eos obtenuit monarchiam, re vera ab eodem profecta esse neque vice versa auctorem Vitae abbatum priorem esse inde colligitur, quod idem eadem Chron. Hieron. expilans iam in rebus gestis Iulii Caesaris describendis adhibuerat[1], cui procul dubio melius conveniunt quam abbati. Quod si concesseris, etiam alia verba cum eodem fonte congruentia, quae in adnotatis ad c. 3. attuli, alicuius momenti esse videntur. Aequalis vero si fuisset, auctor Vitae abbatum Acaunensium Gregorium nostrum saec. VI. ex. librum suum componentem melius ignorasset. Idem vocabulum singulare festinus (p. 330, 17) e Sidonii epistula VII, 17, deprompsisse videtur.

Memorabile autem est Maximum quidem episcopum Genavensem in Vita abbatum commemorari, apud quem 'de institutione Acaunensium' reversus[2] Avitus in dedicatione ecclesiae Genavensis aliam homiliam dixit, ipsum vero celeberrimum metropolitanum Viennensem alto silentio premi itemque episcopum civitatis Vallensium, id est Octodorensem seu Sedunensem[3], absque cuius consensu monachi ad exemptionem dioecesanam pervenire non potuissent, atque in chartis confictis potestas eiusdem constanter sublata est[4]. Certe monasterium SS. Acaunensium una cum Lerinensium, Luxoviensium et S. Marcelli Cabillonensi iuxta constitutionem pontificum per regalem sanctionem plenissimo libertatis privilegio fruebatur[5], quod aliis monasteriis exemplo erat.

Episcopum vero dioecesanum libertatem concessam monachis invidisse ex chartis falsis concludi licet eaque re ad fraudes faciendas iidem coacti sunt. Discordiae illae iam a. 565. causa cruentae pugnae inter Agricolam episcopum et monachos factae sunt, qui iracundiae spiritu incitati noctis tempore et episcopum 'suum' cum clero et cives occidere nitebantur, domo ecclesiae effracta[6]. Willicharius abbas idemque episcopus Sedunensis erat, unde a. 762. concilio Attiniacensi 'Williharius episcopus de monasterio sancti Maurici' subscripsit[7], isque ex archiepiscopo Viennensi ad illum gradum descenderat. Eius successores in Chronico monasterii S. Mauricii episcopi et abbates appellantur[8] ultimusque Heyminus 'novissime' a fratribus electus est post Caroli M. aevum, c. a. 830, ut opinantur. Fratres igitur episcopum dioecesanum abbatem suum iam eligebant, quem iussi erant, omnique cura eis providendum erat, ut liberam abbatis electionem recupera-

XVIII, p. 108, argumentationi meae assensum praebuit, scilicet talia auctori aequali attribui non posse, sed esse aevi Carolingici. Alterum eiusdem falsae vel potius ridiculae doctrinae exemplum in praefatione mea p. 127. attuleram. Immo diu ante nos praeter Quesnellum et Papebrochium, quos ibidem citaveram, auctores Galliae christianae tom. XII, p. 778, monacho Condatiscensi, qui iussu Iohannis et Armentarii monachorum Acaunensium Vitas trium abbatum Iurensium saec. VI. in. descripsisse voluit, auctoritatem detraxerunt, veri simile minime esse rati, instituta monasterii Acaunensis litteris mandanda ab abbate quodam Lerinensi monacho illi Condatiscensi commissa esse (V. Eugendi c. 26, p. 166), qui id minus calluisset ipsis Acaunensibus. Sane auctor ille mendax magnam monasterii Acaunensis famam detrectans proprium eo pluris aestimatum iri voluit, haec de suo patrono scribens (V. Romani c. 1, p. 131): beatissimum Romanum — — professioni vestrae (scilicet monachorum Acaunensium) monachorumque exercitui proferam sancta emulatione sectandum.

1) Greg., H. Fr. I, 18: Post hos imperator primus Iulius Caesar fuit, qui tutius imperii obtenuit monarchiam. 2) Auct. antiq. VI, p. 133. 3) Notitia Galliarum, Auct. antiq. IX, 601. 4) E. gr. bulla Eugenii I, J. Gremaud, 'Origines et documents de l'abbaye de Saint-Maurice d'Agaune', Friburgi 1858, p. 29; Aubert l. c. p. 209: Valentiam pro Valesiam; item bulla Adriani I, Gremaud p. 30, Aubert p. 210. 5) Dagoberti I. privilegium Resbacense a. 635/6; Pertz, Dipl. I, p. 17. Cf. Krusch, Ionae Vitae Columbani p. 45. 6) Marius, Auct. antiq. XI, p. 237. 7) MG. Concilia II, p. 73. 8) Gremaud l. l. p. 27; Aubert l. c. p. 208.

rent, quae eis conveniebat. Confinxerunt igitur bullam Eugenii I. papae[1]*, ad quam non semel in Chronico illo appellatum est, ne institutio Sigismundi infringeretur neve abbas monachis absque ipsorum electione imponeretur, eaque bulla quamvis falsa monasterium Acaunense sedi apostolicae subdidit potestate episcopali omnino sublata neque monachi episcopum ulterius tolerare debebant:* illum qui civitatem Valentiam *(lege* Valesiam*)* nunc habere dinoscitur vel fuerit in postea adquisiturus.

Oblitterato episcopo Sedunensi auctor Vitae abbatum Acaunensium jus eligendi abbates tam pertinaciter persecutus est quam auctor Chronici, ita ut loci congrui de primo abbate sibi opponi possint:

Chronicon.	*Vita abb. Acaun.*
Institucio sancti Sigismundi regis. Electio sancti Ynnemodi primi abbatis monasterii Agaunensium vel ordo monachorum sub regula degentium et officium psallendi die ac nocte supplentium,	*c.* 2. ad institutionem Acaunensis monasterii. *c.* 3. cum Sigismundus — — qui die noctuque sub norma regulari divinis operibus et officiis insisterent. *c.* 4. Pertractatis ergo, qui potissimum de abbatibus monarchiam ipsius actionis assumeret, vir electione dignissimus Imnemodus — —. *c.* 7. Psallendi interim vel subsistendi regula instituta sancto Imnemodo — — traditur,

atque auctorem Chronici ex Vita pendere crediderunt, sed saeculares mulieresque ex hoc fonte minime ille deprompsit locumque Scripturae sacrae, Rom. 13, 12: Abiciamus ergo opera tenebrarum *fere ad verbum describens:* abiciens opera tenebrarum *ad ipsius Sigismundi animi commutationem rettulit, dum in Vita verba:* exclusisque actionibus tenebrarum *ad vulgus illud spectant, quod auctor ipse confinxerat. Idem 'congregationis electionem' eo lucidius expressit in Ambrosio (c.* 8*), immo electum esse aut electione divina successisse addidit utrumque et Achivum (c.* 9*) et Tranquillum (c.* 10*), de quibus utrisque auctor Chronici etiamtunc omnino nihil referre poterat, atque in hoc abbate proprium propositum suum ipse transgressus est.*

Praefatus enim erat se trium abbatum Ymnemodi, Ambrosii, Achivi vitam descripturum esse una cum institutione monasterii Acaunensis, unde probatur eum de Tranquillo tunc nondum cogitasse: Cum vero ad eundem (c. 10*) eodem fere modo transierit atque ad Ambrosium (c.* 8*), olim conclusi etiam vetustiorem illam collectionem poeticam alterius partis ab auctore ipso adiectam esse propositum suum in Tranquillum extendente. Adversarius vero meus de antiquitate prioris partis non dubitans, quam discipulo cuidam Achivi abbatis attribuere maluit, auctorem negavit de quarto abbate Tranquillo disseruisse, sed alteram partem a librario quodam posteriore cum Vita primigenia coniunctam esse voluit, argumentum meum alto silentio praeteriens*[2].

Interim novo codice reperto facile probari poterat auctorem re vera de Tranquillo abbate disseruisse, versusque duo, propter quos alteram partem auctori priori attribui, eidem iam certo certius vindicantur mirorque, quomodo argumento meo adhuc omnis auctoritas abrogari potuerit[3]*, praesertim cum finem huius recensionis post me iterandum curaverint. Quin immo biographus non ignoravit eundem Tranquillum postmodum irreprehensibiliter hoc ipsum monasterium SS. Acaunensium rexisse, quibus verbis doxologiam addens librum suum conclusit. Hac clausula deleta, alter librarius Tranquilli inscriptione sepulchrali usus vitam quarti abbatis aliquo modo ampliavit, cum Vitam*

1) *Jaffé n.* 2084[2]*; ed. Gremaud l. l. p.* 28 *sq.; Aubert l. c. p.* 208. 2) *Cf. 'N. Arch.' XXX, p.* 199 *sq.* 3) *M. Besson, Monasterium Acaunense p.* 158*, n.* 1.

trium abbatum praecedentem non tetigerit nisi raro, sermonem locis nonnullis immutans, inscriptiones vero sepulchrales illorum eo ordine in calce (c. 11—13) collocavit, quo olim scripseram, atque ignoramus, quare eas suis locis non inseruerit. Pars igitur poetica quamvis vetustior sit, tamen alterius manu ad librum primigenium accessit, sed principium c. 10. ad Tranquillum spectans a priore parte minime distinguendum est, inopi rerum ingeniique, quam nullam fidem mereri propter ipsam institutionem monasterii omnino confictam supra exposui, atque adhuc quodam modo mirari licet, qua ratione biographus obstante prologo propositum suum in Tranquillum extenderit.

Monasterium Acaunense a Sigismundo 'cum domibus basilicisque' sollerti causa aedificatum esse etiam Gregorius Turonensis, H. Fr. III. 5, tradidit, sed illud factum esse voluit ab eo rege iam levato (a. 516), immo psallentium institutum[1] *post Segerici filii parricidium a. 522. collocavit, falsa argumentandi ratione seductus. Auctor igitur Vitae abbatum Acaunensium constructionem monasterii solus praetermisit, nec ei in tanta aut caecitate aut calliditate patricii titulus Sigismundo attributus commodo esse potest, qui multo graviorem errorem commisisset, quam quem emendasse visus esset. Num auctor quidam vetus infelici regi tantum honorem eripere ausus esset, ut utilitati domesticae consuleret?*

Discrepantibus igitur Avito, Mario, Gregorio cum monumentis Acaunensibus Chronico S. Mauricii saec. IX. maior fides habenda est quam Vitae abbatum Acaunensium procul dubio recentiori, caveque, ne origines celeberrimi monasterii ad hunc auctorem enarres quam maxime suspectum. Altera vero huius fontis pars, quam auctor posterior post primos c. 10. versus addidit, titulos sepulchrales summae auctoritatis exhibet, etsi in his quoque difficultas quaedam latet haud facile solvenda. Psallentium enim assiduum, quod Imnemodum abbatem paulo post monasterii innovationem die 3. Ianuarii a. 516. defunctum exemplo suo adiuvisse epitaphium eius (c. 11) testatur, ad insequens Ambrosii epitaphium (c. 12) hoc abbate inceperat, cui distincte 'prima abbatis nomine palma' attribuitur. Cum iuge psallentium in ipsa innovatione monasterii institutum esse Avitus rettulerit, de interpolatione cogitandum erat, cumque versus Ambrosii integri ad nos pervenerint, mendum epitaphio Imnemodi inesse necesse erat, cuius nomen falsa etymologia ad cantum ecclesiasticum facile referri poterat. Interim vero pauca huius inscriptionis fragmenta eruta sunt haecce[2]*:*

[reli]CTOL [r seculi presbiter sanctus]
[Hymnemo] ƆDVSAB[ba sanctorum exempla secutus,]
[laudabilis vi] TAAΓ [d laudem omnes invitans],

quibus Imnemodi abbatis dignitas confirmatur, ita ut coniectura mea iam stare nequeat. Discrepantiam autem ita interpretati sunt, quasi brevem Imnemodi gubernationem gloria Ambrosii abbatis superavisset[3]*, quique 'meruisset primam abbatis nomine palmam', is minime esse debuisset primus abbas.*

Ex tribus abbatibus solius Ambrosii memoriam codices Flori B E T servaverunt[4] *die 4. Non. Nov.:* Sancti Ambrosii abbatis monasterii Agaunensis, qui prius apud Lugdunum monasterii insulae Barbarae pater et magnis vitae atque sanctitatis virtutibus clarus, cum illuc ob egregiae religionis normam translatus fuisset, beato

1) *Cf. Greg., Gl. Mart. c.* 74. 2) *Fragmenta repperit Bourbon; cf. M. Besson, 'Antiquités du Valais', Friburgi* 1910, *p.* 74 *et tab. XXXII; idem, Monasterium Acaunense, Friburgi* 1913, *p.* 152. 3) *E. Egli, 'Christl. Inschrift. der Schweiz' ('Mitth. der antiquarischen Gesellsch. f. vaterländische Alterthümer', Turigi* 1895, *tom. XXIV, p.* 10*); A. Poncelet, Anal. Bolland., Bruxellis* 1897, *XVI, p.* 86. 4) *H. Quentin, 'Les Martyrologes historiques du moyen âge', Parisiis* 1908, *p.* 371*; cf. p.* 384.

fine requievit, *quae scripta esse videntur c.* 840—860. *Cum haec olim ex Vita abbatum Acaunensium pendere credidissem, H. Quentin necessitudinem quandam inter utrumque fontem intercedere negavit, de traditione locali cogitans, et certe magnas virtutes causamque promotionis 'ob egregiae religionis normam' auctor Martyrologii ex Vita depromere non poterat. Quod si concesseris, traditio illa domestica tunc nondum fabularum mole adaucta erat, quae studio auctoris Vitae abbatum Acaunensium accesserit.*

Priorem huius libri recensionem, quam W. Levison et repperit et contulit, continet

A) codex L o n d i n i e n s i s *scholae iuris peritorum, quae Gray's Inn appellatur, n.* 3, *fol.* 165, *deficientibus fol.* 3—6, *saec. XII. ex., si scripturam Londinii constitutus recte distinxerim, quam W. Stubbs*[1] *saeculum XII. 'fortasse' quinquaginta annis superare maluit*[2], *cumque Vitae sanctorum Britannicorum complures insint et sermone Anglico saec. XVII. ex. nonnulla fol. 40'. margini adiecta sint, librum origine Britannicum esse conicere licet. Insunt cum alia tum haec ad propositum nostrum spectantia:*

fol. 14'—16'. *V. Albini episcopi Andegavensis auctore Fortunato una cum prologo, quem praeterea non repperi nisi in codice Escorialensi*[3],

fol. 16'—17'. *Miracula eiusdem sancti, quae Vitam in eodem codice excipiunt desinuntque in eisdem verbis:* semiusto pede,

fol. 45—46. *V. Sigismundi regis et martyris textus parum accurate descriptus, qui ad classem nostram A 2 pertinet,*

fol. 46—47'. Die quo supra, *scilicet Kal. Mai., Vita abbatum Acaunensium,*

fol. 57'—58'. *Passionis Floriani textus A 2b similis*[4].

Hunc Vitae abbatum Acaunensium textum cum vulgato conferenti mihi, scilicet cum codicibus

B 1) V e s o n t i o n e n s i *ecclesiae S. Iohannis vel potius apographo deperditi Bruxellensi n.* 8287—90, *saec. XVII, fol.* 89 *sqq.,*

B 2a) T r e v e r i c o *S. Martini vel potius apographo deperditi Bruxellensi n.* 8930—1, *saec. XVII, fol.* 47—53',

B 2b) T r e v e r i c o *bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1376, *Num. Loc.* 141 *(antea n.* 578 *et* 394*), in monasterio S. Mathiae extra pomoerium a.* 1509/10. *exarato, fol.* 33—37, *vestigia vetustioris sermonis sese obtulerunt haecce:*

p. 330, 19. tunc t e m p o r i s] *A (cf. l.* 27: post multum t e m p o r i s); eo tempore *B,*

p. 331, 12. m i t t e n s *(A;* misit *B)* in os puellae, statim locuta est] *participium* mittens *ad Innemodum spectans B emendavit,*

p. 331, 22. et *(A;* ut *B)* — nitor habitantium remearet, exclusisque actionibus t., dies perpetuus h a b i t a r e t u r *(A;* haberetur *B)] A scripsit* et *pro 'ut' sicut Willibaldus (V. Bonifatii ed. W. Levison p. XVII) et fortasse deponens* habitaretur *pro activo,*

p. 332, 5. hostis i n s i d i a *(A;* invidia *B)] numerus singularis codicis A cum Gregorio, V. Patr. I,* 2, *convenit:* insidia daemonis,

p. 332, 8. sub n o r m a r e g u l a r i divinis operibus et officiis insisterent] *A;* caelestia imitanter cantionibus divinis insisterent *B; etiam in V. Geretrudis c.* 6. *lectionem vetustiorem A:* sub sanctae regulae normam *interpolator posterior B sustulit, scribens:* sub sancta regula; *cf. V. Iohannis Reom. c.* 3: regularis materie normam,

1) *W. Stubbs, 'Memorials of Saint Dunstan', Londinii* 1874, *p. XLI.* 2) *Etiam W. Levison sodalis meus codicem saec. XI/XII. attribuit, Vitae Bonifatii p. XXVI; SS. rer. Merov. V,* 617. 3) *Auct. antiq. IV,* 2, *p. XIII.* 4) *Cf. 'N. Arch.' XXVIII, p.* 386 *sqq.*

p. 333, 4. illum semper secum unanimem *(A;* supparem *B)* habuerunt] *cf. p.* 334, 25: cum sancto — unanimem dilectionem habuerit,

p. 333, 16. caeli serenitas est reducta] *A;* claritas caeli cum clementia aurarum reducta est *B, sed cf. supra l.* 13: caeli serenitas *A,* caeli serenitate sub divo *B,*

p. 335, 12. aptare habes] *A (pro futuro, cf. Thielmann, 'Archiv f. lat. Lexikogr.' II, p.* 48 *sqq.);* aptabis *B.*

Neque vero textus A omnibus numeris praestare videtur atque ingenue fateor in libro recensendo me haud raro haesisse. Exemplar enim unicum non solum hiat omittens p. 334, 22. *verba* humanitas et arta abstinendi, *p.* 335, 23. conpatiebatur tristantibus, *p.* 335, 28. *post* permanebat *verba* cuius — permanens, *sed etiam interpolatum est, addens p.* 335, 8. *post* post paucum temporis *vocabulum* spatium, *quod collato loco simili p.* 330, 27: post multum temporis *eliminatur, atque manifestis mendis laborare videtur, veluti*

p. 330, 24. gradibus religionis] *B;* gr. religiosus *A;*

p. 335, 13. devotus] *B;* deo *A;*

p. 335, 15. praecellentem] *B;* praecedentem *A;*

nonnulla quoque quae ibi aliis verbis expressa sunt atque in B magis brevitatis studium indicare mihi videntur quam maiorem fidem:

p. 332, 5. 334, 14. universis] *A;* universitate *B;*

p. 332, 17. Beatus autem Achivus] *A;* Qui sitiens opus, quod nunc Acauno regitur *B, ubi* opus *ad auctorem primigenium redire mihi videtur (cf. p.* 332, 10. 12. 24*). Cum vero fines bonorum et malorum subsidiis deficientibus difficillime discernendi sint, ab exemplari A non recessi nisi raro.*

Etiam ratio scribendi utriusque classis passim inter se differt, sed inter se comparatis hisce lectionibus recensionem B fere praeferendam esse duxi alteri. Dum enim in A formae legibus grammaticae obsecundant, in B et inprimis in B 2a. b dativus tertiae declinationis per e *frequenter scribitur pro* i, o *et* u *in secunda et tertia declinatione permutantur,* Ad *legitur pro* At, matrisfamilias *pro* materfamilias. *Specimina degenerati litterarum status in A talia qualia sunt* attrocitatem, nichil, illecębram *pro* inlecebram *supprimere malui quam adnotatis inferre. Discrepantiam lectionum variantium codicum B plenam iterare nolui, sed inprimis classium consensum curavi neque formas barbaras singulorum codicum neglexi.*

B. Krusch.

VITA SANCTORUM ABBATUM ACAUNENSIUM[a].

Beatorum virorum sanctae conversationis imitandam memoriam quamvis opinio meritis vivificata succedentibus populis semper insinuet, tamen, ne per longas temporum lineas, confusis fabulis, certum tramitem videatur omittere, necessarium est veritatem litteris adsignare[b], ut hii[c], qui calore fidei et sanctitatis amore accensi, pectora sua sermocinatione cupiunt satiari[d], non inanem aerem de nebulosa caligine, sed verum imbrem hauriant sitientes. Quam ob rem vitam sanctorum abba-

Prolog. A. (B 1. 2*a. b).*

Prolog. a) *ita constanter pr. m. B* 1; Ag. *rell.;* Hymnemodi et Achivi atque Ambrosii *add. A, ordine turbato.* b) *ita A;* adsignari *B.* c) *corr.* hi *A.* d) satiare *B* 2*a.*

tum[a] Ymnemodi[b], Ambrosii et Achivi, qui suscipiendae[c,1] congregatione[d] Acaunensis monasterii eximie praefuerunt, vel qualiter ipsum monasterium fuerit institutum, piae caritatis recordatione suadente, unigeniti verbi Dei[e] ac domini nostri Iesu Christi opitulante suffragio, stili famulantis officio huic paginae credidi inserenda[f]. Neque enim vereor fructuosam fidem eorum, quam in timore Dei miro semper exercuerunt affectu, sermone inculto[g] describere, quia, quicquid de eorum laudibus dictio obscura celaverit, id, fulgentibus actuum meritis, relatio inlustrata clarificat.

1.[a] Sanctus igitur Ymnemodus natione quidem barbarus, sed morum benignitate modestus, ita inmunis ab omni feritate beneficio[b] divinitatis effectus est, ut sub habitu seculari iugum Christi blanda clementiae libertate portaret. Hic dum in aula regali sedulus famulator regiae potestati adsisteret, hoc[c] tota mentis integritate custodiebat, ut commissum ministerium adimpleret[d]: militiam Christi
Matth. 22,21. intra hospitium pectoris fideliter exercebat, reddebat iuxta Salvatoris praeceptum, quae Dei erant Deo; regi quoque inoffense debitum servitii exhibebat. Nam cum, fervente spiritu, perfectae religionis intrinsecus maturasset consilium, mundanis spretis inlecebris et pompa tumentium potestatum dispecta, festinus monasterium Grenencense[2] expetiit. Quem cum vidisset vir venerabilis abba Caelestius[e], qui ipsi monasterio tunc[f] temporis praeerat, cum omni congregatione attonitus, in monasterii coenobio propter officium ei a rege traditum interim eum suscipere non audebat. Ad[g] ubi obstinationem abbatis sanctus Imnemodus[h] supplicando superare non valuit, ad quandam speluncam paulisper secessit[i]; illic detonsis capillis capitis sui, omni in Deum cogitatione iactata, ad monasterium quod expetierat rediit, sicque susceptus et sanctae congregatione[k] adiunctus, gradibus religionis[l] cum omni caritate et virtutis[m] humilitate proficiebat. Quantumque regis minaces insidiae procedebant, tantum[n] in Christi servitio acrius excellebat, adeo ut non post multum temporis, sancto Caelestio abbate de hoc saeculo ad Christum migrante, ipse, Deo favente, ex totius congregationis consensu, fratrum supplicationibus vix coactus, abba loco[o] eius succederet. Quod officium ita Deo et hominibus carus longo tempore cum omni strenuitate implevit, ut et numero monachus[p] et profectibus augmentaret.

Prolog. Cap. 1. *A. (B* 1. 2*a. b).*

Prolog. a) Agaunensium *add. A.* b) *ita A;* Hymn. *vel* Himn. *B, ut infra.* c) *ita codd.* d) *ita (?) pr. m. A;* congregationi *B.* e) *ita A;* Domini (h)ac dei *B.* f) *ita A:* inserendam *B.* g) incultu (?) *pr. m. B* 1. 2*a.*

Cap. 1. a) *capita non distincta sunt A; numeri des. B* 2*b.* b) beneficia *B* 2*a (pr. m.).* c) hac t. m. i. *(om.* cust., ut*)* c. sibi m. *B.* d) et *in litura add. A; om. B.* e) Celestius *A (cf. l.* 27*).* f) *ita recte A (cf. l.* 27*);* eo tempore *B.* g) *ita pr. m. B* 1. 2*a;* At *rell.* h) *ita A;* Hy(i)mn. *B, ut infra.* i) et *add. A.* k) *ita B* 2*a (pr. m.). b;* congregationi *rell.; v. p.* 330, 1. l) religiosus *A.* m) humilitatis virtute (iustitiae *B* 2*a*) *B.* n) ille *add. B.* o) lo(co *in litura*) *A.* p) *ita pr. m. B* 2*a;* monachos *rell.*

1) Suspiciendae *olim scripseram, sed lectio tradita fortasse servari potest, si* suscipere *pro 'recipere' acceperis, sicut infra l.* 20. 24. 2) *Grinincensium patrum statuta magni aestimabantur a Sidonio, ep. VII,* 17: fluctuantemque regulam fratrum destitutorum secundum statuta Lirinensium patrum vel Grinincensium festinus informa, *qui locus auctori Vitae ante oculos fuisse videtur* festinus *(supra l.* 17*) iteranti, monasteriaque eorum erant plura (Aviti ep.* 74*, Auct. antiq. VI,* 2*, p.* 91*), e quibus S. Ferreoli basilica ibi sita erat, ubi hodie extat Sainte-Colombe (cant. Vienne); cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 425.

2. Quae vero per eum gratia Spiritus[a] sancti egerit, praecipue intimare curavi. Cum quidam adolescens de primoribus iam mortis vicinitate concluderetur, rogatus a parentibus eius, ut eundem visitaret, sed[b] sanctus Imnemodus[c] diutissime recusavit, tandem fletibus eorum conpulsus ad egrum ire non distulit. Ad[d] ubi venit, oratione facta et oleo sancto accepto, dedit adolescenti: statim et adolescens sanitatem, et parentes eius pro lacrimis gaudia receperunt. Quid vero sub[e] praesentia sancti Achivi Lugduno[f] fecerit, silere non convenit. Matrisfamilias[g] Siagria[h.1], ut domum illius benediceret, pulsavit[i.2]; quae habens[k] puellam mutam, obtulit sancto viro, ut curaretur ab eo; quo[l] tantae rei praesumptionem[m] recusante, tandem flebili supplicatione obtinuit, quod[n] devota supplicatione postulabat. Dumque[o] secundum fidem petentis Dei nomen[p] invocasset, accepit oleum sanctum, et digitis suis mittens[q] in os puellae[3], statim locuta est, quae[r] erat muta, operatusque[s] est dominus[t] Iesus Christus per servum suum sua (cf. Eccli. 48, 15) mirabilia, quique est cum Deo patre et cum Spiritu sancto mirabilis in sanctis (Ps. 67, 36) suis. Nunc[u] autem vertamus calamum ad institutionem Acaunensis monasterii.

3. Cum Sigismundus, Gundebadi regis filius, iam honorem[a] patriciatus[4] accinctus[b], Arrianae pravitatis perfidiam[c] abiecisset, fidem catholici[d] dogmatis consecutus, animum suum erga religionis studia intentissime[e] commodabat. Eo tempore Maximus Genavensis urbis antistes[5] omni sanctitate et puritate conspicuus cunctaeque industriae ac[f] strenuitate egregius, apud quem praedicatio divini sermonis vehementer pollebat, ad hanc devotionem Sigismundi praecordia incitavit, et[g.6] de loco illo, quem pretiosa morte Thebei martyres et effusione sanguinis in- (cf. Ps. 115, 15) cliti felicibus maculis rosea varietate ornaverant, promiscui vulgi commixta habitatio tolleretur, et illi[h], cui splendor vitae per passionis atrocitatem fuerat adquisitus, nitor habitantium remearet, exclusisque actionibus[7] tenebrarum, dies perpetuus habitaretur[i]: ita fore, ut, isdem[k] patrocinantibus, et regno et regni integritate

Capp. 2. 3. *A. (B* 1. *2a. b).*

Cap. 2. a) s. S. *B.* b) cum *B.* c) : imn., *ras.* h (?), *deinceps constanter A.* d) At *A.* e) supꝑsentia *A, corr.* f) *ita A;* Lugduni *B.* g) *ita B* 2*a (pr. m.). b (cf. Bonnet, 'Latin de Grégoire de Tours' p.* 361*);* Materfamilias *A. B* 1. h) Syagria *B.* i) *ita A;* postulavit *B.* k) habebat p. m. Hanc o. *B.* l) *ita B;* quac *A.* m) eo *versu ineunte suppl. A;* diutissime *add. B.* n) quod — postulabat *om. B.* o) que *om. B.* p) nomine invocato *B.* q) *ita A;* misit *B.* r) q. e. m. *om. B.* s) que *om. B.* t) p. s. s. d. I. Chr., qui cum Patre et s. Sp. facit mirabilia magna solus *(= Ps.* 135, 4*),* quique est mirabilis *B.* u) Sed nunc pedem calami ad i. praedicti A. m. vertam *B.*

Cap. 3. a) honore *B.* b) accintus *A.* c) a. p. et f. *B* 1. 2*a (e corr.);* a. et p. f. *B* 2*a (pr. m.). b.* d) catholice *B* 2*a (pr. m.). b.* e) intentissim(e *in litura) A.* f) ac strenuitat(is *m. al. in litura) A;* (ac *om.*) strenuitate *B.* g) *ita A;* ut *B.* h) *ita A. B* 2*a. b;* illic, ubi *B* 1 *(pr. m.).* i) haberetur *B.* k) hisdem *B.*

1) *Syagria ab Ennodio, V. Epifani* § 173 *(Auct. antiq. VII, p.* 106*) ut 'thesaurus ecclesiae' praedicatur, cuius* ex operibus agnoscatur, quae verba transcendunt. *Eandem etiam auctor Condatiscensis, aemulus Acaunensium (v. supra p.* 325*) ad proprium patronum celebrandum in V. Eugendi c.* 12, *p.* 159, *usurpavit.* 2) *Pulsare idem est atque rogare teste Cangio h. v.* 3) *Cf. supra p.* 273, *n.* 1. 4) *De patriciatu v. supra p.* 324. 5) *Maximus episcopus Genavensis creatus fortasse a.* 513 *(SS. rer. Merov. I, p.* 691, *n.* 5, *III, p.* 518*), a.* 515. *Genavae basilicam condiderat, ad quam dedicandam Avitus profectus est, revertens 'de institutione Acaunensium' basilicae; cf. Aviti homiliam, Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 133. *Haec est quae inter Maximum et Acaunum intercedit necessitudo.* 6) *Pro 'ut'; v. supra p.* 328. 7) *Chronicon. Acaun. saec. IX. in. (apud Gremaud l. l. p.* 25*):* abiciens opera tenebrarum; *cf. Rom.* 13, 12, *supra p.* 326.

tutissime potiretur, eo pacto, si cogitatio eius a pietate et iusticiae itinere minime deviaret, quia hos sancti tuentur, quos sciunt a bono ordine nullatenus declinare. Quod tamen cum omni habundantia et prosperitate habere promeruit et adhuc tempore longiore[a] habuerat, si non, exundantibus populorum delictis, antiqui hostis insidia[b·1] valuisset. Igitur, habito consilio[c·2], universitate[d] Dei instinctu conplacuit[e], ut omnes mulieres de loco eodem tollerentur, et remotis familiis secularibus, Dei inibi, hoc est monachorum, familia locaretur, qui die noctuque sub[f] norma regulari divinis operibus et officiis insisterent.

4. Pertractatis ergo, qui potissimum de abbatibus monarchiam[3] ipsius actionis[4] assumeret, vir[a] electione dignissimus Imnemodus, cui[b] opere[c], quamquam suum monasterium propter periculum congregationis sibi commissae nollet relinquere, nullatenus obviavit, tamen[d] ea conditione opus tam praecipuum se pollicitus[e] est esse suscepturum, si sibi vir sanctitate consimilis de Insula Barbara[5] abba Ambrosius iungeretur. Itaque arrepturus iter sanctissimum, cellam monasterii Grenencensis[6] vel congregationem sancto Achivo, qui de servitio vel de optutibus eius[f] nequaquam discesserat, eo quod locus eidem[g] deberetur, obtulit gubernandam, cuius actionem infra, prout[h] Dominus sermonem dederit, explicabo. Beatus autem Achivus hoc abbati suo dedit responsum: 'Nisi me[i] transitus de hac luce a te separaverit, numquam me a tuis obsequiis scias esse discessurum'. Quod audiens[k] sanctus Imnemodus, gratissimum habuit eius[l] bonam voluntatem.

5. Et valedicentes sanctae congregatione[a] seque eorum[b] orationibus commendantes, cum[c] aliquantis fratribus ex eodem monasterio viam agentes, sanctum Probum presbiterum, quem valde iam antea diligebant, quemque morum probitas et sanctitas[d] adornaverat, rogaverunt, ut cum eis ad tantum opus, Deo adiuvante,

Capp. 3—5. *A. (B* 1. *2a. b).*

Cap. 3. a) longiori habuisset *A.* b) invidia *B.* c) quod *add. B.* d) *ita B 2a (pr. m.). b;* universitati *B* 1; universis *A, ut infra p.* 334, 14. e) visum est *add. B.* f) noctuque caelestia imitanter *(ita B 2b et pr. m. B* 1. *2a)* cantionibus divinis (o. et off. *om.*) i. *B.*

Cap. 4. a) (vi *in litura*)r *A.* b) *ita A. B.* c) *ita B 2a (pr. m.). b;* operi *rell.* d) *om. B.* e) pollicens susc. *B.* f) *postea add. A.* g) ei *A.* h) sicut Dei verbum serm. d., e. Qui sitiens opus, quod nunc Acauno regitur, hoc a. s. respondit *B; cf. supra p.* 329. i) N. tr. separaret (separasset *B* 1), n. se de eius obsequio disc. *B.* k) *om. B.* l) h. Qui valefacta congr. *B.*

Cap. 5. a) *ita B* 1*;* congregationi *rell.* b) eius *B.* c) *m. al. in litura A.* d) sanctitatis conprobata eis *(ita B* 1; conprobata eius *B 2b;* conprobitatis *pr. m. B 2a)* mente aequaverat, r. *B, cui lectio primigenia quamvis turbata tamen inesse videtur.*

1) *Greg., V. Patr. I,* 1: Sed quoniam livor illius qui de caelo dilapsus est semper insidias humano generi consuevit intendere *et q. s., infra:* Sed quid invidia non cogat inimici? *et c.* 2: insidia daemonis. *Cf. Ephes.* 6, 11. 2) *Greg., V. Patr. I,* 2: mulierum quoque vel colloquia vel occursus valde vitabat, *ib. I,* 3: Tamen duodecim viri, habito consilio, — — reliquerunt locum. 3) *Greg., V. Patr. I,* 2: Lupicinus tamen abbatis super eos obtenuit monarchiam; *cf. supra p.* 324 *sq.* 4) *Homilia Aviti XXV (ed. Peiper p.* 146*):* sola erit requies sinceritas actionis, — — quibus occupatis actione felici omne peccandi tempus excluditur, — — renovet magis obitus quam terminet actionem. 5) *Hodie Ile-Barbe insula medio in Arare fl. sita prope Lugdunum; cf. Longnon l. l. p.* 199. 6) *Avitus Maximo episcopo scribens (Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 91*):* monasteriis, *inquit,* Grinescensibus occupatus aliquamdiu iam habitaculo civitatis absento, *quae monasteria falsarius noster hic ut supra c.* 1. *in unicum monasterium redegit vel in monasterii cellam.*

veniret, ut sicut animo ita et praesentia corporali coniuncti[1] pariter, Deo indesinenter gratias et laudes referrent. Ille vero cum summa gratulatione suscipiens[a] oblatam benedictionem eorum, plures tamen, praesertim inconparabiles viri Ursolus et Iustus abbates, qui illum semper secum unanimem[b] habuerunt, ne de eius aspectu devellerentur[c], amoris causa eum retinere[d] dissimulabant[2]. Idem et[e] sanctus Victorius[3] Gratianopolitanae[f] civitatis episcopus ingrate ferens, quod corpore ei absentaretur, blandis eum sermonibus liniebat, quem etiam postea occurrens ad[g] sanctorum basilicam multis precibus coram fratribus precabatur, ut deberet ęcclesiam[h] vel fratres, qui eum educaverant, visitare. Sed ille, inconcussa stabilitate cordis, de firmo proposito non discessit.

6. Interea dum sepe dictus abba Imnemodus cum[a] comitibus suis, quorum supra intexui mentionem, id est Achivo et Probo presbiteris, ad sanctorum basilicam adventaret et[b] in quodam loco[c], dum esset summa caeli serenitas, manerent, subito densissima pluvia funderetur, ac diversorii[d] locus non inveniretur sub tegmine[e], tum ille supra memoratos[f] comites adortatur[g], ut simul preces fundant ad Dominum. Cumque[h] orassent, ilico, remotis imbribus, caeli serenitas[i] est reducta.

7. Inter haec missum est Lugduno ad beatum Ambrosium[a] abbatem, uti regis devotio et sancti Imnemodi promissio[b] impleretur. Quod ubi cognovit civitas Lugdunensium, valde turbata est, eo quod tantus ac[c] talis vir de loco illo discederet. Sanctus vero Viventiolus[4] urbis illius[d] episcopus vel fratres, quos ipse abba regere videbatur, merore gravi perculsi sunt. Sed ille vir Deo plenus, ubi audivit, praecipuos viros Imnemodum et Achivum cum sancto Probo iam ad sanctorum basilicam praecessisse, omnibus morarum nexibus[e, 5] amputatis, velociter cum aliis abbatibus, sanctis viris Archadio[f] et Drabestione[g], cum[h] magno comitato[i] ad

Capp. 5—7. *A.* *(B* 1. 2*a. b).*

Cap. 5. a) suscepit *B.* b) *ita A (cf. supra p.* 329, *l.* 1*);* supparem *B.* c) *corr.* div. *A, et sic B* 1 *(pr. m.).* d) eum in veniendo diss. *B.* e) *om. B.* f) Gratiopolitanae *A.* g) *ita recte A (cf. l.* 12. *et V. Germani auct. Fortunato c.* 66: occurrunt ad ecclesiam*);* o. s. basilicae *B.* h) fr. vel eccl., quae eum educaverat (edocaverat *B* 2*a*), *B.*

Cap. 6. a) *om. A.* b) (et in *om.*) q. l. (d. e. *om.*) s. c. serenitate sub divo m. et subito *B.* c) *m. al. post* manerent *superscr. A.* d) dev. *pr. m. B* 1. e) tigmine *pr. m. B* 1. f) memoratus *B* 1. g) com. conpellavit, ut cum eodem D. precarentur. Cumque *B.* h) Cunque *A.* i) *ita recte A (cf. l.* 13*);* i., claritas caeli cum clementia aurarum reducta est *B.*

Cap. 7. a) a. A. *B.* b) promisso *pr. m. A.* c) et talis servus de *B.* d) eius *B.* e) *ita A;* retibus *B.* f) Arcadio *B* 1. g) Drabistione *B.* h) *om. B.* i) *ita pr. m. B* 1. 2*a;* comitatu *rell.*

1) *Cf. epitaphium Achivi, SS. rer. Meroving. III, p.* 181:

Semper quem blanda gaudio
Probo coniunxit caritas.

2) *Dissimulare apud scriptores sequioris aevi* 'cunctari' *et* 'neglegere' *significat (cf. Rönsch, 'Semasiologische Beiträge' III, p. 30), quod neutrum placet. Chiffletius pro* 'dehortari' *illud accepit, L. Traube pro* 'retinere'*; infra autem verbis* 'blandis sermonibus lenire' *elocutio circumscripta est, eandemque fere notionem (blandiri) Carpenterius (Ducange ed. Favre III, p. 143) verbo attribuit.* 3) *Victorius conciliis Epaonensi a.* 517. *et Lugdunensi inter a.* 516—523. *intererat, commerciumque epistularum extitit inter eum et Avitum imprimis de quaestionibus ecclesiasticis; cf. Auct. antiq. VI,* 2. 4) *Viventiolus e monachis Condatiscensibus ante a.* 517. *episcopus Lugdunensis factus erat; v. SS. rer. Merov. III, p.* 126. 5) *Cf. V. Lupi Trec. c.* 2 *(supra p.* 296, 6*):* cupiditatis nexibus.

sanctorum basilicam venit, sicque[a] iunctus[b] sanctis martiribus, mira caritatis gaudia[1] cunctis in congregatione eadem fratribus cumulavit. Psallendi interim vel subsistendi regula instituta sancto Imnemodo a coetu episcoporum, qui illic ad constituendum monasterium venerant, traditur, nec multum post ad Christum de hac luce migravit. De cuius sententiis vel aliquid relatio praesens digne suscipiet, nam hos, qui aliqua scintilla religionis accendebantur, seu quos secum habebat, sive quos ubique[c] forsitan repperisset, paterna omnes[d] pietate fovebat et monebat, ut[e] cum summa cautela ambulantes[f] proficerent, dicens ad[g] eos: 'Videtis, fratres, aliquos inordinate progredientes, qui etiam bene currentes impedire nituntur'; illos oportere magis caveri et corripi quam sectari.

8. Igitur post transitum sancti Imnemodi dispensatione divina et congregationis electione sanctus Ambrosius abba loco eius imponitur. Hic itaque in iuvenali[a] aetate, dum clericatus officio fungeretur, qualiter maturiori[b] sensu occulte monachi actos[c] impleverit, universitate[d] non habetur incognitum. Denique desiderio vitae monasterialis productus, contemplata vanitate seculi et dispecta, ad monasterium, propinquis nolentibus, ire[e] properavit, tantum animi sui obedientiam divinis praeceptis coaptans, ut tam abba quam universa congregatio stupore magno[f] detinerentur. Nam ita caritate[g] et iugi servitio se[h] subdiderat, ut omnes abbate[i] paene superstite illum[k] eligerent. Denique abba[l] loci illius cum obisset, loco eius in Insula Barbara ex voluntate Dei et praedestinatione[m] cum[n] electione congregationis abba est ordinatus. Nam cum inesset gratia prophetiae, erat tamen[o] in eo larga cum omni providentia tribuendi humanitas[p] et arta abstinendi constantia profusaque fraternae caritatis dilectio ac piae[q] disciplinae distinctio[r]; omnia enim[s] bona temporibus eius et monasterio Acaunensi et regno et regioni largitio divina concessit. Qualem[t] vero cum sancto Achivo vel Probo unanimem dilectionem habuerit, Dominus[u] inspector omnium solus novit, vel qualiter se omnibus exemplo praebebat, omnes, qui eius sanctam conversationem viderunt, noverunt. Ipse autem[v] inter alia ita fratres[w] commonebat, ut omnem ambitionem, quisquis monachus esse[x] vellet, aufugeret et inter virtutes ceteras humilitatem, caritatem et obedientiam sequeretur, illud[y] adiungens: 'Debemus persistere[z] vigiles in oratione vel in officio divino, et tam animo quam corpore vigilantes, exclusa a[a] nobis invidia et[b] rancore diaboli, et in omnibus[b] gratia augeatur et[c] ne quisquam ab officio sancto terrore periculi subtrahatur; sed omnia patienter sufferre[d]

Capp. 7. 8. *A.* (*B* 1. 2*a. b*).

Cap. 7. a) que *om. B.* b) *ita B;* s. viris iunctus *A.* c) que *om. B.* d) *om. B.* e) uti *B.* f) abulantes *A.* g) (ad eos *om.*): Videmus, *om.* fr. *B.*

Cap. 8. a) iuvenili *A. B* 2*b*; *cf. Versus de vita Probi* 26 (*SS. rer. Merov. III, p.* 182, 11): iuvenalibus annis *et V. Audomari c.* 8 (*ib. V, p.* 757, 11). b) seniori *B.* c) *ita pr. m. B* 1. 2*a* (?); actus *rell.* d) *ita pr. m. B* 2*a*; universitati *B* 1. 2*b*; universis *A.* e) *om. B.* f) st. miraculi tenerentur *B.* g) caritati *A.* h) servitio obtenuerat *B.* i) abbati *A, corr.* k) ipsum patrem elegerint *B, sine dubio recte, assentiente Floro* (*v. supra p.* 327, 41). l) D. abbate defuncto ipse abba loco eius *B.* m) *ita A. B* 2*a. b*; praedistinata *B* 1. n) congr. electione successit. Et quia inerat ei gr. *B.* o) erat etiam et l. *B.* p) h. et a. a. *om. A.* q) pia d. (disciplina *B* 2*b et pr. m. B* 2*a*) *B.* r) districtio *conieci* (*cf. p.* 335, 10). s) *om. B.* t) Qualiter *B.* u) omnibus debet esse (debitis se *B* 2*a. b*) exemplum *pro verbis* Dominus — noverunt *B.* v) vero *B.* w) iugiter *add. B, recte: cf. p.* 335, 28. x) v. e. *B.* y) (i. *om.*) adiciens *B.* z) D. certare officiis et tam a. *B.* a) *m. al. superscr. A;* a n. *om. B.* b) invidia in medio utilitates (utilitatis *B* 2*a. b*) exponere et adiumentus alteri ferre studio, officiis et operibus vel quolibet modo, ut inter fratres societatis semper *pro verbis* et — omnibus *B, fortasse recte.* c) (et *om.*) nec *B.* d) sufferri *B.*

1) *Ex epitaphio Achivi; v. p.* 333, *n.* 1.

vel adversa vel prospera[1]. Interea caritatis bonum teneri omnimodis praedicabat ab[a] omnibus. Quid multa? Assidua enim[b] sapientis viri instructio timorem Dei perfectum in cordibus construxit[c] monachorum.

9. Ipso itaque transeunte[a] ad Christum, sancto Achivo regendi monasterii merito locus[b] electus est, cuius vitam sanctissimam commemorare lacrimis paene piis impedior, sed inter caros gemitus[c], quantum valeo, explicare curabo. Hic in aduliscentia[d] cum patre Eracleo[e] in Gratianopolitano territorio militiam egit[f] temporalem. Sed post paucum temporis[g] horruit[h] mundi huius inlecebram et monasterium Grenencense expetiit. Parentes autem eius[i] dissimulabant[1] eum, eo quod non possit districtionem monasterii sustinere, sed ille dissimulationem eorum cordis auribus non recepit. Cui supradicti[k] parentes dixerunt: 'Si istud desideras, aptare[l] habes potius ad poenam corpus tuum quam ad requiem'. Quod postea vir devotus[m] cum patientia magna sustinuit[n]. Et quoniam tanta[o] mentis integritate ita animum suum Deo dicaverat, ut archanum suum habitaculum sancto Spiritui praepararet, per praecellentem[p] obedientiam disciplinae diversarum gratiarum spiritualium[q] ornamenta est[r] adeptus; confixerat enim timor Domini mentem eius, sed[s] et tantae memoriae capacitas[2] menti eius inheserat, ut quaecumque semel legisset, statim memoriae commendaret. Unde factum est, ut pene[t] omnes libros ęcclesiasticos corde reciperet[u] et ex largitione divina interpres scripturarum divinarum insignis effectus est. Diligebat[v] itaque Dominum ex toto corde suo, immo cf. Deut. 6,5.
diligens omnes propter Deum et ipse dilectus erat ab[w] omnibus. Erat[x] enim in humanitate largus, in abstinentia praecipuus, in caritate profusus[3]. Ad vitia enim resecanda non plus austeritate quam lenitate erat insignis. Congratulabatur autem pie in Christo laetantes[y]; nihil ostendens[z] iracundum in oculis[a], nihilque torvum[b] in eius[c] facie videbatur. Alienus a culpis, pro culpis tamen pallens erubescebat alienis, pro qua puritate, quicquid pro quibuscumque necessitate[d] patientibus a Domino poposcisset, tanquam vere Dei famulus accipere merebatur. Et cum esset[e] mente robustus, vultu quoque rubicundus iugiter permanebat, cuius[f] integritatem et mentis et[g] corporis permanens, eo defuncto, rubor[h] in eius facie roseus adsignatur[i], cum nulla exsanguis mors vultui eius pallidam intulerit feditatem.

Capp. 8. 9. *A. (B* 1. 2*a. b).*

Cap. 8. a) ab o. *om. B.* b) *om. B.* c) m. c. *B.*

Cap. 9. a) transe(unte *m. al. in litura scr.) A.* b) *ita A. B* 1; cl. est l. *B* 2*a. b.* c) gemitos (?) *pr. m. B* 2*a.* d) adolesc. *A.* e) Heraclio *B.* f) m. agitavit. Post p. *B.* g) *ita B recte, cf. SS. rer. Merov. II,* 94, 2 *et supra p.* 329, *l.* 12; spati(ū *m. al. in litura) add. A.* h) orruit *A, corr.* i) *om. B.* k) s. p. *om. B.* l) *ita recte A (cf. supra p.* 329, *l.* 6*);* aptabis corpus ad poenam. Quod *B.* m) deo *A.* n) sustenuit *B.* o) tota *B.* p) praecedentem oboedientiae disciplinam *A.* q) *ita A. B* 2*a;* spiritalium *rell.* r) a. est *B.* s) (s. *om.*) et carnem. Inter quae bona tantam (tanta *pr. m. B* 2*a*) m. capacitatem habere promeruit, ut (uti *pr. m. B* 2*a*) q. l. ilico commendaret *B.* t) *om. A.* u) receperit, quarum scripturarum ex affectu divino interpretator insignis *B.* v) Diligens Deum, diligens o., dilectus ab o. *B.* w) *superscr. A.* x) (E. e. in *om.*) h. cunctis largissimus, sibimet abstinentia parcus, legabat erga Deum omnium caritatem. Dum praedicando vitia refrenabat, conpatiebatur tristantibus, congr. (a. *om.*) *B.* y) laetantibus *B.* z) *om. B.* a) actibus, nihil (que *om.*) *B.* b) tor:vum *A.* c) *om. B.* d) necessitatem *B.* e) fuisset *B.* f) cuius — permanens *om.*, Quo def. *A.* g) *om. B* 1. 2*b.* h) in f. e. rub. ros. *B;* robur *A.* i) (as *m. al. in litura*) signatur *A;* adsignavit *B.*

1) *V. supra p.* 333, *n.* 2. 2) *Cf. V. Eugeniae c.* 2 *(Migne LXXIII,* 607*):* Erat autem acris ingenii et tam memoriae capax, ut quidquid audiendo semel vel legendo potuisset arripere, perpetuo retineret. 3) *Cf. V. Remedii c.* 2 *(Auct. antiqu. IV,* 2, *p.* 64*):* Fuit itaque in elymosinis largus, — — in caritate perfectus, in humanitate profusus, in doctrina praecipuus — —.

10. Denique secundum[a] mansuetudinem eius Tranquillum sibi successorem cum Probi solatio electio divina providit, qui* postmodum[b] inreprehensibiliter hoc[c] ipsum monasterium sanctorum Acaunensium rexit, adiuvante et cooperante Domini misericordia, qui vivit et regnat nunc et semper et per infinita secula seculorum. Amen.

*) *Sequuntur epitaphia Tranquilli, Hymnemodi, Ambrosii, Achivi, scilicet ea quae SS. rer. Merov. III, p.* 179, 25 — 181, 21, *edidi, B.*

Cap. 10. *A. (B* 1. *2a. b ad l.* 2*).*

Cap. **10.** a) (s. *om.*) mansuetudine e. T. succ. *B.* b) *fine inde a* postmodum *om. B.* c) h(o *in litura*)c *A.*

VITA GERMANI EPISCOPI PARISIACI

AUCTORE VENANTIO FORTUNATO.

ACCEDUNT VITA II. BREVIOR ET TRANSLATIO VETUSTISSIMA.

Venanti Fortunati opera pedestria inter Auctores antiquissimos Mommsenio nostro rogante anno 1884. *editurus telam suscepi ab altero praeparatam, cuius plagulae partim typis iam mandatae erant neque vero imprimi permittebantur, atque praestantissimus huius corporis moderator non amplius multum pecuniae infausto negotio impendere voluit neque fas erat ad pauca scripta hagiographica edenda bibliothecas quoquoversum perlustrare neque quisquam hoc munus ad amussim praestare potuerat; reminisci enim oportet laboriosa illa eademque utilissima Bollandianorum studia tunc nondum praesto fuisse neque catalogos codicum hagiographicorum neque Bibliothecam hagiographicam latinam, quibus subsidiis instructi eiusmodi opera hodie facile praeparamus. Sublatis autem quae tunc obstabant difficultatibus, vel unam ex illis vitis et plenissimo apparatu et commentario historico instructam ea qua iam valemus arte critica iterare vehementer optabam propositumque meum in concilio societatis nostrae approbatum esse non satis gaudeo. Selegeram monumentum historiae Merowingicae non ignobile, vitam celeberrimi episcopi Parisiaci, qui fere eodem atque Dionysius honore a suis colebatur*[1].

§ 1. Germani curriculum vitae.

Germanus saeculo V. exeunte in Burgundia, scilicet in territorio Augustodunensi, natus est patre Eleutherio, matre Eusebia[2] *parum humana, quae pudore muliebri mota ei in utero insidiata esse dicitur, itemque puer periculum vitae vix evasit, si Fortunato fidem*

1) *V. Willibrordi auctore Alcuino c.* 32 *(supra p.* 139, 19*)*: Omnia Parisiacae civitatis suburbana sancti Dionisi vel sancti Germani magnificis iucundantur auxiliis et festivas illorum dies maiori populorum concelebrant frequentia. 2) *Cave, ne ea credas quae in Polyptycho Irminonis abbatis S. Germani saec. IX. in. de parentibus Germani tradita sunt. Caput illius X, 'Breve de Vitriaco' (Bitry, dép. Nièvre) inscriptum, diem depositionis et Eleutherii patris Kal. Novembr. et Eusebiae matris V. Kal. Ian. servasse vult narratque 'in commemorationem natalitii' utriusque ad eorum sepulchra binos cereos et ad refectionem XX solidos solvi, cum ecclesiae S. Crucis et SS. Stephani et Vincentii Germanus duas possessiones illa condicione concessisset Valliacum (Vailly, dép. Nièvre) et Galliacum, quas pater eius ab Ermenfrido comite emisset. Utraque possessio in dioecesi Autissiodorensi sita erat atque episcopum illum seu 'principem Nivernensem, sub cuius constant ditione', Germanus obsecrasse dicitur, ne possessiones illas auferrent. Quae verba ut e charta quadam traditionis deprompta esse videri volunt, ita suspectae fidei mihi esse videbantur cum propter dies depositionis parentum Germani tum propter principem Nivernensem, moxque suspicio mea luculenter confirmabatur, cum evoluta Guerardi editione in novissimam incidissem A. Longnon, 'Polyptyque de l'abbaye de Saint-Germain des*

habere licet; scholas enim in vicino castro Avallone una cum Stratidio propinquo adeuntem illius mater hereditatis acquirendae causa veneno temptasse fertur, ut proprio filio consuleret. Deinde Lausiam pervenit in vicum, cuius de situ non satis constat[1]*, ibique a S. Scupilione altero propinquo suo moribus honestis institutus est. Agrippinus episcopus Augustodunensis diaconum eum ordinavit et insequenti triennio presbyterum. Nectarius autem episcopus, successor eius, celeberrimo S. Symphoriani monasterio abbatem eum praeposuit, abbasque tanta abstinentia vixit, omnia pauperibus impertiens, ut monachi in ipsum insurgerent; immo episcopus virum bonis operibus deditum in custodiam coniecisse dicitur, id quod in plerisque codicibus et editionibus suppressum nunc demum textui integro restitutum est. Rei ecclesiasticae curam impendens nec proceribus parcebat nec regi. Possessiones basilicae cui praeerat fortiter defendebat partemque 'villae basilicaris'*[2] *invadenti Franco cuidam insistere non desinebat, donec ipsam sibi restituisset. Theudeberto quoque regi pro villis Augustodunensis ecclesiae Cabilloni occurrit (c. 8), qui paucis diebus post ex Burgundia in Austrasiam scilicet Remos rediens in ipso itinere a.* 548. *extremum spiritum effudit, huncque finem Germanus ei praedixerat, quamvis voluntati ipsius non alieno. Regiminis eius memoriam crux ad sepulchrum S. Symphoriani suspensa posteris tradebat:* quae usque in hodiernum diem res est in testimonium *(c.* 10*). Germanus enim famulum quendam redemerat, immensum pretium conquirens, quod dominus eius postulaverat, cruceque donata impius mores suos piavit, quos in illum ecclesiamque gesserat.*

Episcopo civitatis Parisiacae decedente Germanus abbas Augustodunensis, cum Childeberto regi occurrisset, episcopus electus ordinatusque est (c. 12*), atque quattuor iam annis ante claves portae Parisiacae a sene quodam porrigi sibi videbantur. Geminae res mihi ita inter se conciliandae videntur esse. Theudebaldi, Theudeberti filii, hereditas, ad quam Augustodunum pertinebat, inter Childebertum et Chlotharium a.* 555. *dividenda erat Agathia II,* 14, *teste, nisi Chlotharius solus regno eius potitus esset, id quod etiam Gregorius IV,* 9, *rettulit: gravi vero contentione inter heredes exorta Chramnus cum Childeberto patruo consilia communicans Cabillonum insequenti anno occupavit, Childebertus ipse usque ad civitatem Remensem progressus est. Quodsi Augustodunum ad Childeberti regnum pervenisse ex V. Germani* c. 12. *fortasse concludi licet, sicut Theudeberti dominatio e* c. 8. *concludebatur, de tempore post Theudebaldi mortem agitur atque visio quadriennio ante Germani electionem visa fere in eum ipsum annum* 552. *incidebat, quo Saffaracus episcopus Parisiacus propter crimina expulsus est*[3]*, sedeque tunc primum vacante decessor Germani electus erat, qui Libanus in Catalogo ep. Paris. appellatur*[4]*. Germanus autem sedem Parisiacam a.* 556. *demum adeptus videtur esse, scilicet anno post eum, quem vulgo statuunt*[5]*, ipsumque tunc fere sexagenarium fuisse oportet.*

Prés', *Parisiis* 1886, *II, p.* 155, *nam caput illud X. non ante saec. XI. scriptum est, cuius fides antea in dubium vocata non erat, atque etiam in principe Nivernensi idem vir acutissimus haeserat. Falsarius igitur multo posterior Irminonis nomine figmenta sua venditavit, idemque in eodem capite spurio de vinea Germani et de alodo eiusdem, scilicet de silva quae vocatur Puciolus rettulit, ecclesiae S. Crucis ad luminaria collata.*

1) *V. ea quae ad V. Germani c.* 3. *adnotavi.*

2) *V. Germani c.* 5.

3) *Greg., H. Fr. IV,* 36; *MG. Concilia I. ed. Maassen p.* 116.

4) *L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II, p.* 465[2].

5) *W. Meyer, 'Der Gelegenheitsdichter Venantius Fortunatus' ('Abhandl. der Kgl. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen. Phil.-hist. Kl. N. F.' IV,* 5, *Berolini* 1901*), p.* 96. *At J. Dostal, 'Über Identität und Zeit von Personen bei Venantius Fortunatus' ('Jahresbericht des k. k. Staats-Ober-Gymnasiums zu Wiener Neustadt'* 1900, *p.* 14 *sq.) cum calculo meo fere consentit, qui de cetero haud raro erravit, vel locorum nomina personis suis admiscens.*

Episcopus Parisiacus creatus Germanus res secundas adversasque exinde communicabat, quae huic urbi contingebant, primoque largitate Childeberti regis fruebatur, qui ecclesiis fundandis pauperibusque sustentandis magnas opes impendit. Germano 6000 solidos egentibus erogandos misit (c. 13) inciditque aurata missoria, argentea vasa comminuit. Equum sellarem, quem episcopo dono dederat, ut sibi ipse eum retineret, is petenti captivo concessit, cuius pretio se redimeret (c. 22). Basilicam S. Vincentii et S. Crucis 'in unum membrum' rex construxerat, scilicet monasterium adiungens, eamque ex vicino horto regio frequentabat, qui postea ad Ultrogothonem uxorem filiasque eius duas delatus est. Haec enim de eius consuetudine Fortunatus poeta VI, 6. scripsit, hortum illum celebrans:

Hinc iter eius erat, cum limina sancta petebat.
Quae modo pro meritis incolit ille magis.

Eiusdem basilicae[1] *abbati et congregationi largitatis suae specimen per testamenti paginam rex concessit atque in eadem a. 558. sepultus est*[2].

Defuncti regno thesaurisque potitus Chlotharius rex (a. 558—561) Ultrogothonem filiasque eius in exilium pulit atque etiam Germanus terram vices mutasse expertus est. Cum novo regi ex solito occurrisset, ante palatium stare iubebatur, donec admitteretur, sed exspectare nolebat domumque ecclesiae non repraesentatus rediit (c. 23): rex vero mox resipuit, ita ut nihilo setius episcopus honoratus et exoratus palatium intraret. Tam potenti apud regem intercessore etiam Radegundis uxor eius utebatur, quae a mariti latere secedens monasterium S. Crucis Pictavis sibi construxerat, cumque Chlotharius iuvenili reviviscente amore cum Sigiberto filio Turonos ad sepulchrum S. Martini quasi devotionis causa advenisset, quo facilius Pictavos accederet, ut reginam in torum reciperet, haec litteras ad episcopum scripsit, qui tunc cum rege erat, ideoque, nisi fallor, post Childeberti mortem[3], *ut ipsum obsecraret, ne accederet, isque non solum destitit, sed etiam veniam per episcopum postulavit*[4].

Denuo Chlotharius peccatis suis depressus cum multis muneribus ad sepulchrum S. Martini Turonos a. 561. migravit magnoque cum gemitu ea quae fortasse neglegenter egisset reminiscens pro suis culpis confessoris misericordiam exoravit, atque tunc demum intellegens vel magnis regibus regem caelestem non parcere spiritum exhalavit[5]. *Charibertus filius maior natu, qui Parisiis patri successit, Childeberti regis pii vestigiis ita ingressus est, ut urbem Parisiacam his versibus Fortunatus poeta (VI, 2, 13) consolari potuisset:*

De Childeberctho veteres conpesce dolores:
Rex placidus rediit, qui tua vota fovet.

Etiam viduae filiarumque patrui tutorem se praebuit rex placidus.

1) *Carmen autem Fortunati II, 10,* De ecclesia Parisiaca *inscriptum, quod post Gislemarum cum alii tum egomet ipse (SS. rer. Merov. III, p. 541, n. 3) ad ecclesiam S. Vincentii rettulimus, potius ad ecclesiam maiorem Parisiacam referendum esse post Valesium, Res Francicae III, p. 584, iterum probavit W. Meyer l. c. p. 56 sqq.; cf. A. Longnon, 'Géographie de la Gaule au VI*e* siècle' p. 353.* 2) *Greg., H. Fr. IV, 20.* 3) *Ita etiam A. Valesius, Res Francicae III, Add. ad tom. I, p. 365. W. Meyer l. c. p. 96. a. 555/6. anteposuit, quos quidem pro ultimo termino habuit.* 4) *V. Radegundis auctore Baudonivia II, 7 (SS. rer. Merov. II, p. 382). Interpunctionem c. 10 ex. (p. 385,8), quam W. Meyer l. c. p. 92, n. 2, immutavit, servavi eandem, quam codex 1b exhibet, meaque opinione:* In Francia — fecit sibi oratorium *coniungere fas non est verbaque* sibi magis caeleste quam terrenum praeparavit regnum *potissimam sententiam exprimunt. Etiam capitum distinctionem editio nostra eam retinet, quae in codicibus tradita est, neque antiquitus traditam novo ordini quamvis optimo cedere licuit.* 5) *Greg., H. Fr. IV, 21.*

Basilicae quoque S. Crucis et S. Vincentii feliciores dies iam advenerunt, cuius abbas et congregatio a Childeberto copiosa beneficia et immunitatem et securitatem acceperant neque vero deputata perceperant ac sterilitate victus et vestitus deperibant. Germanus enim episcopus considerans ea quae Childebertus ob sepulturam suam sibi mandavisset, anno V. Chariberti regis die XII. Kal. Sept., scilicet die 21. *Octobris a.* 566, *basilicae privilegium dedit*[1], *quo summa iura dioecesana eidem cessit, idque antiquissimum huius generis est, quod ad nos pervenit. Constituit igitur, ut abbatem haberet ex propria congregatione neve episcopus Parisiorum ullam potestatem ibi exerceret neve ullus episcopus ingredi auderet nisi ab abbate vocatus ad actus spirituales perficiendos, deinde ut ea quae ipsi donata essent tutissime possideret, denique ut 'sine gestorum obligatione' — malim 'allegatione'*[2], *— maneret. Hanc consuetudinem audimus antea non viguisse, sed tunc demum Germano a regibus et principibus concessam esse*[3], *per quem basilicae S. Germani tradita chartas traditionum eiusdem publica auctoritate afficiebat. Hanc chartulam cessionis et immunitatis ad omnes episcopos Parisiacae sedis dedit, quotquot sibi succederent, cum postea eiusmodi privilegia ad comprovinciales episcopos darentur. Germani quoque chartulae episcopi subscripserunt atque ex subscriptionibus intellegitur, etiam Ultrogothonem uxorem defuncti regis filiasque eius Chrodesintam ac Chrobergam hanc rem promovisse.*

Hae una cum Germano Nicetium episcopum Lugdunensem ad subscribendum commoverant atque filiarum nomina nusquam tradita sunt nisi in hac charta, unde W. Meyer l. c., p. 56 *n., recte conclusit una cum hoc pretiosissimo additamento totam chartam genuinam esse. In ipsa autem urbe Lugdunensi Childebertus rex et Ultrogotho regina xenodochium condiderant similiterque eidem providerant, ne episcopi facultatibus eius aut institutioni quicquam derogarent, quod privilegium eisdem petentibus concilium Aurelianense a.* 549. *confirmavit*[4]. *Etiam Arelatensi quod condiderat monasterio idem rex similia concesserat confirmandaque a Vigilio papa curaverat*[5], *ut tam in disponendis rebus quam in abbate ordinando libero arbitrio uteretur, atque eiusdem fere argumenti privilegia Gregorius I. papa monasteriis Augustodunensibus petente Brunechilde a.* 602. *concessit*[6]. *Etiam singula chartulae Germani enuntiata haud pauca, si cum chartis genuinis cum aliis tum ipsius Germani comparaveris, fide digna esse probantur:*

Chartula Germani.	*Germani ep. ad Brunechildam (MG. Ep. III, p.* 124, 10*)*: nulli habetur incognitum.
Omnibus non habetur incognitum, qualis.	*Amandus a.* 674/5 *(II,* 166[7]*)*: omnibus non habetur incognitum, qualiter.
et immunitati nostre stabilitatem perpetuam.	*Conc. Aurel. a.* 549 *(Conc. I.* 105, 10. 14*)*: qualiter rei ipsius stabilitas — — inviolabili semper stabilitate permaneat.
pro terrenis celestia.	*Eligius a.* 632 *(SS. rer. Merov. IV.* 746, 16*)*: terrena pro caelestibus.

1) *Pardessus. Dipl. I, p.* 127; *R. Poupardin, 'Recueil des chartes de l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés', Parisiis* 1909. *I, p.* 5 *sqq.* 2) *Charta a.* 709. *Pardessus II, p.* 281; *Marculfi Form. II,* 3 *(ed. Zeumer p.* 76, 1*).* 3) *Cf. Quicherat, 'De l'enregistrement des contrats à la curie', 'Bibl. de l'école des chartes', Parisiis* 1859. *V,* 1, *p.* 440 *sqq.; idem, ib.* 1865, *VI,* 1, *p.* 551; *H. Brunner, 'Zur Rechtsgesch. der römischen und germ. Urk.', Berolini* 1880, *I, p.* 143. 4) *Conc. Aurel. a.* 549, *MG. Concil. I, p.* 105. 5) *Denuo confirmavit Gregorius I. in ep. ad Vergilium a.* 599, *MG. Ep. II, p.* 203; *cf. Jaffé n.* 928[2]. 6) *MG. Ep. II, p.* 376 *sqq.* 7) *Ita editionem Pardessus citavi. Cf. SS. rer. Merov. V. p.* 484, 1.

Chartula Germani.	
vel a Deum timentibus principibus — — fuerit delegatum.	*Chlodoveus a.* 654. *pro S. Dionysii monasterio (Havet, 'Oeuvres' I, p.* 238*):* a priscis principebus — vel a Deum timentebus hominebus — ibidem delegatum aut deinceps fuerit addetum.
contra hanc deliberationem meam.	*Theodetrudis pro S. Dionysio a.* 627 *(Havet l. c. p.* 235*):* contra deliberatione mea. *Amandus a.* 666 *(II,* 133*):* contra hanc cartulam deliberationis.
venire temptaverit aut fortassis locum refragandi quesierit.	*Conc. Aurel. a.* 549*: Gregorius I. a.* 602*:* venire temptaverit; *Eligius a.* 632 *(p.* 747, 11*):* venire aut in aliquo refragator esse temptaverit.
a liminibus ecclesiarum.	*Conc. Paris. a.* 573 *(p.* 148, 16*):* ab ecclesiae liminibus. *Erminethrudis pro eccl. Paris. a.* 700 *(II,* 258*):* a limenebus ecclesiarum.
ab omnibus episcopis et sacerdotibus Dei tam presentis temporis quam futuri sit excommunicatus.	*Gammo pro monasterio S. Germani a.* 697 *(II,* 245*):* et ab omnibus ecclesiis et ab omnibus pontificibus vel sacerdotibus excommunicetur.
et sit anathema maranatha.	*Theodetrudis pro S. Dionysio a.* 627*:* et anathema et maranatha percussus. *Amandus a.* 674/5 *(II,* 166*)*[1]*:* et sit anathema maranatha.

Formulae igitur a Germano adhibitae in aliis aevi Merowingici chartis redeunt et inprimis chartae Parisiacae cum chartula illius comparandae sunt, cuius de fide non amplius dubitandum est. Apographon quidem papyraceum specie autographi saec. X scriptum suspicionem movere poterat, quin Germani charta eiusdem originis esset atque falsa Childeberti, et certe interpolationes nonnullae posterioris aevi in ea deprehenduntur, veluti primo suffraganeus *metropolitano adiunctus, pro quo fortasse* comprovincialis *legendum est, sicut in concilio Turonico a.* 567 *(p.* 122, 16*):* metropolis et comprovinciales sui *occurrunt, deinde sedes episcoporum falso suppletae, qui absque illis subscribere solebant. Episcopi vero illi monente W. Meyer praeter unum Nicetium, cuius memini, omnes regni Chariberti sunt, addamque subscriptiones ipsas cum documentis genuinis illius aevi iterum omnino convenire. 'Germanus peccator' eadem humilitate in aliis documentis usus est*[2] *quaeque addidit:* hanc cartulam cessionis et emunitatis a me factam relegi et subscripsi, *fere eadem in charta Eligii a.* 632. *occurrunt*[3]. *Per presbyteros quoque seu diaconos Germanus chartulam suam corroborari voluit, sed nomina eorum desiderantur neque certum habemus eum id quod voluerat etiam perfecisse.*

1) *Cf. SS. rer. Merov. V,* 484, *n.* 4. 2) Germanus peccator *in Conc. Tur. a.* 567. *cum reliquis episcopis, in conc. Paris. a.* 556 — 573. *cum plerisque, in conc. Paris. a.* 573. *cum paucis (MG. Concilia I, p.* 135, 28. 145, 23. 150, 30*), in charta Domnoli episcopi Cenomannici a.* 572. *cum duobus (J. Havet, 'Oeuvres' I, p.* 420*), in epistula ad Brunichildem a.* 575 *(MG. Ep. III, p.* 122, 27*). Cf. K. Schmitz, 'Ursprung und Geschichte der Devotionsformeln' ('Kirchenrechtliche Abhandlungen' ed. U. Stutz* 81*),* 1913, *p.* 86. 89. 3) *SS. rer. Merov. IV, p.* 748, 19*:* In qua cessionis meae cartulam, *l.* 24: cessione a me facta relegi et subscripsi, *p.* 749, 20: hanc cessionis carthola scripsi et subscripsi.

Hoc examine praemisso litem diuturnam de fide celeberrimae chartulae Germani iam finitam esse persuasum mihi est, quae inter archiepiscopum Parisiacum et abbatiam S. Germani saec. XVII. exorta[1] *fere usque in nostros dies continuabatur, mihique ipse adversarius surrexi privilegium iam tuitus, cuius fidem propter subscriptiones olim infringere conatus eram*[2].

Disciplinae ecclesiasticae consulens Germanus cum aliis episcopis annuente Chariberto rege a. 567. Nov. 17, in Turonicam civitatem convenit, ubi cum de aliis vitiosis criminibus tum de incestis statutum est[3], *eademque fere in concilio Parisiaco a. 556—573. tractata sunt*[4], *cui item intererat. Ea quae in utroque concilio sanxerat in regem ipsum vertere coactus est, qui Marcoveifam sororem Merofledis uxoris suae coniugio copulaverat*[5], *atque utrumque excommunicavit, quo facto primo mulier obiit nec multo post (a. 567 8) rex.*

Episcopi regni Chariberti iidem, qui concilio Turonico a. 567, Nov. 17, subscripserant, cum alii tum Germanus Radegundi petenti institutionem regulae Caesarii episcopi Arelatensis confirmaverunt[6], *qua virginibus monasterium ingressis ulla discedendi licentia denegabatur, recteque W. Meyer l. c. p. 97. conclusit, hanc epistulam eodem fere tempore conscriptam esse. Regula instituta Germanum episcopum Radegundis ad Agnetem abbatissam consecrandam*[7] *Pictavos vocavit, quamvis dioecesanus minime esset.*

Denuo regi se praesentaturus Germanus in villa Roteiaco (hodie Rosay, c. d'Arzembouy, dép. Nièvre) constitit[8], *cumque in eandem rursus pervenisset, Augustodunum profecturus*[9], *regem manifestum est fuisse Burgundiae Gunthramnum, cui etiam tertia pars urbis Parisiorum post Chariberti mortem obvenerat. Parisiis Gunthramnus omnes regni sui episcopos a. 573. mense Septembri congregavit, cum inter ipsum et Sigibertum discordia verteretur*[10], *ut inter utrumque intercederent, ibique de causis publicis privatorumque querelis actum est. Etiam Promotus presbyter, consentiente Sigiberto rege episcopus in castro Dunensi ab Egidio episcopo Remensi contra canonum disciplinam ordinatus, scilicet in paroecia episcopatus Carnoteni, a Germano ad synodum venire iussus erat, cumque minime apparuisset, in contumacem sententia lata est. Episcopi hac de re et ad Egidium episcopum et ad Sigibertum regem litteras dederunt*[11], *hunc commonentes, ut synodi sententiam observaret neve scandala defensaret, solusque Germanus ex eis admonitioni regis praepotentis subscribens haec addere ausus est:* proprius vester, etsi praesumptiosus, audeo salutare et supplico, ut non dispicias suggessionem sacerdotum.

Reges sacerdotum verba audire nolebant, quare bellum civile eo magis exarsit. Primo Chilpericus civitates Sigiberti fratris pervasit, deinde hic contra illum exercitum movit, Gunthramno tertio fratre modo huic modo illi assistente. Regio Parisiaca his tumultibus graviter vastata est[12], *cumque Sigibertus iterum contra Chilpericum a. 575.*[13]

1) *Launoius doctor Paris., Inquisitio in chartam immunitatis, quam b. Germanus Parisiorum episcopus suburbano monasterio dedisse fertur, Lutetiae (2. ed. 1676), negavit eiusmodi privilegia monasteriis ab episcopis tunc data esse, dum D. Robertus Quatremaires e congr. S. Mauri, Privilegium S. Germani adversus I. Launoii inquisitionem propugnatum, Lutetiae* 1657, *contrarium opinionem defendit.* 2) *SS. rer. Merov. III, p.* 542, *n.* 2, *argumentationem J. Quicherat, 'Critique des deux plus anciennes chartes de l'abbaye de Saint-Germain des Prés' ('Bibl. de l'école des chartes'* 1865, *VI,* 1, *p.* 513 *sqq.) impugnavi, cui strenuus defensor extitit W. Meyer l. c. p.* 56, *n.* 3) *Concilia ed. Maassen p.* 131. 4) *Ib. p.* 144. 5) *Greg., H. Fr. IV,* 26. 6) *Ib. IX,* 39. 7) *Ib. IX,* 42; *V. Radegundis auctore Baudonivia II.* 5. 8) *V. Germani c.* 52. 9) *Ib. c.* 61. 10) *Greg., H. Fr. IV,* 47. 11) *Cf. Concilia ed. Maassen p.* 147 *sqq.* 12) *Greg., H. Fr. IV,* 49. 13) *Cf. W. Meyer l. c. p.* 121.

progrederetur, Germanus litteras ad Brunechildem uxorem eius dedit[1], qua instigante eum ad regionem illam perdendam commotum esse rumor vulgabatur. Gravissima admonitionis verba episcopus in reginam emisit, ut maritum a nefando proposito retineret: Inhonesta, *inquit*, victoria est fratrem vincere, neque magno triumpho ipsum filiosque eius esse fruituros, si regnum illius perdidissent. Sigibertus vero a consilio suo minime destitit neque Tornacos abiens vaticinatione Germani territus est[2], se ipsum moriturum esse, si fratrem interficere vellet. Franci quidem a Chilperico defecerunt, ita ut etiam in illius regno Sigibertus Victoriaci prope Atrebates rex constitueretur, sed mox per sicarios Fredegundis reginae periit, qui de fratre interficiendo cogitaverat[3]. Chilpericus a. 576. Parisiorum urbem occupavit[4], in qua Brunechildis vidua cum filiis residebat.

Germanus equitans[5] in itinere dioecesim suam visitabat[6], ut curam animarum exerceret, immo longius excurrebat per regnum, quod Charibertus olim tenuerat, neque soli natalis oblitus est, unde Parisios vocatus erat, atque occasione data in possessionibus[7] ecclesiae Parisiacae commorabatur. Domnolus episcopus[8] Cenomanicus basilicam quam construxerat S. Vincentii dotans Germani suffragio a. 572. utebatur, a quo reliquias quoque accepisse videtur[9]. Ad festivitatem S. Martini Germanus haud semel Turonos se contulit[10] eoque accedens aut inde rediens[11] in villa ecclesiae Parisiacae commorabatur Sereriaci, ubi diaconum suum dysenteria laborantem Ragnemodum relinquere malebat: 'Ne', inquit, 'fatigeris eundo, et aliquid deterius tibi contingat'[12]. Andegavis cum comprovincialibus membra Albini in novam basilicam transtulit[13]. In urbe Namnetica negotiatores pecuniam suam quam quisque poterat dispensandam pauperibus ei obtulerunt[14]. Pictavis, ubi petente Radegunde Agnetem abbatissam consecravit, ad S. Hilarium devertit. Apud Bituriges sedente Probiano episcopo sepulchrum S. Ursini primi urbis episcopi visione commotus una cum Augusto abbate detexit[15] eoque ad ordinandum Felicem episcopum ante a. 573. se contulit, ubi multi Iudaeorum tunc conversi sunt (c. 62). In pago Amoniensi in villa Roteiaco Parisiacae ecclesiae[16] propria septem daemoniacos sanasse fertur, ex quibus unus iratus per populum sparsit eum obisse, qua re gravem lamentationem Parisiacis movit.

Frequenter in Burgundiam profectus est ad dilectum monasterium suum S. Symphoriani daemoniaque ibi iam nuntiabant, quotiens Augustodunum aditurus esset[17]. Eo autem de vico Cervedone per Murvinnum progrediebatur[18] atque per Avallonem castellum[19] regrediebatur eoque itinere etiam Ternoderensem pagum[20] monasteriumque Reomaense attingere poterat. Augustodunum perrexit, ut Syagrii episcopi ordinationi interesset, qui ex a. 570. conciliis subscripsit, ibique cum reliqui cives consensus causa aderant tum Florentinus vir inluster, cui oculum evulsum Germanus tunc in integrum restituit, isque sanatus postea episcopus Matisconensis ordinatus est[21].

Ubicumque terrarum Germanus apparebat, aegroti ad eum confugiebant, medelam quaerentes, atque plerosque oleo benedicto sanasse dicitur, nonnullos sputo suo aut saliva

1) MG. Ep. III. p. 122 sqq. 2) Greg., H. Fr. IV, 51. 3) Marius, Chronicon a. 576; Fortunati Carm. IX, 1, 45; cf. W. Meyer l. c. p. 123. 4) Greg., H. Fr. V, 1. 5) V. Germani c. 73. 6) Ib. c. 40. 7) Ib. c. 41. 8) J. Havet, 'Oeuvres' I, p. 420. 9) J. Havet l. c. p. 308. 10) V. Germani c. 27. 11) Ib. c. 64. 12) Greg., Virt. S. Martini II, 12. 13) Fortunatus, V. Albini c. 19. Nefingus episcopus Andegavensis a. 972. affirmavit (Gallia christ. XIV, instr. p. 147), regalem S. Albini abbatiam a Germano voluntate et imperio Childeberti regis ante portam Andegavensis urbis versus orientem fundatam esse. 14) V. Germani c. 47. 15) Greg., Gl. Conf. c. 79. 16) V. Germani c. 36. 17) Ib. c. 29. 18) Ib. c. 29. 32. 19) Ib. c. 30. 20) Ib. c. 35. 21) Ib. c. 63.

oris sui[1], alios signo crucis impresso[2]. Puerum tam hydropicum, ut infecta cutis velut vitrum perluceret, manibus perunxit oleique infusione aqua desiccabatur[3]. Febricitanti aquam calidam dabat, frigidam vero denegabat[4]. Oculos mulieris caecae aqua tepida abluebat[5]; brachium intumescens non solum aqua calida fovebat oleoque benedicto, sed etiam caulis folia superposita ei alligarit[6]. Ipsae reliquiae quas collegerat ab imbecillis expetebantur[7] atque vel per diaconum suum chrismaria transmisit, quibus infirmi viscera tangerentur[8]. Quascumque ipse adhibuit res domesticae aliaeque eodem honore a superstitiosis fidelibus habebantur quo reliquiae sanctorum. Chlotharius rex febri arreptus palliolum eius aliambebat vestemque eius per loca doloris deducebat[9]. Filum de veste eius matrona rapuit reconditumque in oratorio valetudine irruente adhibuit[10]. Stipulam lectuli eius, in quo requieverat, fideles auferebant, qua medelam se recuperaturos esse sperabant[11], atque febricitans rachana viri sancti obvolutus a diacono in lectulo eius stratus est, ut sanaretur[12]. Alii litteras subscriptionis eius, quas manus sancta depinxerat, abluebant aut lingua detergebant, ut febrim expellerent[13]. Sanati medico suo munera offerebant diversa, veluti balteum et spatham aut sacculum plenum pecunia[14] pauperibus eroganda.

Germanus episcopus electus de reliquo monachus persistebat[15] cellamque[16] inhabitabat, in quam infirmi portabantur. Vigiliis ieiuniisque corpus senile macerabat[17], cumque decantato cursu domum regrederetur fractus aetate vel frigore, ad requiem reclinans querelas occurrentium afflictorum vel pauperum patienter audiebat. Vigilias in oratorio proprio celebravit[18], ubi etiam oratione data aegrotos tractabat; in baptisterio quoque typo vexatum restituendum suscepit[19]. Ad basilicam S. Crucis[20] procedebat, cui privilegium quod dixi concesserat. Etiam in basilicam Gervasii et Protasii vigilaturus aut oraturus se conferebat, quae quondam ei non patebat, ingressu negato, neque requisitis clavibus ianuae obseratae aperiri poterant[21].

Eleemosynis adeo indulgebat[22], ut una casula frequenter contentus vel tunica reliquis vestibus pauperes indueret, tenuemque eius habitum vel vestitum Fortunatus in Carmine II, 9, ad clerum Parisiacum his versibus (v. 31) celebravit:

Ipse tamen sensim incedit, velut alter Aaron,
Non de veste nitens, sed pietate placens.

Multos captivos e contiguis gentibus, scilicet Hispanos, Scottos, Brittones, Wascones, Saxone, Burgundioness, redemit iugoque servitii liberavit, atque vel ad prandium invitatus a convivis ministrisque propriis pecuniam exigebat ad captivos liberandos. Reos quoque in vincula coniectos exsolvere studebat[23], eoque orante Parisiis miseri illi visione commoti pecudis costa sibi viam fodiebant, qua evaderent, sanctoque ad ecclesiam occurrebant redeunti ad requiem. Ecclesia intellegi videtur maior Parisiaca, de qua Fortunatus carmen II, 10, composuit.

Ecclesiam tertia noctis hora ingrediebatur neque clericorum psallentium ordinem antea reliquit, quam illucescente die universus cursus secundum canonem consummatus esset[24]. Psalmos enim assiduis cursibus clerus Parisiacus concinebat, illic presbyteris stantibus, hic diaconis, atque Fortunato poeta (II, 9) canente:

In medios Germanus adest antistes honore,
Qui regit hinc iuvenes, subrigit inde senes.

1) V. Germani c. 27. 39. 68. 69. 70. 2) Ib. c. 42. 45. 3) Ib. c. 54. 4) Ib. c. 20. 5) Ib. c. 40. 6) Ib. c. 49. 7) Ib. c. 56. 8) Ib. c. 47. 9) Ib. c. 23. 10) Ib. c. 59. 11) Ib. c. 46. 12) Ib. c. 44. 13) Ib. c. 48. 57. 14) Ib. 31. 37. 60. 15) Ib. c. 12. 16) Ib. c. 38. 44. 17) Ib. c. 12. 75. 18) Ib. c. 23; cf. c. 14. 15. 25. 19) Ib. c. 21. 20) Ib. c. 42. 21) Ib. c. 55. 65. 22) Ib. c. 72. 23) Ib. c. 30. 61. 66. 67. 24) Ib. c. 75.

Nudo capite Germanus cursum dicebat, licet nix aut imber urguerent[1]. *Vigilias in Dolensi vico Biturigi territorii ad sepulchrum beati Lusoris celebrans, cum clericos psallentes lassos videret, segnes abscedere iussit neque ipse quicquam ibi habebat quo se sustentaret, nisi spondam, in quam necessitate cogente genua flecteret*[2].

Praedicans ad populum tanta vi verba ex ore evolvebat, ut omnibus litteratis stupor nasceretur animique medullitus compungerentur[3], *quamque fructuosam curam animarum exercuerit, Fortunatus his versibus celebravit II, 9, 41:*

Assiduis monitis ad pascua salsa vocatus
Grex vocem agnoscens currit amore sequax.

Scripsit Germanus de missa epistulam duplicem[4] *e codice S. Martini Augustodunensi erutam, ordinem sacrae oblationis in priore explanans, in posteriore diversa ecclesiae charismata qua ratione subsisterent describens, scilicet in naturam rituum liturgiae inquirens. Missam Gallicanam lucide descripsit atque epistulae eius inter documenta pretiosissima liturgiae Gallicanae enumerantur a viro harum rerum peritissimo*[5].

Germanus fere octogenarius a. 576. *defunctus est*[6] *die V. Kal. Iun., quem ipse a notario suo aliquot diebus ante super lectum suum conscribi iusserat*[7], *eundemque Martyrologium Hieronymianum confirmat*[8]. *Sepultus est in basilica S. Vincentii*[9], *quae postea ipsius nomen adsumpsit*[10], *et quidem in porticu*[11] *eiusdem sepulchrum extabat, quod Eligius*[12] *auro argentoque et gemmis fabricavit. Bertramnus episcopus Cenomanicus*[13] *a Germano ad sacerdotii honorem perductus testamento condito a.* 616. *eidem basilicae in honorem sepulturae eius villam quandam dono dedit ea condicione, ut si corpus eius in novam basilicam transferretur, quam Chilpericus rex construxisset*[14], *eadem ad hanc perveniret. Etiam Chilpericus et Fredegundis uxor eius in basilica S. Vincentii sepulti erant*[15]. *Ragnemodus defuncto Germano factus est episcopus Parisiacae sedis idem atque diaconus ille, cui aegrotanti quondam tam humane providerat.*

Epitaphium Germani Chilperico regi adscriptum paucis absolvendum est. Extat in Aimoini Historia Francorum III, 16, a du Breul[16] *edita miraculumque praecedens (*Ingrediente autem postmodum Chilperico rege *et q. s.) poetam regium excitasse his verbis adnotatum est:* Quod cum regi nunciatum foret, magna cum devotione illuc adveniens et tanto gavisus miraculo, eius epitaphium his distichis rythmice composuit, *at miraculum, quo gavisus Chilpericus versus condidisse dicitur, ex Gregorii Gl. Conf. c.* 88. *exscriptum est, qui epitaphii eiusque originis ne verbo quidem meminit, collataque Aimoini editione cum Chesniana*[17] *et miraculum Gregorianum et epitaphium*

1) *V. Germani c.* 74. 2) *Greg., Gl. Conf. c.* 90. 3) *V. Germani c.* 73. 4) *Migne, Patr. Lat. tom. LXXII, col.* 89 *sqq.* 5) *L. Duchesne, 'Origines du culte chrétien', Parisiis* 1908, *p.* 156[4]. 6) *V. Germani c.* 76; *Greg., H. Fr. V,* 8. 7) *V. Germani c.* 76. 8) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [67].* 9) *Cf. Greg., H. Fr. VIII,* 33; *Lib. h. Fr. c.* 33. *Solus Aimoinus III,* 16 *(ed. Duchesne, Hist. Fr. Scr. III, p.* 54*), in 'oratorio' S. Vincentii corpus sepultum esse vult.* 10) *Cf. SS. rer. Merov. III, p.* 535. 11) *Greg., Glor. Conf. c.* 88. *Porticum fuisse 'oratorii sancti Symphoriani' neque 'ecclesiae beati Vincenti' in Ann. S. Germani saec. XI. ad a.* 750. *notatum est (SS. III, p.* 167*). Basilicae 'S. Sinfuriani' Erminethrudis c. a.* 700. *legata scripsit, sicut basilicae 'S. Crucis vel domni Vincenti' (Pardessus, Dipl. II, p.* 256 *sq.), sed inter basilicam et oratorium aliquid interesse vix commemorari necesse est.* 12) *V. Eligii I,* 32. 13) *Pardessus, Dipl. I, p.* 202. 14) *De ratione inter hanc novam basilicam S. Vincentii veteremque intercedente nihil notum est verbaque diverse interpretantur; cf. Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti (*1703*) I, p.* 169; *Bouillart, 'Histoire de l'abbaye de S. Germain' (*1724*) p.* 9. 15) *Greg., H. Fr. VI,* 46; *Lib. hist. Fr. c.* 37. 16) *Aimoini libri quinque de Gestis Francorum ed. du Breul, Parisiis* 1603, *p.* 90. 17) *A. du Chesne,*

evanescunt atque etiam in codice Havniensi veteris collectionis regiae n. 599, *saec. XI/XII, monente bibliothecae praefecto, utraque proles spuria desideratur, cum verba ex V. Germani c.* 22. *deprompta:* illa regis vox pauperis, *praetermisso loco dubio statim genuina subsequantur:* Tunc quoque Chilpericus. *Epitaphium igitur cum miraculo praecedente e codice Aimoini interpolato prodiisse manifestum est hancque eius indolem iam Cointius*[1] *perspexerat. Ut Chilperici nomen conficta ratione cum epitaphio coniunctum est, ita quam maxime dubito, num Le Blant hoc ipsum ad antiquitatem recte rettulerit argumentaque eius sufficiant*[2].

§ 2. *Fortunati Vita Germani.*

Germanus de lenienda miseria terrigenarum optime meritus ideoque magnis generis humani amicis adnumerandus, idem imperterritus summorum huius mundi castigator Fortunatum celebrem poetam auctorem vitae sortitus est,

Cuius ab ore sacro sanctorum gesta priorum
Discimus[3],

eique gratias habere necesse est, licet nostris votis fortasse non omnibus numeris satisfecerit. Nomen auctoris non praescriptum est nisi in codicibus levioris auctoritatis talibus quales sunt 2*b.* 4. 5*b.* 6*a, sed habemus gravissimum Gregorii nostri testimonium, Hist. Franc. V,* 8: Quis tamen strenuus virtutes illius, quas in corpore fecit, sollicite vult inquirere, librum vitae illius, qui a Fortunato presbitero conpositus est, legens, cuncta repperiet. *Vitam Marcelli veteris episcopi Parisiaci Fortunatus iam conscripserat, quam Germanus ipse ei iniunxerat*[4], *atque Germani vitam paulo post eius mortem litteris mandatam esse volunt*[5]. *Parisiis eum aut a.* 580. *fuisse coniecerunt, quo ad synodum Brinnacensem profectus erat*[6], *in qua Gregorius amicus eius de calumnia*

*Historiae Francorum Scriptores (*1641*) III, p.* 54. *Item locum ad immunitatis privilegium Chilperici pertinentem apud Aimoinum III,* 56 *(ed. du Breul p.* 119*) interpolatum esse probatur, si Aimoinum III,* 57, *a Chesnio III, p.* 74, *editum consulueris.* 1) *Le Cointe, Annales eccl. Franc. (*1666*) II, p.* 162. 2) *Le Blant, 'Inscriptions chrétiennes de la Gaule', Parisiis* 1856, *I, p.* 285*:*

Ecclesiae speculum, patriae vigor, ara reorum
Et pater et medicus, pastor amorque gregis,
Germanus virtute, fide, corde, ore beatus
Carne tenet tumulum, mentis honore polum,
Vir, cui dura nihil nocuerunt fata sepulchri,
Vivit enim, nam mors quem tulit ipsa timet.
Crevit adhuc potius iustus post funera, nam qui
Fictile vas fuerat, gemma superba micat.
Huius (*al.* Nunc) opem ac meritum mutis data verba loquuntur
Redditus et coecis praedicat ore dies.
Hunc vir apostolicus rapiens de carne trophaeum
Iure triumphali considet arce throni.

Cave, ne nimium tribuas necessitudini inter versum quartum et Fortunati Carm. IV, 14, 6*:*

Carne tenet tumulum, spiritus igne polum

intercedenti, nam falsarium quendam medii aevi ad tam celebrem poetam confugisse, cuius floribus se ipsum ornaret, vix mirabile est. 3) *Epitaphium Fortunati a Paulo compositum, Hist. Langob. II,* 13. 4) *Fortunatus, V. Marcelli §* 5. 10. 5) *Cf. W. Meyer l. c. p.* 23. 6) *Fortunati Carm. IX,* 1. *Cf. W. Meyer p.* 21.

se purgavit, aut anno post, atque c. a. 581. *verisimillime dixerunt*[1] *Vitam Germani esse conscriptam. Huic vero opinioni haud levis difficultas obstare mihi videtur, scilicet 'monasterium* b e a t a e *Radegundis', cuius Fortunatus c.* 34. *meminit, nam haec verba potius ad tempus spectare videntur post reginae mortem a.* 587. *defunctae. Etiam 'episcopi' titulus praescriptioni codicum* 2*b.* 4. 5*b.* 6*a additus ad provectiorem auctoris aetatem referendus esset, sed silentibus codicibus melioribus eo argumento uti non licet. Cum Ragnemodo seu Ruccone tunc episcopo Parisiaco antea ex diacono presbytero facto Fortunatus*[2] *veteris amicitiae vinculis coniunctus erat. Germanus ipse Parisios Fortunatum quondam vocaverat, ut novis tectis interesset, cum a Radegunde Pictavis retineretur*[3]*, utque eo vivo ad clerum Parisiacum missum Carmen II,* 9. *commercium cum clericis eiusdem ecclesiae confirmat, ita etiam eo defuncto non solum ad Ragnemodum successorem, sed etiam ad Droctoveum abbatem, discipulum Germani, aliosque clericos Parisiacos carmina IX,* 11. 13. *misit. At Fortunatum mandatum Ragnemodi 'procul dubio' exsecutum esse probari nequit. Miracula cum alia tum ea, quae Germanus in cella Parisiaca aut in itineribus suis aegrotos sanando vel vinctos liberando perfecerat tam prolixa serie contexuit, ut ei adnotata unius e contubernio episcopi praesto fuisse conici liceat, qui patronum constanter comitatus esset, neque ignoramus in villa Severiaco, ubi in itinere Turonico constitit, Ragnemodum diaconum cum eo fuisse*[4] *unumque diaconum cum Audigisilo maiore domus febricitante in cella sua inclusit*[5]*. Notarium Germani de ultima obitus vaticinatione consuluisse potest (c.* 76*). Duo vero miracula 'praesente me', scilicet Fortunato ipso, contigerunt*[6]*, alterum in cubiculo episcopi visitandi causa plebem circumeuntis, alterum Parisiis.*

Singula miracula Fortunatus ad c. 69. *persecutus est, quorum duo extrema sunt Parisiaca, ibique miraculorum laterculus quem habebat procul dubio finem capiebat, atque novissime de Maoverta Parisiaca referens aridis eius verbis haud multum addidisse videtur. Hanc narrationem in c.* 70. *perorans facultatem Germani daemoniacos exorcizandi partim iisdem verbis descripsit, quibus Sulpicius Severus, Dial. III,* 6, *de Martino usus est, eaque quae ille de miseris enarraverat, scilicet Martino appropinquante eos in aera raptos atque in sublime suspensos esse, et reliqua, omnia in Germanum suum transtulit, qui talibus miraculis celeberrimo episcopo Turonico adaequaretur. Etiam ea quae de matre Germani rebusque adversis, quae in pueritiam eius ingruissent, rettulerat cum grano salis accipienda esse videntur atque reminisci oportet vitas sanctorum ad fideles caelo beandos compositas esse neque ad historiam scribendam. Post insidias diaboli feliciter superatas, quae c.* 71. *occupant, ad mores Germani describendos in extrema libri sui parte (a c.* 72*) pervenit, ad eleemosynas laboresque eius, quae supra c.* 12. *levius iam perstrinxerat, atque in morte eius (c.* 76*) liber finitur non solum propter eximium episcopum magni aestimandus. Ea enim quae de regibus Francorum nobilibusque eorum ministris Fortunatus memoriae tradidit in hac penuria fontium ad historiam Francorum supplendam quicquam faciunt, unde hic liber dignissimus erat, qui denuo editus copiosiore apparatu instrueretur.*

Affluente autem codicum multitudine etiam difficultates multiplicabantur, nam libri quam maxime inter se differunt classisque optima quae iam eruta est, etsi hic illic insignes lectiones praebet, tamen haud paucis locis deficit, quibus multitudini librorum maior fides habenda erat. Cum olim hanc Vitam ad duos libros 3*a (P) et* 5*b (G)*

1) *R. Koebner, 'Venantius Fortunatus, seine Persönlichkeit und seine Stellung in der geistigen Kultur des Merowinger-Reiches', Lipsiae* 1915, *p.* 107. 2) *Fortunati Carm. III,* 26; *IX,* 10. 3) *Ib. VIII,* 2. 4) *V. Germani c.* 64; *cf. Greg., Virt. S. Martini II,* 12. 5) *V. Germani c.* 44. 6) *Ib. c.* 40. 65.

recensuissem neque praeterea praesto fuissent nisi ea quae Waitzius noster e quinque codicibus Parisiacis inferioris notae exscripserat, classis scilicet quintae sextaeque interpolatae, iam ad textum restituendum quindecim vel sedecim codices adhibui reliquique quotquot mihi innotuerunt ita examinati sunt, ut in classes nostras redigi possent, ita ut in universum de 58 codicibus iam relatum sit.

1a) Codex Turicensis bibliothecae urbanae C. 10, i, saec. X. ex., olim Sangallensis, fol. 73'—82, n. XXV. V. Germani exhibet. Librarius damat pro 'clamat' et faeculo pro 'saeculo' scribens, fortasse exemplari usus est litteris Merowingicis scripto.

1b) Codex Coloniensis archivi urbani n. 163, antea bibliothecae Wallrafianae VI, 18, saec. XI/XII, fol. 130'—139, adnotante manu saec. XV. olim erat 'Liber sancti Iacobi in Leodio'.

1c) Codex Trevericus bibliothecae urbanae Cat. mss. 1151, Num. loc. 454 (963), saec. XIII, fol. 116—124, Legendarii monasterii S. Maximini Treverici volumen mensem Maium continens, singula verba, immo tota enuntiata interpolavit textumque traditum haud raro immutavit.

1d) Codex Abrincatinus n. 167, saec. XIII, olim monasterii S. Michaelis (hodie Mont-Saint-Michel, dép. Manche), fol. 195—198', absque folio 196, numero praetermisso, permulta medio e textu sustulit, scilicet capita 2, 4—6, 8—11, 14—21, 24—35, 37—39, 41, 44—50, 52—54, 56, 58—60, 62—67, partem 72, 73, 74 et maximam partem 75 et 76, atque librarius ut erat et imprudens et neglegens haud pauca verba scripsit, quae sensu omnino carere videntur, sed haec menda accuratius inspicientem vera eorum indoles non fugiet, scilicet ea ad exemplar redire valde barbarum.

1d*) Codex Parisiacus bibliothecae S. Genovefae n. 554 (olim K. 5 et R. R. 1, postea H. l. in-fol. $8-8^{2}$), saec. XII, olim 'S. Mariae Gastinensis ecclesiae', fol. 27—28[1], praescr. V^{to} Kalendas Iunii. Vita sancti Germani episcopi et confessoris, ex eodem exemplari atque praecedens liber pendet, sed male digestam barbariem eius aliquo modo expolivit:

c. 1. pudore mota m.] putavit muta mulier 1d; putans mactare 1d*;
ib. incubabat] incloabat 1d; inquietabat 1d*;
ib. praefocaret] provocaret 1d. d*;
ib. parvulo] puero 1d. d*;
ib. laedebatur] litabatur 1d; luctabatur 1d*.

Desiderantur c. 3 ex. His itaque — c. 5, et complura alia, e. gr. c. 38. 70, atque textus c. 76. a verbis: Prescius autem temporalis vitae totus est V. Germani II. brevioris c. 7, de qua infra p. 368. disputandum est.

1d**) Codex Parisiacus bibliothecae S. Genovefae n. 555 (olim K. 6 et R. R. 1, postea H. l. in-fol. 8^{3}), saec. XII, fol. 32, quaternione (E) deperdito, a verbis c. 12: ut salvas eas faceret, incipiens eundem finem exhibet atque praecedens.

1e) Codex Bruxellensis n. 207/8 (Van den Gheyn n. 3132), saec. XIII, Passionalis Sanctorum pars I. ad diem 8. Iunii progrediens, fol. 250—255', gravissimas interpolationes subiit librarii textum suo arbitrio corrigentis et cum altero exemplari classis 5c conferentis.

1e^{1}) Codex Londiniensis Musei Britannici inter Harleianos n. 2800, saec. XIII. in., scilicet Passionalis monasterii Arinsteinensis dioecesis Trevericae tomus I, fol. 176'—181'[2], arte cum praecedente coniunctus est:

c. 1. veneno non laederet] venena non leserant 1e. e^{1};
c. 3. Lausia] Laudeacensem 1e. e^{1}.

1) Cf. Ch. Kohler, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque de Sainte-Geneviève' I, p. 284.
2) 'Catalogue of the Harleian Mss. in the British Museum' II, p. 712 sq.

1e²) *Codex* Monasteriensis *n.* 22 *(Catal.* 214, *III), exaratus anno* 1459[1], *iubente Arnoldo de Holte priore, a fratribus Iohanne Dulmanie sacerdote et Hunoldo de Smalenberch professis monasterii S. Maynulphi confessoris ordinis canonicorum regularium in Bodike (Bödecken ad Wewelsburg pertinens, 'Rgbz. Minden'), magni Legendarii Bodecensis volumen III, mensem Maium comprehendens fol.* 116—122', *praescr.:* Incipit vita sancti Germani Parisiace urbis antistitis, edita a venerabili Fortunato episcopo, cuius festum celebratur V° Kalendas Iunii, *familiae* 1e *lectiones exhibet has:*

c. 1. quem venena non leserant,
c. 22. in precium contra interdictum quoniam,
c. 42. Non festinans occurras,

sed alias verba ibi depravata omisit:

c. 72. et anxius] et anus 1*b. e; om.* 1e²,

neque semper ibi deficit, ubi 1e *defecit:*

c. 30. discedente] 1e²; descendente vel discedente 1e;
ib. culpabilibus] 1e²; culpa vilibus 1*b. e*;

e contrario sermonem in omnino diversam formam redegit:

c. 2. mater parentis] matertera eiusdem pueri,
ib. fallitura nece] nece felle dira,
c. 3. Hinc beatus Germanus ad sanctum Scopilionem Lausiacum se,
c. 76. compatiens] *add.* omnibus et condolens,

immo librarius personam testis oculati sibi fraudulenter induit:

c. 76. provectibus vir iste gloriosus, sanctissimus videlicet Germanus, ut suum transitum quem praescivit nobis aperte praediceret. Nam vocans ad se n. suum imperabat,

atque finem Vitae totum retractavit ita:

Itaque eadem qua ipse prescripsit die, peracto spiritali prelio, vir beatus feliciter obdormivit in Domino, cum esset annorum octoginta, quos omnes implevit operum perfectione bonorum. Consummatis igitur per universum orbem miris atque mirandis eius actibus, adequandus martiribus, apostolis aggregandus, confessorum glorificandus m., coronandus cum omnibus sanctis, raptus c. v., inmaculatus eius spiritus, b. f. d. p. v. victor celorum invitatur palacio, ubi cum Christo felici perfruitur gaudio, nunc et in secula seculorum. Amen.

2*a*) *Codex* Berolinensis *Ms. theol. lat. oct.* 96, *saec. X, fol.* 1—44'. *V. Germani, fol.* 45—51'. *Translationem eiusdem primigeniam continet, folio exciso, a verbis:* Lantfredus absolvitur *incipientem*[2]. *Alia manu paulo posteriore V. Genovefae (fol.* 52—69) *addita est codicemque eximium inprimis secutus sum*[3]. *Textus V. Germani manu recentiore fortasse saec. XII. correctus est.*

2*b*) *Codex* Londiniensis *Musei Britannici inter Cottonianos Tib. D. IV, saec. XII, pars I, fol.* 59—65', *incendio hic illic gravia damna passus item ex exemplari pendere videtur, cuius scriptura nonnumquam aut laesa erat aut legi non poterat, nam loci nonnulli vacui relicti sunt, quos m. saec. XV. demum suo arbitrio supplevit, neque maiorem fidem ea merentur, quae praeterea eadem manu vel paulo recentiore ad rationem scribendi corrigendam immutata sunt. Subsequitur fol.* 65': Incipit vita sancti Medardi Vermandensis epī et conf. A Fortunato epō edita. Inter ortodoxos sanctae ecclesiae viros *et q. s., scilicet V. Medardi* 5. *numerata in Bibliotheca hagiographica latina II, p.* 857.

1) *Cf. H. Moretus, Anal. Bolland. XXVII, p.* 306. 2) *V. infra p.* 371. 3) *Nobis* 1*a, cf. SS. rer. Merov. III, p.* 209.

2b¹) *Codex Parisiacus n.* 12616, *ex libris Corbeiensis monasterii, deinde Sangermanensis n.* 474, *postea* 504, *saec. XIV, fol.* 95—105, *praescr.:* Incipit vita sancti Germani Parisiensis episcopi XIIII, *cum* 2b *convenit his locis:*

c. 3. Agripino] Cripino 2b; Crispino 2b¹;
Dehinc] Deinde 2b. b¹;
adsciscitur] adscitur 2b. b¹;
c. 76. supra lectum] *om.* 2b. b¹;

cum 1d. 2a *(litura in* 2b) *in c.* 3. *pro* eps *scripsit* spiritum (spm̄).

2c) *Codex Londiniensis Musei Britannici inter Cottonianos Nero E. I, saec. XI. scriptura pulchra dilucidaque exaratus simili Fuldensi, postquam incendio laesus in duo volumina divisus est, in posteriore fol.* 8′—15 *(n.* 54) *V. Germani continet. Librarius non adeo bonae indolis textum nonnumquam parum intellexerat, verba scriptura continua exarata haud recte discernens:*

c. 61. ab Abbone] abba bonę 2c;
c. 69. tactu salivae] unctus olive 2c.

2c¹) *Codex Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Fell* 4, *saec. XII, fol.* 234′—245′, *ubi textus V. Germani capitibus non distinctis LIIII. numeratur, praescr.:* Incipit vita sancti Germani, quod est V. Kl. Iunii, *duoque propinqui eius, scilicet*

2c²) *codex Londiniensis Musei Britannici inter Harleianos n.* 624, *saec. XIII, fol.* 115—120, *absque praescriptione, ubi V. Germani Passio Cononis insequitur, et de quo idem dicendum est,*

2c³) *codex Londiniensis Musei Britannici inter Cottonianos Tiberius D. III, saec. XIII, fol.* 149—156′, *incendio graviter laesus, praescr.:* |a Fortunato Pictaviensi episcopo, *iisdem levibus mendis inquinati sunt atque* 2c:

c. 1. actum est] est *om.* 2c. c¹·²·³;
c. 2. Stratidio] Stradio 2c. c¹·²·³,

cumque 2c¹ *magis cum* 2c *conveniat quam cum reliquis, hi propius inter se coniuncti sunt:*

c. 3. resideret, quatenus] resideret mansit quatinus 2c. c¹; res si accideret mansit quatinus *(ita* 2c³; quo 2c²) 2c²·³;
c. 29. Murvinno] muro immo 2c; murū immo 2c¹.

3a) *Codex Petropolitanus Fol. I,* 12, *saec. IX, olim Corbeiensis n.* 308. *et n.* 249, *deinde S. Germani a Pratis n.* 666. *et* 1038, *tum 'ex Musaeo Petri Dubrowsky' in bibliothecam caesaream translatus, fol.* 69′—98. *V. Germani exhibet, quaternionibus I—IIII numeratis, qui cum aliis diversae aetatis postea colligati sunt. Textus rudis postea a compluribus librariis imperite correctus est. Doxologia* cui — Amen *pagina exeunte notis Tironianis exarata est, quae delineatae sunt 'Nouveau traité de diplomatique'* (1757) *III, tab.* 54, *post p.* 350, *aliaque scripturae specimina eiusdem codicis eadem tabula (e c.* 4) *et tabula* 3 *(e c.* 1) *comprehendit, tertium exhibet A. Staerk, 'Les Manuscrits Latins conservés à la Bibliothèque impériale de Saint-Pétersbourg', Petroburgi* 1910, *II, tab.* 34.

3b) *Codex Romanus bibliothecae Victoris Emanuelis, 'Fondi minori' n.* 341 *(Farfensis n.* 29), *saec. IX, fortasse in Francogallia scriptus, fol.* 104—122′. *V. Germani, fol.* 122′—125′. *Translationem eiusdem continet*[1] *genuinam.*

4) *Codex Cantabrigiensis musei Fitzwilliam collectionis Mc Clean n.* 100, *antea bibliothecae Ashburnham n. XC, formae magnae, saec. XI. in Francogallia exa-*

1) *A. Poncelet, Catalogus codicum hagiographicorum lat. bibliothecarum Romanarum, Bruxellis* 1909, *p.* 120, *veteres foliorum numeros adnotavit, dum equidem novum ordinem sequor; folia enim bis numerata sunt idque bis falso.*

ratus neque in Germania, sicut M. Rh. James[1] catalogi auctor statuit, nam et scriptura et pronuntiatio[2] francogallica et foliorum numeri per multiplicationem scripti hanc originem probant, fol. 22—29'. V. Germani, fol. 86—88. partem V. Radegundis a verbis I, 36 (SS. rer. Merov. II, 375,31): |est si te delectat ad verba II, 14 (l. c. p. 387,9): accepisse cum omni|, fol. 138'. Item incipiunt miracula al. sanctorum martyrum Agaunensium, inc. Sepe Dominus arrogantiam, Greg., Gl. Mart. c. 74 sq., continet.

4a) Codex Parisiacus n. 11757, saec. XIII, olim 'Sanctae Mariae de Regali monte', deinde Sangermanensis 'ex dono Antonii Wionis Herovallis', ibique signatus n. 808, postea n. 73, fol. 89—94, praescr.: Incipit vita s. Germani episcopi transeuntis V. Kl. Iunii, similiaque praescribentes, transpositis vero verbis: V. Kl. Iunii transeuntis,

4b) codices Trecensis n. 1, saec. XIII. in., olim monasterii Clarae Vallis, ibique signatus Q 70, Legendarii magni volumen tertium menses Aprilem ad Iunium comprehendens, fol. 100—107, et

4c) Remensis n. 1404 $\left(K \frac{782}{768}\right)$, saec. XIII. in., fol. 88'—98', iisdem mendis et inter se coniuncti sunt et cum 4:

c. 1. erat ergo] Ergo erat 4. 4a. b. c;
c. 3. celeber] celeberrimis 4. 4a. b. c:
c. 76. beatis] beatus 1c. 4. 4a. b. c.

5a) Codex Romanus bibliothecae Vaticanae e libris reginae Christinae n. 581, saec. IX. pulcherrime exaratus, olim Liber sancti Dyonisii, adnotante manu saec. XI/XII. (fol. 116'), postea 'bibliothecae Nicotianae 41', fol. 40—86'. Vitam Germani, fol. 87—106'. Translationem eius interpolatam cum Miraculis ad reversus (AA. SS. Mai. VI, p. 793, § 20 ex.) continet[3].

5a*) Codex Rothomagensis n. 1411 (U 64), saec. XIII, olim monasterii S. Audoeni ibidem siti[4], fol. 221—229, praescr.: Incipit vita sancti Germani Parisiorum episcopi, praecedenti libro propinquum his lectionibus se praebet:

c. 2 ex. infixit] inflixit 5a. a* (pr. m.);
c. 3. Qua de re] eras. 5a; om. 5a*;
c. 76. hoc ei Dominus] ei D. hoc 5a. a*.

5b) Codex Parisiacus n. 12599, saec. X, formae quadratae, olim Sangermanensis n. 479, deinde n. 507, totus patrono eiusdem monasterii dicatus est. Insunt enim

fol. 5—54'. V. Germani,
fol. 55—88. Translatio eiusdem interpolata cum Miraculis ad reversus (AA. SS. Mai. VI, p. 793, § 20 ex.), eadem scilicet quae in 5a,
fol. 88—97'. m. s. XII. suppleta Continuatio XVI. Praeterea (ib. § 21) ad finem (ib. p. 796, § 35),
fol. 98—148'. m. s. XI. suppleta Miracula eiusdem auctore Aimoino (ib. p. 797), praescr.: Incipit epistola Aymoyni monachi,
fol. 149—149'. m. s. XIII. additum Miraculum a. 1061 (ib. p. 806), inc.: Miraculis.

Ea quae hoc libro continentur m. s. XIV. fol. 2—4. adnotavit foliumque conservandi causa praefixum (fol. 1) c. 57. V. Germani m. s. XI. exaratum occupat, cuius ultimus versus erasus est. Textus V. Germani primigenius quam accuratissime scriptus, sed a compluribus librariis tam violenter correctus est, ut scriptura vetustior frequenter

1) M. Rh. James, 'A descriptive catalogue of the Mc Clean Collection of manuscripts in the Fitzwilliam Museum' (1912), p. 218. 2) C. 25. Gualdulfi pro 'Waldulfi', c. 72. Guasco pro 'Wasco' 4. 3) Cf. A. Poncelet, Catalogus codicum hagiographicorum Latinorum Bibliothecae Vaticanae, Bruxellis 1910 (Subsidia hagiographica II), p. 378. 4) Cf. Anal. Bolland. XXIII, p. 199.

discerni nequeat, atque sibi successerunt m. s. XI (nobis m. al.), m. s. XIII. et XV, plerumque exemplaria sextae classis adhibentes, sicut etiam capiti 3. *locum in quinta classe praetermissum m. s. XV. ex* 6*a addidit. Lectiones correctas non curavi nisi raro, sed textum vetustum ubique eruere conatus sum, neque eo detrito lectiones posteriores adnotavi, si reliqui libri de textu inter se consenserunt. Ad c.* 52. *V. Germani haec m. s. XI. adscripta sunt:* Fac finem. In finem require XII.

Codicibus $5c^1$ *capita* 35—72, $5c^2$ *capita* 32—71. *desunt textusque inest similis ei, quem prior codicis* 5*b corrector formaverat, immo eo plura menda in illis occurrunt atque in* $5c^2$ *finis libri omnino immutatus est.*

$5c^{1a}$*) Codex* *C a r n o t e n u s* *n.* 507 *(*193*), saec. XI, olim bibliothecae capituli eiusdem urbis*[1], *fol.* 160—164′. *Vitam Germani (praescr.:* In Christi nomine incipit vita sancti ac beatissimi Germani Parisiacae urbis antistitis edita a venerabili Fortunato episcopo*), fol.* 164′—170. *Translationem eius interpolatam cum Miraculis (praescr.:* Incipit translatio corporis sancti Germani episcopi et confessoris*) ad* reversus, *sicut* 5*a, continet, subscr.:* Explicit translatio sancti Germani. *Librarius parum exercitatus litteras* s *et* r *et* r *et* l *permutavit: c.* 6. fessum] fer sum $5c^{1a}$; *c.* 5 *ex.* belua] berva $5c^{1a}$; *c.* 9. versari] versali $5c^{1a}$.

$5c^{1b}$) *Codices* *P a r i s i a c u s* *n.* 3801, *olim Philiberti de Mare n.* 445, *deinde Regius C.* 3864. 7, *saec. XII, fol.* 55—60′. *V. Germani, fol.* 60′—68′. *Translatio eius,*

$5c^{1b*}$*)* *T r e c e n s i s* *n.* 7, *saec. XII, fol.* 131′—134,

$5c^{1c}$*)* *C a n t a b r i g i e n s i s* *bibliothecae universitatis Ji* 3. 30, *antea* ♯ *D II.* 18 *et* 109, *saec. XIII. in., fol.* 124′—129′,

$5c^{1d}$*)* *P a r i s i a c u s* *n.* 5296, *olim Colbertinus n.* 53. *deinde Regius C.* 3593. 9, *saec. XIII, fol.* 32′—36′,

$5c^{1e}$*)* *P a r i s i a c u s* *n.* 5280, *olim Bigotianus n.* 170, *deinde Regius C.* 3654. 2. *saec. XIII, fol.* 222—228. *V. Germani, fol.* 228—231′. *Translatio eius,*

$5c^{1f}$*)* *P a r i s i a c u s* *bibliothecae Armamentarii, vulgo Arsenal, n.* 996 *(*43 *H. L.). saec. XIII, olim 'Conventus Parisiensis Carmelitarum discalceatorum', fol.* 130′.[2] *V. Germani cum Translatione eius,*

$5c^2$*)* *P a r i s i a c u s* *n.* 14363, *olim coenobii S. Victoris prope Parisios siti n.* 189. 1, *saec. XII, fol.* 108′—111′,

$5c^{2*}$*)* *P a r i s i a c u s* *n.* 14365, *olim coenobii S. Victoris prope Parisios siti n.* 207, *fol.* 185—192, *procul dubio ex praecedente descriptus, praescriptionem ferunt prolixiorem cum* $5c^{1a}$ *omnino (*$5c^{1c}$*) vel fere concordantem*

Incipit vita sancti ac beatissimi (ac b. *om.* $5c^{1f}$) Germani Parisiace (Parisiense $5c^{1f}$) urbis antistitis, edita a venerabili Fortunato episcopo $5c^{1b.f}$,

aut paulo decurtatam:

Incipit vita sancti Germani Parisiorum episcopi edita a Fortunato episcopo $5c^{1b*}$,

aut multo breviorem:

Incipit *(m. al. add.* $5c^{1e}$*)* vita sancti Germani Paris. episcopi (e. Parisiace urbis $5c^{1c}$) *(*V. Kl. Iuni *m. al. add.* $5c^{1e}$, *habet* $5c^{1d}$*)* $5c^{1c.d}$, Germani episcopi Parisiensis $5c^{2.2*}$,

atque e textu necessitas eorum cum $5c^{1a}$ *et* 5*b intercedens eo magis intellegitur:*

c. 1. innocentem] innocuam $5c^{1b.b*.c.d.e.f}$ *(non* $5c^{2.2*}$*) cum* 5*b (? pr. m.).* c^{1a},
ib. ante fecisse v.] ante factam pro eo v. $5c^{1b.b*.c.d.e.f.2.2*}$ *cum* 5*b (m. al.).* c^{1a}.
c. 2. parentis] propinqui $5c^{1b.b*.c.d.e.f.2.2*}$ *cum* 5*b (m. al.).* c^{1a},
c. 76. raptus] ereptus $5c^{1b.b*.c.d.e.f}$ *cum* 5*b (m. al.).* c^{1a}.

Codices $5c^{1a.e}$ *in c.* 1. *ante* innocuam *verba* matrem redderet *omittunt. Libri* $5c^{1b}$

1) *Cf. Anal. Bolland. VIII, p.* 176. 2) *Cf. Henry Martin, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque de l'Arsenal', Parisiis* 1886, *II, p.* 215.

et $5c^{1b*}$ *locum c. 76. cum 4a. b. c ita transponunt:* Nam vocans (ad se *om.* $5c^{1b.b*}$, *habent 4a. b. c*) notarium suum ante aliquos dies, *et in doxologia pro* regnante *exhibent* praestante; *paulo ante in* $5c^{1b*}$ *verba* abscondere — eadem die *desunt, spatio vacuo relicto. In* $5c^{1c}$ *c.* 4. cacuma *pro 'cucuma' legitur, ut in* 1*b. Libri* $5c^{2.2*}$ *finem libri retractantes ita desinunt:* post peractum victor praelium beatus Germanus Parisiorum episcopus fere octogenarius migravit ad Christum. [Qui cum Deo patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen *manu recentiore addita sunt* $5c^{2}$, *adsunt* $5c^{2*}$].

$5d^{1}$) *Codices* D i v i o n e n s i s *n.* 640 (383 *III*), *saec. XIII, olim Cisterciensis, scilicet legendarii volumen menses Maium et Iunium usque ad diem* 12. *Iulii comprehendens, fol.* 79′—87, *praescr.:* Incipit vita sancti Germani Parisiorum episcopi edita a Fortunato episcopo, *et*

$5d^{2}$) P a r i s i a c u s *n.* 14651, *olim S. Victoris monasterii Parisiaci n.* 85, *chartaceus saec. XV, fol.* 14—19, *praescr.:* Germani Parisien. episcopi quinto Kl. Iunii *et in dextera margine:* Ex vita sancti Germani Parisien. episcopi, *incipiens a c.* 32. [P]rorsus, *scilicet ibi, ubi duo eiusdem monasterii codices* $5c^{2.2*}$ *deficiunt, inter se conveniunt in capitibus, quae in* $5c^{1.2}$ *desiderantur:*

c. 70. purgata] curata $5d^{1.2}$ *cum* 4*b. c;*

ib. tetigit] tangebant $5d^{1.2}$

locumque eiusdem capitis 70. *exhibent, in* 5*a. b.* 6*a praetermissum, atque ex exemplari quodam* 4 *profecisse videntur;*

c. 56. redemptionem] misericordiam $5d^{1}$ *cum* 4,

sed ubi codices 5c *adsunt ibi cum iisdem manifesto faciunt, easdem lectiones iterantes, quas supra collegi, et in doxologia* $5d^{1}$ praestante *exhibet cum* $5c^{1b.b*}$.

5*e*) *Codex* P a r i s i a c u s *n.* 5365, *saec. XII, olim Lemov.* 204, *deinde Regius n.* 3594^{b}, *fol.* 18′—22 (*praescr.:* Incipit vita sanctissimi ac beatissimi Germani Parisiacensis civitatis episcopi V. Kls Iunii), *c.* 33—68. *omisit, post* accipere (*c.* 32 *ex.*) *ad initium c.* 69. *transiens:* Dacverta quedam Parisius, *textusque ibi graviter et retractatus et interpolatus est, e. gr.*

c. 12. *in.* Inserendum est huic opusculo, qualiter Dominus per revelationem ante quatuor a.,

c. 9. *ex. post* est *add.:* Statimque viri Dei orationibus incolomis est redditus.

Exemplar quod librario praesto fuerat cum libris 5*a. b.* 6*a locum c.* 70. *praetermisit neque vero interpolationem classis sextae habuit in c.* 3. *et cum* 5 *convenit hoc loco:*

c. 2. infixit] inflexit 5*e;* inflixit 5*a.*

Nonnullae quoque lectiones eius in 4 *occurrunt:*

c. 4. corripuit] arripuit 5*e cum* 4*;*

c. 25. Waldulfi] Galdulfi 5*e;* Gualdulfi 4*;*

c. 76. sanctus discessus] sanctum discessum 5*e cum* 4*;*

ib. adipiscendus] adiungendus 5*e cum* 4. 5*a. b,*

sed praeterea vestigia dissimillimi fontis manifesta deprehenduntur haec:

c. 1. servatus] servatur 5*e cum* 2*c;*

c. 4. quam vix restinguerent] quamvis restringerent 5*e cum* 1*c.* 2*b;*

c. 5. reddendum] redendum 5*e cum* 2*c;*

c. 6. sidera mente] desidera mente 5*e cum* 2*c.*

Fol. 22—24′. *Translatio corporis Germani et Miracula interpolata eodem modo atque in libris* 5 *sequuntur ad verba:* ut fugitivum nuper elapsum se prosequentem (*AA. SS. Mai. VI, p.* 792, *n.* 15 *med.*), *in quibus verbis textus desinit, reliquis foliis deperditis.*

Specimen photographicum intercedente administratione Bibliothecae Nationalis mense Maio a. 1914. *mihi transmissum est.*

6*a) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 12610, *saec. XI, olim monasterii S. Germani a Pratis n.* 480, *postea n.* 1049, *ibique memoriae 'patroni nostri' dicatus, quo nomine in praescriptione Vitae (fol.* 1—39'*) Germanus diserte celebratur, praeterea Translationem eiusdem cum Miraculis (fol.* 40—72*) ad verba:* nominatur omnipotens per innumera saecula saeculorum. Amen. Explicit *(AA. SS. Mai. VI, p.* 796, *§* 35*), eadem scilicet atque* 5*b, continet, deinde (fol.* 72'—107*) Miracula auctore Aimoino (praescr.:* Incipit epistola Haimoini monachi*), officium, hymni, sermones subsequuntur manuque saec. XIV. additum (fol.* 123—124'*) Miraculum a.* 1061.

$6a^{1}$*) Codex* A n d e g a v e n s i s *n.* 308 *(*299*), saec. XII, olim 'sanctae Mariae de Laaia', fol.* 144'—147', *iisdem verbis praescriptis atque* 6*a, quocum Germanum librarius patronum suum agnovit, sola capita* 1—4. 12. 13. 42. 75. 76 *continet in* 8 *lectiones digesta.*

$6a^{2}$*) Codex* L o n d i n i e n s i s *societatis quae Gray's Inn dicitur n.* 3, *saec. XII. ex.*[1], *fol.* 79'—87'. *V. Germani (praescr.:* Incipit vita sancti Germani confessoris Parisiorum pontificis*), fol.* 87'—95 *(praescr.:* Incipit translatio sacrosancti corporis eius et miracula post obitum eius ab eo gloriose facta*) Translationem et Miracula interpolata (Bibl. hag. Lat. n.* 3474—76*) continet.*

$6a^{3}$*) Codex* A l a n c i o n e n s i s *n.* 21, *saec. XII, olim 'Beatae Mariae de Trappa', fol.* 8—25', *praescr.:* Incipit vita beati Germani episcopi Parisiacensis, edita a venerabili Fortunato presbytero, postea episcopo.

$6a^{4}$*) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 12617, *saec. XIV, olim Sangermanensis n.* 478, *postea* 506, *fol.* 1—27. *V. Germani (praescr.:* Incipit vita sancti ac beatissimi Germani Parisiensis episcopi*), fol.* 27—50'. *Translationem eiusdem continet, subsequentibus Aimoini libris duobus et tribus sermonibus in festivitatibus eius legendis. Textus cum passim cum* 6*a convenit, tum in c.* 4. tardius *cum eodem omisit.*

$6a^{5}$*) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 5346, *saec. XIV, olim Regius C.* 4182, *fol.* 1—13. *V. Germani, eadem praescriptione praemissa, fol.* 13'—24'. *Translationem cum Miraculis, fol.* 24'—39. *Aimoini libros, fol.* 39—39'. *Miraculum a.* 1061. *continet.*

6*b) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 5568, *olim coenobii S. Amandi in Pabula, deinde Telleriano-Remensis n.* 268, *postea Regius C.* 4425, *saec. X/XI, fol.* 80—103. *V. Germani, fol.* 103—118'. *absque praescriptione Translationem eius interpolatam cum Miraculis ad eundem finem*[2] *atque* 6*a continet, quae novo quaternione incipiente fol.* 119'—144'. *Miracula in Normannorum adventu facta (inc.:* Plura quidem et stupenda miraculorum signa*) subsequuntur*[3] *alia manu scripta.*

$6b^{1}$*) Codex bibliothecae Alphonsi* W i n s *iudicis tribunalis Montensis provinciae Belgicae (Bergen) n.* 4, *saec. XI, fragmentum codicis S. Gisleni LL*[4], *fol.* 34—70. *eadem atque* 6*b continet eademque praescripta sunt, sed Translatio interpolata cum Miraculis desinit:* dominatur omnipotens Deus per infinita secula seculorum. Amen, *quae versu vacuo relicto altera Miracula (incip.* Plura quidem*) eadem manu scripta excipiunt*[5].

1) *Alfred J. Horwood, 'A Catalogue of the ancient MSS. belonging to the Honourable Society of Gray's Inn', Londinii* 1869, *p.* 3; *v. supra p.* 328. 2) *Cf. 'Archiv' XI, p.* 259. 3) *E codice* $6b^{2}$ *edita sunt in Anal. Boll. II, p.* 70—98, *locis nonnullis praetermissis iterata a G. Waitz, SS. XV, p.* 10 *sqq.* 4) *Codicem descripserunt Bollandiani in Analectis XII, p.* 411 *sq.* 5) *Lectiones huius codicis ab editione Waitzii SS. XV, p.* 10, *discrepantes enotavi has: l.* 10. Nortmannorum, *l.* 11. inerudimento, tamen v. ac f i d e l i s., *l.* 14. Hluduwici, *l.* 26. n. velle perire.

Specimen photographicum initii et Vitae et Miraculorum possessor huius libri intercedentibus sociis Bollandianis nobis paulo ante transmisit, quam bellum atrocissimum exortum est.

$6b^{2}$) *Codex* N a m u c e n s i s *bibliothecae urbanae n.* 53, *saec. XII, legendarii monasterii S. Huberti Ardennensis*[1] *volumen menses Maium ad Augustum comprehendens, fol.* 235 — 256′. *item eadem atque* 6b. b^{1} *continet atque V. Germani (praescr.:* Incipit vita sancti Germani Parisiacensis episcopi et confessoris*) eadem desunt quae* 6b*: c.* 30. Itaque — effectum, *c.* 33. et quasi — signaculum, *c.* 60. paulatim — revertitur, *et lectio* Avallono *c.* 2. *etiam in* $6b^{1}$ *deprehenditur. Praescriptiones capitibus singulis praepositae sunt, textusque partim valde retractatus est idque eodem modo atque in libro subsequente; utrique finis c.* 22*:* Unde — educitur *deest. Folio* 241. *exciso textus a* multi *c.* 62. *ex. ad c.* 71. *ex.* ineffabiliter *hiat. Translationi interpolatae Miraculisque fol.* 242′. *praescripta sunt:* De ecclesiae sancti Germani constructione, *quae iisdem verbis atque in* $6b^{1}$ *desinunt, alteraque Miracula, quae subsequuntur, ex hoc ipso codice edita esse iam dixi (p.* 354, *n.* 3*).*

$6b^{3}$) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 7487—91 *(Van den Gheyn n.* 3182*), saec. XIII, antea Musei Bollandiani ibique signatus Q MS.* 4, *fol.* 108′—119 *(praescr.:* Incipit vita sancti Germani Parisiensis episcopi*) textum praecedente multo magis immutatum exhibet, quocum eadem praetermisit atque* 6b *et sermonem iam passim correxerat, e. gr. c.* 20*:* orationem fudit et postea potum illi tribuit eumque statim ad salutem pristinam revocavit et imminens (impendens $6b^{1}$) $6b^{2.3}$, *gravesque interpolationes interposuit, e. gr. c.* 1. *ex.* locum, *quem e codice Bonifontis deprompserat Henschenius. Verba c.* 40. *in.* Igitur pastor — *c.* 48. *in.* Landegiselus inluster *suo loco desunt, sed inter c.* 52. *ex.* repente fallax in pedem *et c.* 53. *locus c.* 42. *ex.* sacerdotis a quo morbis — *c.* 48. Reudegisilus quidam vir illustris *moxque verba c.* 40. *in.* pastor bonus cum de Novigento — *c.* 42. *ex.* gratias creatori super hoc miraculo referunt universi, *transposita sunt, ita ut iam in exemplari folia nonnulla perturbata esse liqueat. Cum priora huius codicis folia haud recte ligata sint, Bollandiani, Catal. Bruxell. II, p.* 74, *de lacuna rettulerant, quae minime extat.*

Haud pauci, qui iam restant codices sextae classis lectiones utriusque exemplaris et 6a *et* 6b, *nonnulli praeterea aliorum ordinum exhibent.*

6c) *Codex* B o n o n i e n s i s *bibliothecae universitatis Italicae n.* 1702 *(antea Aul. III B* 165 — 23 *et Aul. III Append. Mss.* 1158*), saec. XI. in., fol.* 1′—33′, *(praescr.:* Incipit vita sancti ac beatissimi Germani Parysiacae urbis antistitis, edita a venerabili Fortunato presbytero, postea episcopo*) necessitudinis cum* 6b *intercedentis manifesta indicia prae se fert, veluti in c.* 3. Cuius — praeceptio, *in c.* 30. Itaque — effectum *cum eo et* $6b^{2}$ *omisit, sed aliis locis cum* 6a *convenit:*

c. 3. duraverit, quis enarrabit? Ceterum;
c. 9. velocius;
c. 19. Igitur quidam faber;

cum $5c^{1c}$ *om. c.* 10. pontifex ut;

neque ab interpolationibus propriis abstinuit:

c. 75. Tum vero si domum aliquotiens regr.;
c. 76. namque suae delibationis dies vocaus.

Insunt praeterea

fol. 34 — 61′. *Translatio Germani interpolata atque Miracula in* 77 *capita divisa usque ad finem editionis AA. SS. Mai. VI, p.* 796,

1) *Cf. Anal. Bolland. I, p.* 505.

f. 62—74′. *Carmina quae edidit de Winterfeld, MG. Poetae IV, p.* 124 *sqq., scilicet primo rhythmus de vita et miraculis beatissimi Germani ex libro Fortunati excerptus, cui excunti locus quidam ad funus patroni et Bosonem quendam in vincula coniectum spectans additus et praescriptis verbis:* Incipit de certis praetermissis miraculis *nova miracula eaque absurda, quae Fortunatus praeteriisset, adnexa sunt, veluti de levi ministro S. Melanii (subscr.:* Explicit de actibus et virtutibus ipsius sancti pontificis feliciter. Amen*). deinde praemissa praefatione ad Odonem regem († Kal. Ian.* 898*) Translatio Germani interpolata*[1], *subsequente carmine ad eundem regem et hymno S. Germani,*

f. 75—76. *De triformi corpore Christi et de partibus oblatae,*

f. 76—77. *De remissionibus peccatorum,*

f. 77′. *Epitaphium domni Gozlini episcopi (ed. de Winterfeld p.* 136*), scilicet Parisiaci a.* 886. *die* 16. *Aprilis defuncti.*

6*d) Codices* C e n o m a n i c u s *n.* 217. *saec. XII. ex., olim 'beati Petri de Cultura Cenomannensis'*[2],

fol. 58—65. Vita sancti Germani episcopi,

fol. 65—72′. Incipit translatio sancti Germani episcopi et confessoris Parisiacae civitatis *ad verba:* nominatur(!) omnipotens per innumera secula seculorum. Amen *(AA. SS. Mai. VI, p.* 796*),*

f. 72′—76′. *absque praescriptione* Studiosis in Christo *et q. s., scilicet Aimoini liber I,*

6*e)* ***P a r i s i a c u s*** *n.* 5287, *saec. XIII, olim Colbertinus* 713, *deinde Regius C.* 3864, 7. 7. *B, fol.* 16—22. Vita sancti Germani Parisiensis episcopi, *deficientibus capitibus* 36—44, *des.:* qui cum Patre et Spiritu vivit et regnat per omnia s. s. A.,

6*e*)* ***C a m e r a c e n s i s*** *n.* 816 *(*721*), saec. XV, olim 'Bibliothecae S. Sepulchri Cameraci', fol.* 286′—294, *praescr.:* Incipit vita sancti Germani Parisiensis episcopi. *des.:* cui est honor et p. in s. s. Deo gracias. Explicit vita sanctissimi Germani episcopi Parisiacensis, cuius festum celebratur quinto Kalendas Iunii,

6*f)* ***P a r i s i a c u s*** *n.* 5323, *saec. XIII, olim Bigotianus n.* 171, *deinde Regius C.* 3605, *fol.* 58—62′, *praescr.:* Incipit vita sancti Germani episcopi urbis Parisiace. edita a Fortunato episcopo, que est V. Kl. Iunii,

6*g)* ***P a r i s i a c u s*** *bibliothecae S. Genovefae n.* 132 *(BB. l. in.-fol.* 41*), saec. XII. ex., fol.* 12′, *praescr.:* Incipit vita sancti Germani Parisiacensis episcopi. *deficientibus capitibus* 27—70,

6*h)* ***P a r i s i a c u s*** *bibliothecae S. Genovefae n.* 124 *(olim BB* 19, *postea BB. l. in.-fol.* 33*), saec. XII/XIII, fol.* 114 *(praescr.:* S. Germani*), tres lectiones continens, quae deficientibus verbis:* Ceterum quibus elemosinis profusus extiterit *(c.* 3*) ad finem c.* 15, *in verbis c.* 16. infudit remedium *desinunt,*

6*i)* ***P a r i s i a c u s*** *n.* 11552, *saec. XIII, olim S. Mauri Fossatensis, deinde Sangermanensis n.* 1031, *postea* 29, *fol.* 101—110′, *praescriptione destitutus,*

sicut 6*e interpolationem capitis* 3. *verbis* 6*a exprimunt:* quis enarrabit? Ceterum, *quorum etiam locum in* 6*b. c praetermissum eiusdem capitis:* Cuius — praeceptio *servant eodem modo interpolatum; sed praeter* 6*f et* 6*h hiantem cum* 6*b in c.* 3. *post* honestis *interpolant* apud illum, *iterum cum* 6*e consentientes eidem traditioni eo magis indulgente, et codices* 6*e. e*. f (non* 6*d. i) cum* 6*b etiam locum:* Haec sine fine s. coepta *in c.* 70. *exhibent, hiantibus* 6*g. h. Praeterea cum aliis classibus singuli libri conveniunt, e. gr.* 6*d cum*

1) *de Winterfeld versum* 27. *ita edidit:* Instat operis sublimis, dies praestantissimus, *sed pro* dies *in codice iterum legitur* instat, *sicut Gaudenzi scripserat, quod servem, versum ita emendans:* Instat operi *(pro* operis*)* sublimis, instat praestantissimus: *sublimis enim et praestantissimus est rex, quo instante sepulchrum Germani aperitur.* 2) *V. Anal. Bolland XII, p.* 48.

1*a. b* Cesarius *c.* 10, *alia suo arbitrio immutans aut interpolans aut omittens,* 6*f cum* 4 celeberrimis *pro 'celeber' c.* 3, 6*g. h. i cum quinta classe, scilicet* 6*g* propinqui *pro 'parentis' c.* 2 *cum* 5*b (m. al.), sicut* 6*c*, 6*h c.* 1. innocuam *pro 'innocentem' cum eodem codice,* 6*i* discessus post manifestavit *c.* 76. *cum* 5*c*[1c], ereptus *pro 'raptus' cum* 5*c*[1a. b. b*. c. d. e. f]. *Libri* 6*e. e*' *inter se consentiunt:*

c. 4. acciperet] sumeret 6*e. e*'.

6*k) Codex* Parisiacus *n.* 5278, *saec. XIII, olim Colbertinus n.* 11, *deinde Regius C.* 3594.7, *fol.* 81'. Prologium in vita sancti Germani episcopi et confessoris — Explicit prologus, *priorem vitae II. brevioris partem praemittens*[1], *de qua infra p.* 368. *disserendum est, fol.* 81'—90'. Incipit vita eiusdem *textum continet loco illo c.* 3. *eodem modo interpolatum atque* 6*a aliisque locis* 6*b similiorem quam praecedentes, ita ut paulo ante verba:* quis enarrare sufficiat? Ceterum *ex* 6*b ibi admissa sint neque lectio* 6*a*.

6*k*') *Codex* Bruxellensis *bibliothecae Bollandianae n.* 14, *saec. XIII, in domum societatis Antverpiensem ex abbatia Tongerloensi translatus ibique Q. Ms.* 7 *signatus*[2], *cum praecedente et* 6*b nomen in c.* 38. *depravavit* Demegisilus *et cum illo solo in c.* 76. *pro 'quoque' scripsit* autem *et post* Denique *interpolavit* enim. *Incipit a verbo* respiraret *c.* 34.

6*l*) *Codex* Romanus *bibliothecae Vaticanae e libris reginae Christinae n.* 477, *saec. XII, fol.* 39—48'[3], *cum in praescriptione verba* edita a venerabili Fortunato episcopo *exhibeat, ad classem quintam aut sextam pertinere videtur.*

Tanta codicum mole evoluta, exemplum praestantissimum erutum est, quemnam fructum textus ex his studiis capere potuerit. Cum M. Bonnet[4] *Addenda lexicis latinis e Gregorio nostro colligens in vocabulum* basilicaris *incidisset, acute coniecit etiam apud Fortunatum, V. Germani c.* 5, *locum* partim villae basilicae res *emendandum esse* p. villae basilicaris, *miratusque est lectionem variantem aut coniecturam a me additam non esse, sed qui tunc mihi praesto erant codices minime inter se discrepabant. Nunc vero quam ingenio suo indagaverat lectio splendida per codices primae nostrae classis* 1*a. b. c. e confirmatur, quae omnes praecedentes editores fugerat. Hi igitur libri* 1 *hoc loco soli textum Fortunati primigenium servaverunt, reliquis omnibus degenerantibus, ideoque loci, quibus iidem eodem modo a reliquis discedunt, accurate examinandi sunt:*

c. 1. et accepta potione, ut abortivum proiceret, nec noceret, incubabat in ventre, ut pondere praefocaret, quem veneno non laederet] 1*a. b. c. d;* et a. p., ut a. proiceret, dum nocere non posset, incubabat — pr., quem venena laedere (1. *om.* 2*a. b)* non valerent *rell., textum in lucidiorem formam redigentes alterumque coniunctivum per 'dum' separantes, qui in* 1 *per 'nec' cum praecedente haud bene coniunctus erat;*

c. 4. Hoc [*ita recte* 1*a. b. c. e, scilicet* Hoc — imbre; Ac *vel* ac *rell.*] de manu sancti imbre sedata est ignis unda;

c. 6. graviter vi febrium laborantem] 1*a. b. c. e;* gr. v. f. fessum *rell.: at cf. c.* 41*:* gravi taedio laborare;

c. 10. Caesarius] *similiterque* 1*a. b. c;* Aesarius *similiterque rell.;*

ib. Tunc adiectis a Sab(v)arico adhuc viginti aureis ad praetium quod acceperat] 1*a. b. c. e:* T. adiecit Sabaricus a. v. aureos ad pr. q. acceperat *rell., verbum finitum substituentes ablativo absoluto haud recte adhibito;*

1) *Prologum ex hoc ipso codice ediderunt Bollandiani, Catalog. codd. hagiogr. Paris. I, p.* 483. 2) *Cf. Anal. Bolland. XXIV, p.* 439. 3) *Cf. A. Poncelet, Catalog. codd. hagiogr. Lat. Bibl. Vaticanae, Bruxellis* 1910, *p.* 327. 4) *Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours' p.* 194.

c. 23. Id actum est] 1*a. b. c. d. e;* Idque a. est *rell.; cf. c.* 5: Id (que *add.* 6*a. b*) actum est;

c. 25. ut unde oleum benedictum iniceret, lumen aditum non praestaret] 1*a. b. c. e (scilicet* lumen *pro 'oculus'; cf. infra* gemello lumine; *Leo, Auct. antiq. IV,* 1, *p.* 406*);* ut u. o. b. i., luminis aditum *(ita* 2*a. b. c.* 3*a. b.* 5*a;* luminis aditus 5*b;* luminum aditus 4. 6*a. b)* n. pr. *rell.;*

c. 44. surrexit de lectulo] 1*a. b. c. e;* s. e l. *rell.; cf. c.* 23: adsurgit de lectulo;

c. 45. ut viventibus oculis, reliquum esset cadaveris] 1*a. b. c. e;* ut videntibus o., r. e. c. *rell.*

Etiam his aliisque locis classis 1 *reliquos libros longe superat hosque manifestum est ad exemplar redire, in quo non solum singulae litterae depravatae aut breviora vocabula permutata interpolataque erant, sed librarius tota enuntiata parum apte constructa ad grammaticae leges in meliorem formam redegerat.*

Etiam in codicibus classis 1 *menda nonnulla deprehenduntur iuxta lectiones optimas, sicut c.* 2. dum isti *(ita* 1*a. b. c;* insonti *rell.)* praeparatur [interitum *om.* 1*a. b. c*], auctor cadet in laqueum, *lectio* isti *classis* 1 *cum verbis praecedentibus* isti de maleficio *comparata excellit, sed mox* interitum *ibidem excidit, non solum rhythmo firmatum sed etiam loco Scripturae sacrae, Ps.* 34, 7 *sq.:* absconderunt mihi interitum laquei sui — et in laqueum cadat in ipsum, *itaque alias quoque vocabula singula ibi deesse videntur*[1]. *Praeterea vero leviora tantum peccata isti librario vitio danda sunt, verba scriptura continua conserta non recte distinguenti:*

c. 34. mobili singultu] mobilis incultu *(*inculto 1*c)* 1*a. b. c. e,*

aut litteras singulas permutanti aut omittenti:

c. 32. pagina. Eunte] pagina *(*paginę *pr. m.* 1*b)* unde 1*a. b. c;*

c. 33. domni] dm̄ *(= dum vel Deum)* 1*a. b;* beati 1*c;* dn̄i 1*e.* 2*c:* dûmni 2*b;*

c. 37. baside] base(ę) 1*a. b. e; cf.* basidem *Carm. VIII,* 12ª, 2*:*

c. 47. quod ubi] 2*a. b. c.* 3*a (pr. m.);* quod tui 1*a. b;*

c. 60. conclamantum] conclamatum 1*a. b. c. e;*

c. 70. ex(s)equantur] exerantur 1*b. c. d;* exarantur 1*a;* exenia erant 1*c;*

sed paulo supra exsequantur *legitur et passive hoc verbo Fortunatus, Carm. X,* 1, 1, *utitur, quod librarius* 1 *aegre ferens* qu *in* r *immutavit.*

Omnes igitur quotquot supersunt V. Germani codices ad duo exemplaria redeunt, scilicet vetustius 1, *et ad alterum locis nonnullis correctum, cumque iam in codice optimo* 2*a Translatio a.* 756. *Vitae adnexa sit, hoc exeunti saeculo VIII. attribuam. Licet illi stirpi maior fides habenda sit, tamen his libris ad textum recensendum carere non possumus. Immo librarius archetypi utriusque exemplaris et primae et reliquarum classium inauditam interpolationem c.* 38. *inseruit, scilicet ad finem properans, pauca tantum vocabula e sequentibus raptim excerpsit, denique e verbis* stupor amplectitur *c.* 38. *ad similia c.* 42. stupore concutitur *transiluit, vocabulum Fortunati* fragor *recte pro rumore accipiens, neque vero hi flosculi duorum capitum ad diversa miracula pertinentes inter se omnino cohaerent, unde tam inepta iam in libris expolitis* 4. 5. 6 *sublata sunt, illeque resipiscens mox textum ordine debito scribere perrexit. Auctorem vitae II. brevioris simili modo complura capita in unum contraxisse infra p.* 367. *videbimus.*

Inter codices 1 *et aetate et auctoritate praestat* 1*a, isque solus genuinam lectionem servavit h. l.:*

1) *Cap.* 2. vitam, *c.* 5. illius, *c.* 6. iusto *(cf. paulo infra p.* 377, 8. iusti*) in* 1*a. b. c desunt; quod etiam verba* oratio quippe *c.* 10. *in eisdem desunt, vide ea quae infra p.* 379, *n.* 2, *ad hunc locum adnotavi.*

c. 10. usque in hodiernum diem] *recte* 1*a cum V. Hilarii (p.* 7, 6. u. in hodierno die *cod. Vindob. n.* 420. *s. IX);* u. in hodierna die 1*b;* u. in hodiernam diem 1*e.* 4*;* in *om. rell.;* u. hodiernum *(*hodiernam 5*a. b)* diem 2*b.* 5*a. b;* u. hodierna die 1*c.* 2*a. c.* 6*a. b;* u. hodie 3*a. b.*

Per eundem origo mendi cuiusdam reliquorum librorum primae classis adhuc perspici potest:

c. 62. Bytoricas] byteris *pr. m.* 1*a;* presbyteris 1*b. c. e et m. al.* 1*a (*1*d hiat),*

dumque 1*b. c. d. e scriptura continua decepti deficiunt hoc loco:*

c. 23. sentiret tactu *(*actu 1*b;* actum 1*c. d),*

librarius 1*a errore lapsus non est. E contrario hic solus* c. 75. dum *versu ineunte omisit, vocabula nonnulla transposuit, aliis substituit alia eiusdem sensus:*

c. 28. peregrinae sanitati] *recte rell. (cf. Carm. II,* 16, 156, *V. Martini I,* 424*);* pristinae s. 1*a;*

c. 40. pergeret] iret *(ut supra)* 1*a;*

ib. trahet in diversorio] tr. in hospitium 1*a;*

c. 59. sanavit] curavit 1*a,*

sicut etiam 1*b suo arbitrio verbum immutavit:*

c. 35. ad propria eundi] ad p. redire 1*b.*

Uterque quoque a textu vulgari discrepat:

c. 66. Visus est eis, ut admoneret] 1*a. b;* v. est eis *(*eos 1*e)* admonere *rell.,*

sed uterque hoc loco constructionem a legibus grammaticae abhorrentem ipsius auctoris servasse videtur, quae in reliquis ope Donati correcta est. Reliqui huius classis libri saec. XIII. exarati cum his duobus concertare nequeunt. Codex 1c *quidem locis nonnullis cum* 1*a facit:*

c. 11. Alisiense] Aliense 1*a (pr. m.). c;*

c. 70. *post* sine *om.* fine 1*a. c;*

c. 74. interpolans] inter epulas 1*a. c (in exemplari erat* interpulans*);* interpolens 1*e,*

sed saepius lectiones eius cum codicibus 2*b et* 2*c consentiunt:*

c. 4. quam vix restinguerent] quamvis restringerent 1*c.* 2*b;*

c. 10. nomen] *om.* 1*c.* 2*b;*

c. 12. sancti factae] sanctificat(a)e 1*c.* 2*b. c;*

c. 6. sidera mente] (de *eras.*)sidera m. 2*c;* desiderio mentem 1*c;*

c. 13. acciderent] acciperent 1*c.* 2*c;*

c. 49. malagmate] maligmate 2*a.* 3*a (pr. m.);* malignitate 1*c.* 2*c;*

c. 59. de Namnetico] donam medico 2*c;* de Tramedico 1*c,*

cumque textus 2*c lectionibus genuinis similior sit quam* 1*c, hic librarius e codice quodam secundae classis profecisse videtur. Plerumque vero sermonem proprio Marte expolivit, vili grammaticae succurrens, sicut falsis participiis Fortunati verba finita apposuit:*

c. 47. *post* dirigens *add.* misit 1*c,*

ib. ante perunguens *add.* tangit 1*c,*

aut illa correxit:

c. 56. petens] peciit 1*c,*

loco activi passivum restituit:

c. 52. praesentaturus *passive*] pr(a)esentandus 1*c cum* 6*a. b.*

Formas Merowingicas non intellegens accusativum plur. secundae declinationis pro nominativo singularis accepit:

c. 58. dum digitus *(acc. pl.)* — perungueret *(*perungeretur 1*c),*

immo eodem errore

c. 50. *post* saepe *(pro 'saepem' neque 'crebro')* inconsultae dum clauderet *addidit* portas 1*c,*

talique librario textum aut temere immutanti:

c. 47. difficilis] felix 1*c;*

ib. sic cum] Ysicium 1*c;* fuit 1*e,*

aut prolixioribus additamentis supplenti[1] *fides nulla habenda est. Maioris momenti codex* 1*d est, qui magnam quidem libri partem omisit magnamque segetem lectionum variantium apparatui nostro attulit, sed indoles tam barbara exemplaris, unde pendet, ex his concludenda est, quam praeterea nusquam repperi, ita ut aliquatenus dignae sint, quae commemorentur:*

c. 1. in utero, pudore mota] in uterum putavit muta 1*d (erat in exemplari: 'pudore muta');*

ib. laedebatur] litabatur 1*d (erat ibidem 'lidebatur');*

c. 3. ad nutum] ad nodum 1*d;*

c. 13. missoria] messuria 1*d;*

c. 72. prodigus] Pro decus 1*d;*

ib. si totius] sit ut huius 1*d (erat 'si tutius'):*

ib. Continuo sine ambiguitate] continuos in a. 1*d.*

Saepe -rit, -rint, -itur *ibi pro* -ret, -rent, -etur *scripta sunt. Solus* 1*d ex libris* 1*:*

c. 51. perunguine] per unguinem 1*d;* unguine 1*a. b. e.* 2*c.* 6*a. b;* oleo 1*c,*

'per' servavit fratribusque labentibus cum 1*a aliisque classibus veram lectionem tradidit:*

c. 70. morborum] 1*a. d cum rell.;* arborum 1*b. c. e;*

aut solus cum melioribus libris secundae et tertiae classis haud raro facit, quae lectiones vix spernendae sunt. Menda quoque librorum et primae et secundae classis in 1*d deprehenduntur:*

c. 13. resp. m. resedisse] r. m. se : dedisse 1*a;* r. se m. dedisse 1*d;*

c. 42. fragor in partes adtollitur] *om.* 1*b. d:*

c. 43. pagi] *om.* 1*b. d.* 2*b.* 6*a;*

c. 70. tenebatur] tenebantur 1*b. d;*

c. 42. palpitantem] palpitante 1*b.* 2*b;* palpante 1*c. d.* 2*a. c;*

ib. vides] videns 1*c. d;*

c. 3. episcopus] spm̄ 1*d.* 2*a.*

Proavus codicis 1*e infimi huius ordinis, qui gravibus interpolationibus inquinatus est, manifesta necessitudine cum* 1*b coniunctus erat:*

c. 21. sancti] viri *add.* 1*b. e;*

c. 30. discedente] descendente 1*a. b;* descendente vel discedente 1*e;*

ib. culpabilibus] culpavilibus 1*a (pr. m.). b. e;*

c. 41. primo] pro 1*b. e;*

c. 42. succurrere] suo occurrere 1*b;* occurrere 1*e;*

ib. ab ubere] abluere 1*b;* ablue 1*e;*

c. 63. Interea dum] Inter | eadem 1*b;* Inter easdem 1*e;*

c. 64. ferreis] vinculis *h. l. add.* 1*b, ante* ferreis 1*e;*

c. 72. anxius] anus 1*b. e;*

c. 73. ore] eius *add.* 1*b. e:*

c. 74. aut *(prius)] om.* 1*b. e,*

sed praeterea librarius ex exemplari multo deteriore profecit, scilicet ex $5c^{1a}$ *vel ex lectionibus, quas m. al. codici* 5*b intulerat:*

c. 2. parentis] propinqui 1*e cum* $5c^{1a}$ *et m. al.* 5*b;*

1) *Cf. locos asterisco distinctos in calce textus c.* 32. 41 *(ubi solum* quam 1*c in* 2*c repperat).* 44. 45. 52. 75 *(ubi iterum participium* postponens *interpolationem librarii elicuit).*

c. 9. veloces] velocius 4. 5*a*. *b*. *c*[1a]. 6*a*: veloces vel velocius 1*e*;
c. 22. in praetio] interdictum 5*c*[1a] *et m. al.* 5*b*: in pretium vel interdictum 1*e*:
c. 24. vigorem pristinum restitutum, sine cunctatione] vigori pristino sine c. restituitur (restituuntur 1*e*) ac 1*e cum* 5*c*[1a] *et m. al.* 5*b*.

Illuviem textus tam male commixti tantaque licentia exarati in universum sustuli neque lectiones 1*e admisi nisi eas, quae per reliquos eiusdem ordinis codices confirmarentur aut illis inter se discrepantibus ad eruendum genuinum textum quicquam facerent.*

Codicibus classis 1 *et* 2 *erutis locus quidam memorabilis c.* 3. *Fortunato nostro restitui poterat, qui posterioribus interpolationibus auctus ex vetustis tantum editionibus adhuc emerserat ideoque notis adscribendus erat, atque hoc altero exemplo fructus studiorum nostrorum ante oculos proponuntur. Optimus Mabillonius de indole huius loci etiam tunc ita iudicaverat: 'At', inquit*[1]*, 'cum ista in antiquioribus sincerioribusque membranis non legantur, huc revocanda in secessum duximus', sed erraverat atque odiosa verba ex secessu in medium iam proferenda erant. Vero Fortunatus ipse scripserat, Germanum abbatem S. Symphoriani propter bona sua opera a Nectario episcopo Augustodunensi in custodiam trusum esse, nam non solum per optimos libros* 1, *sed etiam per* 2, *excepto deterrimo libro* 2*c*, *haec nequitia confirmatur, quam in libris* 3*a*. *b*. 4. 5*a*. *b*. *c*. 6*b frustra quaeras, verbaque, ut piis fidelium animis parceretur, hic deleta neque illic interpolata esse per se patet. Libris igitur insignibus* 1. 2, *quorum neuter adhuc ad textum recensendum adhibitus est, reliqui* 3—6 *opponuntur ex exemplari pendentes, quod vel uno loco censoria lima castigatum erat. Codices* 2. 3 *veterem sermonis barbariem creberrime servasse videntur, e. gr.:*

c. 30. confereretur] 2*a*. 3*a (pr. m.)*. *b (cf. Bonnet, 'Latin' p. 434)*; conferreretur 1*e*; conferretur *plerique*,

sed haud raro etiam communibus mendis inter se coniuncti sunt levioris sane momenti:

c. 11. palpitabat] palpetrabat 2*a*. 3*a (pr. m.)*:
c. 32. concite ministris] concitem m. 2*b*. 3*a*:
c. 46. manendi gratia] manens gr. 2*a*. *b*. *c*. 3*a (pr. m.)*:
c. 56. sibi] sive 2*a*. *b*. *c*. 3*a (pr. m.)*: suę 3*b*;
c. 58. medici sana] medicis s. 2*a*. 3*a (pr. m.)*;
c. 59. veste matrona] vestem m. 2*a*. 3*a (pr. m.)*;
c. 60. spe oculis] speculis 2*a*. *b*. *c*. 3*a*:
c. 66. tribunus] tribus *pr. m.* 2*a*. 3*a*;
ib. conpede] conpende 2*a*. 3*a (pr. m.)*;
c. 75. modulamina] modilamina 2*a*. 3*a (pr. m.)*;
ib. aetate vel frigore] aestate vel fr. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b (cf. c.* 12: sustinens d. frigus aetatis et temporis*)*:
c. 76. His et consimilibus] Hic est cusimilibus 2*a*. *b*. 3*a*. *b*: Hinc est cum hominibus 2*c*.

In exemplari igitur, ex quo codices 2 *et* 3 *pendent, paucae litterae permutatae aut additae omissaeve erant. Libri* 2*a*. *b in c.* 1. laedere *omiserunt, cuius loco m. rec. in* 2*a* extinguere *interpolavit, itemque* 2*b*. *c communibus mendis laborant:*

c. 22. ad sellam] asellum 2*b*: assellum 2*c*:
c. 62. admovit] admonuit 2*b*. *c*:
c. 63. ab eo ad beatum] a beato ad beatum 2*b*. *c*,

quorum uterque suo more textum corrupit:

c. 62. saluti suae repugnasse] salutis uere pugnasse 2*b*; s. s. repugnans se 2*c*.

1) *Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Saec. I, p.* 254 *n.*

Codex autem 2c altero multo deterior est locumque difficilem ita retractavit:

c. 63. peregrino lari sit revocati lux oculi] peregrinum sit revocatum lumen oculis 2c.

Eodem modo 3a et 3b, uterque saec. IX, inter se differunt, ut ille huic longe anteponendus sit textum licentius immutanti:

c. 27. sentisse] 1*b*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*: senti : se *pr. m.* 1*a*: sensit 3*b*:

c. 33. micuerunt] emicuit 3*b*:

c. 41. esse respondit] in ea remansisse 3*b*:

c. 72. liberandum] subdere 3*b*;

c. 73. repetat] referat 3*b*,

quin immo 3b cum insequenti classe 4 nonnumquam facit:

c. 27. extensam] extensis 1*e*. 3*b*. 4:

c. 34. paulatim] paululum 3*b*. 4 (*pr. m.*).

Codex autem 4 nunc demum erutus puriorem textum continet classibus 5 et 6 diu notis atque mediocritatem inter meliores 1. 2. 3 et deteriores expolitos interpolatosque tenere videtur, isque c. 40 cum 1b. c. d. 2a. b. c. 3a (pr. m.) consensu[1] *servavit pro* '*consessu*', *sed solus erravit:*

c. 56. redemptione] misericordiam 4,

neque ipse pro fonte reliquorum habendus est, sed similis quidam idem vetustior. Certe codices 4. 5. 6 iisdem mendis inquinati sunt:

c. 3. intra tria lustra spatium (*vel* spatia)] *aut similiter* 1*a*. *b*. *c*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b* (*recte, v. Carm. IV*, 26, 48: lustra gerendo tria, *et accusativi duplicis exemplum alterum Carm. II*, 2, 16: lustra sex qui iam peracta tempus inplens): terni lustri spatium 4. 5*a*. *b*. *c*[1a]. 6*a*. *b*:

c. 9. beatissimo] viro *add.* 4. 5*a*. *b*. *c*[1a]. 6*a*: praesuli *add.* 6*b*:

c. 13. hoc] esse *add.* 4. 5*b*. *c*[1a]. 6*a*. *b*;

c. 24. experto (= *expergito: cf. SS. rer. Merov. VI*, 583, *n.* 9)] experrecto 4. 5*a*. *b*. 6*a*. *b*:

c. 27. sentisse] 1*b*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*: senti:|se *pr. m.* 1*a*; sentiens esse 4. 5*a*. *b*. 6*a*. *b*:

c. 47. trino depulso languore] trinum (ab ea *add.* 6*a*. *b*) depulit languorem (langorem 6*a*. *b*). (Nam *add.* 6*a*. *b*) 4. 5*a*. *b*. 6*a*. *b*;

c. 48. complures] 1*b*. *c*. *e*. 3*b*: cum plures 2*a*. *b*. *c*: compares 1*a*: quam plures 4. 5*a*. *b*. 6*a*. *b*:

c. 50. unguentum responso] 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*; unguentum respanso 3*a*; ungenti repenso 1*c*; *om.* 1*e*: ungento resperso 4. 5*a*. *b* (*pr. m.*): ung(u)ento respersum 3*b*. 6*a*. *b et m. al.* 5*b*;

c. 76. adipiscendus (*passive*) martyribus] adiungendus m. 4. 5*a*. *b*; *haec om.* 6*a*. *b*.

In archetypo igitur horum codicum singula verba suppleta, verborum formae ad leges grammaticae correctae, falsa participia substitutis verbis finitis correcta erant, ut sermo humaniori aevo aequipararetur, sed cave, ne arridentibus his lectionibus ullam fidem habeas. In eodem archetypo locum c. 38. ex flosculis insequentibus inepte compositum desiderari iam dixi (p. 358), quem a librario deletum esse manifestum est. Codex autem, qui ei praesto erat, lapsum calami exhibebat, qui praeterea non occurrit nisi in codicibus 2b. c:

c. 26. hostis] hospis 2*c*; hospes 2*b*. 4. 5*a*. *b*. 6*a*. *b*,

atque cum 2c codices 4. 5b etiam hoc loco consentiunt:

c. 12. potolenti] petulenti 2c. 4. 5*b* (*pr. m.*).

Auctor mendax familiae 5 impudentissima fabula textum Translationis Vitae

1) *Cf. Bonnet, 'Latin' p.* 152.

Germani subiectum adauxit, qua Karolum M. imperatorem testem oculatum operis sibi finxit, cui puer septennis interfuisset, eundemque multo magis interpolatum textum etiam libri 6 *exhibent. Utrique libri* 5*a. b.* 6*a locum c.* 70. haec sine fine sunt coepta *praetermittunt, quem olim apparatui adscriptum nunc textui restitui. Discedentibus vero iisdem, etiam libri* 5*a. b in c.* 41. *verbum* praeteriret *omittunt, quod* 6*a. b cum melioribus servaverunt. atque libri* 6 *cum solis libris* 1 *in c.* 23. pietatis *exhibent, interpolantes* virum. *In universum auctor archetypi huius classis interpolationes multiplicavit, valde amplians sententiarum ordinem (cf. c.* 60*), atque de ecclesiis Parisiacis optime instructus erat:*

c. 41. ecclesiae] matris ecclesiae, id est Parisiacensis 6*a. b;*

c. 42. ad basilicam beatae Crucis] *add.* in suburbio eiusdem civitatis positam 6*a. b.*

Eo autem audaciae progressus est, ut locis interpolatis ipsam Fortunati personam indueret, in illius aevum se fraudulenter promovens:

c. 10. ut per monasteria, [nunc[1] Christo disponente, *add.* 6*a. b*] regant agmina monachorum,

sed sermonem eiusdem aevi veluti missa revocata *c.* 59. *minime intellexit, tollens* revocata. *Interim fratres duo* 6*a et* 6*b eandem viam minime constanter ingrediuntur, sed modo* 6*a lacunam e melioribus libris supplevit (c.* 3*), qui etiam falsa participia solus correxit (c.* 25*) cum* 5c[1a] *et m. al.* 5*b, modo* 6*b a fratre recedens cum* 1 *facit:*

c. 29. nec nemora] nec mora 1*a (pr. m.). b.* 6*b;*

c. 75. fractus] 1*a. b. c. e.* 6*b:* factus 2*a. b. c.* 3*a. b;* fatigatus *(*4*).* 5*a. b.* 6*a.*

Brevi recensio textus V. Germani potissimum ex tribus prioribus classibus pendet. quibus inter se convenientibus res plerumque acta est, dissentientibus autem iisdem inter primam classem et secundam tertiamque disceptandum est neque reliquae classes accedunt nisi ad confirmandam lectionem unius alteriusve partis, dum discrepantes ab utraque nullius auctoritatis sunt.

Magnum quidem miraculorum numerum in Vita Germani Fortunatus congessit, sed componendo libro non eandem curam impendisse videtur, immo librum tam neglegenter litteris mandavit, ut is[2] *qui nuper in Patavinitatem eius magna cum diligentia et acute inquisivit plurima exempla ex hoc libro colligere potuisset, neque vero cum eo coniciam materiam congestam solam superesse, quam in elegantiorem formam postea redigendam celeberrimus auctor sibi reservasset. Vita enim Germani ut fortasse maiore celeritate quam alii eiusdem auctoris libri absoluta est, tamen eiusdem pompae rhetoricae indicia manifesta edit, veluti enuntiata rhythmice disposita, lusum*[3] *verborum aliaque artificia, sique nonnulla miracula brevius quam expectes descripta sunt, pleraque vix magis extendi poterant. Praeterea eadem menda etiam in reliquis Fortunati scriptis occurrunt, quae in V. Germani tantum multiplicata sunt, falsosque casus vel in novissima Carminum editione plures deprehenderes, nisi editor ceterum de poeta nostro optime meritus eos correxisset*[4]. *Auctor participia frequenter pro verbis finitis usurpavit, quin immo verbis omnino carere poterat*[5] *aut absque ulla constructione eadem dissolute cumulavit*[6]. *Ablativum absolutum parum recte admisit, subiecto non mutato aut non indicato,*

1) *Cf. c.* 30: qui nuper Avallone castro tenebantur inclusi 6*a. b.* 2) *Hermannus Elss, 'Untersuchungen über den Stil und die Sprache des Venantius Fortunatus', Heidelbergae* 1907 *(dissert.).* 3) *V. Germani c.* 59: ut — domum Nunnichi inlustris inlustraret vestigio. *Cf. H. Elss l. c. p.* 58 *sq.* 4) *H. Elss l. c. p.* 31. 5) *Cf. p.* 414, 11: mox qui aut quanti aut qualiter, *et acc. c. inf. absque verbo dicendi p.* 397, 7: deflentibus [ac dicentibus *add.* 6*a. b*], videre se hominem; *v. p.* 405, 16. 6) *Exempla e c.* 29. 41. *enotavit H. Elss p.* 51.

et non solum accusativum absolutum adhibuit, sed etiam utramque miscuit constructionem, accusativum cum ablativo coniungens. Quibus de rebus iam multo certius iudicari potest, utrisque libris inter se comparatis et classis 1 *et classium* 2. 3, *neque dubitari licet, si meliores inter se consentiunt. Hoc modo firmantur ablativus directionis pro accusativo*[1], *accusativus absolutus*[2], *quem* 1*a. b.* 2*a.* 3*a falsa interpunctione*[3] *tollere conati sunt, accusativus pro dativo varii generis*[4], *pro ablativo modi*[5], *pro 'ex'*[6]. *Casibus in desuetudinem venientibus, quorum locum praepositiones*[7] *occupabant, eruditiores vice versa illis ibi quoque utebantur, ubi praepositiones postulabantur*[8]. *Dissidentibus autem utrisque libris eis diffidendum erat, qui praepositionem inseruerunt, ideoque libri* 1 *soli neque* 2. 3 *veram lectionem servaverunt hoc loco:* 412, 13. dum pariter sedirent (in[9] *add. rell.; om.* 1*a. b. c)* eodem convivio. *Saepius vero politae lectiones in libris* 1, *barbarae in* 2. 3 *deprehenduntur, qui illorum aetatem partim uno saeculo superant. atque accedente* 1*d ad libros* 2. 3 *vix dubium esse potest, quin* 1*a. b limam grammaticam aliquo modo subierint*[10]. *Quodsi horribilem coniunctionem*[11] *accusativi et ablativi absoluti agnoscere noluerunt*[12], *accusativum absolutum classium* 1. 3 *praeferentes, similia monstra etiam alibi emergunt, semelque prima quoque classis hanc consuetudinem confirmat*[13]. *Eadem etiam accusativum pro dativo confirmaverat neque vero illum ubique servavit, ita ut ad libros* 2. 3 *confugiendum esset*[14]. *Item verba nonnulla activa ut deponentia usurpata* 1*a cum melioribus libris* 2. 3 *exhibet*[15], *sed constructionem immutantes libri* 1 *verbum passive acceperunt hoc loco:*

c. 30. quod a t. iudice non esset obtentus (fuisset obtentum 1*a.* 6*a. b;* esset obtentum *1b. c. e.* 2*b et m. al.* 5*b; intellegas 'obtinuisset').*

Etsi igitur rebus sic stantibus maior fides barbariae librorum 2. 3 *et inprimis* 2*a et* 3*a tribuenda est quam politiori rationi librorum* 1, *tamen singulorum librorum aut* 2*a aut* 3*a defectus grammatici in universum incuriae librariorum attribuendi atque apparatui*

1) *Cf. p.* 392, 15. ad missa 1*a. c.* 2*a. c.* 3*a*; *p.* 395, 12. in cella (sella 6*a. b)* — dilatus est; *p.* 399, 3. accidente in Bradeia vico *(non* 6*a. b)*; *p.* 411, 1. in loco *(non* 4. 6*a. b)* reducitur; *p.* 415, 2. in uno *(non* 1*b. d. e.* 6*a. b)* se glutinet. 2) *Cf. p.* 387, 4. eum — adtrectatum 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.* 3) *Cf. p.* 393, 3. fere transactum. Inter haec unius horae spatium. 4) *Cf. p.* 376, 13. dirigit ad sanctum virum intercedendi suffragium (suffragio 1*c.* 5*a. b.* 6*a. b)*; *p.* 383, 21. Quem (Cui 1c) signum crucis inpresso; *p.* 393, 2. caelum (caelo 1*c.* 3*b.* 6*a)* vim facit questibus. 5) *Cf. p.* 383, 10. vigorem pristinum (vigore pristino 2*a)* resipiscunt (recipiunt 1*c.* 3*b et m. al.* 4. 6*a)*. 6) *Cf. p.* 410, 6. eiecto insidiatore mulierem (a muliere 1*c et m. al.* 3*a)*. 7) *Cf. p.* 412, 5: costa de pecude, *at Vita II, c.* 6 *(p.* 421, 28*):* costa pecodis. 8) *H. Elss l. c. p.* 30. 9) *Cf. p.* 390, 5. tenebantur ergastulum (in ergastulo 3*b)*; *p.* 392, 14. lumina (lumen a 1*c.* 2*a. b)* sereno radio micuerunt; *p.* 410, 8. effici christianam (cum *add.* 1*b. e.* 4. 6*a. b*; in *add.* 5*a. b)* propria domo promeruit. 10) *Cf. p.* 396, 11. ad Vico Novo 1*d.* 2*a.* 3*a. b*; *p.* 397, 3. trahet in diverso(u)rio 1*d.* 2*a. b. c.* 3*a*; *p.* 377, 15. nullatenus non 1*c. d.* 2*a.* 3*a, scilicet negatio duplex, de qua v. Leo, Auct. antiq. IV,* 1, *p.* 408, non *om. plerique.* 11) *Cf. p.* 405, 13: Quem — exuto et — peruncto 2*a. b. c.* 4. 5*a. b*; Quem — exutum et — perunctum 1*a. b. e.* 3*a. b.* 12) *H. Elss l. l. p.* 40. 13) *Cf. p.* 395, 3: Quem (Quo 1*c*) sanctificati olei liquore perfuso (perfusum 1*a. b. e*; perfundens 6*a. b*), *et p.* 403, 13. perfuso *etiam* 1*a. b. e.* 14) *Cf. p.* 402, 13. quisquis sui remedium (remedio 1*a. b. c. e)* pecuniam — obtulit; *p.* 403, 4. cum — equum *(ita* 2*a. b. c.* 3*a)* curam inpenderet. 15) *Cf. p.* 372, 11. Certabatur (certabat 1*b. e.* 2*b.* 5*b. c.* 6*a. b) (cf. Leo p.* 394*)*; *p.* 389, 4. repulsus est (rep(p)ulit 1*e.* 3*b.* 4. 5*a.* 6*a*; repulerat 1*c*; dimisit 6*b)*.

adscribendi erant. Lectiones 2*a et* 3*a nonnumquam per codicem* 5*b firmantur*[1] *etiam splendidae atque* 3*a et* 5*b inter se consentientibus in c.* 1. muliebra *scripsi.*

Etiam orthographica simili ratione expendenda erant, in quibus codices mire inter se differunt, sed melioribus consentientibus multo plures formas rusticas iam admitti licebat quam in priore editione. Tunc quidem duobus codicibus nisus ad Carmina confugi eaque quae eorum editione confirmabantur admisi, reliqua autem mutavi. Iam vero quaeri potest, utrum ratio scribendi talis qualis in eorum editione adhibita est, Fortunati aevo omnino respondeat, an codicibus magis indulgendum fuisset, immo meliori eorum aspectui diffidentes eos expolitos esse coniecerunt[2]. *Vitae Germani codices vetustiores eiusmodi reprehensionem vix subire poterunt. Codex* 1*a ut nonnumquam lectiones* 2*a et* 3*a. b confirmat, ita haud raro cum deterioribus facit atque codicibus* 2*a et* 3*a consentientibus iterum vetustiorem consuetudinem subesse persuasum mihi est. Gradus, usque ad quem Fortunati sermo degeneraverit, haud facile definiendus est nonnullaque pravi usus exempla, veluti* ti *pro* ci, *per optimos libros confirmata aegre ei iniungam*[3]. *Nodi igitur haud pauci relinquuntur, qui solvi non possunt nisi ab eo, qui omnia Fortunati opera subsidiis omnibus instructus ediderit. Peculiares lectiones orthographicas codicum singulorum* 1*a aut* 2*a aut* 3*a approbari non licebat. Leviora orthographica omnis generis apparatui non intuli*[4], *sed graviorem rationem scribendi a textu discrepantem accurate adnotavi, ut quibus unusquisque scribendi modus codicibus nitatur statim perspici possit. Diutius vero huic ingrato negotio immorari iam non vacat.*

1) *V. Germani c.* 34. regebat 2*a*. 3*a*. 5*b (pr. m.)*; *c.* 55. 65. Gervasi et Protasi 2*a*. 3*a*. 5*b (pr. m.)*. 2) *W. Meyer l. c. p.* 4; *M. Manitius, 'Gesch. der christl.-lat. Poesie bis zur Mitte des* 8. *Jahrh.' p.* 469. 3) *Etiam in vetustis Gregorii codicibus exempla adsunt, rara quidem, quae in codicibus posterioris aevi accreverunt; cf. M. Bonnet, 'Le Latin de Grégoire' p.* 170 *sqq. Ut Fortunati codices saeculum IX. non superant, ita genuina et spuria multo minus distinguenda sunt.* 4) *In libris primariis sublata sunt:* 1) *adsimilata:* alligare 1*a*. *b*. *c*. 2*b*. 3*b*. 4. 5*a*. 6*a*. *b*; attollitur 3*a*; compatiens 1*a*; corruens, immobilis 1*a*. 2*b*. 4; impendit 1*a*. *b*. *c*. 6*a*. *b aut* 1*a*. *b*. 4. 6*a*. *b*; implorat, impressit 1*a*. *b*. 4. 6*b*; optinere 2*a*; 2) *non adsimilata cod.* 2*a:* adreptus, conmacerat, conmittitur, inperat, obposito 2*a*. 4; subplicatione; 3) ae (ę) *pro* e *cod.* 1*a:* aeclesia *vel* ęccl. *(alias* 2*a*. *b et* 3*a)*; quaestibus (1*a*. 2*a*), saeverior; *cod.* 2*a:* ędulium, aequitans, aerit, ferae, sepę; *cod.* 3*a:* aegenus, expraessit, praesbiter 3*a*. 5*a*. *b*. 6*a*; statimquae; 4) e *pro* ae *vocabulis exeuntibus, in* pre- *aliasque, qua permutatione laborant non solum deteriores, sed etiam* 1*a*. *c et* 2*b*. *c, rarius* 2*a et* 3*b*; 5) e *pro* oe: cepit 2*a*. *c*; cepta 2*b*; 6) ae *pro* oe: caepit 2*a*. 5*b*; praelium 1*b*. 2*a*. 3*a*. 4. 5*b*; 7) oe *pro* ae: poene 1*a*. 4 *et* 1*a*. 2*c*. 4; 8) ci *pro* ti 1*a*. *c*. 2*b et* 2*a et* 3*a cum aliis;* 9) ti *pro* ci: benefitio 2*b*. 3*a*; fallatia 1*a*. 2*a*. 4 *et* 2*b*. 3*a*. 5*b*; faties 2*b*. 4; fautium 1*a*; fidutiam 1*a*. 4. 6*a*; glaties 1*a*. 4; inditio 1*a*. 2*a*. *b*. 3*a*. 4. 6*a*; mendatium 1*a*. 2*a et* 2*b*. 3*a*. 4. 5*b*; offitium 1*a*. 2*b et* 2*a*; pernitiem 1*a*. 2*b*. *c*; spetiositati 1*a*; supplitio 2*b*. 3*a*; 10) d *pro* t: capud 3*a*. 5*b*; velud 2*a*. *b*. 3*a*. 6*a*; 11) t *pro* d: aput 1*a*. 2*c*; 12) e *pro* i *cod.* 1*a:* baptesterii; *cod.* 1*d:* precellentessimo; *cod.* 2*a:* addeta, deficillis, pereclitabantur; *cod.* 2*b:* iteneris, segnaculum; *cod.* 2*c:* septemo; *cod.* 3*a:* basilecam, besteas, debelis, ponteficis, redevivae, trea, vicissem; 13) i *pro* e *cod.* 2*a:* putridine; 14) f *pro* ph *cod.* 2*a:* profetico; 15) g *pro* gu: langor 3*a*. 5*b*; perungere 1*c*. 2*b*. *c*. 6*a*. *b*; ungenta 2*b*; 16) *geminatio male addita cod.* 2*a:* arriditas; *cod.* 3*a:* tollerare, ullulatu; *eadem male omissa cod.* 1*a:* eclesia, saculum, efugiebant, inefabiliter, litera, literaturae; *cod.* 2*a*. 3*a:* efulsit; *cod.* 3*a:* dificilis, consumare, misa, sanctisimus; 17) h *addita cod.* 2*a:* hoccurrunt; *cod.* 3*a:* introhiit; 18) h *omissa cod.* 2*a:* abebatur, ora; 19) i *pro* y: paraliticus 1*a*. 2*a*; presbiter 1*a*; 20) y *pro* i: cybus 1*b*. 2*b*. 3*a*. 6*a et* 1*a*. *b*. 2*b*. 3*a*. 6*a*; ymber 1*a*. 2*c*. 3*a*. 4; sydera 2*a*. 4; 21) n *pro* m:

Plerosque codices W. Levison sodalis meus Bonnam transmissos diligentissime aut contulit aut inspexit, Parisiaci vero ab H. Lebègue viro doctissimo, Romani 3*b*. 5*a a Fedoro Schneider v. c. intercedente instituto nostro historico collati aut examinati sunt. Britannicos ipse contuli aut inspexi a.* 1913. *bibliothecas illas perlustrans atque saeviente Marte grato animo reminisci iuvat humanissime me tunc ibi receptum esse. Praeterea codicem* 5*b Parisiis Hannoveram transmissum contuli collatosque* 1*a et* 2*a recognovi, illum quidem ad specimina photographica acquisita, denique* 5*e et* 6*b*[1] *accuratius perscrutatus sum. Neque vero ad textum constituendum codices adhibui nisi* 1*a. b. c. d*. 2*a. b. c.* 3*a. b.* 4. 5*a. b.* 6*a. b et locis selectis* 1*e, neque ea quae postea correcta sunt in universum adnotavi. Capita* 23. 28. 33. *parum apte in codicibus melioribus distincta sunt et in nonnullis libris deterioris notae numeri aut distinctio capitum aut utraque omnino desiderantur.*

Laurentius S u r i u s, *De probatis sanctorum historiis. Coloniae* 1572, *III, p.* 410 — 424 *(*364 *errore typographi), textum interpolatum sextae classis edidit, codice usus, qui plerumque cum* 6*a conveniebat, exhibens locum odiosum c.* 3, *sicut ibi traditus est, sed paulo ante (infra p.* 373, 32*)* apud illum *cum* 6*b interpolabat et cum eodem verba c.* 70. haec sine fine sunt coepta *habebat.*

I. M a b i l l o n, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Parisiis* 1668, *Saec. I. p.* 234 — 245, *vitam 'ad mss. codd. diligenter' recognovit neque vero eos nominavit, sed per se patet Sangermanenses ei praesto fuisse atque ope praestantissimi* 3*a textum purgavit, per quem locum interpolatum c.* 38. *notum habebat. sed praeterea etiam deteriores quintae et sextae classis in bibliotheca domestica evolvit unamque lectionem, quam c.* 59. *margini adscripsit* incurrens *pro* inruens *in solo Cisterciensi* 5*d*[1] *repperi, qua bibliotheca idem etiam ad alias vitas edendas usus est*[1].

G. H e n s c h e n i u s, *Acta sanctorum, Antverpiae* 1688, *Mai. VI, p.* 778 — 787, *de 'pervetustis' codicibus se iactans. quos cum editionibus Surii et Acherii, scilicet Mabillonii, contulisse voluit, primum nominavit Trevericum S. Maximini (nobis* 1*c) saec. XIII, alterum Terascianum monasterii Bonifontis (Bonnefontaine, dép. Ardennes) gravi interpolatione c.* 1. *ex. inquinatum, quam non repperi nisi in codice* 6*b*[3] *item saec. XIII, denique 'illustre Legendarium nostrum', qui ipse liber* 6*b*[4] *videtur esse, ita ut et aetas et auctoritas librorum pervetustorum in dubium vocari possint. Textus his libris fundatus cum editione Mabilloniana nullo modo comparari potest, atque e duobus locis quos textui inseruit, alterum c.* 3. *ex parte integrum editor cancellis inclusit, foedissimam vero interpolationem c.* 1. *ex. absque eis lectoribus offerre ausus est.*

M. B o u q u e t, *'Recueil des historiens des Gaules', Parisiis* 1741, *III, p.* 443, *particulas e Mabillonio excerpsit.*

Angelus L u c h i, *Venantii Fortunati opera, Romae* 1787, *II, p.* 26 — 53. *bono iudicio usus Mabillonii editionem repetendam curavit eaque quae Henschenius in textum male admiserat iterum sustulit notis adscripta commentariumque historicum adiecit, utriusque editoris observationibus usus.*

M i g n e, *Patrologia Latina tom. LXXII, Parisiis* 1849, *col.* 55 — 78, *editionem Mabillonianam iteravit, deinde tom. LXXXVIII. Parisiis* 1862, *col.* 453 — 478, *Luchianam.*

menbra 1*a*. 2*b*. 6*a vel* 3*a*. 6*a*; 22) o *pro* u: aliquantolum 2*a*; lectoli 2*a*; rivoli 2*a. c.* 5*a. b*; postolare 3*a vel* 2*a*. 3*a*; 23) u *pro* o *cod.* 2*b:* puntifici, sumnium; *cod.* 3*a:* agnusci, dumum, insulentis, negutiator, oraturio, resuluta; *cod.* 3*b:* territurii; 24) p *inserta:* dampnare 1*b. c.* 2*a. b. c.* 3*a. b.* 5*b;* solempnis 2*a*. 3*a*; 25) qu *pro* c *cod.* 2*a:* loquutus, quoepta; 26) cx *pro* x *cod.* 3*a:* restincxit; *cod.* 3*b:* depincxerat.

1) *Ionas p.* 143.

De indole prioris editionis nostrae inter Auctores antiquissimos tom. IV, 2, p. 11—27, a. 1885. paratae deque subsidiis eius occasione data supra p. 337. 347 sq. 365. disserui.

§ 3. Vita Germani II. brevïor.

Multitudine miraculorum Fortunati liber fastidium creare poterat, unde in aliquot codicibus haud pauca eorum e medio sublata sunt, atque e vetustissimis concludi licet, iam in archetypo omnium, qui supersunt, librarium quendam temptavisse, ut complura capita, scilicet 38—42, in unum cogens abundantiam aliquo modo restringeret. Eodem consilio auctor V. Germani II. non sine successu quodam laboravit, quae etiamnunc inedita in vetustis codicibus latebat[1]. Caput 5. de Chariulfo villam quandam basilicarem pervadente, verbis nonnullis c. 6. interpositis, cum c. 23. coniunxit, quare in locum Franci illius rex aegrotans, scilicet Chlotharius, iam successit, atque ad finem properans unicum miraculum Parisiacum (c. 66) adhuc admisit, antequam ad obitum Germani eiusque vaticinationem transiret. Auctor veritati minus studuisse videtur quam pietati neque ea quae Fortunatus scripserat semper recte intellexit. Inter matrem parentis et Germani in c. 2. non distinxit, unde huic veneficium attribuit, quod illa perpetraverat, Stratidiumque parentem potius priorem eiusdem filium ideoque Germani fratrem fuisse voluit. Litterarum monumentum perfecit monstruosum, iudicante A. Poncelet, Anal. Bolland. XVII, p. 99 sq., sed non plane indignum, suoque ingenio narrationem etiam additamentis amplians, vivido quodam colore has paucas schedulas induit, eaque quae incerta relicta erant determinavit, supplens temporum spatia, celeritatis vestigia, numerum plaustrorum (c. 3) neque animi habitum pervasoris ignoravit (c. 5) neque miseriam captivorum (c. 6), quin immo sermones finxit, quos homines habuisse dicuntur. Etiam poeticis nonnullis dictionibus textum condire temptavit[2] atque 'cancellarium' consuetudinem aevi sui secutus Germano episcopo attribuit neque 'notarium', sicut Fortunatus. Interim barbaries eius ex omnibus angulis elucet[3], quam saec. VIII. attribuam, et propter antiquitatem haec vita digna erat, ut non solum examinaretur, sed etiam nunc demum in lucem proferretur, praesertim cum codex antiquissimus ante aliquot annos emersisset. Textu autem genuino restituto iam intellegitur, huic biographo codicem Fortunati primae classis praesto fuisse similem 1a et fortasse 1d, quorum lectiones nonnullae memorabiles apud eum redeunt. Utinam exemplar illud ad nos pervenisset!

1) Codex Vindobonensis bibliothecae palatinae Lat. 420 (antea Salisburg. n. 39), saec. IX, fol. 26—28[4], ubi VI. locum haec vita occupat.

Exscripsi specimina photographica, quae intercedente bibliothecae praefecto accepi.

2) Codex Monacensis lat. 22244 (Windb. 44), saec. XII, volumen V. Legendarii iussu Gebehardi abbatis Windbergensis scripti, fol. 23—24', die 1. Octobris, praescr.: Vita sancti Germani Augustudunensis episcopi, quasi Augustodunensis episcopus fuisset Germanus Parisiacus.

Ipse contuli.

2a) Codex Vindobonensis n. 336 (Hist. eccl. 5), saec. XIII. in., fol. 242—242', die 28. Maii, praescr.: Eodem die vita s Germani Augusti. p., eundem

1) Alteram epitomen multo post, scil. saec. IX. ex., Wolfhardus Haserensis Martyrologio suo die 28. Maii inseruit, fere ad verbum expilans Fortunati c. 1. 2. 4. 42. 34 et c. 75. enuntiatum alterum; cf. A. Poncelet, Anal. Boll. XVII, p. 14. 2) Cap. 1: arva Augustedunensis, c. 3: garrula voce, cornipedum, c. 7: occies denos temporum vixit annos (Fortunatus: fere octogenarius). 3) Cf. c. 1. degebantur, c. 3. largiret, largebit, murrum, nobis 'murren'. 4) Cf. 'N. Arch.' XXXIII, p. 19.

errorem iteravit[1] *atque praecedens, quocum etiam incipit:* Omnium sanctorum *pro* Cunctorum.

Inspexit W. Levison.

3a) *Codex S. Audomari n.* 791, *saec. XI, olim S. Bertini*[2], *fol.* 65'—69', *de quo egit A. Poncelet, Anal. Bolland. XVII, p.* 100.

3b) *Codex S. Audomari n.* 715, *volumen IV, fol.* 31—32', *saec. XII, olim S. Audomari*[3], *praescr.:* Quaedam de vita sancti Germani Parisiacensis, qui decessit V. Kl. Iunii, *incip.:* Cunctorum v., *desinit:* maiestas unita potestas in s. s. A. *Codicem merum apographon praecedentis esse asseruit A. Poncelet l. c.*

4) *Codex Parisiacus n.* 5278, *saec. XIII, ubi Vitae auctore Fortunato (nobis 6k, supra p.* 357*) fol.* 81'. *prologi loco c.* 1. *et* 2. *Vitae Germani II. praemissa sunt, quae ex hoc codice Bollandiani, Catal. Paris. I, p.* 483, *ediderunt.*

5) *Codices Parisiaci bibliothecae S. Genovefae n.* 554, *saec. XII, libri Fortunati (nobis* 1d*, supra p.* 348*) fol.* 28. *et*

5*) *n.* 555, *saec. XII, fol.* 32 *(nobis* 1d**; *cf. ib.), solum textum c.* 7. *exhibent, quem exscripsit contulitque H. Lebègue vir doctissimus.*

Vetustam vitae faciem solus codex 1 *exhibet, sed menda ei insunt, quae ad librum* 2 *modice retractatum emendari poterant. Sermo quoque huius limam librarii aevi cruditioris passus est, unde orthographica eius non enotavi; pravas eius lectiones qui aut initium aut finem continent codices* 4 *et* 5 *non confirmant, sed magis cum* 1 *conveniunt.*

§ 4. *Translatio Germani vetustissima a.* 756.

Monumentum celeberrimum, quo quaestio de anno natali Karoli M. inter annos 742. *et* 747. *fluctuante pro hoc et Annalibus nonnullis incertae fidei*[4] *decidi videbatur, iterum luculentum testimonium praebet, quanta lux ex copiosa codicum exploratione expectanda sit, quamque imbecillo fundamento illi nitantur, qui hoc vel illo codice contenti, in quem fortuito inciderint, ipsos vetustissimos et optimos caeci neglexerint. Auctor textus vulgaris Translationis Germani ipsum Karolum M. gloriosissimum imperatorem testem profert, qui tunc puer septennis operi pii genitoris sui interfuisset, eiusque verbis maiorem fidem habet, quam si ipse propriis oculis rem vidisset, atque etiam imperatoris sermonem posteris tradit, quem ante altare S. Crucis et S. Stephani habuisset, feretrumque asseruit moveri non potuisse, antequam Pippinus villam suam Palatiolum (hodie Palaiseau, dép. Seine-et-Oise) S. Germano dono dedisset, tunc statim cum celeritate ac facilitate levatum, novaque difficultate exorta, altero miraculo sepulchrum illaesum servatum esse, in cuius fossam Karolus pueriliter ludens insiluisset, 'ubi mox primum dentem de ore suo mutavisset'. De veritate autem scriptoris nullo modo dubitari licet, nam:* Hactenus, *inquit,* digesta serenissimo caesare domno Carolo narrante conperimus.

Sane si Karolo M. narrante auctor haec scripsisset, Waitzius noster iure optimo persuadere sibi non poterat, ea conficta esse, 'cum ipso Karolo et multis qui praesentes fuerant

1) *Reliquos Magni Legendarii Austriaci codices enumeravit A. Poncelet, Anal. Bolland. XVII, p.* 63. 2) *Cf. 'Catalogue général des mss. des bibliothèques publ. des départements'. Parisiis* 1861, *III, p.* 360. 3) *V. ibid. p.* 316. 4) *In Annalibus Petavianis, quorum auctoritatem in dubium vocari non posse contenderunt (H. Hahn, 'Jahrb. des fränk. Reichs* 741—752', 1863, *p.* 243*), origo Karoli a.* 747. *non adnotata est nisi in unico codice (S. Abel et B. Simson, 'Jahrb. d. fränk. Reiches unter Karl d. Gr.',* 1888, *I², p.* 12; *Wattenbach, 'GQ.' I, p.* 161⁷, *n.* 2*) atque auctoritatem Ann. Laubac. (SS. I,* 10*) et Lobiensium (SS. XIII,* 227*) vel strenuissimi huius opinionis propugnatores defendere ausi non sunt.*

viventibus tam temerariam fabulam vix etiam monachus adinvenire ausus esset'. Multis argumentis Hahn[1] *veritatem auctoris tueri conatus erat dentemque primum mutatum septennis Karoli inter indicia attulit, quibus auctor fide dignissimus et sobrius crimine mendacii absolveretur, ita ut annum natalem* 747. *p. Chr. certo certius stabilisse sibi visus esset. Huic credulitati acumen ingenii sui W. Wattenbach*[2] *b. m. opposuit recte iudicans cardinem rerum in donatione villae Palatioli verti, ad quam confirmandam fabula ficta esset omnino stolida, sed defensoribus eius paulatim cedens opinionem suam postea restringebat.*

Veritas vero non amplius latere poterat. Evoluto codice Romano (nobis 3b*) O. Holder-Egger*[3] *repperit stolidam illam fabulam postea interpolatam esse, cumque Waitzius ope paucorum codicum classis* 5 *textum e codicibus* 6 *vulgatum integritati restituisse sibi visus esset, iam probatum erat, textum vere integrum eum fugisse, quem codicem non inspexisset, licet inter inspiciendos ei designatus esset. Interim Romam ad hunc triumphum celebrandum excurrere opus minime erat, nam Romano fere melior codex eiusdem condicionis extat Berolini in ipsa bibliotheca regia (nobis* 2a*), quam cotidie frequentare solebamus, isque utrumque fugerat et reum et iudicem. Cum Vitam Genovefae editurus in hunc pretiosum codicem incidissem, textum genuinum amplius latitare non passus sum, quo denuo confirmatum est inter pios illos hagiographos fuisse non solum veraces, sed etiam fraudulentos falsarios.*

Auctor primigenius a translatione quidem Germani ex porticu ecclesiae beati Vincentii 'intra ipsius aulam ecclesiae' exorsus est, sed eam minime descripsit postea a falsario interpolatam: sola enim praecedentia signa enarraturus erat, ita ut Miraculorum librum composuerit neque Translationis. Nihilominus liber cum in reliquis codicibus tum in vetusto 3b *— liber praestantior* 2a *initio caret — 'Translatio corporis sancti Germani' inscriptus est, neque titulum immutare volui, cum auctor ipse facile non plane convenientem praescripsisse possit. Calculus quoque annorum non plane convenire videtur. De corpore transferendo Lantfredus abbas primum cogitaverat a.* 23. *Caroli, i. e. si post Pippini mortem annos Caroli ex a.* 715. *in. numeraveris, anno* 737*, ad quem ex Germani morte a.* 576. *anni ducenti vel eo amplius computantur, atque post viginti annos mulieris visione commotus iterum ad idem consilium rediit: interim a Carolo legatus in Aquitaniam missus eoque a.* 741. *defuncto tres annos et semissem ab Aquitaniae 'patricio' quasi explorator retentus erat dimissusque annos XII monasterio restaurando studuerat. Quae summa si non plane* 20 *annos efficere videtur usque ad annum post Stephanum papam Galliam ingressum, qui a.* 754, *die* 28. *Iulii Pippinum regem unxit, certe ex a.* 737. *ad a.* 755. *ducta* 19 *annos efficit neque ei plus deesse videtur quam annus unicus. Iuvenis Italicus, qui alterum miraculum expertus erat visionem illam 'anno eodem' praecedens, adhuc superest auctore teste (c.* 2*), ita ut eius tempore decennia nonnulla praeteriisse videantur, mihique textus saec. VIII. ex. compositus videtur esse, immo Translatio interpolata, ubi haec verba deleta sunt, post saec. IX. exorta esse nequit, quo codex huius ordinis vetustissimus* 5a *exaratus est. Iuvenis ille Italicus 'in monasterio beati Petri' hospitio susceptus erat, quod saec. IX. Genovefae nomine appellabatur*[4]. *Ex insequenti miraculo (c.* 3*) colligi licet, Germanum Martino non imparem fuisse. Is qui ultimus Germani virtutem expertus est (c.* 4*) priorem multos iam dies veniendo praecesserat 'anno eodem, quo eiusdem confessoris sanctissimum corpus fuerat transmutandum', diesque, quibus ipse bonam valetudinem recuperavit, hoc*

1) *Hahn, 'Sur le lieu de naissance de Charlemagne' ('Mémoires couronnés et autres mémoires publiés par l'académie royale de Belgique', Bruxellis* 1861, *tom. XI, p.* 78 *sqq.).* 2) *Wattenbach, 'Geschichtsquellen' p.* 114[8]. 3) *O. Holder-Egger, 'Zur Translatio S. Germani' ('N. Arch.' XVIII, p.* 274 *sqq.).* 4) *Cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 30.


ordine dispositi sunt: praecedente transitus patroni sollemnitate, scilicet die 28. Maii, nocteque elapsa sequebatur vespera sabbati, quam nox dominica excepit. Anno igitur, quo corpus Germani transferendum erat, sollemnitas patroni, scilicet dies 28. Maii, in feriam VI. incidebat, idque neque a. 754. neque a. 755. sed a. 756. contigit. Quem calculum si rectum esse concesseris, quos auctor ex 23. anno Caroli, i. e. 737. p. Chr., supra computavit 20 anni accurate constant atque unicus qui desiderari videbatur annus iam repertus est, immo cum post pacem Aquitanis redditam, scilicet anno 745, duodecim fere annos Lantfredus in restaurando monasterio laborasset, ad eundem annum 756. deducimur.

Dies translationis VIII. Kal. August. in vetusto codice 3b praescriptus est, qui per Usuardum[1] *monachum S. Germani confirmatur:* VIII. Kal. Aug. Civitate Parisius translatio sancti Germani episcopi et confessoris, *idemque in codice Barberinio Martyrologii Bedani saec. X./XI.*[2] *legitur.*

Porro dies 25. Iulii a. 755. in feriam VI. incidebat, anno autem 756. in diem dominicum, qui translationi melius conveniebat, itaque qui ex feriarum serie c. 4. ducebatur annus luculente confirmatur.

Pippinus quidem non multo post iuvenem Italicum sanatum (c. 2) Parisios pervenit, sed eum translationi interfuisse non constat, atque a. 756. expeditionem Langobardicam susceperat. Fictum est Palatiolum villam, cuius descriptionem II. Breve Polyptychi Irminonis[3] *continet, ea occasione ab eodem S. Germani monasterio dono datam esse, atque praestantissimus Wattenbachius noster in ea ipsa villa confirmanda causam interpolationis deprehendisse sibi videbatur. Sed adversarius*[4] *ei surrexit, qui fundamentum fabulae inscriptionem quandam fuisse asseruit, quam saec. VIII. attribuit. Miror virum exercitatum stolidissimo illo monumento*[5] *tantae falsitatis decipi potuisse neque argumentum suspiciosissimum eum terruisse neque vestigia fraudis scripturae impressa*[6].

Codices in tres classes discedunt, cum textus genuinus (2a. 3b) non solum interpolatus (5), sed praeterea etiam iterum retractatus sit (6). Monachus S. Germani idemque falsarius, qui exemplar codicum 5. 6 composuit, Lantfredum ipsum visionem mulieris propriamque Pippino enarrasse mentitus est, quo facto ad transferendum corpus eum commovisset. Deletis verbis, quibus iuvenem Italicum auctor primigenius etiam superstitem esse asseruerat, eo plura falsarius supplevit, quae facile supplenda erant, inprimis ea, quibus et miraculorum magnitudo exaggeraretur[7] *et gloria patroni, ob quam augendam vel 'clementer' ante 'imperavit' addidit (c. 4), ne humanitati eius quicquam detraheretur. Interpolator posterior 6 praeterea historiae succurrit, ut erat homo eruditus, nam nomen*

1) *Fortunatus c.* 76*:* notarium. *De cancellariis episcopalibus egit H. Bresslau, 'Forschungen z. deutsch. Gesch.' XXVI, p.* 38, *'Urkundenlehre' I, p.* 601[2]. 2) *Cf. V. Germani auct. Fortunato c.* 23. 46. 3) *I. q. translatio.* 4) *Gregorius, Gl. Conf. c.* 88*:* in portico basilicae sancti Vincenti, in qua beatus Germanus requiescit in corpore. 5) *Auctor Annalium Mettensium (ed. de Simson p.* 32*) annos Karoli a.* 741. *die* 22. *Octobris defuncti ita computans:* Rexitque, *inquit,* populum Francorum annis XXVI et mensibus VI, *ita ut fere a Pippini morte eos duxisse videatur, dum Contin. Fredegarii c.* 24. *'utraque regna' eum rexisse tradit annos XXV S.*

venerabilis vir Lantfredus[a, 1], praefati sancti[b] Vincentii monasterii pater, divini[c] spiritus incitamento succensus, qualiter tanto[d] patrono[e] deberet[f] augeri veneratio, tacita* coepit mente tractare, atque ut eius felicia membra ob frequentiam populi infra ipsius aulam ecclesiae transferri[g] potuissent, devoto non destitit[h] corde rimari. Sed quoniam piis semper conatibus inpedimenta[i] se mundi obiciunt, praedictus[k] abbas[l] a suprascripto[m] principe legationis causa[n] Aquitaniam mittitur. Interea Carolus moritur. Isdem vero 741. abbas ab** Aquitaniae patricio[2] quasi explorator tribus semis annis invitus[o] tenetur[p]. Tandem, substituto in regnum[q] Pippino iuniore[r], reddita[s] pace, Lantfredus[t] absolvitur. 745. Qui reversus annis fere XII in restaurationem[u] monasterii, quod eo absente dissipatum fuerat, occupatur. Sed[v] licet his et multis[w] aliis occupationibus[x] praepeditus, nihilominus[w] tamen, ne devotionis pristinae oblitus[y] exsisteret, recentibus et ammirandis beati Germani coepit miraculis ammoneri. Siquidem anno sequenti[3], ex quo apostolicae sedis Stephanus pontifex ingressus Gallias, excellentissimi[z] Pippini, quem idem unxit in regem***, 754, Iul. 28. expetivit auxilium, cuidam feminae huiuscemodi ostensa est visio. Putabat enim se quasi causa[a] orationis noctis tempore ad ecclesiam beati perrexisse Vincentii. Ubi dum veniens ecclesiae[b] ianuas clausas invenisset[c], ante fores[d] eiusdem[e] orationi[f] prostrata,

*) ut videlicet eius sanctissima membra infra maioris ecclesiae aulam transferri debuissent. t. c. m. tr. atque devoto 6c.

**) Hunoldo ipsius *add.* 6c.

***) contra gentem Langobardorum Romanam sedem crudeliter opprimentem *add.* 6c.

III. Cap. 1. *2a (a. l. 8). 3b. 5b. e. 6c.*

Cap. 1. a) Lantfridus 3*b*; Lanfredus 5*e*, *ut infra*. b) s. V. *om.* 6*c*. c) divino spiritu i. 5*e*. d) tanti patroni 3*b*. e) condigna *add.* 6*c*. f) debet 5*e*. g) transferre 5*e*. h) distitit 5*b*. i) huius *add.* 6*c*. k) o., eiusdem negotii dilato tempore a supr. 6*c*. l) abba 5*e*. m) suprascribto 3*b*. n) *ita* 3*b*; in *add.* 5*b*. *e*. 6*c*. o) : : victus 5*e*. p) Sed *add.* 6*c*. q) regno 6*c*. r) iuniori *pr. m.* 5*b*. s) firmataque inter regna pace 6*c*. t) *a* ‖ Lantfredus *incipit* 2*a*. u) restauratione 6*c*. v) c. II. *inc. a* Sed 5*b*. 6*c*. w) *om.* 6*c*. x) causis 6*c*. y) pr. posset oblivisci, r. 6*c*. z) excellentissimo 2*a*, *corr.* a) o. c. 3*b*. b) cl. e. i. 6*c*. c) repperisset 6*c*. d) foras 2*a*. 5*e*. e) *om.* 6*c*. f) oratorii 5*e*.

1) *'Lantfridus abbas de sancto Germano' a.* 760/2. *conventui Attiniacensi intererat (MG. Capit. I, p.* 222*: Concil. II, p.* 73*), ipsoque petente basilicae S. Vincentii et S. Germani a.* 772. *Carolus Magnus immunitatem confirmavit: cf. MG., Dipl. Karol. I, p.* 103. *'A tempore domni Lantfredi abbatis' Necrologium monasterii S. Germani (Bouillart, 'Histoire de l'abbaye royale de Saint Germain des Prez', Parisiis* 1724. *'Pièces justif.' II, p. CIX; A. Longnon, 'Obituaire de Saint-Germain-des-Prés' in 'Notices et documents publ. pour la Société de l'histoire de France'. Parisiis* 1884*, p.* 43*; A. Molinier, 'Recueil des historiens de la France, Obituaires' I,* 1, 1902*, p.* 246*) incipit, cui depositio ipsius abbatis his verbis illata est:* prid. Id. Feb. Depositio domni Lantfredi abbatis. *Eum a.* 775. *diem supremum obiisse Mabillonius, AA. SS. ord. S. Benedicti III,* 2*, Parisiis* 1672*, p.* 92*, Ann. ord. S. Benedicti II, p.* 233. *in Cyclis paschalibus legisse voluit, in quibus translatio falso a.* 753. *attributa erat: qui supersunt cycli paschales ad a.* 1063. *usque pertinentes, scilicet Annales S. Germani Parisiensis saec. XI (SS. III, p.* 167*), mortem Lantfridi eo magis falso a.* 765. *attribuunt, sicut obitum Germani ad a.* 551*, translationem ad a.* 751. *promovent, atque auctorem verba ipsius Translationis expilasse iam monuit L. Oelsner, 'Jahrb. d. fränk. Reiches unter König Pippin' p.* 502. 2) *Chunoaldus dux neque patricius Aquitaniae praeerat; cf. Fred. Cont. c.* 25. 3) *Annum sequentem hodie ad a.* 755. *referunt (Mühlbacher, 'Karol. Reg.' I, p.* 41[2]*), cum etiam de anno* 754. *olim cogitavissent, sed Stephanus II. papa exeunte a.* 753. *Gallias ingressus a.* 754. *demum die* 6. *Ianuarii a Pippino receptus est, ut auxilium eius expetere posset, quem die* 28. *Iulii eiusdem anni in regem unxit; cf. L. Oelsner, 'Jahrb. des fränkischen Reiches unter König Pippin' p.* 503. *Ceterum ex feriarum ordine c.* 4. *conclusi potius de anno* 756. *egi, quo dies translationis, scilicet* 25. *Iulii, dominicus erat; v. supra* p. 370.

audisse[a] psallentium multitudinem infra[b] ecclesiam, omnem[c] humanae iocunditatis cantilenam modulationis suavitate superantem. Cumque tanti miraculi auditu adtonita, quid hoc esset, cuperet agnoscere, subito[d] cuiusdam praeclari aspectus pueri monasterio[e, 1] conspicit[f] ecclesiae sibi ianuas aperiri[g] tantique splendoris luce eandem repleri, quae etiam diei[h] vinceret claritatem. Quam cum ingressa fuisset, praecedente[i] se puero, respicit in partem sinistram e regione sepulchri beati confessoris Germani, et ecce! multitudo virorum angelicis[k] vestibus indutorum. Inter quos etiam praefulgidi aspectus[l] conspicit virum, nivea[m] senectutem[n] canitie[o] praeferentem, cui quasi recognito[p] ait: 'Sanctissime domine[q] Germane, multum[r] iam temporis est, quo haec quae video servus tuus Lantfredus[s] fieri desiderabat.' Et ille: 'Scio', inquit, 'nam hodie[t] XX[2] anni sunt, ex quo ego illi, ut hinc me transferre deberet, ostendi. Tu autem vade et dic ei, quoniam voluntatis eius devotio mihi omnimodo[u] placet; at vero exsequendi operis[v] tarditas valde per omnia displicet. Si[w] vero me hinc tandem transferre deliberat, retro beati Stephani altare me ponat.' Quam visionem mulier dum abbati et fratribus retulisset[x], duobus indiciis veram fuisse probarunt[y], sive quia numerum annorum sola abbatis, inscia[z] muliere, devotionis retinebat[a] memoria, seu quia etiam[b] omni tunc[b] congregationi, quod in altare[c] sanctae Crucis beati Stephani reliquiae fuerint[d], adhuc manebat incognitum, nisi[e] eas postmodum sagax inquisitio prodidisset[f, *].

2. Aliud[a] quoque miraculum hanc eandem visionem anno eodem praecessit. Nam quidam iuvenis Italiae provinciae, qui adhuc superest[3], cum in tantum fuisset membrorum officio destitutus, ut ei[b] calcanea natibus quasi clavis inhererent adfixa, manus quoque retro mamillas[c] hinc inde costis quasi quodam[d] gluttino[e] necterentur, oculis quoque[f] et auribus ipsique[g] linguae annis circiter tribus propria negarentur offitia[h, **],

*) *Subsequuntur* III. Tunc saepedictus abbas — Hactenus digesta serenissimo cesare domno Carolo narrante conperimus; nunc ad sequentia conpetenti disputatione vertatur articulus, *scilicet tota Translationis historia interpolata, quam Karolus M. imperator puer septennis expertus narravisset (SS. XV, p. 6, 13—p. 8, 8; cf. O. Holder-Egger, 'N. Arch.' XVIII, p. 274), auctorque fraudulentus verbis his:* (Neque enim nos hic finem ponere sinunt crebra hinc ad eiusdem sancti sepulchri et manifeste visa miracula *add.* 6c). Siquidem eodem ipso anno, quo sacrum ipsius venerabilis pontificis ordine[a] corpus supra memorato fuit translatum, quidam iuvenis Italicae[b] regionis adeo fuerat membrorum officio[c] destitutus, ut ei calcanea, *omissis verbis:* qui adhuc superest *(l. 20), ad textum integrum redit* 5b. e. 6c.

**) Qui a[d] piis parentibus dum pro[e] recuperanda sanitate per multorum sanctorum circumcirca veheretur ecclesias nec quicquam pristinae a quoquam mereretur recipere sanitatis, aliquando tandem *add.* 5b. 6c.

III. Capp. 1. 2. *2a. 3b. 5b. e. 6c.*

Cap. 1. a) audivit 6*c*. b) i. eandem eccl. resonantem atque o. 6*c*. c) homnem humanam i. 5*e*. d) quasi *add.* 6*c*. e) *ita 2a et pr. m.* 3*b*. 5*b*; ministerio 5*e*. 6*c et m. al.* 5*b*. f) et *add.* 5*c*. g) aperire 3*b*. h) die 5*e*. i) p̄cedentē 5*e*. k) albis 5*e*. l) aspectu 5*e*. m) niveam 5*e*. n) *corr.* senectute 2*a*, *et sic* 3*b*. o) canitiem 3*b*. p) recognita 2*a*. q) domne 5*e*. r) inquiens *add.* 6*c*. s) Lantfridus 3*b*. t) odie 2*a*, *corr.*; uiginti (hodie *postea add.*) 3*b*. u) omnimodis 6*c*. v) *om. in transitu a pagina ad paginam* 5*e*. w) Et si me hinc vel tandem 6*c*. x) rettulisset 3*b*. y) probaverunt 3*b*. z) i. m. d. *om.* 6*c*. a) retinebant 2*a*. b) *om.* 6*c*. c) altari 5*b*. 6*c*; quoque *add.* 6*c*. d) essent 6*c*. e) i., quas tamen p. 6*c*. f) prodidit 6*c*.

Cap. 2. a) Ali:o. *ras.* a 2*a*. b) ea 3*b*. c) mamillis 5*e*. d) *om.* 2*a*. e) glutino 3*b*. 5*b*. *e*. 6*c*. f) vero 5*b*. *e*. 6*c*. g) i. q. l. *om.* 6*c*. h) officia 3*b*. 5*b*.

Notae. a) *ita* 5*a*. *b (pr. m.). e;* c. o. 6*c*. b) Italiae 5*e cum textu genuino.* c) officiis 6*c*. d) Qui dum a par. pro 6*c*. e) *om.* 5*e*.

1) Pueri monasterii *apud Theodorum Cantuar. ante* 25 *annos ordinari vetantur; sunt iidem qui infantes monasterii, oblati, nutricii; cf. Cangium s. v. Infantes.* 2) *XVIIII tantum anni ex a.* 737. *ad annum* 755. *numerantur.* 3) *Locus auctoris aevum definiens in Translatione interpolata (supra l.* 30*) deletus est.*

in somnis admonitur[a], ut Galliam[b] veniens beatum Germanum*) sanandus inquireret. Qui certus de visione, adiutorio fidelium[c] inpositus in[d] sitarcio[e], comitante sibi[f] puero, equo[g] vehente, Parisius pervenit, atque in monasterio beati Petri[h, 1] hospitio susceptus[i], causam sui adventus**) exposuit. In crastinum vero baiulatus eiusdem pueri manibus[k], ad ecclesiam beati[l] Germani perlatus est. In qua dum[m] tota die[n] iacuisset, vespere est[o] receptus hospitio; nocte vero sequenti eidem[p] baiulo quidam clericus senex per visum apparuit, dicens: 'Quare hunc debilem hesterno vespere ab ecclesia detulisti? Surgens[q] itaque revoca eum in[r] ecclesiam, quoniam propter ignorantiam tuam[s] peperci tibi.' Qui statim diluculo consurgens — erat enim sabbatum — ab hospitii domo praefatum ad ecclesiam debilem revexit, eumque[t] ad caput[u] beati[v] Germani extra cancellum[w] collocans, usque ad vesperam[x] custodivit iacentem. Cumque[y] post sinaxin[z, 2] vespertinam fores ecclesiae iuxta morem[3] essent claudendae, custos ecclesiae[a], ut ad hospitium[b] redirent, admonuit. Quem flebili voce isdem exorans[c] debilis ait: 'Oro te***), pater, ne me hac nocte hinc abire praecipias, quia per sanctum Germanum sanitatis mihi est recuperatio repromissa, qua etiam fiducia†), patria simul parentibusque relictis, nequaquam de pollicitatione dubius, sed tanti confessoris[d] virtute securus, huc sanandus adveni.' Permisso[e] itaque custodis[f] nocte eadem, id est dominica, infra[g] aulam ecclesiae iuxta parietem sepulchri sancti Germani licentiam est adsecutus iacendi. Noctis vero tempore, priusquam fratres ad vigilias surgerent, magnis coepit clamoribus perstrepere, ita ut vocibus eius quiescentes[h] excitarentur fratres[i]. Et ecce! repente coherentia[k] coeperunt membra resolvi adque, decurrente cruore, paulatim crura[l] et manus, diutino glutino coartata[m], in pristinum rigorem[n] restitui, factumque est, ut, surgentibus[o] clericis[4] et iuxta morem diei dominici matutinorum offitia[p] consummantibus, his[q], qui vespere eger manibus venerat delatus alienis, mane facto[r], propriis iam sanus incederet vestigiis, et ita[s] in eo est plenitudo restaurata salutis, ut in[t] uno eodemque

cf. 4. Reg. 6,15.

*) Parisiorum antistitem *add.* 5*b. e.* 6*c.*

**) clericis eiusdem monasterii (inquirentibus *add.* 6*c*) *add.* 5*b. e.* 6*c.*

***) o beatissime *add.* 5*b. e.* 6*c.*

†) fretus *add.* 5*e.* 6*c.*

III. Cap. 2. 2*a.* 3*b.* 5*b. e.* 6*c.*

Cap. 2. a) *ita* 2*a.* 3*b*; ad(m)monetur 5*b. e.* 6*c.* b) Gall:iam, *ras.* ā 2*a.* c) fideliorum 5*e.* d) *om.* 6*c*; ꝯ *pro* in 5*e.* e) sitartio 2*a.* f) se 6*c.* g) Quo 5*e.* h) apostoli *add.* 5*b. e.* 6*c.* i) receptus 5*e.* k) officio 5*b. e.* 6*c.* l) supradicti antistitis p. (prelatus 5*e*) 5*b. e.* 6*c.* m) cum 5*e.* n) oraus *add.* 6*c.* o) ex more *add.* 6*c.* p) q. cl. (ut videbatur *add.* 6*c*) s. e. (eiusdem 6*c*) b. 5*b. e.* 6*c.* q) Surge i. et r. 5*b. e.* 6*c.* r) eum illuc, q. 6*c.* s) tua 2*a*; *om.* 6*c.* t) eum | quæ 2*a.* u) capitium 6*c.* v) sancti 5*e.* w) cancellos 5*b. e.* 6*c.* x) vesperum 5*e.* 6*c*; rursus *add.* 6*c.* y) Cumquae 2*a*: que *om.* 5*e.* z) *ita* 2*a*; synaxiu 3*b.* 6*c*; sinaxim 5*b* (*pr. m.*). *e.* a) c. ęccl. cunctos ad hospicia sua redire 5*e*; c. eiusdem omnes ut 6*c.* b) hospit(c)ia sua r. 5*b.* 6*c.* c) exhorans 5*b.* d) de *add.* 6*c.* e) *ita* 2*a*; Permissu *rell.* f) it. illius u. e. ibi licentiam est assequutus iacendi. Denique intempesta noctis magnis subito incipit clamoribus 6*c.* g) intra 5*b. e.* h) in ęcclesia *add.* 6*c.* i) custodes 6*c.* k) sibi diu *add.* 6*c.* l) c. — coartata *om.* 6*c.* m) correcta 5*e.* n) vigorem resolvi (redire 6*c*) 5*b. e.* 6*c.* o) s. ad vigilias fratribus et 6*c.* p) officiis consummatis 6*c.* q) *ita* 2*a.* 5*e*; is *rell., ut infra.* r) i. f. pr. 6*c.* s) omnis *add.* 6*c.* t) *ita* 3*b*; *om. rell.*

1) *Postea S. Genovefae.* 2) *I. e. cursus seu officium ecclesiasticum. Cangius.* 3) *Heirici Liber de miraculis S. Germani episcopi I, c.* 6 (*Migne, Patr. Lat. LXXII, col.* 1236): Factum est, ut, officiis vespertinis exactis, generaliter, ut in coenobiis mos est, universa vulgi concio a septis ecclesiae custodum instantia pelleretur; *V. Amandi c.* 7 (*SS. R. Merov. V,* 434). 4) *I. e. monachis coenobii S. Germani. Mab.*

tempore et visum[a] oculi et aures auditum et lingua* eiusdem recte loquendi pristinum recepissent officium. Nec[b] multo[c] post veniens[d] excellentissimus[e] rex Pippinus adque tanti miraculi novitate gavisus, oratione[f] peracta, eundem, qui fuerat redditus sanitati, suis exorat[g] obtutibus praesentari. Quem[h] cum diutius fuisset intuitus, sciscitatur[i] ab eo, quid faciendi vel quo[k] commorandi[l] voluntatem haberet. His vero[m], recuperatoris[n] sui inmemor et pristinae[o] mendicitatis amator, postulat sibi a rege auxilium tribui, quatenus[p] illuc unde venerat redire[q] potuisset. Cui statim rex clementi animo duo[r] argenti[s] vasa simulque[t] et equum[u] dari[v] praecipiens**, dixit: 'Ego quidem voluntati tuae libentissime faveo; te autem hinc discedere[w] videtur mihi nec debere nec[x] posse'. Quam eius sententiam[y] divinitatis spiritu prolatam sequentis[z] mox signi adtestatio declaravit. Nam, interpositis non multis diebus***, comitatus[a] duobus[b] monachis, usque ad† possessionem†† monasterio[c], cui vocabulum[d] Acmanta[1] est, pertinaci[e] obstinatione devenit, ubi eadem nocte utrisque monachis[f], qui eum deduxerant[g], ne eum amplius ducere[h] praesumerent, indissimilis[i] apparuit visio. Quam cum††† eidem[k] retulissent, et[l] ipse[m] in sua obstinatione persisteret, nocte[n] sequenti intolerabilium dolorum vexatione percussus*†, ne vias[o] possit[p] tenere nequitiae[q], recidiva[r] est[s] orbitate caecatus.

3[a]. Quidam[b] etiam[c] ex provincia Andicavorum[d], dum per annos fere XII manuum[e] ac pedum, sed et oculorum fuisset privatus officio, Toronorum[f] civitatem[g] adveniens, in ecclesia beati Martini*†† confessoris[h] lumen oculorum recepit. Nocte autem[i] sequenti*††† in somnis admonitur[k], ut[l] Parisius veniens totius[m] corporis sanitatem meritis

*) et lingua locutionem et manus eiusdem operandi pristinum *pergunt* 5*b. e*; aud. necnon et manus atque pedes operandi prist. *pergit* 6*c*.

**) pr. praesago spiritu infit: Ego 5*b. e.* 6*c*.

***) sicut perversa mente conceperat *add.* 5*b. e* (*non* 6*c*).

†) quandam *add.* 5*b. e.* 6*c*.

††) praefati *add.* 5*b. e.* 6*c*.

†††) facto (factu 5*e*) mane *add.* 5*b. e.* 6*c*.

*†) est. Qui obstinata mente, dum in (*om.* 5*e*) sua deliberatione perduraret et toties correptus a perverso itinere pedem retrahere nollet *add.* 5*b. e*; est, nec sic tamen conversus. Nam dum adhuc in hac sua sententia perduraret, totiensque correptus, a coepto itinere pedem retrahere nollet *add.* 6*c*.

*††) meritis ipsius (sancti *add.* 6c) *add.* 5*b. e.* 6*c*.

*†††) cum se sopori dedisset *add.* 5*b. e.* 6*c*.

III. Capp. 2. 3. 2*a.* 3*b.* 5*b. e.* 6*c.*

Cap. 2. a) visu 2*a*; o. v. 5*b. e.* 6*c*. b) *littera initialis* 5*b. e*; *c. VIIII. inc.* 6*c*. c) multum 5*e*. d) adveniens *et add.* illuc 6*c*. e) praecellentissimus 5*b. e.* 6*c*. f) o. p. *om.* 6*c*. g) rogat 6*c*. h) Qui 5*e*. i) i. coepit sciscitari 5*b. e.* 6*c*. k) demum *add.* 6*c*. l) cummorandi 2*a*. m) acsi *add.* 6*c*. n) recuratoris 5*e*. o) ut sic dixerim *add.* 6*c*. p) quatinus, *om.* i. 6*c*. q) p. (posset 6*c*) reverti. At vero (v. *om.* 6*c*) piissimus rex ei statim 5*b. e.* 6*c*. r) dua 5*b*, *corr.* s) argentea 3*b.* 5*b. e.* 6*c*. t) pariterque equum 5*b. e.* 6*c*. u) aequum 2*a*. v) dare 3*b.* 5*e*. w) discere *pr. m.* 5*b*; *add.* velle 5*b. e.* 6*c*. x) perficere *add.* 5*b. e.* 6*c*. y) s. veluti divinitus propalatam 6*c*. z) sequenti 5*e*. a) comitantibus 5*e*; etiam *add.* 6*c*. b) inde *add.* 6*c*. c) *ita pr. m.* 2*a* (*cf. p.* 424, 4); monasterii *rell.*; sancti 6*c*. d) Acmantum (Agmantum 5*e*; ac mandum 6*c*) v. est 5*b. e.* 6*c*. e) admodum *add.* 6*c*. f) fratribus 6*c*. g) deducebant 5*b. e.* 6*c*. h) deducere 5*e*. i) dissimilis 5*e*. k) ei 3*b*. l) r. sequenti n. quia obaudire contempserat ilico intolerabili 6*c*. m) et *iteravit* 2*a*. n) s. n. 5*b. e*. o) vias forte nequitię t. p. 6*c*. p) possint 5*e*, *corr.*; posset 3*b.* 6*c*. q) nequissimas 5*e*. r) recid:ua, *ras.* i 2*a*. s) mox *add.* 6*c*.

Cap. 3. a) VIIII. 5*b*; X. 6*c*. b) Qui 5*e*. c) *om.* 6*c*. d) Andi:cavorum, *ras.* g 2*a*; Andigavorum 3*b*; Andegavorum 5*b. e.* 6*c*. e) manum 5*e*. f) Tur. 5*b. e*. g) civitate 5*e*. h) sacerdotis 6*c*. i) vero 6*c*. k) *ita* 2*a*; ad(m)monetur 5*b. e.* 6*c*. l) quod, *om.* P. v. 6*c*. m) m. (quoque *add.* 6*c*) b. G. t. (de reliquo *add.* 6*c*) c. s. 5*b. e.* 6*c*.

1) *Hodie Esmans (cant. Montereau, arr. Fontainebleau, dép. Seine-et-Marne); cf. Polypt. Irminonis XIX (ed. A. Longnon II, p.* 258)*:* Habet in pago Senonico in villa Acmanto mansum indominicatum.

beati Germani adquirere[a] deberet. Ubi[*] dum veniens in ecclesia pernoctaret, universae[b] debilitatis molestia liberatus est[**]. In quo[c] miraculo dum[d] hisdem[e] languidus a beato Martino solam[f] oculorum recepit salutem[d], quid aliud claruit[g], nisi et[h] potuisse[i] eum et omni[k] sanitati restituere noluisse[l], ut videlicet patenter ostenderet[m], Germanum[n] sibi inparem nequaquam exsistere meritis, quem in curando languido[o] suae virtutis socium[***] non est passus habere[p] dissimilem[†]?

4[a]. Sed et quidam Bituricensis[b] territorii aduliscens[c], qui erat a renibus usque deorsum omnium immobilis rigiditate[d] membrorum, ita tamen[e], ut manibus innitens, universum post se corpus trahens[f], ad[g] instar vermium per terram reperet, quique[h] etiam illum, quem supra[i] meminimus[k] a beato[l] Martino et Germano curatum, multis[m] iam diebus[n] veniendo praecesserat[o], anno[p] eodem, quo eiusdem[††] confessoris sanctissimum corpus fuerat transmutandum[q], praecedente transitus[r] eius[†††] solemnitate[s], stans in basilica eiusdem[r] vidensque[t] eum[r] qui post se venerat[*†] sanum, conversus ad sepulchrum beatissimi[u] confessoris, querelosis[v] lacrimis coepit insistere, dicens[*††]: 'Quam ob culpam[*†††] vel ob quod peccatum meum[w], beatissime domine, me tot diebus tuae misericordiae auxilium[x] expectantem sanare noluisti, et ecce! nullam[y] huic in expectando moram sustinenti[†*] repentinam protinus[z] contulisti salutem?' Eadem[a] nocte dum se sopori dedisset, apparuit ei[b], [†**] vir Domini[c], dicens: 'Proxima veniente[d] vespera sabbati, pervigilem[e] in ecclesia transige[f] noctem. Quodsi infra[g] ecclesiam tibi[h] iacendi

756. Mai. 28.

*) d. Qui certus de visione Parisius (Parysius 6c) adveniens (usque pervenit 6c) atque in ecclesia ipsius supradicti confessoris (sancti *pro* s. c. 6c.) pernoctans, (ab *add.* 6c) universae (universa 5e; statim *add.* 6c) *pergunt* 5b. e. 6c.

**) Ita (dumtaxat *add.* 6c) ut et manus pristinum operandi recepissent officium (p. o. r. o. *om.* 5e) et pedes diu contracti recte ambulandi sortirentur effectum *add.* 5b. e. 6c.

***) in terris *add.* 5b. e. 6c.

†) Quodque etiam in sequentibus eundem sanctum geminare non piguit *add.* 6c.

††) eiusdem eximii c. saepedicti Germani s. c. 5b. e.

†††) sacratissima *add.* 5b. e.

*†) v. tam celeriter a beatissimo viro (a b. v. *om.* 6c) fuisse sanatum 5b. e. 6c.

*††) O vir (*ita* 5e; Quis 5b; O, *om.* vir 6c) sanctissime Christi confessor Germane *add.* 5b. e. 6c.

*†††) meam *add.* 5b. e. 6c.

†*) potentiam tuam qua (quam 5e) plurimum apud Dominum te (te apud Deum 6c) valere cognoscimus demonstrans *add.* 5b. e. 6c.

†**) per visionem *add.* 5b. e. 6c.

III. *Capp.* 3. 4. 2a. 3b. 5b. e. 6c.

Cap. 3. a) adquirer& 2a, *corr.* b) universa 3b. c) ergo *add.* 6c. d) dum—salutem *om.* 6c. e) isdem 3b. 5b. f) solum 5b (*corr.*). e. g) dari 5e. h) n. id quia et 5e; quia *pro* et 6c. i) potuisset (potuerat 6c) eum isdem venerabilis (Christi *add.* 6c) confessor (Martinus *add.* 6c) corporis rest. san. et noluisset (noluit 6c) 5b. e. 6c. k) omnem sanitatem 3b. l) et nol. 3b. m) ostenderetur 6c. n) o. hunc (hoc 5e) beatissimum virum (*om.* 5e) G. antistitem inparem sibi in caelis nequaquam (n. in c. 5e) existere 5b. e. 6c. o) languidum 6c; *om.* 5e. p) haberi 6c.

Cap. 4. a) X. 5b; XI. 6c. b) Bituricenses 2a; Beturicensis *m. al. corr.* Bituricensis 5b. c) *ita* 2a; extitit *add.* 6c. d) rigidate 2a; largitate 5e. e) *eras.* 2a; *om.* 3b. 5b. e. 6c. f) trahendo 5b. e. 6c. g) *eras.* (?) 5b; *om.* 6c. h) que *om.* 6c. i) nunc 6c. k) memoravimus 5b. e. 6c. l) (a *om.* 5e) beatissimis confessoribus Christi M. et G. nobiliter fuisse curatum *pergunt* 5b. e; beatissimis praesulibus simul fuisse curatum *pergit* 6c. m) multos 5e. n) illuc *add.* 6c. o) praeces ‖ cesserat 2a. p) anno—eiusdem *om.*, *pergit* Igitur videns eum 6c. q) transmutatuū (?) *inter scrib. corr.* transmutandum 2a; transmutatū 5e. r) *om.* 5e. s) so:lemnitate 5b; sollemuit. 3b. t) que *om.* 3b. u) beatissimum 5e, *corr.*; beati viri q. c. l. 6c. v) querel:osis, *ras.* i 2a; quaerellosis 5b: qua relisis 3b. w) m. (?) *eras.* 5b; b. d. *om.* 5b. e; m. b. d. *om.* 6c. x) e. a. 5b. e. 6c. y) nullum 2a, *corr.*; h. n. 3b. 5b. e. 6c. z) extemplo 5b. e. 6c. a) itaque *add.* 6c. b) illi 6c. c) Dei 5b. e. 6c. d) adveniente 6c. e) pervigil 6c. f) transigere (transire 5e) n. *et add.* memento 5b. e. 6c. g) intra 5b. e; ibi *pro* i. e. 6c. h) i. tibi 5b. e. 6c.

licentia denegatur[a, *], in portico[b] eiusdem sanitatis tuae praestulare[c] adventum!' Fecit ergo, ut sibi fuerat[d] imperatum, et veniente nocte dominica[e], nil[f] de promissione dubitans[g, **], in porticu ecclesiae[g*] iacuit. Cumque[h] iam vicina esset ora[i] vigiliarum, paulatim coepit*** somno gravari, cum[k] ecce! apertis subito oculis, vidit[l] tres quasi canes teterrimus[m] contra se stantes, confestimque excitans puerum, quem secum habebat: 'Surge', ait, 'et hos extra porticum eice canes!' Qui concite[n, 1] surgens, lustrato atrio adque porticibus, quaesivit quidem canes, sed fantasmatis[o] non[p] valuit indicia repperire. Cumque reversus[q] paululum[r] quievisset, surgentibus ad[s] vigilias monachis et divinis officiis insistentibus, eidem debili sopore detento vir Domini Germanus manu[t] baculum ferens[u] apparuit, quo[v] eius debilia[w] membra[x] contingens, ut sanus surgeret †, imperavit, statimque[y] torpentium membrorum ei est redditus usus, ita[z] ut, peractis laudibus[a] matutinis, exiens abbas†† cum fratribus††† erectum cerneret, quem[b] praecedente vespera contractum*† vidisset[c].

EXPLICIT[d, *††].

*) ni(c)hilominus *add.* 5*b. e.*

**) avidus salutis (saluti 5*e*) *add.* 5*b. e.* 6*c.*

***) adpropinquante (sibi *add.* 6*c*) salute *add.* 5*b. e.* 6*c.*

†) clementer *add.* 5*b. e.* 6*c.*

††) e. venerabilis vir Lantfredus (Lanfredus 5*e*) abbas cum 5*b. e.* 6*c.*

†††) in propriis gressibus sanum *add. et pergunt* erectumque 5*b. e.* 6*c.*

*†) per terramque (que *om.* 6*c*) repentem vermium[2] more (v. m. *om.* 6*c*) *add.* 5*b. e.* 6*c.*

*††) *Sequitur (c.* XI. 5*b*; XII. 6*c*; *absque distinctione* 5*e)*: His (ita *add.* 6*c*) breviter praelibatis *(SS. XV, p.* 8, 36*)* 5*b. e.* 6*c.*

III. Cap. 4. 2*a.* 3*b.* 5*b. e.* 6*c.*

Cap. 4. a) denegabatur 6*c.* b) *ita* 2*a*; porticū 5*e*; porticu *rell.* c) *ita* 2*a*; adv. pr. curato. Fecit 5*b.* 6*c.* d) fuerit 2*a, corr.* e) *om.* 6*c.* f) ni(c)hil 5*e.* 6*c.* g) debitans (?) *pr. m.* 2*a.* g*) : ecclesiae, *ras.* a 2*a.* h) Sed cum 6*c.* i) *ita* 2*a.* k) Cumque hęc a. 5*e.* l) videt 6*c.* m) terrim̃ 2*a*; teterrimos *rell.* n) concito 3*b.* o) phantasmatis 3*b.* 6*c.* p) i. non v. 5*b. e.* 6*c.* q) demum *pro* r. 6*c.* r) *om.* 5*e.* s) s. iam monachis ac d. i. off. 6*c.* t) G. quasi b. m. f. 6*c.* u) efferens 5*e.* v) Quod 5*e.* w) *om.* 6*c.* x) sensim *(e corr.* sensum 5*b) add.* 5*b. e.* y) Denique statim eidem debili est cum eadem voce torpentium m. pristinus redditus usus *pergunt* 5*b. e*; Denique statim cum eadem voce omnium illi membrorum pristinus redditur usus *pergit* 6*c.* z) sane *add.* 6*c.* a) m. l. 5*e.* b) quę 5*e.* c) viderat 3*b.* d) *om.* 3*b.*

1) *I. q. concitate.* 2) *Ita supra p.* 427, 9.

VITA LONOGHYLII ABBATIS BUXIACENSIS.

Buxiacus vel Buxidus[1] *monasterium in regione Cenomanensi situm a Lonoghylio quodam aut Lonegisilo*[2] *origines repetit, a quo locus postea Saint-Longis (dép. Sarthe, arr. et cant. Mamers) nomen accepit. Coenobium ad eandem dioecesim pertinebat ad quam Anisolense Carileffi, similesque casus utriusque monasterii fuerunt, ita ut monachi in Vita patroni conscribenda hic atque illic eadem ratione ducti sint, scilicet studio libertatis contra episcopos Cenomanenses vindicandae, idque unum dolendum est, fontes Buxiacenses minus large manare quam Anisolenses. Monasterium saeculo nono regium erat; quod cum Cenomanenses origine episcopale fuisse atque per iniuriam in ditionem fisci redactum esse voluissent, monachorum intererat demonstrare, coenobium iam initio regi traditum esse.*

Vitam Lonoghylii[3] *anonymus quidam composuit, qui congregationi si non adscriptus, at certe coniunctus erat, oratione simpliciore et quasi balbutiente usus, sermoque rudis cum modo enarrandi puerili conveniens auctorem satis ineruditum prodit, quem saeculo IX. ineunti attribuerim, atque cum ab aevo sancti longe remotum fuisse, vel ex ipsius verbis (c. 3) cognoscitur, dicentis:* In tempore illo regnante Flothario *(secundo)* rege Franchorum — — adhuc nuper fuit, quod Galiarum provintia inlustrasset fides catholica. *Vita Martini Sulpiciana*[4] *et Dialogi Gregorii M.*[5] *ei nota erant, unoque loco Vitam Audoini imitatus videtur esse*[6]. *Litteris tradidisse vult ea, quae 'audivit ac per veraces homines didicit' (c. 1), sed fabulae ab eo relatae magna ex parte ineptae et quae refellantur indignae sunt, eaque sola commemoranda, e quibus vota studiaque monachorum intellegantur. Contendit autem auctor, Lonoghylium ab episcopo Arvernensi presbyterum consecratum esse, postea Buxiaci consedisse, ubi parvum oratorium invenisset, et a 'principi-*

1) *Locus in Vita Lonoghylii priore et in charta Karoli Calvi a.* 843. Buxiagus, Buxiacus *vocatur, in altera Vita* Busciacus, *in Actibus pontif. Cenoman.* Buxiacus, Busiacus, Buxidus, Buxit, Bussit. *Cf. Th. Cauvin, 'Géographie ancienne du diocèse du Mans' ('Institut des provinces de France, mémoires', 2. series I),* 1845, *p.* 84. 89. 367. 2) *Sanctus in codice* 1 *Vitae prioris audit* Lonoghylius, Lonoghilius, Lonoghyllus, Longhyllus, *pro quibus manus alia ubique* Lonochilius *substituit; in altera Vita* Lenogisilus, *in Actibus pontif. Cenoman.* Lonegisilus *vocatur, unde fortasse Launegisili nomen (cf. E. Förstemann, 'Altdeutsches namenbuch' I*², *col.* 1015 *sq.) subest. 'A quodam religioso presbytero Launillo de Arverno' (al. 'Verno') Rigomerus eruditus esse dicitur (AA. SS. Aug. IV,* 787*), ubi nescio an auctor V. Rigomeri c.* 4*, qui aevo Carolino scripsit (cf. A. Poncelet, Analecta Bolland. XXIV,* 1905, *p.* 89 *sq.), de Lonoghylio cogitaverit. Litaniae cuidam saec. X/XI. invocatio* sancte Longelde *inest (H. V. Sauerland et A. Haseloff, 'Der Psalter Erzbischof Egberts von Trier in Cividale',* 1901, *p.* 192*).* 3) *De Lonoghylio artis criticae minus peritus egit S. M. Mosnier, 'Les saints d'Auvergne' I, Parisiis (*1900*), p.* 377–385. 4) *Cf. V. Lonoghylii* 9. *c.* 1. 5) *Ib. prol., c.* 2. 5. 6. 6) *Ib. prol.*

bus' regionis possessionibus ditatum monasterium construxisse. Cum autem episcopi dioecesani consulto, nisi fallor, mentio non fiat, sanctus inducitur Chlothario (II.) regi munera offerenti respondens: 'Tantummodo peto, ut defensorem cellula mea te habere suggero'[1]*: unde patet, ut Anisolenses Vita Carileffi conscripta ostendere voluerunt coenobium in fisco regio situm esse*[2]*, ita Buxiacenses similiter studiis hagiographicis potitos esse, ut monasterium regi oblatum et inde ab initiis in defensione regia constitutum fuisse demonstrarent, ubi subaudiendum est, mundeburdium tale coenobio episcopali minime attribui potuisse*[3]*. Quod rex insuper se annis singulis decem libras argenti daturum promisisse dicitur*[1]*, certe in votis monachorum erat, atque aperta fabula ea sunt, quae de Dagoberto filio Chlotharii sanato narrantur, in cuius rei testimonium calix et patena donata in monasterio exstarent*[4]*. Denique quod in oratorio Buxiacensi antea 'claras reliquias' defuisse auctor narrat, donec Lonoghylius angelo instruente Romae miro modo dentem Petri apostoli accepisset*[5]*, id ad fidem reliquiarum commendandam facere poterat.*

Fabulis autem Buxiacensibus Cenomanenses novas fabulas opposuerunt eodemque modo, quo monasterium Carileffi sibi vindicare certabant, iura quae in coenobium Lonoghylii haberent fraudibus suis stabilire studebant. Impostor enim ille notissimus, qui inter a. 840. et 857. veris fictisque commixtis Actus pontificum Cenomannis in urbe degentium composuit[6]*, ipsa Vita vel retractata*[7]* potitus, origines monasterii longe aliter enarravit*[8]*, inprimis id spectans, ut episcopus dioecesanus et fundum coenobii sibi vindicaret et personam gravem in vita sancti obtineret. Negotium interveniendi Chadoindo episcopo Cenomanensi iniunctum est, qui a. 626/27. concilio Clippiacensi interfuerat*[9]* et a. 643. testamentum condiderat*[10]*, ita ut initia eius cum aevo Chlotharii II († 629) convenirent. A Chadoindo igitur — non ab episcopo Arvernensi — Lonegisilum, ut sanctus ab eo vocatur, presbyterum ordinatum esse contendit, episcopum ei Buxidum 'vicum suum canonicum' monasterii construendi vel reaedificandi causa 'sub usufructuario ordine' dedisse, ea condicione iniuncta, ut coenobium cum omnibus rebus post obitum Lonegisili in potestatem ecclesiae Cenomanensis revocaretur eique semper subiectum esset. Quae mendacia suo more instrumentis eiusdem fidei probare voluit, quas ad exemplum chartarum antea de Carileffo confictarum fabricavit*[11]*, scilicet epistulam cessionis et precariam Lonoghylii*[12]* atque confirmationem Chlotharii regis*[13]*. Quae documenta data esse voluit illa anno regis 52, hoc anno 53, ignorans, Chlotharium II. paulo post annum 46. regni initum vita defunctum esse. Oratorium autem Buxiaci situm inter eas ecclesias enumeravit, quae olim a Turibio episcopo (490—496) constructae essent et inde ab aevo eius ecclesiae cathedrali Cenomanensi censum annuum solvissent*[14]*, itemque exposuit, quomodo coenobium saeculo VIII. potestati episcoporum subtractum esset*[15]*. Abraham enim vicedominum a Gauzioleno episcopo 'de iure sedis ecclesiae' cum alia beneficia accepisse tum Buxidum monasteriolum; Gauzioleno autem mortuo (inter a. 762. et 774), Abraham sodales suos adduxisse, ut Carolo regi possessiones offerrent eiusque 'efficerentur homines et per eius datum retinerent beneficia'.*

1) *V. Lonoghylii c.* 6. 2) *Cf. Krusch, SS. R. Merov. III,* 386 *sq.* 3) *Cf. Sickel, 'Beiträge zur Diplomatik' III ('Wiener Sitzungsberichte' XLVII,* 1864*), p.* 216. 244. 4) *V. Lonogh. c.* 7. 5) *Ib. c.* 4. 6) *Ed. Mabillon, Vetera Analecta III,* 1682*; G. Busson et A. Ledru, 'Archives historiques du Maine' II. Cenomanis* 1901. *Cf. J. Havet, 'Oeuvres' I,* 328 *sqq.; B. v. Simson, 'Pseudoisidor und die Le Mans-Hypothese' ('Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte XXXV, Kanonist. Abteilung' IV,* 1914, *p.* 1 *sqq.).* 7) *Cf. infra p.* 432. 8) *Mabillon p.* 150 *sqq.; Busson et Ledru p.* 145 *sqq.* 9) *MG. Concilia I,* 201. 10) *Pardessus II, p.* 69*; Busson et Ledru p.* 157. *Cf. L. Celier, 'Catalogue des actes des évêques du Mans', Parisiis* 1910, *p. LI sqq. et p.* 5, *n.* 4. 11) *Cf. Havet l. l. p.* 365 *sqq.* 378. 12) *Pardessus I, p.* 222. 224*; Busson et Ledru p.* 146. 151. 13) *Pertz, Dipl. Mer. p.* 134*: Busson et Ledru p.* 153. 14) *Mabillon p.* 64*; Busson et Ledru p.* 41. 15) *Mabillon p.* 243 *sqq.; Busson et Ledru p.* 262 *sqq.*

Consilium ad effectum perductum esse, etsi postea vicedominus a Carolo de palatio eiectus miserrima morte Buxiaci obiisset. Neque chartae cum narratione congruae desunt; in diplomatibus adulteratis imperatorum a. 802.[1] *et* 832.[2] *'monasteriolum Buxidi' vel 'monasterium Buxido' inter possessiones ecclesiae S. Gervasii Cenomanensis commemoratur, quae ad vasallos regios beneficiario iure datae censuique ad ecclesiam solvendo subiectae essent.*

Cum igitur fictiones et fraudes ad coenobium pertinentes satis superque exstent, sincera documenta desiderantur, neque eius praeterea mentio fit nisi perraro. Ludowicus Pius 'cellulam in pago Cenomannico quae dicitur Buxiacus' monachis S. Launomari Curbionensibus concesserat[3]*; cui Karolus filius aliam possessionem adiecit, deinde vero perspiciens, 'importunum id esse servitiis regalibus', et hanc et illam a.* 843. *commutatione facta ad usus fisci revocavit*[4]*. De cetero nihil constat; monasterium sive cellula non iam commemoratur, fortasse Northmannicis vel Britonicis bellis ingruentibus eversum. Postea loco eius ecclesia parrochialis cum prioratu exstabat, quae e monachis S. Vincentii Cenomanensibus pendebat*[5]*.*

Vitam Lonoghylii, quae tempore Reginberti († 846) inter a. 835. *et a.* 842. *etiam in coenobio Augiensi habebatur*[6]*, adhuc duo codices servaverunt:*

1) *Codex Sangallensis n.* 567, *diversis temporibus exaratus, p.* 155—163. *V. Lonoghylii saec. IX. scriptam continet*[7]*. Barbaries sermonis paulo post passim expolita est, et e textu ita immutato fluxit*

2) *codex Sangallensis n.* 577, *saec. X, p.* 440—449[8].

Codici Bruxellensi n. 7782, *saec. XVIII, fol.* 110'—113', *inter collectanea Bollandiana, exemplar Vitae Lonoghylii inest, quod exscriptum 'ex codicibus S. Galli in Helvetia misit* 1752 *P. Mauritius Chardon'*[9]*.*

Varias lectiones libri 2 *ab O. Holder-Egger v. c. descripti afferre supersedi neque ea quae corrector in codice priore expoliendo effecerit adnotavi nisi raro. Exemplar codicis* 1 *a Ioh. Heller b. m. confectum B. Krusch v. c. contulit.*

Editionem Vitae principem et unicam ex 1 *instituerunt socii Bollandiani, Analecta Bollandiana III, Parisiis et Bruxellis* 1884, *p.* 159—166, *discrepantiis exemplaris* 2 *textui subiunctis; sed ubique fere correctorem secuti, pristinum sermonem minus accurate exhibuerunt.*

Verba tantum, non res immutavit, qui Vitam Lonoghylii postea retractavit, alio prologo praemisso (prologus incipit: Egregia est doctoris gentium sententia, *Vita:* Ea

1) *Busson et Ledru p.* 282*; MG. Dipl. Karol. I, p.* 385, *n.* 265. 2) *Gesta Aldrici, ed. Charles et Froger,* 1889, *p.* 34*; Mühlbacher, Reg. I², n.* 912. 3) *Diploma periit; cf. Sickel, Acta regum et imperat. Karolin. II, p.* 372*; Mühlbacher, Reg. I², p.* 856, *n.* 270. 4) *Bouquet VIII,* 433. *De anno cf. (F. Lot et) L. Halphen, 'Le règne de Charles le Chauve' I ('Bibliothèque de l'École des hautes études'* 175*),* 1909, *p.* 62, *n.* 1. 5) *Cf. Piolin, 'Histoire de l'église du Mans' III,* 1856, *p.* 239. *In chartulario S. Vincentii (R. Charles et S. Menjot d'Elbenne, 'Cartulaire de l'abbaye de Saint Vincent du Mans' I, Mamers* 1886*) homines et res* de Sancto Lenogisilo *vel* Langiso *similiaque saec. XI. et XII. saepius commemorantur.* 6) *Cf. indicem librorum a Reginberto comparatorum (P. Lehmann, 'Mittelalterliche Bibliothekskataloge Deutschlands und der Schweiz' I,* 1918, *p.* 260, *l.* 6*):* In XV. libello sunt libri duo de vita et virtutibus sancti Galli confessoris et Vita sancti Longelli sacerdotis et Agnafledae virginis. *Quae opuscula si eodem tempore exarata neque postea demum compacta erant, codex post a.* 816. *conscriptus erat, sive de Vita Galli a Wettino (a.* 816—824*) composita agitur sive de opere Walahfridi (a.* 833/34*).* 7) *In catalogo librorum Sangallensium antiquissimo (cod. n.* 728, *saec. IX. med.) et aliae partes codicis et Vita* Lonochildis episcopi*(!) commemorantur (Lehmann l. l. p.* 78, *l.* 4*).* 8) *In indice librorum Sangallensi c. a.* 900. *ad modum kalendarii composito (cod. n.* 566*) pridie Kal. Sept. Vitam* Lonochilii, Agnofledae in passionario novo *(cod. n.* 577*) exstare commemoratur (Lehmann, ib. p.* 97, *l.* 8*).* 9) *Cf. J. Van den Gheyn, 'Catalogue des mss. de la Bibliothèque royale de Belgique' V,* 1905, *p.* 432, *n.* 3445.

tempestate, quando Clotarius rex). *Auctor fraudes Cenomanenses non curavit*[1], *cumque paulo ante saeculum IX. medium scripsisse et hanc Vitam neque priorem in Actibus pontificum adhibitam esse, ex his locis concludendum esse videtur:*

Vita I.	*Vita II.*	*Actus (ed. Busson et Ledru).*
c. 1. Ex genere Alamannorum oriundus fuit, parentibus secundum seculi dignitatem non infimis.	*c.* 2. in Alamannorum regione exoritur, parentibus licet quidem paganis, nobilitate tamen sanguinis bene idoneus.	*p.* 147. relinquens solum Alamanniae patriae meae parentesque meos nobiles et divites.
c. 4. Tunc unusquisque prebuerunt ei adiutorium.	*c.* 6. ut unusquisque de facultatibus suis ei ministraret.	*p.* 146. omnia necessaria ei ministrabant.

Calix et patena, quae a Chlothario rege donata esse prior biographus (c. 7) rettulerat, aevo alterius non iam exstabant, quippe qui (c. 10) verba: quae usque hodie in ipso monasterio adesse videntur *omiserit, de ceteris praedecessorem secutus. Opusculum 'ex archivis regalis ecclesiae collegiatae S. Petri de Curia' Cenomanensis ediderunt Iohannes* **Bollandus** *et Godefredus* **Henschenius**, *Acta sanctorum Ianuarii I, Antverpiae* 1643, *p.* 1120—22; *Martinus* **Bouquet**, *'Recueil des historiens des Gaules et de la France' III, Parisiis* 1741, *p.* 497—498. *frustula inde excerpta iteravit.*

W. Levison.

IN DEI NOMINE INCIPIT VITA SANCTI LONOGHYLIO[a] SACERDOTE. INCIPIT PROLOGUS[b].

Denique inprimis divinam clementiam postulamus auxilium, ut digni mereamur effici, indagare vitam sancti Lonoghylii et[c] Agnofledis Deo sacrata[d] virginis ad profectum populo[d] christiano, quia hominem imperitum plus exempla erudiunt quam predicamenta. (Greg. Dial., prol.) Sancti viri in hoc mundo cur non accipiunt caelestem potestatem? quę[d] terrena despiciunt et nihil inde ambiunt; cor et mens illorum fixum in conditore ponuntur. Vere dignum et iustum[2] est nobis petere per intercessionem eorum redemptorem nostrum, ut exempla et vestigia consequamur et in bonis operibus fructificemus, quatenus ad aeternam patriam pervenire mereamur, quia valde terribile est, quod in euangelio veritas recitavit: (Luc. 9, 25. Matth. 16, 26.) *'Quid proficit homini, si lucretur universum mundum, animae vero*[e] *suae detrimentum pacietur*[d]*?* Maxime cavendum est unicuique homini, ut conversationem suam cum[f] magna cura praevideat[g], ut Domino non[h] displiceat[i] opera sua et, dum virtutem[d] boni operis flagrat, non suis meritis hoc deputet, sed potius ut Deus in hoc laudetur in populis[3], ut de agrorum floribus rosarumque pulchritudine sanctae ecclesiae suave redolet[k], sicut apostolus dixit: (2. Cor. 2, 15.) *Christi bonus odor sumus Deo.* Nunc autem ad ordinem

Prol. 1.

Prol. a) *m. al. corr.* Lonochil. 1. *et sic* 2: *item deinceps.* b) prid Kl. Septb *add.* 2. c) ac *add., sed eras.* 1. d) *ita pr. m.* 1. e) vere *pr. m.* 1. f) eum 1, *corr.* g) pravid : : : : : : *(ras.* ebit ut?*)* Domino *pr. m.*, praevideat ne Domino *m. al.* 1. h) *eras.* 1. i) *m. al. corr.* displiceant 1. k) redole: *m. al. corr.* redoleat 1.

1) *Auctores Historiae litterariae Franciae VI,* 1742, *p.* 207, *erraverunt, statuentes, Vitam ex Actibus pendere.* 2) *Verba ad missam pertinent; cf. e. gr. Mabillon, De liturgia Gallicana,* 1729, *p.* 334*:* Vere dignum et iustum est, nos tibi hic et ubique semper gratias agere *etc.* 3) *Cf. V. Audoini, prol. (SS. R. Merov. V,* 553*):* ut ex hoc Christus laudetur in gentibus, dum sancti venerantur in eximiis virtutibus. Odor agri redolet, quem Dominus benedixit, — — et ideo valde exultat mater ecclesia, dum — — alii rutilant ut rosae inter spinas.

rei redeamus et studeamus thesaurum absconditum in publico manifestare, quia ipse Dominus dixit in euangelio: *Thesaurus absconditus et sapientia occulta, quae utilitas in utrisque?* Eccli. 20, 32.

INCIPIT VITA SANCTI LONOGHYLII SACERDOTIS ET SANCTAE AGNOFLEDE VIRGINIS.

(1)[a]. Nunc igitur, qualis iste sanctus venerabilis vir Longhyllus[b] fuerat vel quae miracula Deus propter[c] illum ostendebat[d], in quantum parvitas nostra audivit ac per veraces homines didicit, ostendere conabor. Ex genere Alamannorum oriundus fuit, Sulpicii Sev. V. Martini 2, 1. parentibus secundum seculi dignitatem non infimis[1]; superna gratia dispensante, ab ipsis cunabulis et ablactatu matris suae dedit ei Dominus sensum et intellectum ad agnoscen- cf. 1. Ioh. 5, 20. dum *Deum* verum, *qui creavit caelum et terram.* Dan. 14, 4. Mox itaque puer Domino serviturum se vovebat, iam cupiebat baptismum accipere; parentes vero eius in illis temporibus pagani erant et idola adorabant, Deum caeli minime cognoscentes. Qui cum vidissent puerolum iuvenem remotum de vanitatibus et de idolatria illorum, displicuit vero illis conversatio sua. Vir autem Domini plus desiderabat caelestem patriam quam terrenam possessionem; parentibus suis innotuit in caelo[e] habere Deum suum. Tunc latenter exivit et oravit cum lacrimis ad Dominum suum, petens, ut auxilium ei dare dignaretur. Reliquid patriam et cognationem suam, implevit quod in euangelio veritas dixit: *Qui* cf. Gen. 12, 1. Matth. 16, 24. *vult post me venire, abneget semet ipsum, tollat crucem suam et sequatur me.*

(2). Pergebat itaque supradictus puerolus solus terrarum spatium quasi peregrinus. Domino moderante, pervenit in Aquitaniam[a] ad civitatem, quae vocatur Alvernia[2], ibique semet ipsum fortiter stringebat[3], in ieiuniis, in vigiliis et orationibus vacans die noctuque; tantummodo Dominum rogabat, ut meruisset venire ad baptismum. Statim vero cuncti in civitate commanentes, cognoscentes, quod ex toto corde Deum diligebat, cf. Deut. 6, 5. interrogaverunt eum, ex qua regione esset et ob quam causam propriam patriam dereliquisset et advena fuisset. At ille conpulsus, per ordinem omnia eis narravit: 'Volo salvare animam meam'. Illi autem gaudentes laudaverunt Christum, *qui omnes homines* 1. Tim. 2, 4. *salvos fieri vult.* Mox autem ibidem humiliter conversabatur, fuit categizatus et baptizatus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Postea ad imbuendum litteris studiose certabat adulescens et in lege Domini meditabatur die noctuque et infra moenia urbis cf. Ps. 1, 2. Alvernii[b] consedit, opinioque eius longe lateque iam in populo crescebat cottidie. Quod Greg. Dial. III, 15. cum vidisset episcopus illius civitatis[4], promptum et dignum esse ad Dei servitium, una cum petenti populo ad honus sacerdotii eum ordinavit[5]. Postea iam plus crescens *et* Luc. 2, 52. *proficiebat sapientia,* videruntque exempla et facta illius, aedificaverunt se plurimi a

Prol. Capp. 1. 2. 1.

Cap. 1. a) *capita ipse distinxi.* b) *ita fortasse pr. m.* 1. c) *m. al. corr.* per 1. d) *ita scripsi;* ostendebatur *(?) m. al. corr.* ostenderit 1. e) se *m. al. add.* 1.

Cap. 2. a) *m. al. corr.* Equitaniam 1. b) Arv. *corr.* Alv. 1.

1) *Nobilitatem sanguinis alter biographus c.* 2. *Lenogisilo attribuit (supra p.* 432*), unde in charta Chlotharii II. confecta (Pertz, Dipl. Mer. p.* 134; *Busson et Ledru p.* 153*)* '*inluster vir domnus Lonegisilus' vocatur.* 2) *Clermont-Ferrand. Carileffus 'ex provincia Aquitaniae pago Arvernico ortus' esse dicitur (V. Carileffi c.* 2, *SS. R. Merov. III,* 389*).* 3) *Cf. Gregorii M. Dialog. III,* 18*:* se fortiter stringens. 4) *Scil. Arvernensis. Ex contrario sanctum postea a Chadoindo episcopo Cenomanensi presbyterum ordinatum esse falsarius Cenomanensis finxit; cf. Lonegisili chartam cessionis (Mabillon p.* 152; *Busson et Ledru p.* 147 *sq.):* Cum autem haec domino meo Hadoindo renuntiarem, egit Deo gratias et ordinavit me sacerdotem. 5) *Eum in Cébazat loco ('arr. et canton nord de Clermont'), pro cuius patrono colitur, sacerdotio functum esse volunt; cf. Mosnier l. l. I,* 377 *sq.* 380.

pravitatibus suis. Erat autem ille pulcher aspectu, acutus eloquio, fervens in amore Domini, scriptura sacra iam bene ex parte doctus; cunctis fratribus vita sua placebat. Cum iam multa tempora in hac urbe consedisset, magis ac magis in Dei servitio pollebat.

(3). Et cum[a] Dominus dirigere eum vellet in alias partes, ut clarescerent exempla sua, vidit demum multos deviasse et graviter deliquisse in supradicta urbe, et ei minime cf. Act. 2, 37. consensissent ad melioris[b] habitum converti. Conpunctus videlicet corde, fecit sicut Rom. 12, 19. apostolus dixit: *Date locum irae*. Perrexit inde solus cum baculo suo, quousque pervenit ad Cinomanicense[1] in pago Sagoninse[2] ad villam quaedam[b*] quae vocatur Falangas. In tempore illo, regnante Flothario[c] rege Franchorum[3], inspirante divina clementia, adhuc nuper fuit, quod Galiarum[b*] provintia inlustrasset fides catholica. Cum autem sanctus Longhyllus[d] resedisset in Buxiago[4], invenit ibi oratorium parvum[5]. Venientes autem ad eum multitudo infirmantium, inposuit eis manus et sanavit eos. Deinceps, cf. Ioh. 7, 4. Deo largiente, manifestatus est mundo Dei famulus, cui Dominus ostendere dignatus est multa miracula. Propterea per girum commanentibus[b*] obnixe petierunt eum, ut apud illos habitare non dedignabatur[e], ac sponderunt ei, ut multis divitiis ditarent eum[6]. At ille[f] cognovit voluntatem illorum, promisit se in eodem loco mansurum.

(4). Servus autem Domini, solito[a] consuetudine ingressus oratorium nocturnis celebrare, pavore perterritus fuit. Qua de re recognovit, quod antea sinagoga esset nec[a*] claras reliquias habuisset[7]. Idcirco arcessere fecit principes, quorum possessiones possedit, et postulabat, ut ei darent benedictionem. Innotuit eis, Romam pergendi desiderasset, quod ita et fecit[8]. Pergebat itaque ad limina sanctorum Petri et Pauli, ibique diutius morabatur, petens apostolicum[9] reliquias. Minime ergo consequi potuit petitionem suam, iam tristis et dubitans effectus est. Miro modo ipsa nocte, qua[b] crastina die revertere decrevit in animo suo, venit ad eum angelus Domini in visu cf. Luc. 24, 38. noctis et dixit: 'Longhylle[c], quid in animo tuo perpendis et turbatus es? Vade occulte ad Gen. 46, 25. altare sancti Petri et quod reperies suprapositum reporta tecum'. Ille autem *revigilans*

Capp. 2—4. 1.

Cap. 3. a) *pr. m. om.* 1. b) vitae *m. al. add.* 1. b*) *ita pr. m.* 1. c) *ita, ut videtur, pr. m.* 1. d) Lon(ochilius *m. al. in ras.*) 1. e) dedigna(retur *m. al. in ras.*) 1. f) ut *m. al. add.* 1.

Cap. 4. a) *ita pr. m.* 1. a*) *sequitur rasura trium fere litterarum* 1. b) a *pr. m.* 1. c) Lon(ochi *m. al. in ras.*)lle 1.

1) Perveni in pago Caenomannico, ubi a domno Chadoindo domino meo amabiliter sum susceptus, *Actus pontif. Cenoman. c.* 12 *(Mabillon p.* 151*; Busson et Ledru p.* 147*)*. 2) *Hodie 'le Sonnois', regio circa Mamers (dép. Sarthe) sita; cf. Th. Cauvin, 'Géographie ancienne du diocèse du Mans', p.* 490. 497. 3) *Chlotharius II. regionem Cenomanicam inde ab a.* 613. *possidebat, postquam antea bis ea privatus est.* 4) *Hodie Saint-Longis prope Mamers (dép. Sarthe); cf. Cauvin l. l. p.* 84. 89. 367. 5) *Quod olim a Turibio episcopo* (490—496) *constructum esse Cenomanenses finxerunt; cf. Actus pontif. Cenoman. c.* 2 *(Mabillon p.* 64*; Busson et Ledru p.* 41*)*: Fecit etiam et consecravit aecclesias in praefixa parrochia per diversa loca XXXVIIII, ex quibus ad matrem aecclesiam, cui praesidebat infra urbem, censuit solvere luminaria cerae atque olei sive custodibus ipsius aecclesiae ad ornandam eam treantes, id est — — de Busiaco cera lib. III, olei V et tr. I. 6) *Haec auctor Cenomanensis c.* 12 *(Mabillon p.* 150*; Busson et Ledru p.* 145 *sq.) arrepit, sed Buxidum 'vicum canonicum' ad ecclesiam Cenomanensem pertinuisse addidit et inter 'principes quorum possessiones possedit' (supra l.* 19*) Chadoindo episcopo praecipuum locum attribuit.* 7) Quam ob causam cognovit olim locum illum publicis conventionibus dicatum, qui diversis sanctorum reliquiis fuerit adornatus, sentiens cultum earum ob neglegentiam deperiisse, *Vita altera c.* 6 *(AA. SS. Ian. I,* 1121*)*. 8) *Cf. J. Zettinger, 'Die Berichte über Rompilger aus dem Frankenreiche' ('Römische Quartalschrift,* 11. *Supplementheft'), Romae* 1900, *p.* 39—41. 9) *I. e. papam.*

quasi ex gravi somno, fecit sicut ei precepit et invenit [dentem[a]] unum sancti Petri. Servus autem Domini protinus iam letus et gaudens remeavit ad propria ad supradictum Buxiagum[1]. At ubi viderunt eum venientem, gratulabantur toti vicini[2] loci illius, quia difficultas erat eis, iam umquam virum venerabilem[b] videre meruissent. Tunc unusquisque prebuerunt ei adiutorium; ille autem inchoavit monasterium aedificare[3], perpendens iam in corde suo, ut ulterius inde non exisset, sed ibi devota mente cursum vitae suae perimplesset.

(5). Neque silendum est de sancta Agnoflede virgine, de qua superius in prefatione memoravi[4]. Cum autem pater eius et parentes vellent eam ad thalamum coniungere, illa fortiter reluctabat animo suo et meruit habere sponsum in caelo. Idcirco enim (Greg. Dial. III, 14.) fuga lapsa, venit latenter in silvam quandam nuncupante Covarno; abscondit se in arbore cavo[a]; ibi anima sua volvebat, quid egisset vel ubi confugisset. Tunc igitur memoravit[b], qualiter iam dudum audivit famam sancti Lonoghyllo[c], Deo providente, qui omnia gubernat et non neget[a] veniam sperantibus in se. At ubi venit ibi armen- (cf. Prov. 30, 5.) tarius patris sui, illa autem vocavit illum et rogabat blandis sermonibus, ut iret ad (cf. ib. 29, 5.) hominem Dei, quod dignasset venire ad se. Ille autem rennuit. Protinus illa adiunxit, dicens: 'Vade, et ego *restituam tibi mercedem tuam*; unum vitulum de armentario[5] (Tob. 5, 14.) patris mei dabo tibi'. Quod cum audisset, adquievit. Ambulans itaque pervenit ad hominem Dei, nuntiavit, quaeque facta erant. Statim ergo servus Domini cursu rapidissimo perrexit ad eam et invenit illam adhuc absconsam in arbore cavo[a] hesitante animo. Tunc ille sciscitabatur, quid agere vellet vel quatenus[d] pensatum[6] habuisset erga cor suum. Illa autem ordinem rei omnia narravit: 'Volo mundum derelinquere et Deo me tradere'. Quod cum audisset servus Domini haec verba, eduxit eam secum ad cellulam suam et velamen inposuit capiti suo[7]. Et postea simul studuerunt totis nisibus crescere in servitio Domini.

(6). Et contra diabolos[a] unde bonus[a] vidit enitescere ad gloriam, inde a c r i u s s e v i t[b], (Greg. Dial. III, 15.) u t h o m i n e s t r a h a t ad poenam. Iam autem Dominus voluit exaltare eos et manifestare merita illorum, sicut alibi dixit: *Superbis Deus resistit, humilibus autem dat* (Iacob. 4, 6.) *gratiam*. Instigante vero adversario, ipse homo, qui debebat in matrimonium sumere sanctam Agnofledem, perrexit partibus ad[c] palacii; dixit Flothario[a] rege, quod peregrinus quidam vocabulo Longhyllus[a] abstulisset ei sponsam suam per artem maicam[a] et modo insimul nefandis et inlicitis utebantur[d]. Precepit ergo rex Flotharius misso suo, ut cum vi utrosque duceret ante conspectum suum. Missus vero fecit, sicut ei mandatum fuit; duxit illos ad palatium. Quo venientibus ad propositum locum, rex in

Capp. 4—6. 1.

Cap. 4. a) dentem *suppleri e Vita altera c.* 6 *(l. l. p.* 1121*) et Act. pontif. Cenoman. c.* 12*; pr. m. om.*, a n e l l u m *m. al. in marg. suppl.* 1, *et ita* 2. b) ut *m. al. suppl.* 1.

Cap. 5. a) *ita pr. m.* 1. b) *m. al. corr.* memorata est 1. c) *ita fortasse pr. m.*, Lonochilii *m. al.* 1. d) qualiter *m. al.* 1.

Cap. 6. a) *ita pr. m.* 1. b) sevi:t *(ras. a?)* 1. c) *m. al. del.* 1. d) *ita pr. m.*, utuntur *m. al.* 1.

1) *Auctor Cenomanensis etiam hoc loco Chadoindum intercedentem inducit (Mabillon p.* 153*: Busson et Ledru p.* 149*):* cuius *(Petri)* dentem Roma — — invenire merui et domino meo Hadoindo episcopo deferri, quem ipse suis precibus Domino commendavit et in praedicto nostro oratorio solemniter collocavit. 2) *I. e. incolae vici.* 3) Cellulam locavit, quae vocatur Busciacus, *Vita altera c.* 6 *(l. l. p.* 1121*). Lonegisilum monasterium cum omnibus possessionibus ecclesiae Cenomanensi tradidisse, auctor Actuum pluribus exposuit, narrationem chartis fictis confirmare conatus (v. supra p.* 430*).* 4) *Supra p.* 432. 5) *Pro armento (cf. v. gr. Lev.* 23, 18*:* vitulum de armento unum*);* de grege *Vita II, c.* 7. 6) *Gall. 'pensé'.* 7) *Vita II, c.* 7*:* transduxit eam ad cellulam suam ac sacro velamine Domino consecravit.

venatione fuit. Et erat tunc hiemis tempore; servus autem Domini dixit ad ancillam Domini: 'Vade et adfer mihi ignem, ut calefaciam pedes meos'. Perrexit illa ad fornacem, ubi solebant[a] coquerę panem ad opus regi[b], petens pistorem, ut ei daret ignem. Quod cum ille pistor[c] audivit, quasi deridens dixit: 'Prebe lentiolem[d].[1] tuum'. Illa continuo tetendit; ille adprehendit, quasi duobus[e] vicibus plenam palam carbonibus misit ante illam. Illa autem stringens quasi aliam causam[2], asportavit ad hominem Dei. Ille[f] autem satis calefaciens se, illa iterum reportabat ad fornacem carbones ardentes et iactabat ad terram, cunctis videntibus. Contigit res mirabilis: lentio[d] non erat ustum, nec videre homo non potuit, ut ignem tetigisset, nec lesum erat quicquid, sed quasi rosatum esset[3]. Adiuvante Domino, apertum[e] erat falsitas accusatoris. Veniente rege[4], nuntiatum ei erat signum mirabile, quod Dominus ostendere dignatus est pro famulo et famula sua. Tunc rex prostravit se pedibus suis, veniam postulabat, se reum esse testatum[e], ut tantas tribulationes nescienter ei ingereret. Tunc promisit daturum ei beneficium[5]. Ille nequaquam pretio consentit; respondit, quod divitias seculi minime habere curavit: 'Tantummodo peto, ut defensorem cellula[6] mea te habere suggero'. Rex autem audivit verba illius, honorificavit eum mirifice, spondit annis singulis argentum daturum quasi libras X ad stipendia sua. Ille autem gratias referebat Deo suo, revertebatur ad propria et de ipso argento conparavit terram et quaeque necessaria erant monasterium construendi.

(7). Dominus autem fecit iterum aliud signum, quod silere non debemus. Cum enim filius Flotharii nomine Dagobertus graviter febre correptus erat, et multi medici eum sanare certaverunt, et nihil ei proficit, iam membrorum officiis pene distitutus, dubium inerat[a], si evadisset ab hac infirmitate an non, quia plus minus perpessus languorem quam annum medium. Tunc rex transmisit viro venerabili calicem et patenam de argento fabricatam, quae usque hodie in ipso monasterio adesse videntur. Quod cum missus pergebat illuc et adhuc in medio itinere non fuit, reliquit eum febris. Iam autem, meritis exigentibus[b], venerabatur Dei famulus a rege, sicut bene congruit.

(8). Multis quoque temporibus in sancto habitu simul conversantibus servus Domini et ancilla Christi, repleti bonis operibus, et Dominus ab huius tempestatibus mundi eam vellet liberare, ad gaudia sempiterna perducere, superveniente die vocationis eius, migravit ad Dominum in loco qui dicitur Verno[7] vico publico. Quo audito, vir sanctus festinanter cucurrit cum omni honore et silentio[8], ut corpus eius ad monasterium de-

Capp. 6—8. 1.

Cap. 6. a) soleba(nt *m. al. in rasura maiore*) 1. b) rei *m. al. corr.* regis 1; ad clibanum, ubi coquebatur panis regius *Vita II. c.* 8. c) pister *pr. m.* 1. d) linteolum *m. al.* 1. e) *ita pr. m.* 1. f) *ita* 2; Illa 1.

Cap. 7. a) *ita* 2; i *littera excisa est* 1. b) exhibentibus *pr. m.* 1.

1) *Linteolum, Ital. 'lenzuolo'.* 2) *I. e. rem, Gall. 'chose'.* 3) *Similia miracula Gregorius Turon., Gloria confessorum c.* 75 *(SS. R. Merov. I,* 793*) et biographus Cadoci §* 3 *(AA. SS. Ian. II,* 603*) referunt. Cf. P. Toldo, 'Leben und Wunder der Heiligen im Mittelalter' ('Studien zur vergleichenden Litteraturgeschichte' VI,* 1906, *p.* 298 *sqq.); H. Günter, 'Die christliche Legende des Abendlandes' ('Religionswissenschaftliche Bibliothek' II),* 1910, *p.* 94. 4) A venatione *addit Vita II. c.* 9 *(l. l. p.* 1121*).* 5) *Ib. (p.* 1122*):* 'Accipere ergo dignare nostro munere de facultatibus rerum, ut quietudinem vitae stipendiariis usibus affluentibus serves'. 6) Quam bonorum hominum oblationibus contuli *add. ib.* 7) *Hodie Saint-Cosme-de-Vair prope Mamers; cf. Caurin l. l. p.* 543. 8) *I. e., nisi fallor, psallentio. Cf. V. Haimhrammi c.* 35 *(SS. R. Merov. IV,* 508*):* cum timore et psallentio (silentio *B) et alia exempla, quae congessit M. Besson, 'Anzeiger für Schweizerische Geschichte, Neue Folge' X,* 1907, *p.* 221 *sqq.; 'Contribution à l'histoire du diocèse de Lausanne sous la domination franque',* 1908, *p.* 178 *sqq.*

ferret. Levaverunt in feretrum et portabant, quousque venerunt ad villam quae vocatur Mamerto[1], deponerent eam, ut requiescerent paulisper. Quod cum surrexissent et vellent eam levare, movere eam nullo modo non potuerunt. Servus autem Domini ad modicum tristis et iratus dixit: 'Etsi hinc te movere non possum, forsitan dimittam te in isto agro iacere'. Revertebatur iterum ad sobrietatem mentis, custodes deputavit, quod ibi vigilassent ipsa nocte; ille autem regrediens ad monasterium, totam noctem in vigiliis et orationibus Domino vacabat, ut eam de illo loco movere potuisset. Crastina die perrexit ibidem cum cruce et omni honore; celeriter levaverunt eam, quasi si minime pondus sensissent. Deferebatur ad monasterium cum omni silentio[2] et timore Domini; sepelierunt in ipsa ecclesia.

(9). Beatus quippe vir postea prolixius[a] vivebat, plenus dierum; desiderabat iam valde aulam caelestium[b] ingredi. Subito coepit distitui corpus eius[3]; in labore semper gratias referebat Deo suo, quae erga eum erant. Obiit feliciter IIII. Nonas[c] Aprilis April. 2. cum omni honore et timore Domini. Sepultus est in ipso monasterio Buxiago in ecclesia, quam ipse construxit[4], et angeli conlocaverunt animam[d] in aulam caelestium[e].

EXPLICIT VITA SANCTI LONOGHILII PRESBITERI ET SANCTAE AGNOFLEDAE DEO SACRATA[f] VIRGO, PRIDIE KL. SEPTEMP.[5] Aug. 31.

Capp. 8. 9. 1.

Cap. 9. a) prolixus 1, *corr.* b) caelesti: *pr. m.* 1; caelest(em *m. al. in ras.*) 2. c) Noñ Apli 1. d) *ita* 2; eam *pr. m.*, animam eius *m. al. superscr.* 1. e) caelesti: *pr. m.* 1; caelestem 2. f) *ita pr. m.* 1.

1) *Mamers (dép. Sarthe).* 2) *Cf. p.* 436, *n.* 8. 3) *Cf. Sulpicii Sev. epist.* 3, 9: viribus corporis coepit repente destitui. 4) Sepultum est autem corpus beati viri in basilica, quam ipse sumptibus religiosorum hominum construxerat in praefata cellula, *Vita II. c.* 12 *(l. l. p.* 1122*). Anno c.* 1065. *tres ecclesiae ibi erant, scil. sanctorum Langisi, Petri, Martini ('Cartulaire de l'abbaye de Saint Vincent du Mans' I, p.* 350*).* 5) *Cum die* 2. *Aprilis sanctum obiisse supra relatum sit, dies* 31. *Augusti ad Agnofledem pertinere videtur. Posteri Idibus Ianuariis memoriam Lonoghylii statuerunt (AA. SS. Ian. I.* 1119*): sed in dioecesi Cenomanensi diem* 2. *Aprilis celebrant (Piolin, 'Histoire de l'église du Mans' I,* 1851, *p.* 340*).*

VITA RICHARII SACERDOTIS CENTULENSIS PRIMIGENIA.

Cum Karolus M. anno 800. *Centuli apud S. Richarium pascha celebraret, Angilbertus eiusdem monasterii abbas, Richarii ipsius nomine postea nuncupati (hodie Saint-Riquier, dép. Somme), cuius corpus ibi requiescebat, Alcuino celeberrimo subtilique scriptori in comitatu palatino versanti de vita patroni libellum stilo simpliciore digestum cultius ornatiusque rescribendum tradidit atque ad Alcuini librum adhuc omnia redibant, quae de Richario vulgabantur, fonte latente. Quem cum et ipse in hoc Scriptorum corpore edidissem*[1], *tamen inter vitas eiusdem sancti retractatas*[2] *ultimo loco codicem saec.*

1) *SS. rer. Merov. IV, p.* 389 *sqq. Codicibus adhibitis tres addere libet a W. Levison sodali nostro postea examinatos, de quibus haec adnotanda sunt.*

3*a*) *Codex S. Audomari n.* 715, *saec. XII, vol. III, fol.* 151'—156, *absque Alcuini epistula, praescr.* Incipit vita sancti Richarii presbiteri et confessoris, cuius festivitas est VII. Idus Octobris, *versibus et initio et fine caret, item subscriptione. Textus a libris* 3. 4*a. b propius abesse videtur quam a reliquis (p.* 394, 4. roboravit, 394, 10. aecclesiam, 394, 32. desistit*) et lectiones nonnullas* 3 *confirmat melioris notae (p.* 394, 20. concedit, 394, 21. Richthrudam, *p.* 395, 34. prosequere*), sed interpolationem quoque* 4*a exhibet (p.* 392, 18. solatio*) et nonnumquam cum* 1. 2 *convenit (p.* 398, 13. tristitia *cum* 1. 2, *p.* 400, 23. hominibus *cum* 1, *p.* 401, 3. illo *cum* 2 *procul dubio recte), immo solus vocabula quaedam immutavit (p.* 390, 5. excoluit] sublimavit, *p.* 391, 28. honorem] dignitatem*).*

4*d*) *Codex S. Audomari n.* 716, *saec. XIII, vol. V, fol.* 74—77', *praetermissa epistula, distichon initio cum unico codice* 1 *servavit, dum versus in calce desunt, sed Miracula (SS. XV, p.* 915 *sqq.) adsunt, sicut in reliquis huius familiae libris, atque inprimis cum* 4*b necessitudine coniunctus est (p.* 395, 14. easdem venit in partes, *p.* 400, 13. clade*), sed eo melior interpolationes in c.* 1—3. *non iterat.*

5*d*) *Codex Trecensis n.* 1, *saec. XIII. in., fol.* 31'—34', *et epistula et disticho caret (praescr.:* Incipit vita sancti Richarii presbyteri et confessoris, cuius festum colitur VI. Kalendas Maii, *inc.* Tempore*) atque cum quinta classe loco c.* 15 *sqq. finem ex Vita I. deprompsit (v. infra codices* 3, *p.* 444*), textusque eius ab edito (p.* 399, 17 *sqq.) non discrepat, nisi quod* vocant *(p.* 399, 21*) et* confessoris *(p.* 400, 30*) desunt et* domnum *recte cum Vita I (p.* 400, 24*) ibidem legitur.*

2) *Wolfhardus Haserensis (*882—912*) auctor Vitae Richarii retractatae, quam codex Vindobonensis n.* 336 *(Hist. eccl.* 5*), saec. XIII. in., fol.* 127'—128', *continet, item a W. Levison l. c. examinatus, Sigedrudem feminam devotam in c.* 10. *appellavit neque Richthrudam, atque capite illo*

XIII. enumeravi, cuius auctor 'nuper' sub Dagoberto I. rege († 639) Richarium sacerdotio functum esse voluit, sed primos tantum versus cognitos habui neque plura a bibliothecae praefecto elicere potueram. Interim A. Poncelet egregius amicus noster beatae memoriae feliciore sorte codicem ipsum nactus fontem Alcuini se repperisse perspexit[1], qui per tot saecula latuerat, neque vero textus quem princeps edidit ubique intellegi poterat, sermone barbaro misere depravato. Auctorem aequalitatem suam iactantem satis impudenter mentitum esse contenderam, cum editor de litteris hagiographicis optime meritus studiorumque nostrorum indefessus adiutor eum hac suspicione purgare se posse sibi videretur, cuius argumentis mea opposui[2]. Altero codice iam reperto eoque vetustissimo, textus omnibus numeris perfectus emersit, ita ut de consilio auctoris non amplius dubitari possit, neque strenuus fidei eius defensor ante saec. VII. ex. eum collocare ausus erat, ita ut 'nuper' ad sexaginta fere annos respexisset. Biographus autem ipse, id quod uterque tunc ignoravimus, loco nunc demum feliciter restituto vocabulum 'mendacia' (c. 2) eo consilio adhibuit, ut hanc famam praeveniret: Novorum, inquit, miracula et eius patrocinia, non debemus nos mendacia nec loquere lingua, cumque qui se excusat, egregio proverbio se accuset, sententiam de se ipso dixisse videtur.

Examinemus auctorem, qui 'mendacia' loqui non debebat, num re vera ea locutus non sit. Centuli Richarius natus atque sacerdos, i. e. parochianus presbyter, factus curam animarum per populum illum exercebat; in Crisciacensi autem foreste ex fisco duo vel tria bonuaria acquirens tugurium vile satis et parvum construxit prope locum Argubium, quo Centulo relicto vitam solitariam concupiscens se recepit. Ita Cella Forestis (hodie Forest-Montiers aut Moûtiers de la Forêt) narrante biographo nostro exorta est, circiter 10 milibus passuum[3] distans a monasterio Centulensi, sique mendacia non locutus esset, Richarius eoque defuncto monasterium Centulense in possessione Cellae Forestis fuisset neque fiscus, eaque veluti filia matri illi subdita fuisset. At mendacia locutus est. Cella enim Forestis anno demum 797. in possessionem monasterii Centulensis venit, a Karolo Magno Angilberto abbati dono data[4], atque duo vel tria illa bonuaria usque ad eundem annum ad fiscum pertinebant. Quod si verum est, admodum suspecta ea esse necesse est, quae et de bonuariis illis ex silva regia Richario per Mauronium palatinum assignatis biographus rettulit et de praecedente Mauronti Ghyslemarique suggestione nomine Richarii ad Nantildem reginam viduam Dagoberti I. (a. 639—642) facta, ut in fisci dicione 'remotionem' haberet. Complectebatur autem Cella Forestis a. 831. descripta tres ecclesias et quinque villae ad lumen ecclesiae stipendiaque 30 canonicorum praesto erant, qui tunc ibi commorabantur[5]. Noli igitur duo vel tria illa bonuaria, scilicet 10—15 iugera Romana[6], nimium despicere, quae interim eodem modo accreverant, quo ex vili tugurio tam amplum monasterium surrexerat, illudque a Mauronto postea construi coeptum esse auctor ipse non ignoravit (c. 8).

absoluto impudens falsarius hanc Sigedrudem cum Sigedrude seu Sidrude villa (hodie Sorrus prope Montreuil-sur-Mer, dép. Pas-de-Calais) coniungens primum e Miraculis Richarii (SS. XV, p. 916) hic interpolavit Herico abbate (ex a. 814) sedente gestum, de Heutone quoque haec scribens: dum, inquit, quidam Heuto nomine villam ipsam fructuario usu suscepisset; caput vero 11. praetermisit et c. 12. et 13. in perpaucis versibus reddidit. Translatio Richarii in codice Vindobonensi fol. 128'—129 (ed. Anal. Bolland. XVII, p. 130 sqq.), Miracula fol. 129. 129' (ed. ib. p. 128 sq.) occupant, monente A. Poncelet, qui eum descripsit (Anal. Boll. XVII, p. 36 sq., cf. p. 58).

1) A. Poncelet, 'La plus ancienne vie de S. Riquier', Anal. Bolland. XXII, p. 173 sqq. 2) 'Die älteste Vita Richarii', 'N. Arch.' XXIX, p. 13 sqq. 3) Hariulfi Chron. Centulense I, 19, ed. F. Lot p. 32. 4) MG. Dipl. Karolin. I, p. 245 sq. 5) Hariulfi Chron. III, 3, p. 95. 6) 'N. Arch.' XXIX, p. 22.

Atque biographus sibi ipse contradixit, nam qui Centuli Richarium parochianum presbyterum vixisse asseruit, in Cella autem Foresti eundem solitarium et defunctum et sepultum esse, 'fratres' nec multo post contendit ex Centulo 'vico' venisse, ubi antea ille conversatus esset, una cum Ocioldo eius successore 'vices' eius gerente in Centulo 'vico', eumque alios quoque fratres convocasse, ut ad corpus visitandum venirent, fratresque praefatos illud Centulum detulisse, ubi denuo sepultum esset sepultumque miracula illa patrasset, quae auctor ipse c. 12 sq. descripsit. Audisne? 'Fratres' ex Centulo vico venerunt, immo 'ipse qui praeerat suos sequipeda': nonne ibi ubi 'fratres' erant monasterium fuisse necesse est? Nonne auctor fraudis reus iam convictus est? Certe advocatus eius perdifficile munus sustinuit neque enim 'fratrum' nomine 'fideles' intelleguntur[1], qui Centulo parochiae responderent, neque eos per 'vos' biographus alloquitur[2], sed 'suus sequipeda' lectionem depravatam recte emendavi coniectura, quae per codicem vetustum nunc confirmata est. 'Fratres suos', scilicet S. Richarii, etiam infra c. 13. auctor commemoravit, monasterii vero nomen anxie evitavit, de 'vico' tantum referens, sed uno loco eoque occulto monasterium revelavit (c. 6): Centulo vico, quem postea suus meritus condidit cenubio, per meritum Richarii miracula illa intellegens, quae ad eius sepulchrum contigissent. Cum autem neque fratres postea emergentes neque qui praeerat Ocioldus 'suus sequipeda' cum parochia Centulensi atque Richario parochiano presbytero conciliandi sint tali, qualis in priore Vitae parte depictus est, auctor mendax se ipsum refellisse videtur.

'Fratres' autem illos et Karolus M. a. 797. et paulo post Alcuinus pro monachis acceperunt neque pro fidelibus et 'monasterium' scripserunt pro 'vico' Centulo; ipsum 'abbatis' titulum hic Ocioldo non negavit, quem distincte Richarii successorem fuisse asseruit atque 'sub unius abbatis dominio' utrumque monasterium fuisse etiam Karolus statuit. Hic praeterea statuit, id quod Alcuinus praetermisit, duo vel tria bonuaria Richarium secundum petitionem suam a regali dignitate in silva Foresti accepisse vileque tugurium ibi ad habitandum elegisse ibique etiam obiisse. Primordia igitur Cellae Forestis in notitiam Karoli M. a. 797. pervenerant talia, qualia in Vita Richarii primigenia enarrata erant, atque Angilbertus abbas monasterii Centulensis et ipse a regali dignitate saeculo et dimidio post petivit, ut exemplum decessoris sui respiciens Cellam illam, 'in qua Deo sanctus Richarius militare studuit', monasterio Centulo cederet. Karolus petitionem eius non denegans Cellam Forestem cum omni ornatu ecclesiae et omnibus rebus vel appendiciis seu adiacentiis suis, quidquid possidere videretur aut postea ibidem additum vel delegatum esset, monachis Centulensibus cessit. Angilbertus verba ipsa Vitae primigeniae regi suggesserat, iamque exemplum praestantissimum nacti sumus, quomodo monasterium per legendam patroni confictam possessiones suas auxerit[3].

Non ignoro doctissimo chartarum Karoli M. editori[4] locos nonnullos eiusdem chartae suspectos visos esse, quos cancellis incluserit, sed in universum de eius fide non dubitandum esse ipse confitetur, reliquisque eiusdem regis chartis comparatis singula formulae enuntiata fere ubique exemplis confirmare potui. Ea ipsa verba quae editor tertio loco (p. 246, 32) incluserat comparata cum charta a. 790 (p. 222, 27) tam genuina approbantur quam praecedentia[5], immo charta vetustior laesa ex Centulensi emendari potest, nam verba ibi mutilata vix: sub normam [bea]titudinis restituenda sunt, id quod editor scripsit, sensum parum sanum reddens, sed ad exemplar Centulense: sub norma rectitudinis scribas, cum de regula[6] agatur. Quae cum certo certius confirmata sint verba, etiam de

1) 'N. Arch.' XXIX, p. 25. 2) Ita A. Poncelet l. c. p. 182. 3) Cf. 'N. Arch.' XXIX, p. 24. 4) MG. Dipl. Karol. I, p. 245 sq., ed. E. Mühlbacher. 5) Dipl. Karol. I, p. 246, 31: amodo et deinceps = p. 215, 31. 243, 34. 6) Cf. chartam Karoli a. 799 (p. 252, 37): monachis suis inibi sub sancta regula consistentibus.

insequentibus et unius abbatis nomine, *quae ad vindicandam Cellam Forestem quam maxime faciunt, dubitari non licet ideoque etiam similia, quae exeunte secundo loco cancellata sunt (p.* 246, 15*):* nam et sub unius abbatis dominio multis temporibus una fuisset fratrum concors in Dei laudibus digna conversatio, *genuino textui attribui malim. Quae cum ita sint, pro certo affirmare vix audeam ea quae restant ab editore inclusa re vera interpolatoris esse, cumque* magnalia *(p.* 246, 15*) cum Hariulfo comparans ad sermonem posterioris aevi rettulerit, accusativus pro ablativo qui praecedit:* in ipsa duo loca multa declarata sunt magnalia[1], *eius modi opinioni obstare videtur. Certe ea quae adhuc inclusa restant eodem modo atque non inclusa ex eadem V. Richarii vetustiore pendent, id quod ex textibus sibi oppositis facile intellegi potest*[2], *utque iam monueram, Angilbertus abbas Centulensis adnotata sua tradens hanc chartam praeparaverat; quod nonnulla non adeo cohaerere videntur, hac fortasse origine id aliquo modo excusari poterat, nec desunt tales parentheses historicae in aliis eiusdem regis chartis eodem fere tempore datis, veluti in Anianensi a.* 799 *(p.* 252, 26 *sqq.), per quam etiam verba* a praefato monasterio *(p.* 246, 13 = ad prefatum monasterium *p.* 252, 38*) confirmantur; denique quae primo loco cancellis inclusa excipiunt:* ibique — migrasset *(p.* 246, 11*) omnino genuina esse ex structura persimili chartae Karoli a.* 799 *(p.* 254, 12*):* ibique — aedificasset *intellegitur hicque etiam censor severus stilum sistebat. Mihi igitur editor optime meritus in charta Centulensi haud pauca minus recte in suspicionem vocasse videtur, quae in chartis genuinis redeunt, recuperatisque his locis etiam reliqua defendi possunt, quae una cum locis fide dignis condemnata erant chartis non accuratius inter se comparatis.*

Quo magis famae monasterii Centulensis biographus eo obsistere videtur, quod 'vicum' pro sola parochia acceperit, eo vehementius vestigia eiusdem monasterii apud eum admiramur, quae nec abstergeri nec negari possunt, sique Cellae Foresti priorem monastici ordinis originem auctor Centulensis aliquamdiu concedere videtur, sola utilitate domestica ductus idem consilium praeparavit, quod Angilbertus per Karolum M. a. 797. *re vera ad effectum perduxerit. Mendacia eum loqui etiam ex aliis exemplis colligitur atque valde suspecti mihi sunt Dusii (c.* 2*) illi, quo nomine par Scottorum peregrinantium a Ponteariis increpitum esse voluit, nescioque, an doctrinam illam potius ex Augustino vel Isidoro, Etym. VIII,* 11, 103, *hauserit; erat enim litterarum non omnino expers. Ghyslemarus, cuius nomen nobilitasque per terras circum undique percrebruerat (c.* 8*), regnante Nantilde regina (a.* 639—642*) omnino ignotus est, sique maiorem domus magna eius fama quasi digito monstrare videtur, certe maior domus Neustrasius eiusdem nominis notus est, sed c.* 40 *annis post illam reginam vixit*[3]. *Richarius commatrem suam Rictrudem visitans nescio an hanc necessitudinem soli nominum similitudini debuerit (c.* 5*). Miracula quoque nonnulla valde suspecta sunt*[4].

Quamvis 'nuper' Dagobertum I. auctor regnasse voluerit (c. 1*), tamen 'pauca' tantum de Richario didicerat nulloque verbo meminit se illum vidisse, ideoque testis oculatus ei opus erat, per quem figmenta sua muniret. Protulit Sigobardum Richarii 'manibulam'*[5], *scilicet interpretante Alcuino 'commilitonem' seu 'discipulum', solitarii in Cella Foresti commorati, nominavit et patrem eius Herimoaldum, 'cuius de simplicitate plura sparsit;*

1) *Ita Greg. Tur. p.* 608, 30. 853, 2, *exemplo Vulgatae.* 2) *'N. Arch.' XXIX, p.* 23. 3) *Ib. p.* 28.
4) *Servos in Francia relictos Richarius in Saxoniam profectus festino manumittendos esse curavit, cum morti eos propinquos esse sibi compertum esset, nuntiusque transmissus eos adhuc incolumes et robustos, corpore illaesos, nullum dolorem habentes repperit, at manumissi continuo obierunt:* sicut ipse servus Dei de eis prophetavit, qui trans mare erat *(c.* 7*). Admireris, quam magnus propheta Richarius Centulensis fuisset, sed ipse Alcuinus* Fertur *huic artis magicae exemplo praemisit (c.* 8, *p.* 393, 14*).*
5) *V. Richarii c.* 9*:* Et in eodem loco per manibula sua nomine Sigobardo dedici.

familiae autem eius maxima pars vitam iam finiverat, aliis finem adhuc exspectantibus (c. 9), cumque de ipso Sigobardo referens imperfectum adhibuerit[1], *sicut de Ocioldo*[2] *successore Richarii Centulensi, eos inter vivos non fuisse concessisse videtur. Sigobardus Richario moribundo adstiterat atque sepulturae necessaria providerat (c. 11), immo ipso referente per visionem acceperat, quomodo in regionibus caelestibus se haberet, 'in aula illa splendida et quasi aurea et de gemmis exornata, lucente ut sole', quomodo in tanta claritate gauderet obscuritatem se evasisse, scilicet fumosam hanc mansionem terrestrem; Richarius enim sodalem in fumo relictum consolans:* Frater, *inquit,* Sigobarde, mala mansione habuimus de fumo, vel in ista modo domo non nos nocet fumus *(c. 14). De fide harum rerum noli dubitare, quas Sigobardus post Richarii mortem per visionem comperisset; somno enim oppressus erat, cum feretro composito evangelium legeretur, id quod religiosum 'manibulam' vix decuisset, et quaeritur, quis evangelium legisset, fratribus Centulensibus post sepulturam demum advenientibus. Hanc historiolam satis simplicem auctor paulo serius sibi excogitasse videtur, nam opere finito his verbis eam supplevit:* Quod antea scribere debui, hoc post memini. *Post festum igitur fumus ille ei in mentem venerat.*

'Sanctam basilicam' Centulensem cum Richarii sepulchro biographus optime novit (c. 12), qui locus 'satis publicus et bivius grandis' a multis frequentaretur; sustentacula viderat suspensa contracti cuiusdam, qui virtute sancti sanatus erat; 'illic' sanatos viderat daemoniacos atque veluti testis oculatus cladem inguinariam descripsit (c. 13) per naves fortasse invectam, quomodo 'civitates, portus, regiones, regnacula undique' invadens 'in Centulo vico' grassata esset neque 'fratribus' Richarii pepercisset, quomodo sepulchrum sanctum illi expetissent et 'clave sancti Richarii' mirifica aegrotos sanassent. Quare vix dubium esse videtur, quin ex ipsis fratribus S. Richarii monasterii Centulensis biographus fuerit, quodque Cellae Foresti magis quam illi patronum vivum studuisse contendit, in sua simplicitate 'calliditatem' eandem exercuisse videtur, quam Richario attribuit (c. 2).

Sermone barbaro recentioris aevi auctor usus specimina studiorum classicorum talia dedit, qualia in tanto squalore vix exspectes; pronomina enim relativa et ut *more Ciceronis postposuit*[3], *cum eodem* libamenta *scripsit (c. 8), mox cum Ovidio et* valentius – anhelabat (spirare valentius, *Met. XI,* 481) *et c.* 3. lympha *pro 'aqua'. Pio incepto deminutiva accommodabat, quo facilius fidelium animi caperentur, veluti* avicula *(c. 5),* censiculo *(c. 6),* infantulo *(c. 5),* regnacola *(c. 13). Vocabula autem apud eum emergunt, quae apud Ciceronem frustra quaeras, veluti* bonuaria, forestis, rausus *(pro 'arundo') (c. 8),* talpigo *(c. 5). Inter 'Hiberniam' et 'Scottorum patriam' distinxisse videtur (c. 2), ita ut utriusque famam ad conversionem patroni sui referre potuerit, atque* Siccambriam *pro Gallia septemtrionali scripsit, quod vocabulum ante saec. VIII. in. non repperi. Eadem notione nomen* Frantia *(c. 7) adhibuit exemplo auctoris L. h. Fr.*[4], *et de 'Saxonia' 'ultra mare' locutus est, sicut Bonifatius de 'transmarina Saxonia'. Pulcherrimum vocabulum* manibula *toties adhibitum (c. 9. 10. 11. 14) praeterea apud auctores totius Latinitatis non occurrit neque necessitudinem ullam habere videtur nisi cum lectione quadam codicis V. Goaris*[5]: manapulus *(?) m. al. corr.* manipulus, *ubi in codicibus melioribus* maniculus *deprehenditur. Cliens igitur S. Richarii classicorum studiorum non plane expers vocabulum ex 'manus' derivatum, scilicet amanuensem, ad manipulum temere rettulisse videtur. Vitam Goaris medio saec. VIII. compositam eum legisse conici licet; Richarius enim hospitalitatis officium erga 'peregrinos' 'pro caritatis studio' simili modo exercuisse videtur (c. 2) atque hilaris*

1) *V. Richarii c.* 10: Solebat nobis eius manibula dicere; *ib. c.* 14: sua manibula — referebat hunc modum. 2) *Ib. c.* 11: et ipse qui praeerat suos sequipeda — Ocioldo vocabulo. 3) *Cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 32: *c.* 2. 'initium ut coepit', *c.* 3. in alimonia quod ei largiebant, *c.* 8. nomen cuius — abundabat. 4) *Cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 33. 5) *Ib. p.* 34.

Rheni accola[1]. *Sermonis autem menda nonnulla apud biographum Richarii deprehenduntur, in quae apud Arbeonem demum incideram, itaque iterum ad tempus post medium saec. VIII. revocamur. Femininum participii tertiae declinationis in* -a *formavit* (*c.* 14): in aula splendida — lucentia ut sole, *sicut Arbeo, V. Haimhrammi c.* 30: infra deprimentia ripa, *et biographus Eligii*[2], *cum eodem Arbeone*[3] *genetivum eiusdem declinationis depravavit:* proli (*c.* 5) *atque verbum usurpavit*[4] *horribile:* prostratur (*c.* 8). *Erat procul dubio natione Gallo-Romanus, nam articulum more parum classico ita reddidit:* circa unam (ipsam *charta Karoli a.* 797) cisternam *atque ablativum adiuncta praepositione* de *formavit*[5]. *In exitu verborum magis concentum vocalium*[6] *quam leges grammaticae observasse videtur aeque atque Arbeo*[7], *et cum eodem vocabula similia cum similibus commutavit*[8], *genetivum et accusativum pro dativo usurpavit*[9], *verba idem significantia iteravit*[10], *immo prorsus eadem geminavit*[11].

Aequalem igitur Arbeonis fuisse biographum pauloque post saeculum VIII. medium Vitam Richarii litteris mandasse persuasum mihi est. Quod si recte coniecerim, ad Dagoberti I. regnum per nuper *initio appellans auctor fraudis quam maxime suspectus est neque iniuriam ei intulisse mihi visus sum olim contendens, satis impudenter eum mentitum esse.*

Hanc ipsam Vitae Richarii editionem Alcuinus a. 800—804. *retractans novum librum condidit, eumque Karolo M. offerens memorabile specimen dedit, quomodo litterae felicioribus auspiciis interim profecissent. A felici Dagoberti regno eiusque meritis ecclesiasticis exorsus se historiae illius aevi non imperitum praebuit suumque decessorem longe superavit, qui 'nuper' scribens multo minus de eisdem rebus instructus erat. Vilem eius vestem reformans atque quisquilia contemnens, totam narrationem homiletico quem apprime callebat sermone explicavit, pia Bibliae sacrae dicta ubique immiscuit, inprimis vero ea summo studio excoluit, quae propagandae gloriae sancti aut fidei christianae servirent, veluti conversionem et sanctitatem Richarii, castigationem superborum* (*c.* 6) *et severam regis admonitionem, quam Dagobertus ut fuisset sapientissimus benigne suscepisset* (*c.* 11), *a quo Karolus M. exemplum sumere poterat, denique trementem senectutem baculo fultam* (*c.* 13) *finemque beatum* (*c.* 14). *Totam materiam melius disposuit, e. gr. de parentibus Richarii in c.* 1. *disseruit, de quibus decessor in c.* 4. *egerat, visionem in fine suppletam* (*c.* 14) *suo loco inseruit post sepulturam, additis verbis:* Sed mirum dictu! (*c.* 14, *p.* 398, 18). *Testimonium Sigobardi aequalis historiolamque familiae eius non admisit, ad quem nihilominus lectores per verba:* praefatum Sigobardum (*c.* 14, *p.* 397, 29) *oscitanter delegavit. Consilio quod persequebatur pio commotus continentiam, humilitatem, gloriam Richarii additis adiectivis aut gradu superlativo auxit*[12], *neque vero eum artibus suis quemquam sibi conciliare atque a libro primigenio abstrahere posse existimem, qui magis origini fabulae indagandae intentus sit quam formae elegantiori.*

Cum e duobus qui noti sunt codicibus vetustior et melior demum emersisset, post-

1) *Cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 35. 2) *Ib. p.* 34. 3) *SS. rer. Merov. VI, p.* 533, *l.* 31: soboli. 4) *Cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 34, *n.* 3. 5) *V. Richarii c.* 13: de clave sancti Richarii, quos plaga tetigit, coxerunt; *c.* 14: mala mansione habuimus de fumo. 6) *V. Richarii c.* 8: de ipso secreto Mauronto erat iniquo (*pro 'Maurontus e. iniquus'*); *c.* 11: rotundum materium. 7) *SS. rer. Merov. VI, p.* 536. 8) *V. Richarii c.* 3. prodiit *pro 'prodidit'*. 9) *V. Richarii c.* 2: eorum obvius, *c.* 8. ipsius Mauronto erat commendata; *c.* 4. debere, exhibere, inserere, *c.* 9. inponere *aliquem (pro 'alicui') aliquid. Cf. SS. rer. Merov. VI, p.* 536, *26 sqq.* 10) *Cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 35, *n.* 2, *cum SS. rer. Merov. VI, p.* 536, 4. 11) *V. Richarii c.* 5: quo voluit — quo voluit perrexit. 12) *V. Richarii I, c.* 3: post ieiunium expletum, *Alcuinus c.* 3: post longa et diuturna ieiunia; *V. Richarii I, c.* 5: asello mansueto, *Alcuinus c.* 10: asello mansuetissimo; *V. Richarii I, c.* 14: aula splendida, *Alcuinus c.* 14: aulam splendidissimam.

quam liber e codice recentiore iam publici iuris factus est, hac altera editione parata textum innumeris locis emendatum proponere possum.

1) *Codex* Vindobonensis *bibliothecae palatinae Lat. n.* 420 *(antea Salisburg.* 39*), saec. IX, fol.* 99—103, *cuius discrepantiam lectionum primus eruit G. Vielhaber* [1], *et antiquitate sermonis et fide textus excellit, sed mendis non omnino caret.*

Specimen scripturae tabula 1. *exhibet.*

Ipse contuli.

2) *Codex* Abrincatinus *n.* 167, *saec. XIII. paginis bipartitis exaratus, formae magnae, fol.* 203, *olim monasterii Montis S. Michaelis, eundem textum fol.* 131′—133′. *exhibet, sed singula vocabula, immo tota enuntiata eaque memorabilia librarius neglegenter praetermisit aliaque misere depravavit. Locus quem praetermisit ad Mauronlum monachum effectum spectans c.* 8*:* quo — effectus, *pagina ineunte* 101′. *in* 1 *exaratus est, cumque vix bonam lectionem in* 2 *reperias, quae in* 1 *non extet, ex hoc libro illum pendere conici licet vel potius eiusmodi cogitatio occurrere potest* [2]. *Textus non multo post atramento nigriore correctus est, exemplari nullo adhibito, neque additamenta posteriora a scriptura primigenia semper facile discernere successit. Postquam A. Poncelet in dissertatione supra p.* 439, *n.* 1, *citata editionem principem ad hunc codicem mendosum paravit, eum Bonnam transmissum W. Levison sodalis noster accuratissime contulit atque primigeniae quas eruit formae, veluti activum pro deponente, quod superscripto hamulo mox restitutum est, per codicem* 1 *postea plerumque confirmabantur. Ea quae librarius posterior grammaticam corrigens immutavit e codice* 2 *in universum non adnotavi itemque rationem scribendi posterioris aevi neglexi, veluti praepositiones assimilatas,* ci *pro 'ti',* e *pro 'ae' et 'oe'.*

3) *Codices nonnulli saec. XIII. Vitae ab Alcuino conscriptae* [3] *in locum c.* 15. *ex. seqq. capita* 13. *et* 14. *vitae primigeniae haud leviter retractata substituerunt multaeque lectiones his subsidiis accreverunt, sed paucae bonae indolis.*

B. Krusch.

VITA SANCTI RICHARII SACERDOTIS[a].

(1[b]). Christo protegente et mente iubante[c], de vita quondam sancti, qui nuper in gente sub rege Dagoberto ex pago Pontivo et Centulo vico confessorque[d] Christi[e], Richarius miles Christi, sacerdotale decus[f] fungebat[4]; qui letus confessor fuit in saeculum, magnum promeruit merito, quem ex voto et animo conscribere curabo; et si non multa quae Deus per ipsum fecit, vel pauca quae dedici[g] per Dei adiutorium conscribere curavi[h].

(2). Igitur beatus Richarius, initium ut coepit, calliditatem[a] habuit vigoremque

Capp. 1. 2. 1. 2.

Cap. 1. a) *praescr.* XXVII. ID. Octb. Natl. sancti Richarii sacerdotis 1; Incipit vita sancti Richarii confessoris 2. b) *numeri des. codd.* c) *ita pr. m.* 1; iuvante 2. d) confessor fuitque, *m. al. del.* que 2. e) *ita* 1. 2. f) decies 2. g) *ita* 1. h) curavi:, *ras.* t 2.

Cap. 2. a) calid. 1.

1) *Anal. Bolland.* (1907) *XXVI, p.* 45 *sqq. Pauca, quae emendanda erant, supplevi 'N. Arch.'* (1908) *XXXIII, p.* 23 *sq.* 2) *Nomen Sigobardi primum emergens (c.* 9*) scripsit* 1 Sigoberto, 2 Sigobrando, *ita ut uterque hoc loco deficere videatur.* 3) *Scilicet Remensis n.* 1144, *Carolivillensis n.* 229, *Parisiacus n.* 11757, *nobis olim* 5 *a—c (cf. SS. rer. Merov. IV, p.* 386*), quibus adde quem supra p.* 438, *n.* 1, *supplevi codicem Trecensem n.* 1 *(*5 *d).* 4) *Dagoberto rege Richarius sacerdotio fungebatur neque vero ortus erat, unde Hariulfi (Chron. Centulense I,* 5, *ed. F. Lot p.* 14*) vituperatio dissolvitur a me olim approbata; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 39.

XXVII ID OCTB NAT SCI RICHARII SACERDOTIS

Xpo protegente et mente iubente · de uita quon
dam sci qui nuper ingente sub rege dagoberto
ex pago pontiuo · et centulo uico confessor que
xpi richarius miles xpi sacerdotale decus fungebat ·,
qui letus confessor fuit in sclm · magnum promeruit
merito · quem ex uoto et animo conscribere cupio ;
Et si non multa quae ds per ipsum fecit · uel pauca
quae dedici per di adiutorium conscribere cupio ·,
Igitur beatus richarius in itauiuit coepit caliditatem habuit ·
uigoremque animi in se exercitauit ·, Nouorum miracula
et eius patrocinia · Non debemus nos mendacia nec loquere
lingua ·, Fichori ex hibernia · et chaidocus ex scottorum
patria ueniebant siccambria ·, Uir beatus richarius
fuit eorum obuius · ubi gentales ponte arii · Inridebant ei
male facere ·, Adfirmabant stulti quod essent dusi ·
hemaones uocitabant qui dm non credebant eis reputabant
quod segetes tollebant ; sed dns qui cuncta prescuit
et pandit · seruum suum richarium elegit ut de eorum manibus
stultorum hominum liberaret · ipsos di seruos nunc et pe
regrinos per hospitalitatis mandatum ad suum perduxit domicilium ;
Nam et ipsi serui di prouidentia do exegerunt gratias · quod
hominem eis talem prouidisset · qui de calumnias stultorum
eos liberasset · et ad suam domum pro caritatis studio illesos
perduxisset ·, Sed et supra scripti serui di per totam noctem
illam uerbum di richario praedicauerunt · ille admonitus
uerbum di recepit ; confessionem suam dedit eis · et de
lictum suum cum lacrimis eis perdit ·, Ex eo tempore it
coepit · totam uitam suam in poenitentiam et religionem

animi in se exercitavit. Novorum miracula et eius patrocinia[a], non debemus nos mendacia[b] nec loquere[c] lingua. Fichori[d,1] ex Hibernia et Chaidocus ex Scottorum[e,2] patria veniebant Siccambriam[f,3]. Vir beatus Richarius fuit eorum obvius[g], ubi gentiles Pontearii[4] inridebant ei: malefacere[h] adfirmabant stulti, quod[i] essent dusi[5]; hemaones vocitabant, qui Deum non credebant; eis reputabant[k], quod segetes tollebant[6]. Sed Dominus, qui cuncta prescivit et pandit, servo suo Richario[l] elegit, ut de eorum[m] manibus stultorum hominum liberaret[m*]; ipsos Dei servos, nunc et peregrinos[7] pro hospitalitatis mandatum ad suum perduxit domicilium[n]. Nam et ipsi servi Dei providentia Deo exigerunt[o,8] gracias, quod hominem eis talem providisset, qui de calumnias[p] stultorum eos liberasset et ad suam[q] domum pro caritatis studio inlesos[r] perduxisset.

(3). Scilicet suprascripti servi Dei per totam noctem[a] illam verbo[b] Dei Richario praedicaverunt; ille admonitus verbum Dei[c] recipit[b], confessionem[9] suam dedit eis[c] et delictum suum cum lacrimis[d] eis prodiit[10]. Ex eo tempore, ut coepit[e], totam[e] vitam suam in

Capp. 2. 3. 1. 2.

Cap. 2. a) patricinia 2. b) mendatio 2. c) *ita* 1. 2 (*pr. m.*); *m. al. corr.* loquele 2. d) fit hori 2. e) *ita* 1; Iscotorum 2. f) sic cambriam 2. g) *ita* 1; ob huius 2; obviavit *Alc.* h) *ita interpungit Vielhaber l. c. p.* 46; inridebant ei male facere. Adfirmabant 1. i) quos esse dusie manes 2. k) putabant 2. l) Richari(o *in litura scr.*) 2. m) orum *pr. m.* 1. m*) *ita interpungit* 1. n) domicium 2. o) *m. al. corr.* exegerunt 1; exierunt 2. p) calumpnias, *ras.* s 2. q) *ita* 1; suũ: (*sic!*) domum *pr. m.* (*m. al. corr.* domicilium) 2. r) *ita* 1 (*pr. m.*); illesus 2.

Cap. 3. a) *m. al. superscr.* 2. b) *ita pr. m.* 1. 2. c) *om.* 2. d) lacrimu::: *pr. m.*, lacrimis *m. al.* 1. e) t. concepit 2; initium sacrae religionis sumpsit *Alc.*

1) *Fricorius in additamento codicum* 5 *appellatur, ab Alcuino (p.* 390*) praetermissus, atque 'Fricori seu Hadriani' et Chaidoci epitaphia Angilbertus composuit, cf. E. Dümmler, Poetae I, p.* 365*; Leo, Fortunati opera, Auct. antiq. IV,* 1, *p. XII, XXVII; Hariulfi Chron. Centulense II,* 11, *l. c. p.* 75 *sq.; SS. rer. Merov. IV, p.* 383, *n.* 1. 2) *Utrumque sacerdotem 'de Hiberniae partibus Pontivas pervenisse regiones' Alcuinus rettulit, nam 'Scottorum patria' idem valet.* 3) *Sicambria primum in Libro h. Fr. c.* 1. 4. *occurrit, ubi civitatem fabulosam designat, quam Franci in Pannonia aedificasse dicuntur; hic vero ipsa Francia ita appellatur. Cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 33. 4) *Alcuinus c.* 2*:* sed a rusticis et popularibus illius loci propter insolentiam morum non sunt suscepti. *Pontearii incolae pagi Ponthieu sunt atque 'Pontivus' ex lingua rustica ortum pro 'marinus' accipiunt; cf. A. Longnon, 'Atlas hist. Texte expl.' p.* 127. 5) *Dusii daemones sunt, qui Incubi Latine appellantur (cf. A. Holder, 'Altceltischer Sprachschatz' I, col.* 1387*; Pauly, 'Real-Encyclopädie', ed. Wissowa V, col.* 1867*), stuprantes et concubitum mulierum peragentes. Isidorus, Etym. VIII,* 11, 103, *ex Augustino, De civ. Dei XV,* 23, *pendens:* quos, *inquit,* daemones Galli Dusios vocant, quia adsidue hanc peragunt inmunditiam. *Vocabulum 'hemaones' in* 1 *traditum non intellego; sin vero lectionem* 2 *anteposueris 'dusie manes', vix de manibus cogitem, de quibus Isid. l. c. §* 100*:* Manes, *inquit,* deos mortuorum dicunt, — — quos putant ab aere, qui μανός, id est rarus est, manes dictos, sive quia late manant per auras, sive quia mites sunt, inmanibus contrarii, nomine hoc appellantur, *nam contrarium 'emanes' (pro 'immanes') expectatur; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 40, *n.* 1. *'Haemonias artes', scilicet magicas, citavit Ovidius, Ars am. II,* 99, *quibuscum nomen coniunctum esse posse coniecit W. Levison. Certe biographus magis specimen doctrinae suae h. l. dedisse videtur quam bonae fidei.* 6) *Iniuriis afflictos opprobriisque eos castigatos esse Alcuinus c.* 2. *enarravit, sed iniurias opprobriaque non explicavit.* 7) *Persimili modo Goar (Vita c.* 2, *SS. rer. Merov. IV, p.* 412*):* peregrinos, qui ibidem per illam semitam pergebant, libenter suscipiebat vel pauperes ibidem voluntarię et cum hilaritate alebat, *itaque (Vita c.* 3, *ib. p.* 413*)* cum peregrinis et pauperes perfectam et Deo acceptam caritatem faciebat. *Cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 35. 8) *I. q. egerunt.* 9) *De confessione Scottorum disserui Ionas p.* 22 *sqq.* 10) *I. q. prodidit; verba 'prodere' et 'prodire' inter se permutantur; cf. M. Bonnet, 'Latin' p.* 427, *n.* 4.

poenitentiam et religionem sacram[a] finivit. Sic vitam suam mortificavit, ut panem ordiatium[b] cum cinere mixtum post[1] ieiunium expletum cum parva mensura sumeret et cf. Ps. 101, 10. poculum limphe[c] cum fletu misceret. Nec[2] olim in tempore cognitum sacerdotii sui populum quem predicabat, honorem[d. 3] illic prestabant: in alimonia quod ei largiebant[e], cf. Matth. 6, 34. cf. ib. 25, 36. in[f] pauperes[g] ille impertibat[h]; de crastino non cogitabat. Pauperes[i] refocilabat[k], nudos operiebat[l], infirmos visitabat, mortuos sepeliebat, leprosos balnea fieri precipiebat. Post eorum ablutione[m] ipse subsequens in eorum lavacrum ingrediebat[l], apud eos sedebat, illos osculabat[l], ipsos reficiebat et cum ipsis panem vescebat et mire[n] magnitudinis amorem suum in pauperes peregrinosque et leprosos ponebat. Euangelica mandata in omnibus semper adimplebat, aegris medelam prebebat; infirmi, qui[o] ad eum undique cf. 1. Cor. 9, 22. veniebant, sanitatem tam corporis[p] quam animae querebant; Deo largiente, omnibus in omnia proderat[q].

(4). Igitur[4] quis requirat, de quales fuit parentes, non ex opibus nobiles nec de gente alta[5] processit, sed mediocres[a] parentes pauperes habuit; ipsos tamen aliquos convertit et ad Christi servitium perduxit et aliquos in catholica fide convertit; neminem[b] tamen servitium nisi soli Deo et debuit et exibuit. Et cognovit se et erexit se contra se. Solet fieri, ut ligna ignem[c] quantum plus exhibitur[d], tantum ignis amplius accendatur. Sic beatus erat Richarius in vita, ut mortem[e] non timeret subita[f]; non inmerito cf. Prov. 27, 21. laudatur, qui semet ipsum ut aurum in fornacae[g] probatur. Non fuit adulator nec semet ipsum in mortificatione nec alio in conloquutione[h] blanditor[i]. Crevit sanctitas, crevit et humilitas. Habuit iustitiam secundum prudentiam, fortitudinem scilicet magnamque temperantiam. In his[k] quattuor virtutes salvatur homo iustus; habent[l] humicf. Deut 6, 5. litatem insertam[m] caritatem. Totum, quantum habebat[n], Deum diligebat. In tantum cf. Rom. 8, 13 mortificavit carnem suum[o], ut cuncti qui eum cernebant[p] suam cogerentur vitam dispicere[q], dum illius paenitentiam viderent.

(5). Evenit[a] quadam die, sessorem[6] suum equo sedentem, pro visitatione matronae Deo devota[b] cummatri[c. 7] suae Rictrude ad domum suam pervenit. Ipsa namque matrona

Capp. 3–5. 1. 2.

Cap. 3. a) sacrum *m. al. corr.* sacram 1; suam 2. b) ordeaceum 2. c) p. impletum fl. 2; aqua lacrimis temperata *Alc.*; *sed* potum meum cum fletu miscebam *Vulg.* d) honorem; illic *interpungit* 1. e) *ita pr. m.* 1; largiebunt *m. al. corr.* largiebantur 2. f) *om.* 2. g) pauperis, *ut videtur, pr. m.* 2. h) inpertibat *pr. m.* 2. i) *ita* 1; Paup. *om.*, *sed* esurientes *m. al. suppl.* 2. k) refocillabant *pr. m.* 2. l) *ita* 1. 2 *(pr. m.)*. m) ablutionem 2. n) *ita* 1. 2. o) *ita* 1; *om.* 2. p) *ita* 1; anime q. c. querebat 2. q) *ita* 1; prodebat 2.

Cap. 4. a) mediocras *pr. m.* 2. b) *ita pr. m.* 1. 2; *m. al. corr.* nemini 1, nemo 2. c) *m. al. corr.* igni 1. d) *ita pr. m.* 1. 2. e) montem *pr. m.* 1. f) *m. al. corr.* subitam 1; sibitam 2. g) *ita* 1; fornace 2. h) *ita* 1; collocatione 2. i) *ita* 1; blanditur 2. k) hiis quatuor virtutibus 2. l) *ita* 1 *et pr. m.* 2; *corr.* habuit 2. m) sertā caritatē *m. al. corr.* inserta caritate 1. n) habebant, Deum diligebant *pr. m.* 2. o) *ita pr. m.* 1. 2; *m. al. corr.* suam 1. 2. p) carnebant 2. q) *corr.* desp. 1, *et sic* 2.

Cap. 5. a) *ita* 1 *et m. al.* 2; Et venit quandam diem *pr. m.* 2. b) *ita pr. m.* 1. 2; *m. al. corr.* devot(a)e 1. 2. c) *ita* 1; cum matres sue *m. al. corr.* cum matre sua 2.

1) Post longa et diuturna ieiunia *Alcuinus c.* 3. 2) *Nota contradictionem! Richarius iam pro peregrino accipitur, quem domicilium vel domum illic habuisse auctor supra rettulerat.* 3) *Alcuinus c.* 4*:* ad sacerdotalem pervenit honorem. 4) Si *desideratur.* 5) *E contrario Angilbertus in epitaphio scripsit (Hariulfi Chron. Centulense II,* 11, *ed. F. Lot p.* 73*; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 35*):* Stemmate praecelso quem Centula protulit ista, Quique loci pastor floruit egregius. 6) Sessorem *cum equo coniungas, nam infra p.* 447, *l.* 14, *leguntur:* sessorem ex genere equi non prosedit, *ideoque animal est quo sedebat neque eques.* 7) *Mulier commater est illius, qui filium suum de fonte baptismatis suscepit. Cangius h. v. Monachi commatres habere vetiti erant; cf. Concil.*

obvium ei exivit; pro salute poposcit. Benedictionem peracta[a], ait: 'Filio meo germano et[b] legi[c] lavacri ad osculandum me tribue!' Atque ipsa femina exiliens cum gaudio in manu porrexit puerum[d]; eum[e] super equo osculare coepit. Temptatio illico subita evenit; cum infantulo[f] amplexaret, tanta ferocitas equi emiscere[1] coepit, ut capud[g] cum pedibus impetus nimis[h] velocis curreret[2], et ipse[i] servus Dei una manu puero[k] alteraque[l] equo[k] tenere, Christo[m] ex ore clamare[n], huc illucque divertere. Tunc mater, qui[o] puero[p] dederat, oculos suos claudebat[3], pectus manibus tundebat, puerum primumgenitum[q] suum ipsa hora mortuum videre metuebat. Nam ipse servus Dei Christum velociter invocans, puero[r] de manu sua dimisit. Sic ruentem et equo paventem[p], quasi avicula infans ad[s] terram pervenit, ut teneritudo[t] illius nequaquam conlideret[u]. Mater flens et eiulans ad puerum cadentem cucurrit, ut[v] vel semevivo[w] in manu susciperet[x]. Super mota terra, quam[y] factum talpigini[4] vocant[z], inlaesum infantem repperit[a]; qui mortem proli pertimuit[b], ridentem in manu[c] suscepit, et nihil[d] teneretudinem eius ferocitas equi conlisit. Ex eo tempore ipse sacerdos Dei sessorem ex[e] genere equi non prosedit[5], nisi asello mansueto[6] quo voluit modo quieto et psalmodii[f, 7] canto suo itinere quo[g] voluit perrexit; semper in predicatione pro[h] Christi mandata vitam releglosam[i] sectavit.

(6). Eo tempore Centulo vico, quem postea suus[a] meritus[8] condidit cenubio[b], Dagobertus rex illic advenerat; quam[c] inluster Ghislemarus[d, 9] ad domum suam ducebat[e]. Orationem a servo Dei postulavit; ad[f] orationem peracta, mirum[g] modo servus Dei ipso[h] regi sic castigavit, sicut et reliquo[i] homine[10]; sic ei adnuntiavit, ut omnino tam superbus, tam[k] elatus non esset; nec blanda verba nec mollia adulatione ei exibuit[l]. Sed rex, ut vidit, pro bona[m, 11] recepit et ad mensam suam secum eum perduxit. Ibidem

Capp. 5. 6. 1. 2.

Cap. 5. a) *ita recte* 1 *(cf. infra l.* 20: orationem peracta*)*; Parata 2. b) ex *conieci 'N. Arch.' XXIX, p.* 44. c) *ita* 1. 2. d) puerem *pr. m.* 2. e) equo o *(m. al. expunxit o)* s. equos 2. f) *ita pr. m.* 1; in famulo 2. g) *ita* 1. h) v. n. curere *(m. al. corr.* currere*)* 2. i) ipsi *pr. m.* 2. k) *ita pr. m.* 1. l) alteroque 2. m) Christum *pr. m.* 1. n) clamore *pr. m.* 1. o) *ita* 1; que 2. p) *ita pr. m.* 1. 2. q) *ita pr. m.* 1; primo gemitum *pr. m.* 2. r) *ita pr. m.* 2; puerum 1. s) *ita* 1; in 2. t) (teneri *propter membranam hispidam vix legi potest*)tudo 1; tenerituro 2. u) *ita* 1; collederet 2. v) velut sem. 2. w) *ita pr. m.* 1; semivivo *pr. m.* 2. x) reciperet 2. y) cum 2. z) vocans 2. a) reperit 2. b) perduxerit 2. c) *m. al. corr.* manus 1. d) nichil teneritudinem 2. e) *ita* 1. 2. f) *ita recte* 1; psalmo ducanto *m. al. corr.* palmo ducendo 2. g) quid *pr. m.* 2. h) *ita* 1; *om.* 2. i) *ita* 1; religiosam 2.

Cap. 6. a) *corr.* suis meritis 1. b) *ita pr. m.* 1. 2. c) *m. al. corr.* quæm 1; *m. al. corr.* q̄m (= quaem) 2. d) Gisl. *corr.* Ghisl. 1; Gisl. 2. e) dicebat *pr. m.* 2. f) *ita pr. m.* 1; (ad *om.*) orationem *pr. m.* 2; *m. al. corr.* oratione 1. 2. g) *ita pr. m.* 1. 2. h) *ita pr. m.* 1; ipso rege *pr. m.* 2. i) *ita* 1; reliquos homines 2. k) camelatus 2. l) *ita* 1; exhibuit 2. m) bono 2.

Autissiodor. a. 573—603, *c.* 25, *Concilia ed. Maassen p.* 182. *Vereor autem, ne per solam nominum familiaritatem Richarius Rictrudem commatrem suam nactus sit; cf. supra p.* 441.

1) *Emiscere idem fere est quod miscere (cf. Forcellini h. v.), sed biographus potius de 'emissione' ferocitatis cogitasse vocabulumque pro 'erumpere' accepisse videtur. Etiam Alcuinus originem a 'mittere' duxit, locum vero totum commutavit ita:* inimicus inmisit equo ferocitatem. 2) *I. q.* excurreret. *Alcuinus:* inconsueto impetu per campum discurrere coepit. 3) Avertit *Alcuinus.* 4) *Francogall. 'taupinière', nobis 'maulwurfshügel'; vocabulum alias non occurrit.* 5) *I. q.* insedit. 6) Mansuetissimo *Alcuinus c.* 10. 7) *Alcuinus c.* 10*:* Et quocumque iter agebat, aut psalmi in ore eius resonabant aut salutis ex ore eius praedicatio audiebatur. 8) *Cf. infra c.* 12*:* per Domini potentiam et merito sancto Richario nullus ex eis periit, et cunctos per suum meritum Deus liberavit. 9) *De eo v. p.* 448, *n.* 13. 10) *Sensu collectivo.* 11) *Alcuinus c.* 11*:* benigne suscepta.

tota die et partemque[a.1] noctis verbum Dei admonuit, sicque eum rex in amorem suscepit, ut censiculo[b.2] ad luminariam[c.3] faciendum eidem ipsa die concessit.

(7). Interim vero cernentes circa vicinia homines permanentes, quod[a] eius devotio non minima erat in Christo, coeperunt ei elymosinas[b] multas largire, tam elymosinam[c] quam confessiones[4] pro culpas[d] dare et paenitentiam ab ipso expetere. Mox ut ipse servus Dei conperuit[e], ut aliquid haberet, ut[f] captivos redemere[g] potuisset, sua[h] cogitatione disposuit, ut ultra mare in Saxonia[i.5] captivos redemere[k] properaret. Videlicet in Saxonia perrexit; Christum[l] in quo[m] valuit[n] ibidem predicavit, captivos[o] ibidem redemit. Dum ibidem[6] intenta[p] mente pro Deo exerceret laborem[q], illico[r] ad memoriam reduxit de[s] eos quos in patria reliquid[t]. Ait namque: 'Heu me, quia reliquimus[u] in Frantia[v], quos ingenuos non dimisimus!' Vaticinare coepit et misso[7] suo dicere: 'Vade velociter ad navem et praecede nos in Frantia[w]; illo et illo dimitte ingenuos, ut
cf. Tob. 5, 14. mercedem nostram nobis restituat Deus, quia vicina morte ante oculos habent, ne in servitio finiant vitam'. Adhuc illos incolomes[x] et robustos, in corpore inlaesos[y] missus ipse repperit[z], nullam[a] dolorem[b] habentes. Sic actum est[c] secundum verbum; ingenui dimissi sunt; continuo finis eorum evenit, sicut ipse servus Dei de eis prophetavit, qui trans mare erat[d]. Sic previdebat[e]: Christus, qui in eum manebat, ipse ei, quid faceret, indicabat. Igitur in Frantia remaeavit[f] ad propria; unde exierat, reversus est[g]. Illico quantos habuit, quos iam liberos non dimiserat aut secum de trans mare adduxerat, eis libertatem exhibuit; nullum, de quo sua fuit potestas, in servitio reliquit.

(8). Cotidie tamen in[a] ieiuniis se[a] confixit[8], pavimentis ecclesiae prostratur[b], orationis libamenta miles Christi cum lacrimis Domino consacravit[c]. Quantum ignis amoris Dei cor eius repleverat, valentius[9] in Christi amore anhelabat. Heremum concupivit[10] et vitam soletariam[d.11], ut quantum secretius[e], tanto liberalius[12] Deum meditaret[f]. Sic vir inluster[g] Ghyslemarus[13], nomen[h] cuius circa undique terretoria[i] seu nobilitas abun-

Capp. 6—8. 1. 2.

Cap. 6. a) que *om.* 2. b) *ita pr. m.* 1; sensiculo 2. c) luminaria 2.

Cap. 7. a) quos *pr. m.* 2. b) elem. 2. c) elemosinas 2. d) *ita pr. m.* 2; culpis 1 *et m. al.* 2. e) comperuit *m. al. corr.* comperit 2. f) *m. al. corr.* unde 1. g) redimere 2. h) suam cogitationem 2. i) Saxamia *m. al. corr.* Saxania 2. k) redimere 2. l) *ita* 1 *et m. al.* 2; Christo *pr. m.* 2. m) loco *m. al. add.* 2. n) *ita* 1; voluit 2. o) captivis *pr. m.* 2. p) in tanta *pr. m.* 2. q) labore 2. r) ilico 2. s) *ita* 1; deos quos *m. al. corr.* eos quos 2. t) *ita* 2; reliquit 1, *sed v. infra p.* 452, 9. u) relinquimus 2. v) *ita* 1. 2. w) Francia 2. x) incolumes 2. y) inlaesus *pr. m. corr.* inlaesos 1. z) reperiit 2. a) nullum 2. b) dolorum *pr. m.* 2. c) est. secundum v. i. *interpungit* 2. d) erat sic 2. e) *ita interpungit* 1. f) *ita* 1. g) in *add., sed m. al. expunxit* 2.

Cap. 8. a) *ita* 1. 2. b) *ita pr. m.* 1. 2. c) *m. al. corr.* conssecravit 1; consecravit 2. d) *ita* 1; seletarium (u *dubia*) *pr. m.* 2. e) *ita* 1 *cum Alc.;* quantum secretus *m. al. corr.* quanto secretius 2. f) meditaretur 2. g) illuster Gislemarus 2. h) *m. al. corr.* nomine 1. i) *ita* 1. 2 *(pr. m.)*.

1) Partem *Alcuinus c.* 11. *praetermisit:* totaque die illa et nocte. 2) *Alcuinus c.* 11*:* aliquid de censu suo. 3) Domus Dei *add. Alcuinus* c. 11, *cum biographus vetustior ecclesiae Centulensis multo post in c.* 8. *primum meminerit.* 4) *Emolumentum, quod ex fidelium confessionibus sacerdotibus obvenit. Cangius.* 5) *Epistula Bonifatii ad Zachariam papam (Bonifatii epist. n.* 50, *ed. M. Tangl p.* 84*):* in transmarina Saxonia. 6) *Alcuinus c.* 8*:* in Britannia *et infra:* in Gallia *pro* in patria. 7) *I. q. legatus.* 8) *Alcuinus c.* 9*:* maceravit. 9) *Ov. Met.* XI, 481*:* coepit — — praeceps spirare valentius Eurus. 10) *Ita etiam cod.* 2 *Alcuini c.* 12 *(p.* 396, 11*).* 11) Monasticam petit vitam *Alcuinus c.* 12, *addens:* ecclesiae regimen alteri tradens, quam ipse in Centulo vico Christo fundavit. 12) Liberius *Alcuinus c.* 12. 13) *Ghyslemari fama tanta erat, ut de maiore domus cogitari liceat, et certe maior domus eiusdem nominis Neustrasiis praeerat, qui Warattonem patrem suum c. a.* 682. *deiecit ideoque circiter* 40 *annos post Nantildem reginam florebat; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 27 *sq.*

dabat[a], christianus optimus Deum timebat et servos Dei plurimum amabat; optabat et prohibebat, ut beatus Richarius de vicinia[b] eorum numquam[c] discederet. Ad[d] beatus sacerdos Dei percunctabat[e], ut vasta heremi Deus illi[f] provideret. At[g] vir nobilis, scilicet Ghyslemarus[h], sive et alius propinquos[i] similiter nobilis et palatinus[1] nec dissimilis[k] genere Mauronutsque[l.2] nomine, qui postea religionem adeptus et monachus[3] effectus, post obitum Dagoberti ad suam relictam Nanctilde[m] reginae[4] suggestionem[n] fecerunt in nomine servi Dei, ut in fisci ditione[o] haberet remotionem. Querebant in prope in ipso pago Pontivo in Crisciacense[p.5] foreste, ubi construxerunt tegurium[q.6] vile satis et parvo[r] nec de ligno cooperto, nisi de rauso[7] exiguo[s]; ubi aquam invenerunt prope de loco[t] Argubio[8]. Nam[9] de ipso secreto[10] Mauronto[u] erat iniquo, propter

Cap. 8. 1. 2.

Cap. 8. a) hab. 2. b) vicinio 2. c) nunquam 2. d) Ad *(m. al. corr.* At*)* — provideret *m. s. X. in inf. mg. suppl.* 1. e) percunctabatur 2. f) *om.* 2. g) Ac 2. h) Gislenarus *m. al. corr.* Gislemarus 2. i) propinquōs *(pr. m. corr.)* 1; propinquus 2. k) di[s]similis 1. l) Maorontus *pr. m. et a* que *pagina incipit* 1; que — effectus *om.* 2, *legerat Alc.* m) Nanctille 2. n) suggestione 2. o) dictione 2. p) Chrisciacense florefice 2. q) *ita* 1. 2. r) *m. al. corr.* parvum 1. 2. s) exigo *pr. m.* 2. t) loce 2, *corr.* u) Mauranto *pr. m.* 2.

1) *Notissimi sunt 'palatini' Karoli M. (cf. Mon. Sangall. I,* 29, 31, *SS. II, p.* 744 *sq.; G. Waitz, 'VG.' III* ², *p.* 549, *n.* 6*) medioque aevo auctor Chronici Vedastini (SS. XIII, p.* 694*) 'palatinorum et principum regni' meminit et biographus Dagoberti III, c.* 8 *(SS. rer. Merov. II, p.* 516, *l.* 15*) palatinos cum pontificibus et comitibus enumeravit, sed aevo Merovingico vix quisquam eos novit praeter Marculfum saec. VIII. in., qui 'homines potentes palatinos' commemorat in praescriptione Form. II,* 51. 2) *Biographus Walarici abbatis Leuconaensis c.* 23 *(SS. rer. Merov. IV, p.* 169*), meminit 'cuiusdam nobilissimi Mauronti, qui et ipse summos inter proceres palatii et dignitatem aulae regiae illo in tempore cunctos suo ingenio praecellebat', sed auctor incertae fidei saec. XI. demum degebat; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 28. 3) *Hiante codice* 2 *neque codice vetustiore* 1 *eruto Alcuinum c.* 12. *haec coniecisse existimare poterant.* 4) *Dagoberto rege mense Ianuario a.* 639. *defuncto Nantildis uxor eius cum Chlodoveo II. filio regnabat, a.* 642. *ante mensem Septembrem et ipsa defuncta; cf. Fredeg. IV,* 90. 5) *Crécy silva etiamnunc fiscalis est.* 6) *Alcuinus c.* 12. *de cella condita et acquisita multo brevius egit, sed cum Vita vetustiore charta Karoli M. a.* 797. *convenit:* et circa ipsam *(pro* unam*; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 34*)* cisternam bina vel terna bunuaria secundum eius petitionem a regali dignitate accepta, satis vile tugurium amatores servorum Dei ei ad militandum omnipotenti Deo aedificare studuerunt, *quodque hunc locum interpolatum esse E. Mühlbacher (Dipl. Karol. I, p.* 245*), censuit, fontem postea erutum nosse non potuit, qui me monente (cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 23*) et ibi et in eo textu adhibitus est, quem pro genuino habuit, atque etiam per formularum necessitudinem opinio eius eliditur; cf. supra p.* 440 *sq. Suspicio igitur minime ad chartam adulteratam, sed ad fraudem Centulensium referenda est; v. supra p.* 440. 7) *Nobis 'rohr';* rauseis virgultis *V. Vulframni c.* 10*; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 33*; W. Levison, SS. rer. Merov. V, p.* 670, *n.* 1. 8) *Eiusdem loci etiam Karolus M. in charta a.* 797. *meminit:* silva, *inquit,* quae vocatur Forestis prope cisternam, quae est iuxta locum nuncupante Argubium, in ipso pago Pontivo, *quae verba item e Vita vetustiore pendent et ad textum genuinum pertinere etiam E. Mühlbacher concessit. Argubius igitur prope cellam Forestem (Forest-Montiers, cant. Nouvion, arr. Abbeville, dép. Somme) situs erat, id quod etiam Alcuini hymnus de S. Richario (Hariulfi Chron. II, c.* 11, *p.* 73*) testatur:*

Tu struxisti coenobium
In loco prope Argubium

ideoque esse non potest locus remotior Argoules (cant. Rue), de quo cum alii cogitaverunt tum A. Poncelet, me obloquente ('N. Arch.' XXIX, p. 16, *n.), villaque altera, quae praeter Argubium ad eandem cellam pertinebat, cum Karolus Calvus rex a.* 844. *monasterio Centulensi possessiones confirmabat (Hariulfi Chron. III, c.* 7, *p.* 110*), Bonella hodie est Bonnelles (comm. de Ponthoile, cant. Nouvion), re vera*

quod illa[a] forestis ad regis letitiam erat censita[b] et ipsius Mauronto[c] erat commendata. Non multa bonuaria[d.1] consignavit[2] in ipsa haria[e], nisi bina vel terna circa unam cisternam. Nam[3] ipse Maurontus de ipsa foreste tunc non certavit, quod postea desideravit[f.4], quia ipse[g] postea cenobio[h] ibi incoavit construere.

(9). Beatus Richarius in ipso loco pervenit et illic tantam[a] mortificationem tantamque abstinentiam[b] semet ipsum inposuit[c], ut vix caro ossibus hereret, ut mirarentur, qui sciebant, quomodo in corpore vivebat[d]. Mira sanctitas in eo erat, ut aves[5] caeli sic ad eum volitabant, ut et escas in manibus eius alerent. Quid plura? Et[e] in eodem loco per manibula[f.6] sua nomine Sigobardo[g.7] dedici[h], pro quid ab[i] eo orationem aliquis ex fide exposceret, largiente Christo, cunctas[k] et impetrasse gauderet. Pater ipsius manibuli nomine Herimoaldus[l] simplex erat et in sua simplicitate ipsum servum Dei multum diligebat. Sic ab eodem servo Dei benedictionem promeruit et sua[m] paenitentia optime peregit et finem perfectam[n] habuit. Omnis familia sua, tam coniux quam et filii seu vernaculi[o] aut ancillas aut servos, quod[p] habuit, Christus ad suum servitium perduxit, et in monasterium[q] conversationem monasticam vitamque finierunt, et alii finire in oboedientia perfecta expectant.

Capp. 8. 9. 1. 2.

Cap. 8. a) ipsa 2. b) censata 2. c) Mauranto 2. d) *m. al. corr.* bunuaria 1. e) *m. al. corr.* harea 1; area 2. f) *ita* 1 *et A. Poncelet e coniectura;* postera deravit quia 2. g) ipsa 2. h) *ita pr. m.* 1. 2.

Cap. 9. a) t. m. *om.* 2, *habet Alc.* b) abstinentia 2. c) imp. ut vis 2. d) vivebant *pr. m.* 2. e) *om.* 2. f) *ita* 1; manibulas sua *(m. al. corr.* suas*)* 2. g) *ita Poncelet scr., sed* Sigobrando 2; Sigoberto 1; praefatum Sigobardum *Alc. c.* 14; Sigobarde *infra p.* 453, 2. h) *ita* 1. i) habeo 2. k) *ras.* s 1; *infra p.* 451, 20: cuncta se impetrasse. l) Hermonaldus 2. m) *m. al. corr.* suā paenitentiā 1. n) *m. al. corr.* perfectū 1. o) sed *add.* 2. p) *m. al. corr.* quos 1. q) *m. al. corr.* monasterio 1.

prope eandem cellam sita. Situs igitur Argubii villae ignoratur diuque ante Mabillonium auctor chronici cuiusdam Centulensis saec. XV. ex. idem iam perspexerat, licet F. Lot minime persuaserit; cf. l. c. p. 239, *n.* 1. 9) *Sensu adversativo pro 'sed'; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 46. 10) *Secretum est locus remotus ab urbe (Forcellini h. v.) Richario assignatus, scilicet ubi 'secretius' (v. supra p.* 448, *l.* 24*) viveret.*

1) *Bonarium, 'bonder', i. q. iugerum, nobis 'morgen' vel 'hufe' (Diefenbach, Glossarium Latino-Germanicum p.* 79*), monente Guérard, 'Polyptyque de l'abbé Irminon' I, p.* 171, *quinque iugera romana comprehendebat; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 22. 2) *Consignare i. q. tradere (cf. ital. 'consegnare'): Gloss.* consignasse παραδεδωκέναι. *Thesaurus linguae Latinae IV, col.* 437. *Verbum E. Brinckmeier, Glossarium diplomaticum I, p.* 538 *ita vertit: 'besonders schriftlich durch eine urkunde überweisen.' Cf. Actus pontif. Cenom. c.* 14 *(Mabillon, Vet. Anal. III, p.* 193*).* 3) *Sensu adversativo pro 'sed'; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 46. 4) *Locum difficilem iam ita intellegam, textu per codicem* 1 *stabilito: Maurontus tunc non certavit, bonuaria illa quamvis non multa consignans, postea autem id aegre ferens certasse desideravit, cum ipse postea coenobium ibi construere inchoavisset. Per tegurium vile bonuariaque consignata alumnis S. Richarii Centulensibus titulus possessionis in Cellam Forestem confirmabatur, quam coenobium regale fuisse negari non poterat; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 16 *sqq.* 5) *Idem miraculum Hariulfus I,* 20, *pluribus persecutus est, quod Alcuinus praetermisit, similiaque de Columbano enarrata sunt apud Ionam, V. Columbani I,* 17. *ex.* 6) Conmilitonem suum *interpretatus est Alcuinus c.* 14, *aut* discipulus. *'Manapulus' m. al. corr. 'manipulus' pro 'maniculus' in codice CarolIruhensi saec. IX. V. Goaris (c.* 5, *SS. rer. Merov. IV, p.* 414, 25*) legitur, quae saec. VIII. composita est; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 34. 7) *Nomen parum commune* Sicbardo *monachus Gemeticensis fert in Necrologio Augiensi saec. IX. in. (M. G. Libri Confratern. p.* 238*), unde illud in Francia septemtrionali in usu fuisse videtur.* Sigobardus *sicut Maurontus (v. supra p.* 449, *n.* 2*) etiam in V. Walarici abbatis monasterii Leuconaensis prope Centulense siti (c.* 12, *SS. rer. Merov. IV, p.* 165*) apparet, ibique comiti Ambianensi nomen inditum est.*

(10). Quid referam[a]? Multas virtutes Deus pro suo merito operatur. Solebat nobis eius manibula dicere, ut quis eorum erga terriae[b,1] veniebat iniuria aut langor[c] aut morbus vel febris vel qualibet aegritudo corporis, cumfugium[d] ad eum fatiebant[e]; pro eos[f] quos protinus[g] orabat, continuo sanabantur. Totum est admirandum, quod Deus operat[h] per suum servum.

(11). Antequam ad finem pervenit, longe ante praevidit[a] et sua[b] ad se[2] manibula vocavit aitque illi: 'Fili, prope est finis meus, ut[c] de ista miserabili[d] vita me Deus eripiat. Praeparemus ergo tegurium[e], ut inveniamus, unde vasculum[3] ad sepelliendum[f] me fieri possit, quia prope est finis meus ventura[g]'. Qualem studium habuit, rotundum materium invenit nec maiorem diligentiam[h] exhibuit, nisi per medium eum divisit et inde concavo[i] vasculo[k] fecit, et in loco, ubi iacere voluit[4] ibidem, vas ipsum deportavit. Mox illico finis sancta[l] evenit; in loco, ubi praeciperat[m], saepultus fuit[5]. Non multum[n,6] post tempore ex[o] Centulo vico[7], ubi ipse antea[p] conversaverat, fratres venerunt; et ipse qui praeerat[q] suos sequipeda[8] parvum in statura[r], magnus[s] in merito Ocioldo vocabulo — et fuit in suas[t] vices in Centulo vico — alios fratres, quos servos[u] Dei cognovit, apud se convocavit, ut[v] ad sacrum corpus visitandum venirent; quod ita et[w] fecerunt. Quo repertum et vas sublevatum, invenerunt sacrum corpus in ipso vas ex aqua impletum. Tunc praefati fratres tulerunt corpus de vase, feretro posuerunt, lentiamina[x] ornaverunt, ad Centulum detulerunt[9], ubi[y] illum[z] saepelierunt[a]. Ex eo die multi eum colentes et vota voventes, infirmus qui venit et ex fide petivit, cuncta se impetrasse[b] cognovit.

(12). Contractus[a] quidam solebat a foris sancta[b] basilica frequentius orare et secretius hoc agebat: incontra[c] beati saepulcro[d] erectus fuit. Ingressuum[10] sua quae[e]

Capp. 10—12. 1. 2.

Cap. 10. a) referant *pr. m.* 2. b) *ita* 1; erga terrigit 2. c) longor *pr. m.* 1. d) *m. al. corr.* confugium 1, *et sic* 2. e) *ita pr. m.* 1. f) eius 2. g) *ita* 1; patronus *eras.* 2. h) *ita pr. m.* 1. 2.

Cap. 11. a) *ita* 1 *et A. Poncelet e coniectura;* prevenit ad 2. b) *m. al. corr.* suam ad se manibulam 1. c) unde ista *pr. m.* 2. d) miserabile *pr. m.* 2. e) tugurium 2, *sed v. supra p.* 449, 8. f) *ita* 1. g) *m. al. corr.* venturus 1; *m. al. corr.* venitur ad quale 2. h) diligentium, *om.* exhibuit 2. i) *ita pr. m.* 1; in decavo 2. k) *ita* 2 *et pr. m.* 1. l) sanctus venit 2. m) *ita* 1 *et ego olim e coniectura;* preciperet sep. 2. n) multo 2. o) et 2; a *Alc.* p) ante 2. q) *ita olim emendaveram 'N. Arch.' XXIX, p.* 25, *coniecturamque meam firmavit codex* 1; preerant vos 2, *qua lectione Ponceletus noster nitebatur.* r) staturā 2. s) manus *pr. m.* 1. t) *ita* 1; sua vices (*m. al. corr.* vice) 2. u) *ita* 1; servis 2. v) et *pr. m.* 2. w) *om.* 2. x) *ita pr. m.* 1; linteamina *pr. m.* 2. y) *corr.* ibi 1. z) *ita* 1; illi 2; illud *Karolus.* a) *ita* 1. b) impetrans se *m. al. corr.* impetrase 2.

Cap. 12. a) contratus *pr. m.* 2. b) *ita* 1; sanctae basilice 2. c) *ita* 1; in contri, *sed m. al. delevit* contri 2. • d) *m. al. corr.* saepulcrum 1; beato sepulcro 2. e) suaque *pr. m.* 2.

1) *Locum iam ita intellegam: 'erga eorum terram' vel 'terrea', morbumque, 'qui circuit terra', auctor infra descripsit c.* 13 (*p.* 452, *l.* 8). 2) Praefatum Sigobardum *addit Alcuinus c.* 14, *licet ea quae decessor de eodem praefatus erat praetermiserit.* 3) *I. e. sarcophagus. Alcuinus c.* 14*:* praepara vasculum corpusculo meo, quo condatur, non superfluo studio, sed necessario usu. 4) *Alcuinus c.* 14*:* sarcofagum, *inquit,* in loco praefinito a patre conposuit. 5) *Hoc loco Alcuinus c.* 14. *visionem interposuit, cuius vetus biographus in ultimo capite meminit.* 6) *Hunc quoque locum in charta Karoli M. a.* 797. *expilatum esse monui 'N. Arch.' XXIX, p.* 23; *v. supra p.* 440 *sq.* 7) *Alcuinus l. c.:* fratres a Centulo monasterio cum suo abbate Ocioaldo viro religioso etiam et successori venerunt. *De fratribus S. Richarii disserui 'N. Arch.' XXIX, p.* 24 *sq.; supra p.* 440. 8) *I. e. discipulus, sectator; cf. Conc. Turon. a.* 567, *c.* 23*:* nonnullus inveniri sequipedas erroris antiqui; *supra p.* 312, 3. 9) *Alcuinus c.* 14*:* in loco, quo et nunc cum magna meritorum gloria requiescit. 10) *Nobis 'schritte', sicut gressus pro pedibus; v. supra p.* 321, *n.* 1.

fuerunt[a] sustentacula, ibi pendunt[b] pro miracula; qui viderant quod fuerat[c], et videbant quod erat, in Domino exultabant. Nam quadam die, cum locus ipse, ubi beatus Richarius requiescit satis est publicus et bivius grandis adventusque multorum, vincolati[d] quidem transeunt, colla ferro subditi; ad eum clamantes vocibus[1], rumpuntur vincula[e] protinus. Et illic vidimus daemoniacos nimis vexantes[2]; per paulisper tempus ibidem consistentes[f], exinde sani revertunt[g].

(13). Qualem[a] et eius virtutem cognovimus, etiam[b] ipsa in laudem Domini dicere cupimus. *cf. 1. Petr. 5, 8.* Clades[c] maligna[d], qui[e] circuit terra[f], qui[e] multos perimit et paucos quos tetigit[g] reliquid[h], — et ipsa[i] plaga[3] vocant[k] panucola[l,4] seu venenosa lacerta[m], — qui[n] civitatis, portus, regionis[o], regnacola[p] undique et terras dereliquid[q], in Centulo vico, ubi ipse[r] sanctus[s] Richarius requiescit, advenit[r]; unum e[t] fratribus suis percussit, quod[u] timuisset valde pertimescere, etiam suo sepulchro praeparare[u]. Et taliter in his[v] diebus erat, ut in[w] loco ubi apparebat omnes per[x] alia loca[y] fugebantur[z], aut omnino mortem nullus[a] evadebat. De fratre ut dixi, quem[b] in loco plaga percusserat, una cum fratribus ceteris ad[c] sepulchrum sanctum expetierunt et de[d] clave[e] sancti Richarii, quos[f] plaga tetigit, coxerunt[5] et[g] ex fide ad eum petierunt; per Domini potentiam[h] et merito[i] sancto[k] Richario nullus ex eis periit[l], et cunctos per suum meritum Deus liberavit.

14. Quod antea[a] scribere debui[b], hoc post[c] memini. Cum[d] de hac vita ipse servus Dei migrasset, et in feretro conpositus[e], in ipso tegurio[f] iaceret, cum ibidem euangelium legeretur, sua[g] manibula[h,6], qui remanserat, sopore depresus[i], visionem, qualem[k] videbat, cum[l] expergefactus fuisset, referebat[m] hunc modum, quasi[n] vidisset domnum[o] Richarium quasi[p] vivum per[q] visionem in aula splendida[7] et quasi aurea et

Cap. 12. 1. 2. *Capp.* 13. 14. 1. 2. 3.

Cap. 12. a) effuerunt 2. b) *ita* 1. 2 (pendt); pendent *Alc.* c) fuerant *pr. m.* 2. d) *ita pr. m.* 1; vincolato quidam 2; vinculati et catenati quidam *Alc.* e) rumpunturũ cola pr. 2. f) consistens 1. g) *ita* 1. 2 *(pr. m.)*.

Cap. 13. a) *ab* Aliam eius v. *incipit* 3. b) et(iã? *eras.*) ipsa *m. al. corr.* et ipsam 1, *et sic* 2; c. quam et in l. 3. c) Vades 2. d) maligni 2; magna *Alc.* e) *ita* 1 *(pr. m.)*. 2; que 3. f) *m. al. corr.* terram 1, *et sic* 2. 3. g) tangit 3. h) reliquit 2; relinquit 3. i) *ita* 1 *(pr. m.)*. 2; et ipsam plagam 3. k) *ita* 1. 2 *(pr. m.)*. 3. l) panicola 2; panucolam 3. m) lacerna 2. n) cum civitates 3. o) *ita* 1; regiones 3; religionis 2. p) *ita pr. m.* 1; regnacula 2; regna 3. q) dereliquit 1; reliquit 3. r) *om.* 3. s) *ita* 1. 3; *om.* 2; quidam e fratribus sancti Richarii *Alc.* t) *ita* 1. 3; a 2. u) quod — praeparare *om.* 3. v) hiis 2. w) de eo l. 3. x) ad 3. y) loco *pr. m.* 1. z) fugerent 3. a) non evaderent. Frater ergo ille quem supra diximus et multi alii eadem plaga tacti, una 3. b) *ita* 1 *et m. al.* 2; quam *pr. m.* 2. c) *om.* 3. d) *ita* 1. 3; *om.* 2. e) clavi 3. f) (q. pl. t. *om.*) cocti 3. g) et — petierunt *om.* 3. h) penitentiam 2. i) merita 3. k) *ita pr. m.* 2; sancto Richarii *pr. m.* 1; *m. al. corr.* sancti Richarii 1. 2; sancti eius omnes sanati sunt, *om.* Quod — memini 3. l) peribit *pr. m.* 2.

Cap. 14. a) ante ascribere 2. b) *ita* 1; de 2. c) *ita* 1 *et pr. m.* 2; *m. al. corr.* postea 2. d) que *add.* 3. e) conpo sito *pagina exeunte, sed nova ineunte* conpositus 1; iam *add.* 3. f) tugurio 2. 3. g) suus 3; subito *Alc.* h) manipula 2. 3. i) *ita* 1; oppressus *Alc.* k) talem 3. l) cum e. f. *om.* 3. m) Narrabat enim in hunc 3. n) *ita* 1. 3; quam 2. o) *ita etiam* 3 *d (v. supra p.* 438, 30*)*. p) *om.* 3. q) p. v. *om.* 3.

1) Sancte Richari, solve nos *supplevit Alcuinus c.* 16. 2) *I. e. vexatos.* 3) *Nobis* 'plage'. 4) *Tumor mammosus circa inguina praecipue nascens.* 5) *Alcuinus* c. 17*:* clave eius decoctus. *Quomodo hanc coquendi artem exercuerint, omnino latet.* 6) Discipulus *Alcuinus c.* 14. 7) Aulam splendidissimam *Alcuinus l. c.*

de[a] gemmis exornata, lucentia[b, 1] ut sole, et ipso servo Dei[2] in eadem habitantem et cf. Apoc. 1, 16. loquentem ei: 'Frater Sigobarde[c], mala[d] mansione habuimus de fumo[e]; vel[f] in ista modo domo non nos[a] nocet fumus'. Ecce! qui habuit pro Deo obscuritatem, praeparavit illi Deus claritatem[g] et[h] pro fumosa[i] mansione clarissima[k] retributione, ubi *iusti* Matth. 13, 43. *fulgebunt sicut sol in regno patris eorum*[l].

Cap. 14. 1. 2. 3.

Cap. 14. a) *om.* 3. b) lucentiore sole, *om.* et — in eadem 3. c) *m. al. corr.* Sigoberte 1. d) *m. al. corr.* malam mansionem 1, *et sic* 3; male mansionem 2; qualem mansionem *Alc.* e) fune 2. f) vel in ista *et* domo *om.* 3. g) caritatem 2. h) *ita* 1. 3; ut 2. i) fummos amansione *m. al. corr.* fumosā mansionē 1. k) *m. al. corr.* clarissimam retributionem 1, *et sic* 3. l) cui est potestas et gloria in secula seculorum. Amen *add.* 3; Explicit *add.* 1, *insequente V. Severini (v. supra p.* 224, *l.* 46*).*

1) *Pro 'lucente' more auctorum saec. VIII.; cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 34*; supra p.* 443. *Alcuinus c.* 14*:* solis luce clariorem. 2) Praeclaro et hilaro vultu vidit *add. Alcuinus l. c.*

LIBELLUS DE ECCLESIIS CLAROMONTANIS.

Gregorius episcopus Turonensis, rerum scriptor clarissimus, ecclesiarum monasteriorumque civitatis Arvernensis et in universum mentionem fecit[1], *sanctos quoque commemorans, quorum basilicae muros urbis ambirent*[2], *et ecclesiarum singularum nomina plura attulit*[3]. *Quibuscum mentionibus libellum conferre licet, qui, totus ecclesiis civitatis illius dicatus, nomina continet et ipsarum ecclesiarum et altarium in singulis constitutorum sanctorumque, quorum corpora ibidem requiescebant. Libellus ab auctore sine dubio Claromontano non post saeculum XI. compositus est, quo codex qui extat unicus lucem aspexit*[4], *neque ante IX, cum civitas Arvernensis in praescriptione nomine Claromontis vocata sit, quod saeculo VIII. ad arcem civitatis spectabat*[5], *inde a IX. ad universam civitatem relatum*[6]. *Cum autem inter altaria ecclesiae maioris nomen sancti Laurentii non occurrat, qui in nonnullis chartis saeculi X. medii inter patronos aedis illius commemoratus est*[7], *auctor ante illud tempus scripsisse et saeculo IX. aut parti priori X. attri-*

1) *Hist. X*, 7: In supradicta vero urbe *(Arvernensi)* Childeberthus rex omnem tributum tam ecclesiis quam monasteriis — — concessit. 2) *Vita patrum c.* 4, 2*:* de sanctis, quorum basilicae muros illius urbis ambiunt. 3) *Cf. SS. R. Merov. I*, 886, *s. v.* Arvernus. 4) *Unde rationes nonnullas a Savarone in praefatione editionis allatas spernere licet, quibus libellum ante finem saeculi XI. compositum esse demonstravit, inprimis monens, ecclesiae S. Symphoriani nondum nomen S. Genesii fuisse, quod ei c. a.* 1090. *erat (cf. infra c.* 25*), neque in libello ecclesiam S. Nicolai enumerari a.* 1093. *ab Anselmo Olbiensi conditam (cf. A. Tardieu, 'Histoire de Clermont-Ferrand' I*, 330 *sq.; Cohendy in inventario infra n.* 7. *laudato p.* 416*).* 5) *Contin. Fredegarii c.* 42 *(a.* 761*):* urbem Arvernam — Claremonte castro, *c.* 46*:* castro Claremonte; *Formulae Arvernenses* 1 *(ed. Zeumer p.* 28*):* castro Claremunte *(paulo post a.* 761*; cf. Zeumer, 'N. Arch.' XI*, 334 *sqq.).* 6) *Lupi Ferrar. epist.* 28 *(MG. Epist. VI*, 33*):* apud Clarummontem — Lemovicis — Ecolesinae *(a.* 840*); Nithardi Hist. I*, 8*:* per Cavillonem Clarummontem — — petit; *dipl. Caroli regis a.* 848 *(Bouquet VIII*, 495*; cf. F. Lot et L. Halphen, 'Le règne de Charles le Chauve' I, 'Bibl. de l'École des hautes études'* 175, 1909, *p.* 196, *n.* 2*):* civitate Claromonte; *charta Adalardi episc. Arvern. a.* 906 *(H. Doniol, 'Cartulaire de Brioude'*, 1863, *p.* 335, *n.* 330*):* apud Claromontem civitatem. 7) *M. Cohendy, 'Inventaire de toutes les chartes, antérieures au XIII*e *siècle, qui se trouvent dans les différents fonds d'Archives du Dépôt de la Préfecture du Puy-de-Dôme' ('Annales scientifiques, littéraires et industrielles de l'Auvergne' XXVII, Claromonte* 1854, *p.* 353—459*), p.* 359. 361 *(cf. Tardieu l. l. I*, 217*; Savaro ad c.* 3. *libelli nostri; Gallia christiana II*, 257*). Congruit, quod Savaro e mentione ecclesiae S. Illidii (c.* 11*) conclusit, libellum compositum esse, 'priusquam Arnaldus* 43. *episcopus et Raimundus comes Clarom.* 28. *ecclesiam a Normannis a. C.* 916. *eversam restaurasset in monasterium ordinis S. Benedicti circiter an.* 958 *(rectius a.* 937. *Mabillonius, Annales III*, 436*; cf. E. Sackur, 'Die Cluniacenser'*

buendus esse videtur[1]. *Accuratius aetatem eius circumscribere non licet; neque enim sancti Bonito episcopo Arvernensi († post a.* 705)[2] *et Pardulfo abbate Waractensi (†* 737)[3] *posteriores in libello commemorantur, cum nomen Sigonis episcopi (c. a.* 865*), quod Savaro in codice S. Mariae Portuensis Claromontano deperdito invenerat (c.* 2*), ita ut libellus non ante saeculum IX. extremum conscriptus esse videretur*[4], *in codice Illidiano iam unico extante desideretur eoque magis in altero libro postea insertum esse credendum sit, quod Sigo pro restauratore ipsius ecclesiae S. Mariae, cuius hic codex erat, a posteris celebratus est*[5]. *Unde aetas auctoris accuratior in medio relinquenda est*[6].

Auctor ab ecclesia maiore incipiens ecclesias et intra moenia et extra in circuitu sitas, possessorum ratione habita, ita enumeravit, ut prius ecclesias episcopales afferret (c. 1—34*), deinde eas quae ad comites vassosque dominicos aevo ipsius pertinebant (c.* 35—54*), inter priores ecclesias nonnullas ex parte saltem in monasteriis sitas (c.* 26—34*) a reliquis (c.* 1—25*) secernens. Quae numerum haud exiguum* 54 *ecclesiarum*[7] *et* 112 *altarium efficiunt, e quibus parti priori (c.* 1—25*) fortasse nomina quinque altarium postea illata sunt, cum altaria enumerata numeros ab ipso auctore post c.* 25. *et* 34. *computatos quinione transgrediantur. In ecclesiis afferendis aliquatenus locorum rationem habuisse videtur, cum c.* 4—11. *ad partem civitatis septentrionalem (circa S. Illidium), c.* 22—25. *ad meridionalem spectent, atque consilium auctoris tale fortasse magis appareret, nisi situs ecclesiarum nonnullarum omnino ignoti, aliarum plus minus incerti essent. Sanctos commemorans in singulis ecclesiis quiescentes, non nisi de integris corporibus cogitasse videtur neque de reliquiis minoribus*[8].

Libellum iam unus servavit

1*) codex Claromontanus n.* 147 *(*83—*A* 8*)*[9], *saec. XI, olim S. Illidii Claromontani, fol.* 149′—150′, *cum*

I, 1892, *p.* 85*) et Paschalis II. de more consecrasset VI. Kalend. Iulii an. Dom.* 1106' *(potius a.* 1107*; cf. Jaffé, Reg. pont. Rom. I*², *p.* 732*); quae partim pendere videntur e narratione, quam 'ex veteri tabula monasterii S. Illidii' excerpsit Chr. Justel, 'Histoire genealog. de la maison d'Auvergne'*, 1645, *'preuves' p.* 18. *Nescio an ecclesia S. Victoris inter ecclesias comitum vassorumque dominicorum neque inter episcopales enumerata (c.* 41*) aevi sit anno* 905. *anterioris; cf. p.* 466, *n. 1.*

1) *Tamen fortasse opponi potest altare principale ecclesiae maioris conditum 'in honore sancte Marie et sancti Agricole et Vitalis' (c.* 1*), cum in chartis Maria virgo inter patronos ecclesiae demum inde a saeculo X. medio afferatur (cf. Cohendy l. l. p.* 359. 361. 364. 371. 372. 374. 380 *etc.) atque antea soli Agricola et Vitalis nominentur. Cum autem instrumenta vetustiora perrara sint (a.* 888/98, 905, 906; *cf. Cohendy p.* 355 *sq.; infra p.* 456, *n. 3), nescio an hoc argumentum e silentio petitum in tanta penuria testium exigui momenti sit.* 2) *Libellus c.* 4. 24. 32. 37. 41. 3) *Ib. c.* 24. 36. 41. 42. 4) *Ita De Smedt, AA. SS. Nov. I,* 350. 5) *Cf. p.* 457, *n.* 6. 6) *Cum mentione Cassii martyris in ecclesia ipsius nomine vocata quiescentis (c.* 9*) vix comparanda est charta Pippini regis Aquitanici a.* 833. *coenobio Magnilocensi (hodie Manglieu, dép. Puy-de-Dôme, arr. Clermont, cant. Vic-le-Comte) concessa:* quo sanctus Cassius Christi confessor corpore requiescit *(Bouquet VI,* 671; *cf. Giard, 'Bibliothèque de l'École des Chartes' LXII,* 1901, *p.* 518*); nam quin de eodem sancto agatur, admodum dubito, cum in libello sine dubio martyris mentio fiat iam a Gregorio celebrati, at in diplomate nomen confessoris sancto inditum sit.* 7) *E quibus sine dubio multa oratoria parva fuerunt, id quod vel e numero altarium concludere licet.* 8) *Auctor voces* in corpore (re)quiescere *c.* 4. 8. 10. 11. 12. 15. *adhibuit; cf. c.* 13. 29: et alia sanctorum corpora. *In solis Bricio (c.* 3*), Gallo (c.* 11*), Tecla (c.* 36*) de reliquiis minoribus agi conici potest; sed potius de corporibus sanctorum ignotorum auctor cogitasse videtur, qui etiam aliorum sanctorum mentionem fecit, de quibus nihil constat, scil. Avoli (c.* 11*), Clarae (c.* 10*), Evonii (c.* 49*), Garii (c.* 2*), Leogontii (c.* 52*), Leogontiae (c.* 9*), Leopardi (c.* 48*), Linguini (c.* 10*), Pecocii (c.* 15*), Sacrae (c.* 43*), Silvini (c.* 14*), Suporinae (c.* 29*), Verae (c.* 29*).* 9) *Codicem descripsit B. Krusch, 'N. Arch.' XVIII,* 572 *sq.*

2) codex **Claromontanus** *ecclesiae S. Mariae Portuensis una cum 1 a Savarone adhibitus hodie lateat. Codicem 1 contulit B. Krusch v. c.*

Libellum proprio fasciculo comprehensum

S) Iohannes Savaro, De sanctis, ecclesiis et monasteriis Claromontii, Parisiis 1608, *formae minoris, pag.* 64, *publici iuris fecit, adhibitis 'mss. S. Illidii et S. Mariae Portuensis', quorum lectiones peculiares non commemoravit nisi semel (c. 2); unde, ubicumque a libro 1 discedit, utrum alterum codicem secutus an textum emendaturus hic illic proprias vias ingressus sit, minus constat, quas tamen lectiones eius varias universas in apparatum recepi, exceptis orthographicis. Textum amplissimis notis illustravit, quas una cum libello iteravit*

Philippus Labbe, Novae bibliothecae manuscript. librorum tomus II, Parisiis 1657, *p.* 707—727. *Iterum editio Savaronis recusa est in secunda editione alterius operis ab ipso compositi:*

'Les origines de la ville de Clairmont par feu Monsieur le President Savaron, augmentees des remarques, nottes et recherches curieuses — — par Pierre Durand', Parisiis 1662, *p.* 341—365.

Ad libellum illustrandum praeter notas Savaronis inprimis hi libri mihi usui fuerunt, ad quos haud semel revocandum erat: Ambrosius Tardieu, 'Histoire de la ville de Clermont-Ferrand I. II, Moulins' 1871—72 *(potissimum vol. I,* 215 *sqq.)*[1]*; Augustus Longnon, 'Géographie de la Gaule au VI[e] siècle', Parisiis* 1878, *p.* 480 *sqq.; Alexander Bruel, 'Pouillés des diocèses de Clermont et de Saint-Flour' ('Collection de documents inédits sur l'histoire de France, Mélanges historiques' IV, Parisiis* 1882, *p.* 1—300*; cf. inprimis p.* 177 *sqq.); S. M. Mosnier, 'Les saints d'Auvergne' I. II, Parisiis (*1900*), passim; G. Desdevises du Dézert et L. Bréhier, 'Clermont-Ferrand, Royat et le Puy-de-Dôme' ('Les Villes d'Art célèbres'), Parisiis* 1910*; H. Leclercq, 'Clermont' ('Dictionnaire d'archéologie chrétienne' III, fasc.* 30, 1913, *col.* 1905—1942*). E quibus recentiores plura ex operibus Ambrosii Tardieu hauserunt, quemadmodum etiam mihi ipsi saepissime in eodem auctore acquiescendum erat, quamquam artis criticae minus peritus haud semel res incertas congessisse videtur, id quod accuratius indagare mihi non licebat, cum opuscula minora ad res Claromontana spectantia in universum non praesto essent.*

W. Levison.

DE ECCLESIIS VEL[a] ALTARIA, QUE IN CLARMONTE[b] CONSISTUNT.

(1)[c]. Inprimis domum[d] matris[2] ecclesie; est altare in[e] honore sancte Marie et sancti[f] Agricole et Vitalis[3] et altare sancte Crucis[4], altare sancti Gervasii, altare sancti Iohannis Baptiste, altare sancti Iuliani martyris[5] et altare sancti angeli[6].

Cap. 1. 1. *S.*

Cap. 1. a) et *S.* b) Claromonte *S.* c) *numeri desunt* 1. d) in domo *S.* e) in h. *om. S.* f) sanctorum *S.*

1) *Res Claromontanas multo brevius idem auctor descripsit in altero opere: 'Grand dictionnaire historique du département du Puy-de-Dôme, Moulins'* 1877, *p.* 128—144. 2) *Id est maioris, cathedralis, quae media in civitate sita erat; cf. e. gr. formul. Arvern.* 3 *(ed. Zeumer p.* 30*):* Arvernis civitatis **domum matris aecclesie** sancto illo, ubi Christi nomen ille episcopus pontifex tunc tempore preesse dignoscatur. *Ecclesiam a Namatio episcopo medio fere saeculo V. constructam descripsit Gregorius Turon., Hist. II,* 16*; de aedificiis postea substitutis cf. Tardieu, 'Histoire' I,* 216 *sqq.; E. Roux, 'Épitaphes et inscriptions des principales églises de Clermont-Ferrand' ('Mémoires de l'Académie de Clermont-Ferrand', 2. series XVII),* 1904, *p.* 4 *sqq.; Desdevises l. l. p.* 22. 43 *sqq.* 3) *Martyrum Bononiensium, quorum reliquias Namatius episcopus Arvernos transferendas curavit (cf. Gregorii Hist. II,* 16*; Gl. mart. c.* 43*); alias reliquias eorundem Haddebertus episcopus Arvernensis (c. a.* 786*) iussu Caroli M. Bo-*

(2). In ecclesia sancte Marie Principalis[1] primum altare sancte Marie, altare sancti Iuliani, altare sancti Privati[2], altare sancti Sulpicii[3]; ubi sanctus Avitus[4] et sanctus Garius[*,5] requiescunt[a].

*) et sanctus Sigo[6] *addebat codex S. Mariae Portuensis deperditus, teste Savarone (haec desunt 1 versu exeunte).*

Cap. 2. 1. *S.*

Cap. 2. a) requ. *post* ubi *habet S.*

noniae accepit (cf. inscriptiones capsarum: Gallia christiana II, 254*; Lancelot, 'Recherches sur Gergovia', 'Mémoires de littérature tirés des registres de l'Académie royale des inscriptions et belles lettres' VI,* 1729, *p.* 667 *sq.; Tardieu, 'Histoire' I,* 240*; Levillain, 'Le Moyen Age' XVII.* 1904, *p.* 306, *n.* 3*). Qui martyres una cum Maria potissimum locum inter patronos ecclesiae obtinebant; cf. e. gr. chartam Adalardi episcopi Arvernensis a.* 906 *(Bouquet IX,* 86*; H. Doniol, 'Cartulaire de Brioude',* 1863, *p.* 333, *n.* 330*):* in gremio matris ecclesiae in honorem beatorum martyrum Agricole et Vitalis nobiliter fundatae; *deinde* Breve de thesaurum et de omni ornamento sanctae Mariae et beatorum martyrum Agricole et Vitalis Claromontis sedis *(saec. X. ex., ed. Douet-d'Arcq, 'Revue archéologique' X,* 1, 1853, *p.* 172 *sqq.; Tardieu l. l. II,* 316*); Helgaudi V. Roberti regis c.* 24 *(Bouquet X,* 110*; L. Auvray, 'Mélanges d'archéologie et d'histoire' VII,* 1887, *p.* 468*):* in similitudinem monasterii sancte Marie matris Domini et sanctorum Agricole et Vitalis in Claromonte constituti, *atque iam Martyrologio Hieronymiano ad diem* 14. *Maii haec illata sunt (AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [*60*]):* Arvernus dedicatio ecclesiae sanctae Agreculae *(cf. d.* 10. *Dec., p. [*151*]). Cf. supra p.* 455, *n.* 1. 4) *Aedificium totum 'in modum crucis' constructum erat, teste Gregorio (Hist. II,* 16*).* 5) *Brivatensis.* 6) *'Quod ex ruinis ecclesiae veteris superstat adhuc, id est sancti Michaelis, a quo vetus ecclesia titulum sortita est', monente Savarone; at carmen de Bonito quod affert (AA. SS. Ian. I,* 1077*; Haupt, 'Zeitschrift für Deutsches Altertum' III,* 1843, *p.* 300*; cf. Krusch, SS. R. Merov. VI,* 117*):* Sanctitatis dans exemplum Michaelis petit templum, *omnino fabulosum est.*

1) *Postea ecclesia S. Mariae de Portu, Portuensis ('Notre-Dame du Port') in parte orientali civitatis sita, quae adhuc superest; cf. Tardieu I,* 278 *sqq.; Desdevises l. l. p.* 22 *sqq. F. Witting, 'Kirchenbauten der Auvergne' ('Zur Kunstgeschichte des Auslandes' XXVIII),* 1904, *p.* 9 *sqq. ecclesiam maiorem cum Portuensi confudit. Ecclesiam Avitus episcopus Gregorii Turon. aequalis (cf. infra n.* 4*) construxisse fertur (cf. n.* 6*), teste Vita Aviti recentiore (cod. Claromont. n.* 149, *saec. XIII, fol.* 91*), quam laudat Mosnier l. l. II,* 251*:* Sanctissimus iterum Avitus post aedificationem Tiernensis ecclesiae *(cf. Gregor. Gl. mart. c.* 66*)* in urbe Arverna in locum, qui ab antiquis Portus vocabatur, in honore sanctae Dei genitricis et virginis Mariae ecclesiam eleganter construxit, quam et multis sanctorum reliquiis diligenter adornavit et magnis terrarum honoribus affluenter ditavit. Canonicos etiam illic ad serviendum Domino disposuit atque praedictam basilicam Principalem appellari placuit. *At, monente Savarone, 'haec ecclesia non Principalis, at ecclesia S. Mariae Principalis appellari videtur'; cf. chartam Stephani II. episcopi a.* 959 *(Baluze, 'Histoire de la maison d'Auvergne' II,* 1708, *p.* 38*; Tardieu II,* 316*):* abbatiam sanctae Mariae quae dicitur Principalis. 2) *Episcopi Gabalitani et martyris Mimatensis, de quo cf. Gregor. Hist. I,* 34 *(cf. ib. X,* 29*; Virt. Iuliani c.* 30*); Duchesne, 'Fastes épiscopaux'* [2] *II,* 124 *sqq.* 3) *Episcopi Biturigi sive prioris (*584—591*) sive posterioris († 646).* 4) *Episcopus a.* 571. *sedi Arvernensi praelatus, cuius Gregorius saepius meminit; cf. n.* 1. *Die* 21. *Ianuarii nomen eius Martyrologio Hieronymiano illatum est (l. l. p. [*11*]).* 5) *De quo nihil compertum est, atque omnino temere de Gairino Leudegarii fratre agi voluerunt; cf. Mosnier II,* 339 *sqq.* 6) *Sigo episcopus Arvernensis a.* 862, *Adone clerico intruso, a Stephano comite deiectus, sed a Nicolao I. papa restitui iussus est (Jaffé, Reg. I* [2], *n.* 2706*; MG. Epist. VI,* 2, *p.* 623*) atque a.* 866. *concilio Suessionensi interfuit (Mansi XV,* 731. 737*). Idem ecclesiam S. Mariae de Portu a Nortmannis a.* 864. *eversam (cf. W. Vogel, 'Die Normannen und*

(3). In ecclesia sancti Laurencii[1] altare sancti Laurencii; ibi requiescit[a] sanctus Gallus[2] et sanctus Bricius[b,3] et alii sancti, quorum nomina Deus scit.

(4). In eclesia sancti Boniti[4] altare sancti Mauricii[5], altare sancti angeli, altare sancti Petri[6] et sancte[a] Marie; ibi requiescit sanctus Bonitus in corpore[7].

(5). In eclesia sancti Christofori[8] altare sancti Christofori, altare sancti Ilarii, altare sancti Martini et sancti[a] Isidori et sancti Saderi[9].

(6). In ecclesia sancti Petri[10] altare sancti Petri.

Capp. 3—6. 1. *S.*

Cap. 3. a) requiescunt *S.* b) Briccius *S.*

Cap. 4. a) sancta Maria *m. rec. corr.* sanctae Mariae 1.

Cap. 5. a) (sancti *om.*) Isidori (et s. S. *om.*) *S.*

das Fränkische Reich' ['Heidelberger Abhandlungen zur Geschichte' XIV], 1906. *p.* 199*) restituit; cf. versus a Savarone aliisque allatos (Tardieu I,* 278*):*

Hoc templum sanctus primo fundavit Avitus,
Inclytus antistes nobilis et genere;
Quod dicavit ovans Christo sanctaeque Mariae,
Censibus et propria nobilitavit ope.
Hoc Normannorum flammis gens ussit acerba,
Bacchans et strages, heu! miseras faciens.
Sed Sigo hanc praesul prisco decoravit honore,
Ut tibi, celsitonans, afforet aula micans.

Sigo die 10. *Februarii obiisse fertur (cf. AA. SS. Febr. II,* 429*; Mosnier I,* 258*; H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge',* 1908, *p.* 229*).*

1) *Ecclesia S. Laurentii, cuius Gregorius Turon. (Vita patrum c.* 6, 7*) et auctor V. Boniti c.* 7 *(SS. R. Merov. VI,* 122*) mentiones fecerunt, parrochialis erat, priusquam a.* 1285. *ecclesiae S. Mariae de Portu, in cuius parte meridiana sita erat, iuncta est, in oratorium conversa, quod hodie sanctis Laurentio et Mauritio dicatum est ('rue Saint-Laurent'). Cf. Tardieu I,* 306 *sq.; Longnon p.* 487. 2) *Gallum episcopum Arvernensem (*525—551*), cuius vitam Gregorius Turon. (Vita patrum c.* 6*; cf. Hist. IV,* 5*; Virt. Iuliani c.* 23*) conscripsit, epitaphium Fortunatus (Carm. IV,* 4*) composuit, episcopi comprovinciales in basilica sancti Laurentii sepelierunt, teste Gregorio (Vita patrum c.* 6, 7*).* 3) *De Brictione vel Bricio episcopo Turonensi, Martini successore, agi non potest, quippe qui Turonis sepultus sit (Gregor. Hist. X,* 31, *p.* 444*), nisi ad reliquias eius Arvernos translatas verba referenda esse Savaro recte coniecit.* 4) *Olim basilica sancti Mauricii, antequam corpus Boniti episcopi ibi depositum est; cf. V. Boniti c.* 33. 34. 41. 42 *(l. l. p.* 135 *sq.* 138 *sq.). Erat ecclesia parrochialis, sita in parte urbis septentrionali in via publica, quae hodie 'rue Sidoine Apollinaire' vocatur; postea S. Ferreoli nomen ecclesiae inditum erat, quae a.* 1653. *seminario clericali maiori concessa et saec. XVIII. ex. vendita est. Cf. Tardieu I,* 303*; Mosnier I,* 117, *n.* 2. 5) *Cf. n.* 4. 6) *Corpus Boniti a Proculo successore altero sepultum est* iuxta beatorum Petri et Pauli atque sancti Andreae altare, quorum reliquias praefatus pontifex ex Urbe iussit deferri *(V. Boniti c.* 42*), a.* 1095. *in ecclesiam cathedralem translatum.* 7) *De formula 'in corpore requiescere' egit M. Prou, 'Académie des inscriptions et belles-lettres, Comptes rendus'* 1910, *p.* 576 *sqq.* 8) *'Ecclesia non procul ab Illidiano coenobio olim dissita et abhinc [a.* 1608*] sexaginta annis et quod excurrit diruta, non ita tamen, quin vestigia quaedam supersint'. Savaro.* 9) *Saderi vel Zaderi martyris Byzantini in Martyrologio Hieronymiano die* 8. *Maii mentio fit (AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [*57*]).* 10) *Basilicae beati Petri Arvernensis — fortasse eiusdem, quam posteri fabulatores ad Austremonium primum episcopum referebant (Vita II. Austremonii c.* 1, 4, *AA. SS. Nov. I,* 55*; Vita III. c.* 1, 6, *ib. p.* 63*) — Gregorius (Hist. IV,* 31, *p.* 168*) meminit; sed an de ecclesia supra commemorata cogitaverit, non constat, cum altera ecclesia S. Petri infra c.* 17, *tertia c.* 20. *enumerentur. E quibus una, quae postea ecclesia parrochialis eademque collegiata erat, a.* 1796. *diruta, forum occupabat, quod ab ecclesia cathedrali ad occi*

(7). In ecclesia sancti Iohannis Baptiste[1] altare sancti Iohannis.

(8). In ecclesia sancti Galli[2] altare sancte Marie; ubi[a] sanctus Gallus[3] et sanctus Urbicus[4] et sanctus Antolianus[5] et sanctus Gerivaldus[6] in[b] corpore quiescunt.

(9). In eclesia sancti Cassii[7] altare sancti Petri, altare sancti Iuliani; ubi sanctus Cassius et sanctus Victorinus[8] et sancta Leogontia[9] et sancta Georgia[10] quiescunt.

(10). In eclesia sancti Venerandi[11] altare sancti Iuliani et sancte Basilisse Antiocensis[a. 12], altare sancti Quintini et sancti Dionisi[b], altare sancte Marie; ubi sanctus Venerandus[13]

Capp. 7—10. 1. *S.*

Cap. 8. a) requiescunt *add. S.* b) in c. qu. *om. S.*

Cap. 10. a) Antiochenae *S.* b) Dionysii *S.*

dentem fere situm 'place Saint-Pierre' vocatur, altera inter S. Illidium et S. Cassium sita erat; de tertia v. infra c. 20. *Cf. Tardieu I,* 313. 325. 692; *Longnon p.* 487 *sq.*

1) *'Distabat a monasterio S. Illidii viginti passus versus meridiem intra hortos Illidiani coenobii', Savarone teste; eadem ecclesia saec. XIII. ex. coenobio monialium S. Clarae concessa est. Cf. Tardieu I,* 326. 396 *sq.* 2) *De situ ecclesiae S. Galli nihil traditum est, sed fortasse eundem locum occupabat atque basilica S. Antoliani (cf. n. 5) saec. VI. et constructa et dilapsa (cf. Gregorii Gl. mart. c.* 64; *Longnon p.* 484*), cuius area a.* 1306. *coenobio S. Clarae in parte meridiana ecclesiae S. Stephani (infra c.* 13*) sito concessa esse dicitur (cf. Tardieu I,* 328. 397; *Mosnier I,* 210*). Alii de Chantoin loco cogitaverunt; cf. n.* 4. 3) *Gallus II. episcopus Arvernensis, cuius litterae Desiderio pontifici Cadurco (*630—650*) inscriptae adhuc extant (Desiderii epist. II,* 20, *MG. Epist. III,* 214; *cf. V. Desiderii c.* 25*), cum Angleberto episcopo Remensi de praediis quibusdam coram rege causam egit (Flodoardi Hist. Rem. II,* 6, *SS. XIII,* 455*). Cf. De Smedt, AA. SS. Nov. I,* 349 *sqq.* 4) *Episcopus Arvernensis secundus, cuius Gregorius, Hist. I,* 44, *meminit, quo teste* in cripta Cantabennensi *(cf. infra c.* 26*)* iuxta aggerem publicum est sepultus, *ita ut postea aut eum translatum aut ecclesiam S. Galli in hoc ipso loco constructam esse statuendum sit.* 5) *Antoliani martyris Arvernensis Gregorius (Hist. I,* 33; *Gl. mart. c.* 64*) mentionem fecit (cf. V. Praeiecti c.* 9. 17*). Corpus eius aeque atque Urbici postea in ecclesiam S. Illidii (cf. c.* 11*) translatum est.* 6) *Garivaldus episcopus, Praeiecti praedecessor, sede Arvernensi per* 40 *dies fruitus est; cf. V. Praeiecti c.* 13 *(SS. R. Merov. V,* 232 *sq.).* 7) *Eius Gregorius, Hist. IV,* 12, *meminit:* Erat enim ad basilicam sancti Cassii martyris cripta antiquissima abditissimaque, ubi erat sepulcrum magnum ex marmore Phario, *cet. Erat ecclesia parrochialis prope monasterium S. Illidii extra terminos urbis antiquae sita, quae inde a saeculo XV. ex. ecclesia S. Georgiae vocata est (cf. n.* 10*), a.* 1791. *aliis usibus tradita, cum nomen coemeterii adiacentis 'la place du cimetière Sainte-George' servaverit. Cf. Tardieu I,* 298 *sqq.; Longnon p.* 485; *Mosnier I,* 292, *n.* 4. 8) *De quibus martyribus cf. Gregorii Hist. I,* 33; *V. Praeiecti c.* 9. *et* 17 *(l. l. p.* 230. 236*). Coluntur die* 15. *Maii.* 9) *De qua nihil traditum est.* 10) *De Georgia virgine ruris Arvernici egit Gregorius, Gl. confess. c.* 33, *idem* basilicam oppidi, *qua sepulta erat, commemoravit. Etiam saec. XVIII. arca eius lapidea in ecclesia S. Cassii extabat, titulum sepulchralem in opertorio exhibens (Le Blant, 'Inscriptions chrétiennes de la Gaule' II, n.* 560; *C. I. L. XIII,* 1, *n.* 1491; *Leclercq l. l. col.* 1940; *Mosnier I,* 289; *E. Roux l. l. p.* 104; *supra SS. R. Merov. I,* 768, *n.* 4*). Memoria eius die* 15. *Februarii celebratur; cf. Mosnier I,* 293. 11) *De* basilica sancti Venerandi, quae sancti Illidii est proxima, *Gregorius, Gl. confess. c.* 34—36, *egit; quae in hortis Illidiani monasterii inter ipsum et ecclesiam S. Cassii (cf. c.* 9*) sita, a.* 1792. *publicis rationibus vendita est, sed adhuc reliquiae ecclesiolae vetustissimae supersunt. Cf. Tardieu I,* 329; *Longnon p.* 489; *E. Le Blant, 'Les sarcophages chrétiens de la Gaule',* 1886, *p.* 60 *sqq.; Leclercq col.* 1924 *sqq.; Desdevises p.* 13 *sq.* 12) *Martyrum, qui inprimis die* 9. *Ianuarii coluntur; cf. AA. SS. Ian. I,* 570 *sqq.* 13) *Episcopus Arvernensis saec. V. in., cuius Gregorius, Hist. II,* 13, *meminit; cf. Krusch, SS. R. Merov. I,* 770, *n.* 3. *Cf. Gregorii Gl. confess. c.* 36*:* Est ibi et sepulchrum ipsius sancti Venerandi episcopi, a quo haec aedes nomen accepit, sub analogio conpositum, *cet.*

et sanctus Linguinus[1] et sanctus Nepocianus[2] et sanctus Avitus[3] et sancta Clara[4] et alii VI milia ducenti[a] in corpore quiescunt, corum[b] nomina Deus scit[5].

(11). In eclesia sancti Illidii[6] altare sancti Clementis[7], altare sancte Marie[8], altare[a] sancti Michaelis; ubi sanctus Illidius[9] et sanctus Desideratus[10] et sanctus Gallus[11] et sanctus Avolus[12] et sanctus Iustus[13] et sanctus Iniuriosus[14] et sancta Scolastica in corpore quiescunt.

Capp. 10. 11. 1. *S.*

Cap. 10. a) ducentorum *S.* b) *ita* 1.

Cap. 11. a) alt. s. Mich. *om. S.*

1) *Quem eundem esse atque Liminium martyrem in ecclesia S. Venerandi sepultum (Gregorii Gl. confess.* c. 35; *cf. Hist. I,* 33*), haesitans Savaro coniecit.* 2) *Episcopus Arvernensis, qui paulo ante a.* 385. *Illidio successisse videtur; cf. Gregorii Hist. I,* 45. 46. *et Gl. confess.* c. 36, *ubi sepulchri mentio fit.* 3) *Avitus II. episcopus Arvernensis, qui a.* 676–690. *inter Praeiectum et Bonitum ipsius fratrem sedit (V. Praeiecti* c. 32. 34, *l. l. p.* 244; *V. Boniti c.* 4, *l. l. p.* 121*). Die* 19. *Februarii colebatur.* 4) *De qua nihil constat.* 5) *De multis sepulchris in ecclesia S. Venerandi extantibus cf. Gregorii Gl. confess. c.* 34. 35, *ubi haec in calce leguntur:* Sunt enim ibi — — inlustrium meritorum viri, quorum nomina ignota incolis, scripta tamen, ut credimus, retenentur in caelis. *Martyrologia Claromontensia, quae saec. XI. non superant, martyrum numerum fabulosum aut eundem* 6200 *afferunt aut* 6266 *aut* 6666 *(cf. Mosnier I,* 136; *Quentin p.* 229*); quem Mosnier inde pendere coniecit, quod* l e g i o n e m *sanctorum una cum Cassio, Victorino, Anatoliano passam esse credebant (V. Praeiecti c.* 17, *p.* 236*), exemplo fortasse martyrum Acaunensium ducti, quorum legioni numerum* 6600 *Eucherius attribuerat (Passio Acaun. mart. c.* 3, *SS. R. Merov. III,* 33*). — Sancti ignoti,* quorum nomina Deus scit, *etiam supra c.* 3. *commemorantur, eademque verba inscriptionibus duabus ecclesiae Illidianae illata sunt, quarum altera aevi recentioris erat (Ruinart, Gregorii Turon. Opera col.* 1401; *Le Blant, 'Inscr.' II, n.* 563, *'Sarcophages' p.* 66, *n.* 80; *Tardieu I,* 320; *Mosnier I,* 141*).* 6) *Basilicae S. Illidii Gregorius in Vita patrum c.* 2 *(§* 2. 4*) et Gl. confess. c.* 34. 35. *mentionem fecit, cum versus Bernowini qui dicuntur errore a Mabillonio aliisque ad hanc relati sint (cf. Dümmler, MG. Poetae I,* 395*). Ecclesia (vulgo 'Saint-Allyre'), cui monasterium amplum accesserat, extra urbem in septentrione sita a.* 1796. *destructa est; cf. Tardieu I,* 318 *sqq.; Longnon p.* 487; *E. Roux l. l. p.* 78. 7) *Papae Romani, cuius reliquias Illidium attulisse et in oratorio deposuisse auctores posteriores volebant (Savaro ad hunc locum; Mosnier I,* 548 *sq.).* 8) *Posteriores volebant, in hoc loco ecclesiam primo S. Mariae ab Austremonio dicatam esse, quae, S. Maria inter Sanctos vocata, postea capella e clesiae Illidianae facta esset; deinde oratorium S. Clementis ab Illidio additum esse, dum ipsius ibidem sepulti nomen basilicae inditum esset (cf. AA. SS. Iunii I,* 428. 430; *Gallia christiana II,* 323*).* 9) *Episcopus Arvernensis quartus (†* 384/5*), die* 5. *Iunii cultus; de quo in hac ecclesia sepulto cf. Gregorii Hist. I,* 45; *Vita patrum c.* 2. *Cf. AA. SS. Iunii I,* 423 *sqq.* 10) *Post Avitum Gregorii aequalem Desideratus sedi Arvernensi praefuisse dicitur, teste Vita Aviti (Mosnier I,* 260, *n.* 3; *cf. supra p.* 457, *n.* 1*). Depositionem eius kalendaria Claromontensia diei* 11. *Februarii adscribunt (cf. Mosnier I,* 261; *Quentin l. l. p.* 229*).* 11) *Cum Galli duo iam c.* 3. 8. *commemorati sint neque alius sanctus eius nominis Arvernensis notus sit nisi episcopi duo, Gallus tertius quis sit ignoratur; neque enim ad partem reliquiarum verba haec referenda esse videntur. Cf. De Smedt, AA. SS. Nov. I,* 351. 12) *De quo nihil constat; recentiores eum Desiderato (cf. n.* 10*) in sede Arvernensi successisse voluerunt (cf. Duchesne l. l.* ²*II,* 36, *n.* 5; *Mosnier II,* 560*).* 13) *Archidiaconus Illidii, in cuius basilica eum sepultum esse Gregorius testatus est (Hist. I,* 45; *Vita patrum c.* 2, 4*); colitur die* 21. *Octobris. Saec. XVII. et XVIII. in coenobio Illidiano inscriptio legebatur (Savaro ad hunc locum; Ruinart l. l. col.* 1401; *Tardieu I,* 320. *II,* 336, *tab.; Le Blant, 'Sarcophages' p.* 65, *n.* 79*):* Ibi requiescit sanctus Iustus Arvernice urbis episcopus, *quae potius aevo sequiori attribuenda est; nam alter Iustus, quem post Avolum sedi Claromontensi praefuisse volunt (cf. Duchesne II,* 36, *n.* 5; *Mosnier II,* 560*), in ecclesia S. Ciryci requiescebat neque Illidii (v. infra c.* 14*).* 14) *Iniuriosum e senatoribus Arvernensibus saec. IV. ex.*

(12). In ecclesia sancti Ilarii[1] altare sancti Ilarii; ubi sanctus Amabilis[2] in corpore quiescit.

(13). In eclesia sancti Stephani[3] altare sancti Stephani; ubi sanctus Namacius[4] et sanctus Quincianus[5] et sanctus Aprunculus[6] et sanctus Felix[7] et alia sanctorum corpora, quorum nomina nescimus, requiescunt[a].

(14). In eclesia sancti Cirici[8] altare sancti Cirici[9]; ubi sanctus Abraam[10] et sanctus Iustus[11] et sanctus Silvinus[12] requiescunt.

Capp. 12—14. 1. *S.*

Cap. 13. a) quiescunt *S.*

et uxorem, quacum, castitate per matrimonium servata, 'in una basilica' sepultus est, duos amantes vocabant; cf. Gregorii Hist. I, 47; *Gl. confess. c.* 31. *Scholasticam uxorem fuisse coniecerunt, cuius nomen Gregorius non attulit.*

1) *Postea ut videtur ecclesia S. Mariae Magdalenae de Croso in suburbio Claromontensi occidentali sita et c. a.* 1750. *destructa, siquidem sepulchrum sancti Amabilis (v. n.* 2*) aevo Ruinarti (l. l. col.* 921*) in eadem ecclesia ostendebatur, quae ad ecclesiam S. Amabilis Ricomagensem pertinebat corpus sancti iam sibi vindicantem (v. n.* 2*). Cf. supra SS. rer. Merov. I,* 767, *n.* 5; *Tardieu I,* 316 *sqq.; Longnon p.* 482 *sq.* 2) Vici Ricomagensis presbyter, *ante a.* 485. *defunctus, cuius memoriam Gregorius, Gl. confess. c.* 32, *celebravit; reliqua quae de eo narrantur (cf. AA. SS. Iunii II,* 465 *sqq.; Mosnier II,* 444 *sqq.; Analecta Bolland. XXVII,* 464 *sq.), fabulosa sunt. Corpus eius postea Ricomagi (hodie Riom, dép. Puy-de-Dôme) colebatur, ita ut post aetatem libelli nostri eo translatum esse videatur, ubi dies* 19. *Octobris et* 11. *Iunii ei dicati sunt; Kalendis Novembribus obiisse dicitur.* 3) *Basilica S. Stephani ab uxore Namatii episcopi constructa, cuius Gregorius bis meminit (cf. n.* 4. 5*), in suburbano inter occidentem et septentriones sita erat, a basilica S. Illidii ad meridiem versus haud adeo remota; inde a saec. XV. saepius nomine S. Eutropii, postea S. Patrocli vocata est (hodie 'église du Saint-Coeur-de-Marie'). Cf. Tardieu I,* 296; *Longnon p.* 488. 4) *Episcopus Arvernensis saec. V. medii (cf. Gregorii Hist. II,* 16; *Gl. mart. c.* 43*),* cuius coniux basilicam sancti Stephani suburbano murorum aedificavit *(idem, Hist. II,* 17*), eandem, de qua supra agitur. Colitur die* 27. *Octobris.* 5) *Episcopus Rutenensis, postea Arvernensis (*516—525*), qui* sepultus est in basilica sancti Stephani ad levam altaris, *teste Gregorio (Vita patrum c.* 4, 5*), qui in Hist. II,* 36. *III,* 2. 12. 13. *IV,* 5. 35. *et Vita patrum c.* 4. 6, 8. *de eo egit, postea ante a.* 1095. *translatus in ecclesiam SS. Symphoriani et Genesii (de qua cf. infra c.* 25*). Colebatur die* 10. *Novembris (cf. Quentin l. l. p.* 230*).* 6) *Episcopus Lingonensis, deinde post Sidonium Arvernensis (Gregorii Hist. II,* 23. 36. *III,* 2; *Vita patrum c,* 4, 1; *cf. Sidonii epist. IX,* 10; *Ruricii epist II,* 49. 54—57*), in qua sede ei a.* 491. *Euphrasius successit. Colitur die* 14. *Maii.* 7) *Episcopus Arvernensis, cui post Garivaldum* 40 *dierum episcopum (cf. supra c.* 8*) Praeiectus successit (cf. V. Praeiecti c.* 10. 12. 13, *p.* 231 *sq.). Corpus eius saec. XI. Cluniacum translatum est, ubi exceptio eius die* 10. *Octobris celebrabatur; cf. auctarium Usuardi Caudiacense (Martyrologium Usuardi ed. Sollerius p.* 591*).* 8) *Ecclesiae Gregorius meminit (Vita patrum c.* 3*), quo teste Abraham abbas c. a.* 475. ad basilicam sancti Cirici monasterium collocavit, *quod alibi (Hist. II,* 21*) 'monasterium beati Quirici' vocavit,* festivitatem basilicae monasterii *commemorans (ib. c.* 22*). Ecclesia (vulgo 'Saint-Cirgues'), quae a.* 1793. *vendita et a.* 1884. *destructa est, nomine ad viam publicam quandam translato, inter septentriones et occidentem ad forum 'marché Fontgiève' dictum sita erat; cf. Tardieu I,* 302; *Longnon p.* 486; *R. C(régut), 'Plan de l'ancienne église de Saint-Cyrgues-Fontgiève' ('Bulletin historique et scientifique de l'Auvergne, deuxième série'* 1907, *p.* 219 *sq.).* 9) *Cirycus martyr Tarsensis cum Iulitta die* 16. *Iunii colitur.* 10) *Abbas Arvernensis Sidonii coaevus, cuius vitam Gregorius breviter enarravit (Vita patrum c.* 3; *cf. Hist. II,* 21*), epitaphium Sidonius composuit (epist. VII,* 17*).* 11) *Cf. supra p.* 460, *n.* 13. 12) *Ignoratur quis fuerit.*

(15)[a]. In eclesia sancti Martini[1] altare[b] sancti Martini; ubi sanctus Pecocius[c, 2] et sanctus Marcellus[3] in[d] corpore quiescunt.

(16). In eclesia sancti Adiutoris[4] altare sancti Adiutoris[5].

(17). In ecclesia sancti Petri[6] altare sancti Petri, altare sancte Marie, altare sancti Genesii[7].

(18). In ecclesia sancti Desiderati[8] altare sancti Desiderati[a], altare sancti Petri, altare sancti Isidori et sancte Marie.

(19). In ecclesia sancti Vincenti[a, 9] altare sancti Vincenti[a], altare sancti Geronti[b, 10], altare sancti Preiecti.

(20). In ecclesia sancti Petri in Castel[a, 11] altare sancti Petri, altare sancti Fronti[b, 12], altare sancte Marie.

(21). In ecclesia sancti Ilarii[13] altare sancti Ilarii.

(22). In ecclesia sancti Saturnini[14] altare sancti Saturnini; ubi sanctus Amandinus[15] et sanctus Sidonius[16] requiescunt[a].

Capp. 15—22. 1. *S.*

Cap. 15. a) c. 15. *post* c. 16. *positum est S.* b) alt. s. M. *om. S.* c) Pegontius *S.* d) in c. *om. S.*

Cap. 18. a) Des., alt. s. *om. S.*

Cap. 19. a) Vincentii *S.* b) Gerontii *S.*

Cap. 20. a) Castello *S.* b) *ita S;* Fronte 1.

Cap. 22. a) quiescunt *S.*

1) *Ecclesia a.* 1797. *destructa intra hortos coenobii S. Andreae Praemonstratensis paulo ante a.* 1149. *conditi (cf. infra c.* 34*) prope ecclesiam S. Remigii (v. infra c.* 35*) sita erat. Cf. Tardieu I,* 307*; Mosnier I,* 561, *n.* 4. 2) *Ignoratur quis fuerit.* 3) *Papa ut videtur Romanus (*308—309*), cuius reliquiae Arvernis Cluniacum translatae esse feruntur; cf. auctaria Usuardi Cluniacense et Caudiacense die* 5. *Septembris (Martyrologium Usuardi ed. Sollerius p.* 516*; Mosnier I,* 563, *n.* 5*):* [Apud Burgundiam pago Matiscensi] coenobio Cluniaco beati Marcelli papae et martyris gloriosa ab Arvernis exceptio, miraculorum laude populorumque frequentia non mediocriter illustris. 4) Basilicam sancti Adiutoris *auctor V. Praeiecti c.* 11 *(p.* 232*) commemorat. Aevo Savaronis ecclesia parrochialis in suburbio occidentali 'des Gras' dicto sita (vulgo 'Saint-Adiudou'), a.* 1793. *vendita est (cf. Tardieu I,* 304*).* 5) *Adiutoris nomen vel potius cognomen spectat ad Maxentium abbatem regionis Pictavensis (de quo cf. Gregorii Hist. II,* 37*); cf. Vitas eiusdem (Mabillon, Acta I,* 578*; AA. SS. Iun. V,* 170*). Savaro affert chartam Claromontensem aevo Renconis episcopi (*1028—52*) conscriptam, qua via commemoratur,* quae est supra ecclesiam sancti Adiutoris Maxentii, *ita 'ut Maxentii nomen exciderit, adiectum remanserit'.* 6) *Cf. supra p.* 458, *n.* 10. 7) *Quattuor eiusdem nominis sancti, monente Savarone, in regione Arvernensi colebantur: martyr Arelatensis (cf. e. gr. Gregorii Gl. mart. c.* 67—69*), sanctus Tigernensis (ib. c.* 66*), episcopus Arvernensis saec. VII (cf. infra c.* 25*), denique comes Claromontanus eiusdem aevi (cf. V. Praeiecti c.* 14*; V. Menelei II,* 15, *SS. R. Merov. V,* 233. 156*), de cuius Vita fabulosa (Bibl. hag. Lat. n.* 3312*b) cf. Krusch, 'N. Arch.' XVIII,* 574 *sq., Justel l. l. 'preuves' p.* 322, *Mosnier I,* 565 *sqq., denique ea quae infra ad c.* 36. *adnotavi.* 8) *Ecclesia S. Desiderati (de quo cf. supra p.* 460, *n.* 10*) 'diruta secessit in Illidianum coenobium', teste Savarone.* 9) *Quae evanuit.* 10) *Fortasse episcopi Italicae civitatis, qui die* 25. *Augusti colitur.* 11) *Ecclesia, quae non superest, nomen inde duxisse videtur, quod intra Clarummontem castrum sita erat, a quo urbs Arvernorum tota aevo Carolingico nomen nacta est, ita ut ecclesiae cathedrali vicina fuerit. Cf. Tardieu I,* 324. 12) *Sancti Petrocoriensis; de quo cf. AA. SS. Oct. XI,* 392 *sqq.; Duchesne, 'Fastes'* [2] *II,* 130 *sqq.* 13) *Prope monasterium S. Illidii in colle quodam sita fuisse dicitur; cf. Tardieu I,* 325. 14) *Quae, extra muros in parte meridiana civitatis in rupibus S. Amandini supra coemeterium S. Iacobi (cf. infra c.* 23*) sita (cf. Mosnier II,* 114. 589*), postea nomen S. Amandini (v. n.* 15*) accepit, altera parte saec. XVI. 'aratro circumscripta, adeo ut nihil illi praeter nomen reliquum sit', teste Savarone.* 15) *De quo nihil constat, nisi quod nomen eius quasi confessoris die* 7. *Novembris kalendariis et breviariis Arvernensibus illatum est; cf. AA. SS. Nov. III,* 321*; Mosnier II,* 589*; Catalogus codicum hagiogr. Latin. Paris. III,* 716*; Quentin l. l. p.* 230. 16) *Apollinaris*

(23). In ecclesia sancti Iacobi[1] altare sancti Iacobi.

(24). In ecclesia sancti Preiecti[2] altare sancti Preiecti, altare sancti Boniti, altare sancti Pardulfi[3].

(25). In ecclesia sancti Simphoriani[4] altare sancti Simphoriani, altare sancti Amancii[5], altare sancti Marcelli[6]; ubi sanctus Genesius requiescit[7].

Et[a] sunt ecclesie XXV, altaria XLVIIII[8].

(26). In monasterio[a] puellarum Cantoenno[9], ecclesia sancti Petri[10] altare sancti Petri, altare sancti Preiecti[11].

(27). In ecclesia sancte Marie[12] altare sancte Marie.

(28). In ecclesia sancti Desiderii altare sancti Desiderii.

Capp. 23—28. 1. *S.*

Cap. 25. a) Et—XLVIIII *om. S.*

Cap. 26. a) ecclesia, *pr. m. superscr.* monasterio 1.

Sidonius episcopus Arvernensis clarissimus, qui ipse Saturninum, in cuius ecclesia sepultus est, versibus celebraverat (epist. IX, 16), postea in ecclesiam S. Genesii (v. infra c. 25) translatus.

1) *Postea ecclesia S. Iacobi de Rabanessa (hodie Rabanesse vicus, 'commune Clermont-Ferrand') extra civitatem ad meridiem versus prope ecclesiam S. Amandini (cf. p. 462, n. 14) sita, a. 1793. destructa, cum aevo Savaronis integra vulgo 'Saint-Jamme' vocaretur. Cf. Tardieu I, 315 sq.* 2) *'Ecclesia diruta, cuius nec vola nec vestigium; omnino tamen memoria non intercidit: hortus enim Rabanessae censum annuatim pendet matri ecclesiae propter ecclesiam S. Praeiecti, quae intra eius saepta quondam emicuit'. Savaro. — Altera ecclesia S. Praeiecti infra c. 45. enumeratur, quae ubi sita fuerit non constat.* 3) *Abbatis Waractensis († 737), cuius Vita supra p. 19 sqq. edita est.* 4) Basilicam sancti Simphoriani *auctor V. Praeiecti c. 36 (p. 245) commemoravit. Ecclesia inde a saec. XI. magis magisque nomine S. Genesii vocata est, vulgo 'Saint-Genès'; cf. e. gr. donationem Rogerii militis c. a. 1090, cuius particulam Savaro ad hunc locum attulit:* in ecclesia S. Symphoriani, quae nunc nuncupatur beati Genesii. *Quae a. 1797. destructa, in parte meridiana civitatis sita erat in foro quod 'place Desaix' vocatur (cf. Tardieu I, 308 sqq. 692; Mosnier I, 539 sq.).* 5) *Episcopi Ruteni, ut videtur.* 6) *Fortasse pontificis Romani; cf. supra p. 462, n. 3.* 7) *Episcopus Arvernensis saec. VII (cf. V. Praeiecti c. 4. 5; V. Boniti c. 16), quem in capella contigua sepultum esse etiam saec. XVIII. inscriptio sepulchralis (SS. rer. Merov. V, 213; Duchesne, 'Fastes' II², p. 37, n. 6; Leclercq l. l. col. 1919) demonstrabat; Vita quoque eius aevi sequioris c. 8 (AA. SS. Iun. I, 324) idem testatur:* Sepultus est igitur in suburbio Arvernicae civitatis in ecclesia beati Symphoriani. *Colitur die 3. Iunii (cf. Quentin l. l. p. 229).* 8) *Immo 54 altaria enumerata sunt.* 9) *Vulgo Chantoin suburbium Claromontense inter orientem et septentriones situm. Cryptae Cantabennensis et Cantobennici montis (hodie Chanturgue; cf. Longnon p. 497) iam Gregorius (Hist. I, 44. II, 21) meminerat, e fama referens, Eparchium episcopum in arce montis monasterium collocasse, cuius locum ipsius aevo oratorium occupabat; saec. VII. denuo coenobium surrexerat, siquidem monasterium Candidense, quod Praeiectus regendum suscepit (V. Praeiecti c. 10, p. 231), ad eundem locum referendum est. Monasterii virginum alibi mentio non fit, nisi forte recte ad idem rettulerunt narrationem biographi Genesii c. 7 (AA. SS. Iunii I, 324), quo teste satis incerto Genesius episcopus* non longe ab urbe resedit, ubi postea monasterium virginum collocavit, quas regulariter vivere instituit. *Locum inde a saec. XII. canonici regulares obtinebant, quibus a. 1633. Carmelitae Discalceati substituti sunt; cf. Gallia christiana II, 394; Tardieu I, 367 sqq.* 10) *Cuius locum hodie capella Carmelitarum Discalceatorum ('chapelle des Carmes-Déschaux') occupare videtur; cf. Tardieu I, 326 sq.* 11) *Qui monasterium ibidem situm fortasse rexerat; cf. n. 9.* 12) *Quae Gloriosa vocabatur, vulgo 'Notre-Dame-de-Gloire'. Ecclesia in hortis coenobii Cantoennensis sita a. 1633. S. Mariae Portuensi unita est. Cf. Tardieu I, 306.*

(29). In ecclesia sancti Artemii[1] altare sancte Marie, altare sancti Martini; ibi[a] sanctus Artemius[2] et sancta Vera[3] et sancta Suporina[3] et alia corpora sanctorum requiescunt.

(30). In monasterio Columbariense[4] altare sancte Marie[5].

(31). In ecclesia sancti Clementis altare sancti Clementis.

(32). In ecclesia sancti Austremonii altare sancti Austremonii[6], altare sancti Boniti.

(33). In ecclesia sancti Iuliani[7] altare sancti Iuliani.

(34). In ecclesia sancti Andree[8] altare sancti Andree; ibi requiescit beatus[a] Tigridius[9].

Et[b] sunt ecclesie triginta quatuor, altaria sexaginta unum[10]. Iste sunt episcopales ecclesie; que[c] secuntur ecclesie vel monasteria, ad comites vel ad[d] vassis[e] dominicis[11].

(35). In eclesia sancti Remigii[12] altare sancti Remigii.

Capp. 29—35. 1. *S.*

Cap. 29. a) ubi *S.*

Cap. 34. a) S(anctus) *S.* b) *ita S (cf. p.* 463, 6. 467, 7*)*; (Et sunt — sexag. unum *om.*) Iste ecclesie sunt episc. 1. c) (que *om.*) Sequuntur *S, ubi liber II. incipit.* d) a *S.* e) vasis 1.

1) *Ecclesia in suburbio Illidiano sita aevo Savaronis solo aequata erat, cum adhuc via publica 'rue Saint-Arthème' dicta memoriam loci servet. Cf. Tardieu I,* 334; *Mosnier I,* 147. 2) *Artemius inter Nepotianum et Venerandum (cf. supra c.* 10*) c. a.* 400. *sedi Arvernensi praefuit; cf. Gregorii Hist. I,* 46. *II,* 13. *Corpus eius postea in ecclesiam cathedralem translatum est; de fatis arcae cf. E. Roux l. l. p.* 105. 3) *De qua nihil constat.* 4) *Ex opinione Savaronis postea basilica S. Guillelmi in meridie prope Rabanessam (cf. supra p.* 463, *n.* 1*) sita, quae c. a.* 1745. *destructa est, 'cui terrae vineaeque conterminae sitae dicuntur in campania Columbariensi, vulgo Champ-Columb'. Praeiectus xenodochium ibidem aedificaverat, scilicet* in loco qui Columbarius dicitur *(V. Praeiecti c.* 16*); cf. Tardieu I,* 328. 356; *Mosnier I,* 165. *Saec. XIII. et XIV. ecclesia S. Mariae Magdalenae in instrumentis occurrit 'de Colomberio' dicta; cf. Tardieu I,* 316 *sq., Bruel p.* 184. *Monasterium Columbariense saec. VI. a Patrocio conditum (Gregorii Vita patrum c.* 9, 3*) longius ab Arvernis aberat (hodie Colombier, dép. Allier, arr. Montluçon, cant. Commentry; cf. Longnon p.* 465 *sq.).* 5) *Robertus episcopus Claromontensis a.* 1220. *'confirmavit donationem factam pro altari S. Mariae in coenobio Columbariensi' (Gallia christiana II,* 275*).* 6) *Episcopi Arvernorum primi, qui Kalendis Novembribus colitur; cf. post alios Duchesne, 'Fastes'* [2] *II,* 117 *sqq., Leclercq l. l. col.* 1906 *sqq.* 7) *Ecclesia in occidente extra muros civitatis sita postea 'Saint-Iulien-de-Jaude' vocabatur, a.* 1802. *diruta. Cf. Tardieu I,* 323; *Bruel p.* 183 *(cf. Longnon p.* 493*).* 8) Basilica beati Andreae, *cuius Gregorius, Hist. IV,* 31, *meminit, item extra muros in parte occidentali sita erat. Ibidem Guillelmus VII. comes Arvernensis a.* 1149, *ecclesia S. Andreae restructa, monasterium Praemonstratense dotavit, cuius aedificia a.* 1791. *sub hasta vendita sunt. Cf. Gallia christiana II,* 410; *Tardieu I,* 357 *sqq.; Longnon p.* 483; *E. Roux l. l. p.* 74. 9) *Tigridius frater Illidii et archidiaconus Arvernensis fuisse dicitur, die* 16. *Februarii cultus (cf. Quentin l. l. p.* 229*); cf. ea quae de Vita eius notae deterioris Mosnier I,* 294 *sqq. rettulit, quae saec. XVI. exarata in folio chartaceo codici Claromontano n.* 147. *affixo (fol.* 151*) post libellum de ecclesiis Claromontanis legitur.* 10) *Immo* 66; *cf. supra p.* 463, *n.* 8. 11) *Cf. e. gr. edictum Compendiense a.* 877 *(MG. Capitularia II,* 354*):* Unusquisque episcopus, qui habet abbatiam, aut abbas, qui similiter habet abbatiam, aut comes, qui aeque habet abbatiam — —. De omnibus vero ecclesiis unusquisque episcopus vel abbas — —. De ecclesiis vero, quas comites et vassalli dominici habent — — *(Germ. 'eigenkirchen', quod vocabulum ab Ulrico Stutz compositum iam vulgatum est).* 12) *Ecclesia S. Remigii 'infra saepta prati Andreani' (v. supra c.* 34*) sita erat, teste Savarone, cuius aevo pars inferior ecclesiae collapsa erat, superior cum altari extabat, cui statua Remigii*

(36). In monasterio Camalariense[1] altare sancte Marie, altare sancti Preiecti, altare sancte[a] Agate, altare sancti Martini, altare sancti Pardulfi; ibi[b] requiescit sancta Tecla[2].

(37). In eclesia sancti Petri[3] altare sancti Petri, altare sancti angeli, altare sancti Boniti, altare sancti Iohannis, altare sancte[a] Petronille.

(38). In ecclesia sancte[a] Cecilie[4] altare sancte Cecilie.

(39). In eclesia sancte Crucis[5] altare sancte Crucis, altare sancti Orienti[a, 6], altare sancte Iuliane, altare sancti Andree.

(40). In eclesia sancti Pauli[7] altare sancti Pauli.

Capp. 36—40. 1. *S.*

Cap. 36. a) sancta Agata *m. rec. corr.* sanctae Agatae 1. b) ubi *S.*

Cap. 37. a) sancta Petronilla *m. rec. corr.* sanctae Petronillae 1.

Cap. 38. a) sancta Cecilia *m. al. corr.* sanctae Ceciliae 1.

Cap. 39. a) Orientis *S.*

superposita erat. Inde a saec. XIII. prioratus erat, ad monasterium S. Illidii pertinens; hodie Saint-Remy vel Saint-Remège vicus ('commune Clermont-Ferrand') nomen loci servat, capella a. 1791. *vendita. Cf. Tardieu I,* 315; *Bruel p.* 184 *sq.*

1) *Hodie Chamalières vicus paulo supra Clarummontem civitatem ad Tiretaine rivum inter meridiem et occidentem situs ('canton Clermont'). Consilio Praeiecti episcopi Genesius comes Arvernensis construxit* monasterium sacrarum virginum suburbano prefate civitatis in loco, cui Camelaria nomen inditum est *(V. Praeiecti c.* 15, *p.* 235*). In Vita Genesii fabulosa, cuius initium mutilum in codice Claromontano n.* 150, *saec. XII, fol.* 84'—86, *legitur (cf. Krusch, 'N. Arch.' XVIII,* 574 *sq.; SS. R. Merov. V,* 156, *n.* 1*), ecclesiae enumerabantur, quarum in c.* 36—39. *mentio fit, teste Savarone, qui haec frustula c.* 4. *exscripsit (inde Mosnier I,* 576, *n.* 2—5*): (Genesius)* construxit quoque, divino admonitus oraculo, apud castrum proprium Camaleriam a camelis sic nuncupatam quinque ecclesias, quinque corporis sensus designantes. Quarum unam in honore Salvatoris condidit, postea alteram in honore Dei genitricis Mariae *(c.* 36*);* tertiam *(c.* 37*)* Petro apostolo dicavit *(postea:* quam sexus virginei personis donavit*),* quartam *(c.* 38*)* Ceciliae nihilominus fecit *(postea:* quartae denuo monachos adiunxit*),* quintam *(c.* 39*)* in exaltatione S. Crucis aedificavit *(postea cap. eodem:* Quinta[e] vero ecclesiasticos duntaxat presbyteros dare arbitratus est, non secundum ullius praedictarum regularum consuetudinem viventes*). Ecclesia S. Mariae adhuc extat ('Notre-Dame'), cui ecclesia S. Crucis (c.* 39*) iam adiuncta est. Cf. Tardieu, 'Histoire de la ville de Montferrand et du bourg de Chamalières, Moulins'* 1875, *p.* 105 *sqq.; 'Dictionnaire' p.* 112; *Mosnier I,* 576, *n.* 5; *Bruel p.* 177 *sq.; Desdevises p.* 18 *sq.* 2) *Quis fuerit, ignoratur. De reliquiis Theclae virginis clarissimae die* 23. *Septembris cultae, quae in ecclesia Camalariensi a.* 1684. *repertae essent (Tardieu, 'Histoire de Montferrand' p.* 107; *Mosnier II,* 319*), cogitandum esse post alios Mosnier II,* 316 *sqq. voluit, ne de coniectura Savaronis dicam nomen comparantis cum Teclatensi monasterio, cuius in V. Boniti c.* 34 *(p.* 136*) mentio fit (hodie Teilhède, arr. Riom, cant. Combronde). Potius autem de reliquiis martyris Persicae a.* 347. *passae ex Oriente allatis agi coniecit G. Morin, 'La formation des légendes provençales' ('Revue Bénédictine' XXVI,* 1909, *p.* 29 *sqq.).* 3) *Quae non superest; cf. n.* 1. *In parte meridiana ecclesiae S. Mariae sita fuisse dicitur; cf. Tardieu, 'Montferrand' p.* 110. 4) *Ad viam, quae ab urbe Claromontensi Camalariam ducebat, sita fuisse dicitur (Tardieu, 'Montferrand' p.* 111*).* 5) *Cf. n.* 1. *Coelestinus III. a.* 1192 *(Mai.* 7*)* capellam Sanctae Crucis in Alvernia sitam in territorio Camaleriae *monasterio Ulciensi confirmavit (Chaix de Lavarène, Monumenta pontificia Arverniae,* 1880, *p.* 375; *Jaffé, Reg. II*[2], *n.* 16867*).* 6) *Episcopi Auscensis saec. V.* 7) *Quae aevo Savaronis ecclesia parrochialis erat, cuius ruinae prope ecclesiam S. Mariae (supra c.* 36*) in occidente conspiciuntur, teste Mosnier I,* 576, *n.* 5.

(41). In ecclesia sancti Victoris[1] altare sancti Victoris, altare sancti Pardulfi, altare sancti Boniti.

(42). In ecclesia sancti Pardulfi altare sancti Pardulfi.

(43). In monasterio Rubiacense[2] altare sancte Marie, altare sancte[a] Segolene[3], altare sancte[b] Genovefe; ibi requiescit sancta Sacra[c.4].

(44). In eclesia sancti Petri[5] altare sancti Petri, altare sancti angeli, altare sancti Andreae.

(45). In ecclesia sancti Preiecti altare sancti Preiecti, altare sancti Martini, altare sancte[a] Tecle.

(46). In ecclesia sancti Martini[6] altare sancti Martini, altare sancti Iohannis, altare sancti Petri.

(47). In ecclesia sancti Iuliani[7] altare sancti Iuliani.

(48). In ecclesia sancti Pauli, ibi requiescit sanctus Leopardus[a.8].

(49). In ecclesia sancti Evonii[a.9] altare sancti Evonii, altare sancti Marcialis, altare sancte[b] Petronille.

(50). In ecclesia sancti Marci[a.10] altare sancte Felicitatis; ibi requiescit sanctus Marcius[b].

Capp. 41—50. 1. *S.*

Cap. 43. a) sancta Segolena *m. al. corr.* sanctae Segolenae 1. b) sancta Genovefa *m. al. corr.* sanctae Genovefae 1. c) Pacra *errore typographi in textu, sed* Sacra *in notis S.*

Cap. 45. a) sancta Tecla *m. al. corr.* sanctae Teclae 1.

Cap. 48. a) Leonardus *S (sed quae in notis affert, ad Leobardum spectant).*

Cap. 49. a) Ivonii *hoc loco* 1. b) sancta Petronilla *m. al. corr.* sanctae Petronillae 1.

Cap. 50. a) Martii *S.* b) Martius *S.*

1) *Ecclesia S. Victoris, quam 'de aerario' emptam Adalardus episcopus a.* 905. *Leotardo concessit, ut post obitum eius ecclesiae Arvernensi maiori redderetur (Cohendy l. l. p.* 356*; cf. Gallia christiana II,* 253. 303*), item aetate Savaronis supererat, ex parte profanis usibus tradita. Nomen eius adhuc finitimam villam servare ('le château de Saint-Victor, commune de Chamalières'), Bruel p.* 178. *rettulit.* 2) *Hodie Royat vicus ad Tiretaine rivum supra Camalariam situs ('canton Clermont').* Rubiacense cenobium, quod hinc indeque montibus septus ab oriente panditur aditum et haut procul eminet urbi, *in V. Boniti c.* 14 *(l. l. p.* 126*) commemoratur, cuius aevo sanctimonialium erat; postea prioratus monachorum erat Mauziacensi coenobio subiectus (cf. Bruel p.* 74, *n.* 24*; Gallia christiana II,* 321 *et instr.* 112, 1. 115, 3*). Cf. Tardieu, 'Dictionnaire' p.* 295*; Desdevises p.* 32 *sqq.* 3) *Virginis Albigensis, de qua cf. AA. SS. Iulii V,* 628 *sqq. et ea quae disseruimus et ego ipse, 'N. Arch.' XXXV,* 1910, *p.* 219—231, *et me secutus J. Rivière, 'Albia Christiana, Revue historique des anciens diocèses d' Albi, Castres, Lavaur' X, Albigae* 1913, *p.* 401—425. 4) *De qua nihil compertum est, etsi arca eius funebris appensa in ecclesia Rubiacensi aevo Savaronis cernebatur.* 5) *'Vulgo S. Pierre du Chastel, cuius situs marmore signatur, ad quam paschate paschatum die totius anni solemnissimo Rubiacenses accolae confluunt et in diebus Rogationum procedunt'. Savaro.* 6) *'Intra muros Rubiaci'. Savaro.* 7) *Postea ecclesia parrochialis Orcines loci ('canton Clermont') ad radices Puy-de-Dôme montis siti. Cf. Bruel p.* 76 *(n.* 59*).* 183. 8) *Neque de ecclesia neque de sancto quicquam constat; Savaro coniecit, Leobardum in Maiore Monasterio et reclusum et sepultum (Gregorii Vita patrum c.* 20*) postea eo translatum esse.* 9) *'Ecclesia diruta, quae nomen retinet in suburbano Rubiaci et vulgariter appellatur de S. Igoni, de S. Ivonio'. Savaro.* 10) *Ecclesia inter Rubiacense monasterium (c.* 43*) et ecclesiam S. Victoris (c.* 41*) sita aevo Savaronis et Ruinarti (l. l. col.* 1221*) oratorium erat nomine prioratus coenobio Illidiano subiectum, hodie Saint-Mart vicus ('commune Royat'); cf. Tardieu, 'Dictionnaire' p.* 313*; Longnon p.* 511*; Bruel p.* 189. *Martius abbas, a quo locus audit, ibidem monasterium condiderat,* infra *(= intra)* oratorium monasterii sepultus, *teste Gregorio (Vita patrum c.* 14*); colitur die* 13. *Aprilis (cf. Quentin l. l. p.* 229*).*

(51). In ecclesia sancti Sulpicii altare sancti Sulpicii, altare sancti Marcialis, altare sancti Stephani.

(52). In ecclesia sancti Leogoncii[1] altare sancte Marie, altare sancti Michaelis, altare sancti Iuliani; ibi requiescit sanctus Leogontius[2].

(53). In ecclesia sancti Ilarii[3] altare sancti Ilarii; ibi requiescit sancta Flaminea[a-4].

(54). In ecclesia sancti Ilarii altare sancti Ilarii[a].

Et sunt ecclesiae XX, altaria XLVI[b].

Capp. 51—54. 1. *S.*

Cap. 53. a) Flamina *S.*

Cap. 54. a) *hic desinit* 1, *pagina dimidia erasa, quam catalogus episcoporum Arvernensium saec. XVI. medio exaratus iam occupat.* b) *ita scripsi;* XXVI *S.*

1) *Eam extra civitatem ad occidentem versus sitam fuisse (postea 'Notre-Dame de Beaurepaire'), statuit Tardieu I,* 329. 334. *Sed nescio an de regione Rubiacensi cogitandum sit.* 2) *Quem eundem esse volunt atque Legonum episcopum Arvernensem, Urbici (cf. supra c.* 8*) successorem, cuius Gregorius, Hist. I,* 44, *meminit.* 3) *'Veteribus ruinis deformis inter Rubiacum et Valerium collem posita, vulgo S. Cliamine'. Savaro.* 4) *Colitur adhuc in Davayat vico Arvernensi (arr. Riom, cant. Combronde); lectiones nonnullae exigui momenti ad ipsam spectant. Cf. AA. SS. Maii I,* 181 *sqq.; Mosnier I,* 503 *sqq.*

CHRONOLOGICA REGUM FRANCORUM STIRPIS MEROWINGICAE,

CATALOGI, COMPUTATIONES ANNORUM VETUSTAE CUM COMMENTARIIS.

SCRIPSIT BRUNO KRUSCH.

Catalogos regum Francorum vetustasque annorum computationes una cum commentariis corpori scriptorum rerum Merowingicarum hoc loco adnectere visum est, ut historiae illius aevi studiosis et inprimis chartarum exploratoribus instrumenta praepararentur, quibus annos regum ad aeram Dionysianam referre falsosque editorum calculos ipsi emendare possent; his enim subsidiis instructus temporum ordinem desinente Gregorio nostro nutantem olim certis fundamentis ita stabilire potueram[1], *ut praetermissum triennium repararetur, cumque ea, quae de Grimoaldo usurpatore eiusque filio Childeberto primo Francorum rege stirpis Carolingicae eruissem, parum credulis auribus olim accepta essent, haud leviter gavisus sum miro modo eadem me nuper supplere atque confirmare*[2] *potuisse per chartam quandam eiusdem maioris domus, cuius necessitudinem nemo adhuc indagaverat: eo autem libentius ad haec studia quamvis arida redii, cum occasione data in codices Catalogorum diligentius interim inquirere coactus essem. Origo enim eorum cum Lege Salica arte coniuncta est, cum venerando illo iuris Germanici documento, cuius editio Monumentis Germaniae inserenda per multos annos magnis sumptibus praeparabatur, cumque officium parum iucundum praetermittere non debuissem*[3] *rationi codicum pretiosi illius fontis operam navandi, ne instituti nostri celeberrimi fama editione incepta et plane inutili macularetur, etiam de Catalogorum ratione melius iam iudicare eosque ordine debito digerere successit, quorum auctoritas apte expendi nequit, nisi necessitudinem singularum Legis illius recensionum consideraveris. In determinandis autem temporibus viri acuti me secuti sunt J. Havet*[4] *b. m. et W. Levison*[5] *sodalis meus, quo*

1) *'Zur Chronologie der Merowingischen Könige'* (*'Forschungen zur Deutschen Geschichte'* 1882, *XXII*, p. 449—490). 2) *SS. rer. Meroving.* 1910, *V*, p. 90; *'Der Staatsstreich des fränkischen Hausmeiers Grimoald I.'* (*'Historische Aufsätze Karl Zeumer dargebracht'*, *Wimariae* 1910, p. 411 *sqq.*). 3) *'Der Umsturz der kritischen Grundlagen der Lex Salica. Eine textkritische Studie aus der alten Schule'* (*'N. Arch.'* 1916, *XL*, p. 497 *sqq.*); *'Der neu entdeckte Urtext der Lex Salica'* (*'Nachrichten von der Kgl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen'*, *'Philos.-histor. Kl.'* 1916, p. 683 *sqq.*). 4) *J. Havet, 'Questions mérovingiennes' III—VI* (*'Bibl. de l'école des chartes' XLVI, XLVIII, LI, LIII*, 1885—1892 = *'Oeuvres' I*, 1896). 5) *W. Levison, 'Kleine Beiträge zu Quellen der fränkischen Geschichte' II* (*'N. Arch.'* 1902, *XXVII*, p. 356 *sqq.*); *'Das Nekrologium von Dom Racine'* (*'N. Arch.'* 1910, *XXXV*, p. 15 *sqq.*).

potissimum suadente hunc laborem iterum subire constitui, iisque quae illi mensibus diebusque observatis terminisque angustioribus circumscriptis emendaverunt aut novis argumentis additis extensaque disquisitione in omnes Merowingicae stirpis reges suppleverunt, pauca addenda, nonnulla parum certa detrahenda erant; sed alii quoque secuti sunt, qui ordinem rerum magis perturbasse quam in melius digessisse mihi videntur, atque cavendum erat, ne infaustis eorum studiis iam adulterarentur aut abolerentur ea quae acumine ac diligentia peritiorum ad solvendas quaestiones subdifficiles collata sunt.

Breviorem e Catalogis illis haud mediocris historicae auctoritatis a Theuderico III. (673) ad ultimum Merowingicae stirpis regem Childericum III. (751/2) pertinentem codex vetustissimus Wissemburgensis (nobis A 1) Legis Salicae exhibet, scilicet secundus primae recensionis, dum primus omniumque optimus eiusdem ordinis, qui textum reliquis vetustiorem servavit, scilicet Parisiacus n. 4404, Catalogo regum omnino caret. Wissemburgensis persimili exemplari iuris peritus quidam valde socors aevo Carolingico usus veterem 68 titulorum Legem in 99 redegit (nobis B) tertiusque hunc iterum textum ita depravavit, sicut e codice Varsoviensi ab Hubé[1] *quondam editus est (nobis C). Eodem modo Catalogi nostri in tria genera discedunt, atque uberiorem et emendatiorem formam BC pro primigenia omnes adhuc acceperunt, veluti Pertzius*[2]*, Mommsenus*[3] *egoque ipse; examinatis vero textibus Legis Salicae e contrario brevior Catalogus A codicis Wissemburgensis in capite ponendus erat, quem reliqui librarii et ampliaverunt et immutaverunt: omnes enim Catalogi monente Pertzio pro uno solo vere accipiendi sunt ex eadem radice orti, deinde gradatim ab hominibus peritis adaucti neque magis magisque decurtati. Etiam recensionis retractatae 99 titulorum codices duo (A 3. 4) eundem Catalogum breviorem continent a Theuderico III. incipientem, quibus tres accedunt Legis Salicae emendatae libri in fine interpolati (A 5 a. b. c). Idem praeterea inest quattuor Breviarii Alarici codicibus, scilicet tribus textus decurtati (A 2 a. c. d) unique pleni (A 2 b), sed in his libris Childerici III. nomen imperite depravatum est* Hilpericus *Pippinique regnum in calce accessit, cui 18 anni perperam attribuuntur pro 16½. Summam auctor huius Catalogi a Theuderico III. ad Childericum III. subduxit 78 annorum, dum singulis numeris additis efficiuntur 80, atque verum intervallum inter utriusque regnum compluribus mensibus summam illam superat, unde haud inepte 79 collegerunt A 2 a. b. c. d. 3.*

Dum primus tertiusque codex recensionis 99 titulorum Legis Salicae (nobis A 3. 4) a Theuderico III. (673) incipiunt, una cum codicibus Legis Salicae emendatae (nobis A 5) praescribentes: Incipit regnorum, *secundus a fratribus suis longe recedens (nobis B) amplificata praescriptione:* Incipit regnorum vel temporum, *amplificavit et ipsum Catalogum et non solum quattuor nominibus praemissis seriem regum a Dagoberto I. (623—639) duxit, sed etiam initio fineque Isidori Chronica maiora expilans computationem annorum a quinto Heraclii imperatoris anno et quarto Sisibuti regis Gothorum exorsus est, quo ille primam libri sui editionem concluserat, scilicet 615 p. Chr. n., summamque ab initio mundi eandem atque ille subduxit 5813, sed annum quem dixi cum 11. Dagoberti I. composuit, i. e. 633, moxque 48 Chlotharii II. annos interposuit, qui a. 46. regni sui iam obierat, scilicet 629 p. Chr. Pretiosa vero gemma insequentem seriem regum Francorum auctor tertio loco adauxit, novum regem revelans omnibus Chronicis ignotum, scilicet Heldobertum Sigiberti III. successorem, quosque ei tribuit VII annos ad intervallum ante Childericum II. supplendum omnino necessarios esse probasse mihi videor. Non solum Pippini regnum una cum libris A 2 a. b. c. d in calce adiecit, rectius XVII. annos ei attribuens neque XVIII, sed etiam summam annorum usque ad ipsum a Dagoberto I. subduxit 158, singulorum regum annis additis, quorum nonnulli, sicut Dagobertus I. et*

1) *R. Hubé, 'La Loi Salique d'après un manuscrit de la Bibliothèque centrale de Varsovie', Varsoviae* 1867. 2) *SS. II, p.* 308. 3) *Theodosiani libri XVI ed. Mommsen* 1905, *I*, 1, *p. XCV.*


Sigibertus III, Childericus II. et Theudericus III, simul per nonnullos annos regnaverant, neque sic ad annos 5958 *ab initio mundi pervenire potuisset, nisi Isidori summam annorum* 5813 *cum* 11. *anno Dagoberti I. perperam composuisset, qua re numerus efficitur* 5960, *duobus adhuc discrepans ab eo quem scripsit.*

Tertius regum Francorum Catalogus (C) praescriptis verbis: Nomina regum Francorum *a Chlothario II. rege incipit, cuius etiam B inter Isidoriana meminerat, demptisque his auctor vestigia B ubique secutus est, sed hic illic verba nonnulla summi momenti addidit numerosque aliquot immutavit. Nomini Childeberti regis fere ignoti, successoris Sigiberti III, vocabulum* adoptivus *addidit moxque* Grimoaldus *inseruit, cui hoc modo septem illi regni anni adhaeserunt, qui Childeberto in B attributi sunt. Quibus verbis interpolatis locus celeberrimus ad rerum publicarum mutationem relatus est per Grimoaldum maiorem domus peractam, scilicet ad primum domus Carolingicae conatum regni potiundi, expulsa stirpe Merowingica. Catalogus ille, qui historiae domus Carolingicae haud parvam lucem attulit, unde praeter ceteros ad se animos convertit, deterrimo Legis Salicae textui adiunctus est, praecedens filiae degeneratae recensionis Sangallensis (B) in* 99 *titulos redactae, atque ultimus titulus in hoc codicum genere omnino sublatus est, abolita chrenecrudae observatione*[1], *paganorum scilicet consuetudine, ita ut* 98 *tantum tituli ibi numerentur. Etiam in his libris, sicut in meliore Sangallensi (B), exempla non desunt, e quibus intellegitur, eos ex exemplari pendere codici Wissemburgensi persimili*[2], *unde Catalogus primigenius A emersit. Librarius vero praeterea alia exemplaria consuluit textumque rusticum vetustae Legis Salicae ubique expolivit*[3]. *Comparatis igitur compluribus Legis Salicae exemplaribus hic textus manu compilatoris coaluit*[4], *itemque ad Catalogum regum supplendum atque emendandum alii fontes adhibiti sunt. Eundem Catalogum praeter duos Legis Salicae codices (C* 1 *a. b) tres Chronici Laurissensis libri*[5] *(C* 2 *a. b. b*) continent in calce adnexum novisque additamentis textus ibi auctus est ad domum Carolingicam spectantibus. Childeberto regi adoptivo* annum I *appositum est, quare interregnum VII annorum ad VIII accrevit, atque Pippinus II. maior domus post Theudericum III, Karlus maior domus post Dagobertum III. interpositi sunt; septennium vero alterum, quod reges non regnasse (a.* 737—743*) in reliquis Catalogis relatum est, Karlo in C* 1 *a. b attribuitur (a.* 737—741*), praetermisso Pippino (a.* 741—743*), Carlomanno autem et Pippino (a.* 741—747*) in C* 2 *a. b. b*, sicut in praecedente Chronico Laurissensi: sed dum Pippino in hoc postea* 20 *tantum anni conceduntur, detracto septennio, in C* 2 *a. b. b* anni* 27 *et dimidius haud deminuti restant neque libri C* 1 *in Pippino rege, ad quem omnes C libri extenduntur, inter se consentiunt, e quibus C* 1 *b rectius* 16½ *annos exhibet pro* 15½ *codicis C* 1 *a. Septennium igitur illud non quadrat, nisi ea ratione intellegatur, qua in vetustioribus Catalogis apparet. Ultra Pippinum Catalogus in C* 2 *usque ad Ludowicum progreditur, cuius anni in C* 2*a primo vacui relicti erant, immo ad Lotharium (*855*) in C* 2. 2*b*.*


1) *Cf. 'N. Arch.' XL, p.* 547 *sq.* 2) *Cf. ib. p.* 535. 3) *Vocabula talia qualia Sangallensis servavit:* expalme(i)tantem *(LIV),* prindat *(LXXXV,* 3*) librarius C immutavit* ambulandum, accipiat *interpolavitque (cf. Hubé p. XVIII) XIII,* 2, requirenti *ex exemplari optimo primae recensionis, sicut cum primo (Montepessulano) propriae recensionis codice verba LXXXV,* 3, si presens est *exhibet, quae et in Sangallensi et in tertio illius familiae codice (Parisiaco n.* 4627*) desiderantur, per primam recensionem confirmata.* 4) *In lectione LXXXIV,* 2*:* Si vero noluerint venire, *duplex similitudo apparet et Sangallensis primique (*vero*) codicis et tertii (*venire*), mox vero (XCII,* 4*) relicto primo codice (*ex paterno genere*) librarius C corruptelam* ex parte istius generis *admisit, declinans ad tertium codicem et Sangallensem (*ex parte genere*).* 5) *G. Waitz, 'Über die kleine Lorscher Franken-Chronik' ('SB. d. Akad. d. Wissensch. zu Berlin'* 1882, *XIX, p.* 399*); H. Schnorr von Carolsfeld, 'N. Arch.' XXXVI, p.* 16 *sq.* 18. 39 *(codd.* 2. 4. 6*).*

Catalogi regum Francorum. Codex Guelferbytanus, Weissenburg. n. 97.

fol. 37.



fol. 37'.



SS. R. Merovíng. VII, tab. 2.

Quartus Catalogus a praecedentibus et origine et aetate omnino diversus nulliusque auctoritatis seriem regum Francorum a Chlodoveo I. ad Karolum Calvum († 877) deducit, a monachis Fontanellensibus compositus, qui praescriptionem C 2 Nomina regum Francorum *praescribentes calculum haud raro temerarium ponebant, neque nugas eorum utiles esse existimem nisi ad computationes Fontanellenses melius intellegendas, quas auctoritate historica carere iam omnes mecum consentiunt*[1]. *Auctor huius Catalogi solos reges Neustrasios curans Chlothario III.* 14 *annos attribuit, qui anno regni* 16. *defunctus est, numeroque illo falso monachos Fontanellenses historias suas fundavisse olim docui*[2]. *Childerici II. autem anni non adnotati sunt nisi duo, quos in Neustria regnaverat, dumque Chilperico II. quattuor tantum anni tribuuntur neque quinque, sicut in reliquis Catalogis, unus Chlothario IV.*[3] *reservatur, qui in his omnino praetermissus est; denique ultimorum Merowingorum anni plane vacillant.*

Singulos iam Catalogorum codices describere libet, quo melius quid de eorum condicione statuendum sit intellegatur.

CATALOGUS I.

A 1) *Codex* ***Guelferbytanus*** *inter Weissenburgenses n.* 97, *posteriore saec. VIII. parte exaratus, praecedente vetere Legis Salicae textu cum titulis adnexis, fol.* 37. *et* 37′. *post epilogum Catalogum I. exhibet, quem titulus iocosus:* Incipit totas Malb. *excipit, ab hilari quodam potatore partim sermone rustico*[4] *compositus. Posteriorem codicis partem (fol.* 37′—87) *summa Breviarii Alariciani occupat, de qua egit Mommsenus, Theodosiani libri XVI, I,* 1, *p. CII, atque fol.* 87′. *verbis* Ora pro Agamberto *scriba nomen suum posteris tradidit, quod cum inter monachos Turonenses*[5] *in Libro Confraternitatum Sangallensium A. Holder deprehendisset, monasterium illud pro domicilio librarii audacius statuens codicem ut Turonensem promulgavit, sed idem nomen etiam inter monachos Resbacenses in Libro Confraternitatum Augiensium enumeratur*[6] *satisque vulgatum videtur esse*[7].

Catalogum ***Eccardus****, Leges Francorum Salicae et Ripuariorum, Francofurti et Lipsiae* 1720, *p.* 139 *sq., primus edidit omissa particula negativa destitutum; successerunt J. M.* ***Pardessus****, 'Loi Salique ou recueil contenant les anciens rédactions de cette loi et le texte connu sous le texte de Lex emendata', Parisiis* 1843, *p.* 192, *deinde A.* ***Holder****, 'Lex Salica mit der Mallobergischen Glosse nach den Hss. von Tours-Weißenburg-Wolfenbüttel und von Fulda-Augsburg-München', Lipsiae* 1879, *p.* 40, *qui textum ad litteram accurate exscripsit*[8], *mox J. H.* ***Hessels****, Lex Salica, Londinii* 1880, *p.* 426, *qui aliorum codicum discrepantiam adiecit. Codicem post* ***Pertzium****, 'Archiv' VII (*1839), *p.* 732 *sq. diligenter et sollerter descripsit A. Holder l. c. p.* 80 *sqq., nisi quod de eius patria eum nimium celeriter iudicasse iam monui; descripsit cum etiam Hessels l. c. col. XIV.*

Specimen scripturae photographicum codicis celeberrimi intercedente G. Milchsack bibliothecae Guelferbytanae moderatore huic tomo addere potui (tabula 2).

A 2a) *Codex* ***Bernensis*** *n.* 263, *olim Argentoratensis, saec. IX, post Breviarium Alarici decurtatum (fol.* 14′—136) *et Edictionem continet ad corpus Theodosianum pertinentem*[9] *et fol.* 161. *Catalogum nostrum*[10].

1) *SS. rerum Merov. V, p.* 9 *sq.; cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXVII, p.* 359, *n.* 5; *A. Rosenkranz, 'Beiträge zur Kenntnis der Gesta abbatum Fontanellensium', dissertatio Bonnensis* 1911, *p.* 85 *sqq.* 2) *'Forsch. z. deutsch. Gesch.' XXII, p.* 484 *sq.* 3) *Lib. h. Fr. c.* 53. 4) *Cf. verba:* frangant lo cabo at illo scanciono. 5) *MG. Libri Confraternitatum p.* 14. 78. 6) *Ib. p.* 236. 7) *Förstemann, 'Altdeutsch. Namenbuch' I, col.* 88². 8) *Cf. 'N. Arch.' XL, p.* 573 *sqq.* 9) *Edidit K. Zeumer, Formulae p.* 536 *sq. Codicem descripsit G. Haenel, Lex Romana Visigothorum, Lipsiae* 1849, *p. LXXII; cf. Th. Mommsen, Theodosiani libri XVI,* 1905, *I,* 1, *p. XCV. XCVII.* 10) *H. Hagen, Catalogus codicum Bernensium (Bibliotheca Bongarsiana), Bernae* 1875, *p.* 297.

Specimen scripturae tabulam 3. *occupat.*

A 2*b*) *Codex Romanus bibliothecae* Vaticanae *inter Ottobonianos n.* 2225, *saec. IX, post Breviarii textum plenum fol.* 187′. *Catalogum exhibet, quem F. Schneider v. c. in usum nostrum contulit. Ediderunt Pertz, SS. II, p.* 308, *et Mommsen, Theodosiani libri l. c. p. XCVII.*

A 2*c*) *Codex Parisiacus n.* 4409 (*Colb.* 1197, *Reg.* 5184), *saec. IX, sicut A* 2*a, post Breviarii formam breviatam* (*fol.* 10′—120) *et Edictionem* (*fol.* 120. 120′), *cuius memini, hunc Catalogum continet, subsequente Legis Salicae recensione* 98 *titulorum codicis Varsoviensis* (*fol.* 124—134′), *quam Formulae Turonenses fol.* 135—144′ *excipiunt*[1].

Codicem describentes Catalogum ediderunt Pertz, 'Archiv' VII (1839), *p.* 744; *G. Haenel l. c. p. LXXI; cf. Mommsen, Theodosiani libri l. c. p. XCV. XCVII.*

A 2*d*) *Codex Romanus bibliothecae Vaticanae e libris reginae Christinae n.* 1048, *saec. X, fol.* 224, *eadem comprehendit atque A* 2*a. c.*

Contulit F. Schneider v. c.

A 3) *Codex Montepessulanus H* 136, *saec. IX, post Legem Salicam* 99 *titulorum et decretionem Childeberti II* (*fol.* 184′) *epilogum et Catalogum exhibet. Descripsit G. Waitz, 'Archiv' VII, p.* 741 *sq. Discrepantiam lectionum edidit Hessels l. c. p.* 426.

A 4) *Codex Parisiacus n.* 4627, *saec. X, chartas formulasque Senonicas continens, Catalogum fol.* 59′. *item post eadem scripta collocat atque A* 3, *subsequente Marculfo*[2]. *Textum ediderunt J. H. Hessels l. c. p.* 426, *et A. Holder, 'Lex Salica mit der Mallobergischen Glosse nach der Handschrift von Sens-Fontainebleau-Paris* 4627', *Lipsiae* 1880, *p.* 37, *qui codicem p.* 38 *sqq. accurate descripsit.*

A 5*a*) *Codex Parisiacus n.* 4628 *A* (*S. Dionysii in Francia*), *saec. X, fol.* 80[3], *et*

A 5*b*) *Parisiacus n.* 10758 (*antea Suppl. lat.* 164 *bis*), *saec. X, olim S. Remigii Remensis*[4], *deinde collegii Claromontani n.* 620, *p.* 140, *cum Lege Salica emendata Catalogum coniungunt: utriusque discrepantiam lectionum J. H. Hessels l. c. p.* 426. *publici iuris fecit.*

E codice coenobii S. Remigii Remensis hunc Catalogum edidit A. du Chesne, Historiae Francorum scriptores coaetanei, Lutetiae Parisiorum 1636, *I, p.* 781 (= *Bouquet II,* 691), *eadem interpolatione in fine inquinatum atque A* 5*b, quo codice procul dubio usus erat.*

CATALOGUS II.

B) *Codex Sangallensis n.* 731, *a Vandalgario scriptore die Veneris Kal. Nov. anno* 26. *regni Caroli regis, scilicet a.* 793.[5] *p. Chr. n., exaratus scripturae genere Langobardico simili, unde eum in Italia scriptum esse crediderunt*[6], *ad quam patriam etiam sermo*[7] *spectare videtur, praecedentibus Breviarii Alariciani forma breviore* (*p.* 1—230) *aliisque scriptis continet Legem Salicam in* 100 *titulos distributam* (*p.* 235—286), *Decretionem Childeberti II.* (*p.* 287—292) *et post epilogum Catalogum pleniorem Isidorianis auctum* (*p.* 293 *sq.*). *Catalogum ediderunt Pertz, SS. II, p.* 308; *Haenel l. c. p. LXXIII; A. Holder, 'Lex Salica mit der Mallobergischen Glosse nach den Hss. von Besançon-Sanct-Gallen* 731 *und Johannes Herold', Lipsiae* 1880, *p.* 35 *sq.; J. H. Hessels l. c. p.* 426; *R. Behrend, Lex Salica, Wimariae* 1897, *p.* 183[2], *additis lectionibus nonnullis aliorum codicum. Codicem descripserunt Pertz, 'Archiv' V, p.* 213 *sqq., VII, p.* 741,

1) *Zeumer, Formulae p.* 131. 2) *Cf. ib. p.* 34. 3) *A. Werminghoff, 'N. Arch.' XXVI, p.* 20; *cf. MG. LL. I, p. XXX.* 4) *Cf. MG. LL. I, p. XXIX; Pardessus, 'Loi Salique' p. XXVII.* 5) *Ita recte Hessels l. c. col. XVI,* 794. *falso Holder.* 6) *Weidmann, 'Gesch. der Bibl. von St. Gallen' adn.* 24; *cf. MG. LL. III, p.* 3. 7) *Librarius scripsit* tutti *pro* toti *in fine; cf. G. Scherrer, 'Verzeichniß der Hss. der Stiftsbibliothek von St. Gallen', Halae Saxonum* 1875, *p.* 240.


a) fol. 161.

direct... nunc me implere sum et se policior data edic cio
ne de inscripcionibus accusatoribus recriscant theo
dosiano nono in ira prima tam ciuile nequam crimi
nalem accio proposita si omanu accusatore conscripta
precidat nisi in scripcione celebrata prius ad iudice
non audiatur;
Teodoricus rex regnauit annus xvii. Chlodoueus
regnauit annus iii. Hildebertus rex ragnauit an
nus xvii. Dagobertus rex regnauit annu v.
Hilpericus rex regnauit annus v. Item teodori
cus rex regnauit annus xvii; Annum septimum
decimum alius rex non regnauit; Hilpericus rex
regnauit annus; viii; Sunt in summa anni lxviii;
Pipinus rex regnauit annus xiii.

b) fol. 86.

NOM. REGŪ FRANCORŪ.
Hlotharius regnauit annos xliiii.
Dagobertus annos xvii
Sigebertus annos xxiii.
Hildebertus adoptiuus annū i.
Grimoaldus (nothus) annos vii
Hildericus annos xiiii
Theodricus annos xvii.
Pippinus (nothus) filius ansigisi maior domus
Hlodoueus annos iiii. Obiit.
Hildebercus annos xvii.
Dagobertus annos iiii obiit
Karlus (nothi) maior domus filius pippini
Hilpericus annos v.
Theodricus annos xvii
Carlomannus (filii Karoli nothi duces) & pippinus an vii.
Hildericus annos viiii
Pippinus annos xxvii & dim
Carlus annos xlvii.
Hludouuicus annos xl

ANNO AB INCARNATIOÑ DNI
dclxxxviiii. ET ANNO VII REG
NI THIODERICI REGIS
Atta abba coepit regere
monasterium sci Uedasti & eq:
sub suo regimine tenuit
annos xx
Inter scupilionem et ercuinū
annos ii.
Hadulfus annos ii. & dim.
Madalbertus annū i. & dim.
Iterum hadulfus annos vii.
Iterū madalbertus ann xiiii
Inter Ragenfridū & uuidone
& gogisleum. annos ii
Romanus annos iii
Adalricus annos xv
Sigebertus annos xiii
Rothfridus ann xii & dim
Rado annos xviiii
Adalungus annos xxx
Folcho annos iiii



INCIP REGNORV[M]
uel [illegible] porum
G[...] reglur. dehinc quinqu
annu art sui imperii.
Sisbodus gothorum glo
riosissimus principis.
in spania plurimas romane
militiae orbis bellando subgicit & iudeis
sui regni subdiaur afidem xpi conuersa.
Fiunt igitur ab exordio mundi usq; in tre
gli & quarto relegiosissimo principis sis
bodo & dagoberto regis francorum anni XI
Chlothario sunt xlviii Ab ini cio
mundi usq; ad heraglio imperio & sisbodo
rege gadorum; & dagoberto regi franchorum
sunt anni V D CCC XIII
Regn Dagobertus annus XVII
Regn Sigobertus annus XXII
Regn Childobertus annus VII
Regn Childericus annus XV
Regn Thedoricus annus XVII

Regn Chlodouius annus III
Regn Chelbertus annus XVII
Regn Dagobertus annus V
Regn It Helpricus annus V
Regn It Theodericus annus XVII
Anni septimi in trium alius rex non fuit
Regn It Hildericus annus VIIII
Regn Pipinus annus XVII
De dagoberto usq; ad pipino sunt anni
C L VIII
Totum in simul sunt anni
V D CCCC L VIII
Residuum sexti tempus humane inuestigacionis incertum est
omnem enim questionem de hac re dns nr ihs xps abstul[it]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
nouissima [illegible]

S.S. R. Meroving. VII, tab. 4.

Holder l. c. p. 88 sqq., qui non solum de anno sed etiam de patria miserabiliter erravit [1].

Specimen scripturae dedi in tabula 4.

CATALOGUS III.

C 1 a) Codex Parisiacus n. 4409 (Colb. 1197, Reg. 5184), saec. IX, idem qui in calce Breviarii Alarici Catalogum breviorem (v. supra A 2 c) exhibet etiam hunc ampliorem continet fol. 125. inter laterculum 98 titulorum et prologum insertum. Ediderunt Pertz, 'Archiv' VII, p. 744, SS. II, 308; Hessels l. c. p. 426.

C 1 b) Codex Romanus bibliothecae Vaticanae Reginae Christinae n. 846 (Petavii 1287. 1170), olim Tilianus, saec. IX [2], post Breviarium Alaricianum caputque Isidori de legibus ex Etymologiarum libro V. exscriptum (inc. Moyses), fol. 79'. nomina regum Francorum ad Pippinum continet, subsequentibus primo Lege Salica 99 titulorum, cui primum folium sublatum est [3], eodem scilicet textu, qui in C 1 a [4], deinde decreto Childeberti II, quod fol. 97'. Capitulare Haristallense a. 779. ad c. 19. excipit: Anno feliciter undecimo regni do(m)ni n(ostr)i Carolo gloriosissime regis in mense Martio (ed. Boretius p. 47). Catalogum edidit A. du Chesne l. c. p. 781. 'ex Ms. Codice Tiliano' (= Bouquet II, 691).

Contulit F. Schneider v. c.

C 2 a) Codex Bernensis n. 83, saec. IX. vel potius saec. X. [5], olim 'Liber sancti Remigii Remensis' [6], continet Chronicon Laurissense, sicut insequentes libri, deinde fol. 86. eundem Catalogum ad Ludowicum Pium perductum, cuius anni olim vacabant (40 m. al. supplevit), ideoque ante a. 840. absolutum. Reges legitimi e stirpe Merowingica addito adiectivo Regius distincti sunt a principibus gentis Carolingicae, quibus usque ad Carlomannum et Pippinum atramento alio vocabulum nothus adscriptum est. Edidit G. Waitz, SS. XIII (1881), p. 724; cf. p. 382.

In scripturae specimine, quod tabulam 3. occupat, atramenti diversitas discerni nequit, ex qua Pertzius olim Ludowici Pii annos et Folchonis nomen inter abbates S. Vedasti postea addita esse collegit, sed scripturae aetas aliquo modo cognosci potest, quam saeculum IX. non attingere persuasum mihi est.

C 2 b) Codex Romanus bibliothecae Vaticanae inter Palatinos n. 243, saec. IX/X, olim Laurissensis, fol. 61, Nomina regum Francorum sicut subsequens liber ad Lotharium I. imperatorem († 855) perducit. Edidit O. Holder-Egger, 'N. Archiv' X, p. 232 sq.

Contulit F. Schneider v. c.

C 2 b*) Codex Monacensis bibliothecae universitatis Ms. 6, formae magnae,

1) Incidit in Libro Confraternitatum Augiensium (MG. Libri Confratern. p. 257) in Wandalgarium quendam inter 'canonicos ecclesiae S. Pauli', hancque ecclesiam S. Pauli Vesontionensem fuisse ratus, de qua egi Ionas p. 175, n. 3, Wandalgarium scriptorem codicis pro canonico eiusdem ecclesiae vendidit eidemque ecclesiae codicem tam distincte vindicavit, quasi id traditum esset, sed deploranda confusione non animadvertit, id quod editor ipse adnotaverat, cuius adnotationem vix legisse videtur, totam paginam libri illius Confraternitatum potius Lugdunensis ecclesiae nomina continere, et qui primus inter canonicos S. Pauli occurrit Audinus chorepiscopus profecto Lugdunensis ecclesiae chorepiscopus erat, aliunde quoque notus, de quo egit Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti tom. II, p. 598. Ecclesiam S. Pauli Lugdunensis Leidradus archiepiscopus renovavit, qui haec de eadem ad Karolum M. c. a. 813/4. scripsit: Alia quoque domus in honorem sancti Pauli operta est (MG. Ep. IV, p. 543). Holderi alucinatione illusi sunt A. Chroust, Monumenta palaeogr. 1906, I, vol. 3, 17, tab. 6, F. Steffens, 'Lat. Palaeogr. Suppl.' 1909, p. 21 (= editio altera, p. 43), H. Zimmermann, 'Vorkarolingische Miniaturen', 1916, p. 90 sq., 227 sq., cf. tab. 150—152. 2) Saec. VIII. eum attribuit Mommsenus, Theodosiani libri XVI, I, 1, p. CI. 3) Cf. L. Bethmann, 'Archiv' XII, p. 308 sq. 4) Cf. Hessels l. c. col. XVII. 5) Ita Hagen l. c. p. 101; Schnorr v. Carolsfeld l. c. p. 16. 6) Cf. Pertz, 'Archiv' V (1824), p. 487.

saec. XI, varia librorum fragmenta comprehendens, olim Weissenburgensis, a. 1560. *Friburgi Brisgoiae a Iohanne Aegolpho a Knöringen canonico ecclesiae Wirceburgensis et custode Augustano emptus, postea academiae Ingolstadiensis et 'Bibl. Acad. Lund.', continet fol.* 1—38. *Hieronymi Chronicon initio destitutum a verbis prologi:* bis mirum videatur, si alicubi offendimus, *fol.* 38—40'. *continuationem Prosperi nomine adiectam (M apud Mommsen, Auct. antiq. IX, p.* 646—662, *cf. p.* 620*), fol.* 41—44. *Nomina imperatorum regumque Francorum cum adnotationibus nonnullis historicis (ed. SS. XIII, p.* 224, *n.* *, *Auct. antiq. IX, p.* 621—623*), fol.* 44'—55'. *Annales Weissenburgenses (ed. SS. III, p.* 33—72; *O. Holder-Egger, Lamperti Opera, p.* 9—57, *cf. p. LXVII) adnotationum seriem continuantes, quarum memini (Auct. antiq. IX, p.* 623*), et post folium excisum fol.* 56—59. *colligato altero codice eiusdem saeculi, Chronicon Laurissense mutilum a verbis:* Reginfridus[1] maior domus et Helfricus rex, *ita ut pauci tantum versus desint, ad finem* constituit *(SS. I, p.* 122, *'N. Arch.' XXXVI, p.* 36*), fol.* 59—59'. *Catalogum, de quo agitur.*

Codicem Hannoveram missum ipse contuli.

CATALOGUS IV.

Codex Havrensis n. 332 *(A.* 34*), antea A* 1, *saec. XI, olim Fontanellensis ibique signatus C* 8 *n. I, post Vitam Miraculaque Wandregisili et Sermonem in sollemnitate eius legendum*[2] *fol.* 77. *Nomina regum Francorum exhibet a Chlodoveo I. ad Carolum Calvum, pauloque post huius mortem exemplar unde hic codex pendet exaratum esse recte monuit O. Holder-Egger. Idem 'N. Arch.' XVI, p.* 606, *Catalogum edidit, de quo antea egerat codicem diligenter describens S. Löwenfeld, 'N. Arch.' IX, p.* 368 *sqq.*

Redeamus ad Childeberti regis patrisque eius Grimoaldi maioris domus fata, de quibus Catalogi II. et III. ita inter se differunt, ut qui in priore filio attributi sunt septem anni in posteriore accedant patri. Auctorem exemplaris communis, qui quattuor regum nomina veteri Catalogo I. praeposuit, Austrasium fuisse primo patet aspectu, nam post Dagobertum I. solius regis Austrasii Sigiberti III. meminit, neglecto Chlodoveo II, altero illius filio, rege Neustrasiae; Neustrasius vero erat auctor Libri hist. Fr., qui his de rebus solus rettulit, et fortasse Parisiacus sodalis monasterii S. Dionysii: neglectis igitur regum Austrasiae annis, solos Neustrasiae adnotavit atque consentaneum est res Austrasiacas eum non curasse, nisi quantum hominis Parisiaci interfuisset. Porro Parisiis enarravit Grimoaldum in carcerem coniectum cum valido cruciatu mortem subiisse, quia post Sigiberti mortem Dagoberto filio eius parvulo tonso et in Scotiam relegato filium proprium in regno constituisset:

> Decedente, *inquit* (c. 43)[3], vero tempore, defuncto Sighiberto rege, Grimoaldus filium eius parvolum nomine Daygobertum totundit Didonemque Pectavensem urbis episcopum in Scocia peregrinandum eum direxit, filium suum in regno constituens. Franci itaque hoc valde indignantes, Grimoaldo insidias preparant, eumque exementes, ad condempnandum rege Francorum Chlodoveo deferunt. In Parisius civitate in carcere mancipatus, vinculorum cruciatu constrictus, ut erat morte dignus, quod in domino suo exercuit, ipsius mors valido cruciatu finivit.

Filium Grimoaldi maioris domus in regno constitutum non nominavit, sed manifestum est Childebertum subaudiri eundem, qui Sigiberto in Catalogis successor datus est. Chlo-

1) *Ed. Waitz l. l. p.* 409; *Schnorr v. Carolsfeld l. l. p.* 24, *l.* 6. 2) *Cf. SS. rer. Merov. V, p.* 11 *sq.* 3) *Ib. II, p.* 316.

doveus II. vero, in cuius tribunal Grimoaldus adductus esse dicitur, nullo modo cum Catalogis conciliandus est, cum Sigiberto fratri uno tantum anno superstes a. 657. iam obiisset, ita ut septem annos neque pater neque filius regnasse posset, quodque Pagius septem illis annis tot menses substituit, violentiae quidem suae specimen dedit neque vero prudentiae. Cum autem tempus traditum interregno inter Sigiberti III. mortem (656) et Childerici II. initium (662) optime conveniat, ab eo minime recedendum est neque disceptari potest, nisi ea de re, utrum Childebertus solus eo intervallo regnaverit an praeter eum etiam alter solium regale tenuerit. Quaestio sane difficillima diverso modo solvi poterat, antequam perspexi chartam quandam Grimoaldi maioris domus, adhuc haud recte interpretatam, qua villam Germiniacum in pago Remensi sitam Rimagilo monachisque eius dono dedit, regnante Dagoberto II, ipsius Sigiberti III. regis filio, datam esse his verbis[1]: sub die Kalendis Augusti anno IIII. regni domini nostri Dagoberti regis (= 659 p. Chr.). Grimoaldus igitur maior domus fuerat regis non solum Childeberti filii proprii, sed etiam Dagoberti II, huicque regi e septennio illo minimum quattuor anni debentur. Grimoaldum igitur post Chlodovei mortem minimum tres annos etiamtunc vixisse opus est neque ab eo capite condemnatus esse potest, cumque tonso demum Dagoberto II. Childebertum filium proprium a Grimoaldo patre regem institutum esse et traditum sit et per se pateat, Dagoberti II. regnum[2] Childeberti praecessisse necesse est. Cum idem Dagobertus rex viginti annis post ex exilio transmarino revocatus iterumque in solio paterno collocatus sit, prius eius regnum antea prorsus ignotum iam erutum est a posteriore distinguendum, atque Catalogi nostri utrumque oblivione praetermittunt, id quod vix mireris, nam inimici[3] regnantes, qui Dagobertum tonsum in Hiberniam relegasse feruntur, ipse Childebertus rex paterque eius Grimoaldus maior domus erant, qui loco oblitterati in Catalogis apparent.

Altera quae nuper emersit opinio auctoris textui Libri hist. Fr. petulanter illudentis[4] iudicium sobrii critici sustinere nequit, scilicet Childeberti regnum praecessisse, qui post Sigiberti mortem a. 656. aliquot tantum menses regnasset, eumque neque Grimoaldum patrem a Chlodoveo captum et in vincula coniectum esse, in quam vanitatem textus deflecti non poterat nisi per graves interpolationes, cumque hoc modo Dagobertus patre defuncto statim tonsus et in exilium missus esset, ita ut rex omnino non creatus esset, quattuor regni eius anni interpretationi quam maxime resistebant novaeque nugae excogitandae erant ad priores aliquo modo stabiliendas, scilicet sub Dagoberti nomine in Hibernia exulantis Grimoaldum praesidium quaesisse, ut ipse in Austrasios per septennium regnaret, aut illum nomine[5] tantum in Austrasia primo regnasse neque vero ante Childe-

1) K. Pertz, Dipl. I, p. 91; J. Halkin et C. G. Roland, 'Recueil des chartes de l' abbaye de Stavelot-Malmedy' I, 1909, p. 8 sqq. Cf. SS. rer. Merov. V, p. 90. 2) Etiam auctor Chronicae abbatum S. Benigni Divionensis (ed. Bougaud et Garnier, 'Chronique de l'abbaye de Saint-Bénigne de Dijon', Divione 1875, p. 60) Dagobertum Sigiberto successisse voluit: Defuncto Sigiberto Austrasiorum Francorum rege, filius eius Dagobertus succedit in regnum, sed haud multum tribui velim eius testimonio. 3) V. Wilfridi auctore Stephano c. 28 (SS. rerum Merov. VI, p. 221). 4) L. Levillain, 'La succession d'Austrasie au VIIe siècle' ('Revue historique', Parisiis 1913, 38 a., tom. 112, p. 67), textum Libri hist. Fr. c. 43 ita interpolavit: Franci itaque hoc valde indignantes [filio] Grimoald[i] insidias preparant. 5) Pseudoregnum Dagoberti clerici Hibernici L. Levillain per hunc Pauli (Hist. Langob. V, 32) locum probabilius facere temptavit: Hac tempestate Francorum regnum aput Gallias Dagipertus regebat, cum quo rex Grimuald pacis firmissimae foedus inierat, quem cum ratione temporum pugnare ideoque temerarium esse J. Tardif, 'Les chartes mérovingiennes de Noirmoutier' ('Nouvelle revue historique de droit français et étranger' 1898, XXII, p. 769) iam perspexerat. Grimoaldus enim rex Langobardorum a. 662—671. regnavit ('N. Arch.' III, p. 238) regnumque eius cum posteriore Dagoberti II. regno (ex a 676) omnino non convenit, cumque etiam prius pseudoregis regnum ultra annum 662. omnino non

bertum: utraque vero inventa prorsus gratuita in se concidunt, nam Dagobertus tonsus relegatusque clericus iam erat neque rex, cuius annis Grimoaldus maior domus tempora determinare potuisset[1]*, immo pro defuncto habebatur, nam c. a.* 676. *demum eum vivere amici eius audiverunt*[2] *atque praeter maiorem domus eiusque socios nulli secretum illud notum fuisse vel auctor*[3] *huius figmenti concessit. Quis denique credat Childeberto condemnato Grimoaldum patrem etiamtunc sex annos in Austrasios dominatum esse? Quis credat eundem Grimoaldum sua morte defunctum esse potentissimum illum maiorem domus Austrasiae, tenerum autem filium eius Childebertum cruciatui carcerique Parisiaco subiectum supplicio illo exspirasse, cuius rumor ad auctorem Libri hist. Fr. pervenisset?*

Auctor Catalogi II. Austrasius Childeberti regnum 7 *annorum tertio loco enumerans, expuncto Dagoberto II, primum regem Carolingicum regibus stirpis Merowingicae ita immiscuit, quasi series legitima numquam interrupta esset, neque quisquam nothum inter regios suspicari poterat, nisi qui historia domus Carolingicae apprime imbutus esset. 'Adoptivus' Childebertus demum ab auctore Catalogi III. appellatur, quem secretorum domus illius peritum fuisse necesse est, atque nomen stirpi Merowingicae tam familiare filius maioris domus vix habere poterat, nisi a Sigiberto III. adoptatus erat, a quo eum heredem institutum esse Sigebertus Gemblacensis*[4] *statuit auctor multo posterior; filio vero proprio genito adoptatus posthabendus erat neque solium regale ascendere poterat, priusquam heres legitimus tonsus expulsusque esset. Post 'adoptivus' autem altera interpolatione auctoris Catalogi III. 'Grimoaldus' totum septennium assecutus est, quod Childeberto filio eius in Catalogo II. attribuitur, iterumque interpolator peritiae suae specimen dedit, nam penes maiorem domus re vera rei publicae administrationem per septennium illud fuisse liquet. Per tertiam demum interpolationem auctoris solius archetypi C* 2 *'annus I.' Childeberto accrevit, quem perparvum tantum intervallum solium regale tenuisse conici licet, sed cum meliores vetustioresque libri C* 1 *temporis nota careant, coniecturae posteriori haud magnam fidem tribuere malim.*

Unius tantum praecepti notitia Childeberti regis ad nos pervenit, quod ecclesiae Remensi[5] *de teloneis et tributis quibusdam concessit, auctorque qui eius non ante saec. IX. meminit Altmannus monachus Altivillarensis mox de charta Lodovici regis, scilicet Chlodovei II, rettulit, eidem ecclesiae res quasdam in Malliaco prope Remos sito tradentis, quas 'quibusdam infidelibus suis eiectis' receperat. 'Infideles' illi fuerant, sicut Adalricus dux, qui 'nobis infidelis apparuit et se Austrasiis consociavit'*[6]*, atque res*

pertinere potuerit, onus gravissimum Levillain eo expedire sibi visus est, quod contenderet, Grimoaldum maiorem domus nomine Dagoberti ipso anno 662. *mense Augusto foedus illud pepigisse, quo facto e vita decessisset; inter Augustum enim et Decembrem a.* 662. *Grimoaldum regem Langobardorum creatum esse volunt. Tempus vero foederis illius Paulus ipse verbis:* Hac tempestate *determinavit, quae ad praecedentem Doni papae pontificatum (a.* 676—678*) spectant, unde intellegitur auctorem de posteriore Dagoberti regno (a.* 676—679*) cogitasse, sed de eius terminis accuratius non cognosse.*

1) *Quod parum verisimile esse, immo fieri non potuisse etiam W. Levison (v. Sybel, 'Histor. Zeitschr.' tom.* 111, *p.* 210*) monuit.* 2) *V. Wilfridi auctore Stephano c.* 28 *(SS. rer. Merov. VI, p.* 221*).* 3) *L. Levillain l. c. p.* 70. 4) *V. Sigeberti (Migne, Patr. Lat. tom.* 160, *col.* 729*):* Quia vero Sigibertus rex Grimoaldum maiorem domus sibi in omnibus fidelem, morigerum et cooperatorem eatenus erat expertus, filium eius Childebertum regni Austrasiorum heredem delegerat, hoc tamen proposito conditionis tenore, si ipsum contingeret sine liberis obire. Rex quidem, utpote futurorum nescius, quod tunc sibi videbatur ex temporis convenientia fecit; postea vero filium genuit, quem nomine patris sui Dagobertum vocavit. Et priori testamento ad irritum tracto, hunc nutriendum commisit maiori domus Grimoaldo, ut eius potentia contra omnes tutus sublimaretur in Austrasiorum regno. 5) *V. Nivardi ep. Remensis c.* 6 *(SS. rer. Merov. V, p.* 163 *sq.).* 6) *Charta Theuderici III. a.* 676 *(K. Pertz, Dipl. I, p.* 43*); cf. SS. rer. Merov. V, p.* 28.

illorum sicut huius in fiscum redactae sunt. Intelleguntur igitur sectatores partis Grimoaldi[1] *atque Chlodovei II. exercitum fines Austrasiae transgressum a. 656/7. partem Remensis dioeceseos occupasse ex charta illa concludendum est; regem enim illum legitimum vix secundo animo res contemplatum esse, quibus maior domus Austrasiae summam rerum usurparet, per se patet. Cave autem, ne ea quae de villa quadam dioeceseos finitimae Remensis tradita sunt ad totum regnum Austrasiae referas, atque iam olim eis oblocutus sum, qui contenderent, Chlodoveum solio illo tunc potitum esse vacante. Plura his de rebus ad nos omnino non venerunt atque penitus ignoramus, quomodo Chlotharius III. rex Neustrasiae, successor Chlodovei, a. 657—662. de rebus Massiliensibus Sigiberto III. defuncto disponere potuerit*[2]*, nisi statuas etiam has terras procul a patria sitas regno Austrasiaco ereptas esse. Eodem autem modo atque Chlodoveum II. postea Childebertum ecclesiae Remensi consuluisse episcopumque modo huic, modo illi favisse, ex utra parte fructus ecclesiae suae affluerent, vix est, quod mireris, neque ordini iam multum tribuam, quo chartas illas auctor multo posterior disposuerit, cui narratio Libri hist. Fr. vix ignota fuisse potuit. Ut Grimoaldi charta a. 4. Dagoberti data Childeberti regnum collocare non permittit nisi exeunte septennio, ita etiam ex Vita Geretrudis (c. 6), Grimoaldi sororis, sequitur*[3] *nepti illius 'odium paternum' demum post a. 658. obstitisse, ideoque post Chlodovei II. mortem ruinam maioris domus contigisse, cumque 'reges' tunc regnarent neque unicus rex, ad annum 662. deducimur, quo ad Chlotharium III. regem Neustrasiae Childericus II. rex Austrasiae accesserat.*

A Sigiberto III. ad Childericum II. anni 44 in utroque Catalogo et II. et III. numerantur, sed eo inter se differunt, quod illi 22, huic 15 anni in vetustiore Catalogo attributi sunt, dum in posteriore anni 23 et 14 computantur, quibus intervallo septem annorum addito summa in utroque efficitur quam dixi. Sed re vera utrumque regnum (a. 634—675 p. Chr.) 42 tantum annis inter se distat, eodemque modo Dagoberto I. 17 anni in utroque Catalogo falso attributi sunt, qui anno 16. defunctus est, immo Chlotarii II. regnum anno 46. mortui ad 48 annos in Catalogo II, ad 47 in III. prorogatum est. Dissensio de Sigiberti annis eo aliquo modo explicari potest, quod alter computator annum inceptum pro pleno habuerit. Anno 10. Sigiberti = 643. p. Chr. computatio conscripta est, quam aliquantum perturbatam infra n. XIX (p. 493) restituere conatus sum, cumque regni eius primordia ex a. 634. ducenda sint, completo anno 655, complevit etiam 22. regni annum, dieque 1. Februarii a. 656. defunctus minimum unum mensem subsequentis 23. regni sui anni exegit. Simili ratione procul dubio etiam 7 anni proximi interregni intellegendi sunt, ut sex annis die 31. Ianuarii a. 662. completis aliquot tantum menses septimi praeterierint. Childericus II. igitur ad annum 675. exeuntem 13 annos plenos regnaverat circiter 6 mensibus additis[4]*, ita ut 14 anni Catalogi III. verae rationi magis respondeant quam 15 Catalogi II. Deinceps tertii auctor in Chlodoveo III. et Dagoberto III. annos inceptos a completis accurate distinguens quattuor annis verba adscripsit:* obiit in quinto, *dum Catalogus II. cum I. consentiens annos 5 Libri h. Fr. c. 52. in hoc rege iterat, illi autem numerum medium inter annos 2 Libri h. Fr. c. 49. et 4 Contin. Fredegarii c. 6. attribuit, scilicet 3. Tres Catalogi Chilpericum II. annos quinque cum recensione Austrasiaca B Libri h. Fr. c. 53. regnasse volunt, praetermisso dimidio anno recensionis A, dum e contrario ad 6 annos Cont. Fredegarii c. 10. progreditur.*

Atque in universum auctores qui supersunt annos solos regum Francorum litteris mandaverunt, neglectis mensibus aut diebus, qui aut sublati aut ad annos plenos ex-

1) *'Forschung. z. deutsch. Gesch.' XXII, p. 477; 'Der Staatsstreich Grimoalds I.' l. c. p. 435.* 2) *Charta Chlodovei III. a. 692 (K. Pertz, Dipl. I, p. 54).* 3) *'Der Staatsstreich Grimoalds I.' l. c. p. 430; W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p. 44.* 4) *'Der Staatsstreich Grimoalds I.', l. c. p. 426.*

pleti esse possunt, idque absque ullo fraudulento consilio, cum e. gr. rex septimo regni anno defunctus septem annos regnasse crederetur, raro menses curaverunt, dies autem numquam, qui ad 30 *accrevisse possunt, i. e. fere ad mensem: regum igitur Francorum tempora determinatis mensibus aut diebus intra certiores fines redigere quamvis utile sit, tamen deficientibus subsidiis tales computationes nequaquam tam certas esse recordari oportet, quam videantur, et non solum calculatores singuli inter se differunt, sed etiam unus idemque terminos suos semel bisque variavit. Reges Francorum die sollemni elevabantur, veluti nativitate Domini, et fortasse etiam in campo Martio, cum circa Kal. Mart. regni anni nonnumquam inceperint*[1]*, ita ut inter mortem decessoris et exordium subsequentis aliquot dies intercessisse videantur, neque vero multum refert, quibus mensibus aut diebus auspicati sint vetustiores, quorum chartae vix supersint. Tot difficultatibus obstantibus fortasse melius esse credideris nonnumquam nihil determinare quam nimium, magnaque cautio adhibenda est ad illas superandas. Certius progredi licet, ubi dies depositionis ad nos pervenerint, sed ibi quoque anguis latet in herba, nam ut antiquitus traditis festis summa fides accedit, ita recentioribus saeculis emergentibus feriarum adnotationibus haud levis suspicio offerenda est, quarum nonnullae cum antiquis fontibus manifesto pugnant, etiam inter se differunt, immo permutatis regibus eiusdem nominis*[2] *gravissimis erroribus laborant. Quo facilius dies illi quasi stellae fulgentes chronologos illicere solent ad terminos strictius circumscribendos, eo magis eiusmodi illecebris resistendum est, novosque fontes emergentes ad huiusmodi fundamentum dilatandum admitti non licet, priusquam et origo et auctoritas eorum satis examinata sit.*

Tanta autem copia dierum festorum regum Merowingicorum ex archivis deperditis monasterii S. Dionysii Parisiaci nuper eruta esse perhibebatur, ut celeberrimi illi antiquarii Francogallici saec. XVII. et XVIII. fere hebetes fuisse viderentur, qui tam uberem messem se fugere passi essent. Thesaurum illum posteris servasse dicebatur Racine auctor magni Necrologii monasterii S. Dionysii a. 1760. *compositi, qui quidem de annis regum omnino erravit, falsos illos numeros iterans, qui ante me circumferebantur, sed dies quos addidit emortuales optimae notae esse praedicabantur ex vetusto Necrologio S. Dionysii deprompti, ex quo non solum de morte, sed etiam de aetate regum auctor instructus esse dicebatur. At de opere illo longe aliter senserat qui nuper in has res diligenter inquisivit A. Molinier*[3]*, scilicet auctorem ex obituario saec. XIII. pendere, quod semper citasset neque vero accurate, verbosamque compilationem eius nullius auctoritatis esse; praeterea is qui contrariam opinionem sustinere ausus est, tantam rerum peritiam vix ostendit, ut verbis eius nimiam fidem habere liceret*[4]*. Manifestos clientis sui errores aut non videbat aut excusabat, immo audacter negabat virum illum parum sanae fertilitatis omnia*

1) *Cf. E. Mühlbacher, 'Karol. Reg.' I, p.* 23², *a.* 743. 2) *Ann. S. Germani Paris., SS. III, p.* 167: 715. Obiit Dagobertus rex iunior 14. Kal. Febr., qui regnavit in Francia annis 5. *Die* 14. *Kal. Febr. potius Dagobertus I. obiit, in monasterio S. Dionysii sepultus, id quod monachi S. Germani Paris. saec. XI. iam ignorabant!* 3) *'Obituaires de la province de Sens', Parisiis* 1902, *Tom. I, p.* 306. 4) *J. Depoin, 'Essai de fixation d'une chronologie des rois Mérovingiens de Paris aux VI*ᵉ *et VII*ᵉ *siècles' ('Bulletin historique et philologique du comité des travaux historiques et scientifiques'* 1905, *p.* 205 *sqq.) famosissimum Theuderici III. epitaphium Atrebatense (ed. A. du Chesne, Hist. Franc. script. I, p.* 687*), a monacho S. Vedasti confictum, imperitia fere inaudita ad rationem temporum stabiliendam adhibuit, annum* 694. *p. Chr., quo regem obiisse ibi relatum est, ad Dodam uxorem eius referens sexumque masculinum audacter in femininum immutans, nec annis ab incarnatione Domini a proposito suo terrebatur, licet saeculis ante monente Valesio, Res Francicae II, p.* 356, *'temporum periti iam observassent', epitaphium illud multo post regis mortem factum esse propter aeram annorum Christi. Inter peritos illos novissimus calculator vix numerandus est!*

sibi excogitasse, quae per fontes qui supersunt non confirmarentur. Sin vero Racine pretiosis illis fontibus minime usus est, qui ei temere impositi sunt, non multum refert, utrum inventa eius ad verum calculum aliquo modo accesserint an non[1], *sed nugae auctoris ex sobria disquisitione omnino tollendae sunt, qui incerta vel potius conficta pro certis venditans posteros fefellisse videtur. Diutius vero in has ineptias iuquirere opus non est, cum omnia quae de hoc auctore dicenda sunt sodalis meus W. Levison in dissertatione altera luculenter exposuerit, quam supra p.* 468, *n.* 5, *citavi.*

Computationes chronologicas hic illic editas, quas infra collegi, rationis temporum illius aevi studiosis haud ingratas fore spero tabulamque regum Francorum praemisi, ex quo quomodo singuli Catalogi in singulis regibus inter se dissentiant, primo aspectu intellegi potest, eique etiam historiarum annos intuli; falsos autem numeros in his vel illis fontibus obvios uncinis angulatis inclusi. Seriem regum Francorum eodem modo disposui, quo W. Levison in dissertatione sua eam disposuerat, omnibusque contubernalibus suam quam quisque laboraverat partem in commentariis quos addidi servatam esse volui. Viribus enim unitis in hac perutili, sed parum iucunda disquisitione progrediendum est, speroque fore, ut sicut decessores habuimus ita labentibus saeculis etiam successores habeamus adhuc multo feliciores.

B. Krusch.

Catalogus I.

[INCIPIT[a] REGNORUM *add. A* 3. 4. 5 *a. b*].

Teudericus[b] rex[c] rignavit[d] an.[e] XVII.
Chlodoveos[f] rex[g] rignavit[h] an. III.
Childebertus[i] rex[k] rignavit[l] an. XVII.
Dacobertus[m] rex rignavit an.[n] V.
Hilpericus[o] rex[p] rignavit an. V.
Item[q] Teudericus[r] rex rignavit an. XVII.
Anno[s] septimo interim[t] alius rex[u] non rignavit.
Childericus[v] rex[w] rignavit an. VIIII.[x]

Catal. I. A 1. 2 *a. b. c. d.* 3. 4. 5 *a. b.*

Catal. I. a) de *add. A* 4. b) Teodericus *A* 2 *d.* 5 *a*; Teodoricus *A* 2 *a. b. c*; Theudericus *A* 4; Theodericus *A* 3; Tedericus *A* 5 *b, ut infra.* c) rex *constanter om. A* 4; *item om., excepto ultimo loco, A* 5 *a. (b).* d) *ita A* 1; regnavit *semper rell.* e) XVII. an. *et sic deinceps A* 2 *c*; anno *A* 2 *d;* annus *constanter A* 2 *a.* f) *ita A* 1; Clodoveus *A* 2 *b. c. d;* Chlodoveus *rell.* g) *om. A* 2 *a. c. d.* h) *om. A* 5 *a.* i) Hildeb. *A* 2 *a. b. c. d.* 5 *a. b.* k) *om. A* 3, *et sic deinceps.* l) raguavit *A* 2 *a.* m) *ita A* 1; Dagobertus *rell.* n) annu *h. l. A* 2 *a.* o) Hilperigus *A* 2 *a*; *(littera initialis deest)* ilpericus *A* 2 *d;* Chilpericus *A* 3. 4. p) *parva litura sequitur A* 1. q) *om. A* 2 *b. (5 b); totum versum* Item—XVII *om. A* 4. r) Teodericus *A* 2 *b. c. d*; Teodoricus *A* 2 *a*; Theodericus *A* 3. s) añ septimo *A* 1; annus septimo *A* 3; Annos VII. *A* 5 *a. b;* Annum septimum *A* 2 *a. b. c. d.* t) int̄ *A* 1; inter his *A* 4. u) *superscr. A* 4, *habent A* 3. *(5 a. b).* v) Hildericus *A* 5 *a. b*; Hilpericus *A* 2 *a. b (usque ad* regnavit *in litura scr.). c. d.* w) *h. l. habent etiam A* 5 *a. b.* x) VIII. *A* 2 *d.*

1) *Chilpericum II. Racine contendit die* 5. *Novembris obiisse, qui cum ei minime conveniret, eundem Depoin p.* 209. *Chilperico I. temere adscripsit, cui iterum non convenit (cf. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 41*); Chilpericum II. autem idem vir doctissimus Idibus Februarii attribuit, quibus 'Silpericus' quidam rex in Necrologio S. Luciani Bellovacensi attributus est: ipsius vero auctor mihi potius de celebri primo huius nominis rege cogitasse videtur, cuius obitus die* 28. *Martii item falso fastis ecclesiae Tornacensis illatus erat (v. infra p.* 491, *n.* 1*), quam de ignobili secundo (v. infra n. XXIX).*

Sunt in summa[*] annus[a] LXXVIII.
[*add.* Pipinus rex regnavit annus[b] XVIII[1] *A* 2 *a. b. c. d*].
[*add.* Explicit feliciter *A* 2 *d*, feliciter amen *A* 3].

Catalogus II.

Catal. I. INCIPIT REGNORUM VEL TEMPORUM.

Isidori Chron. Eraglius[2] dehinc quintum annum ait[a] sui imperii. Sisbodus Godorum gloriosissimus principis in Spania plurimas Romane milliciae orbis bellando subgicit et Iudeis suis regni subditus a fidem Christi convertit.

Fiunt igitur ab exordio mundi usque in[3] Eragli et quarto relegiosissimo principis Sisbodo et Dagoberto regi Francorum anni XI.

Chlothario sunt XLVIII.[4]

Ab inicio mundi usque ad Heraglio imperio et Sisbodo rege Godorum et Dagoberto regi Franchorum sunt anni $\overline{\mathrm{V}}$DCCCXIII.

Regnavit[b] Dagobertus annus XVII.[5]
Regnavit Segobertus annus XXII.
Regnavit Heldobertus annus VII.
Regnavit Heldericus annus XV.
Catal. I. Regnavit Thedoricus annus XVII.
Regnavit Chlodovius annus III.
Regnavit Chelbertus annus XVII.
Regnavit Dagobertus annus V.
Regnavit item Helperigus annus V.
Regnavit item Theoderigus annus XVII.
Annum[c] septimum intrim alius rex non fuit.
Regnavit item Helderigus annus VIIII.
Regnavit Pipinus annus XVII.
De Dagoberto usque ad Pipino sunt anni CLVIII.
Tutti in semul[d] sunt anni $\overline{\mathrm{V}}$DCCCCLVIII.

Isidori Chron. Residuum saeculi tempus humane investigacionis incertum est; omnem enim quescionem de hac re dominus noster Iesus Christus abstullit, dicens: *Non est vestrum scire tempore vel momenta, que Pater posuit in sua potestate*, et aliut: *De die autem illa*, inquid, *et hora nimo scit neque angeli caelorum nisi solus Pater*, sed unusquisque ergo de suo cogitet transito, sicut sagra Scriptura ait: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in eternum non peccabis.*

*) numeri annorum, quibus (quos *A* 5 *b*) isti reges regnarunt (regnaverunt *A* 5 *a*; regnarent *A* 5 *b*) *add. A* 5 *a. b.*

Catal. I. A 1. 2 *a. b. c. d.* 3. 4. 5 *a. b.* *Catal. II. B.*

Catal. I. a) anni LXXVIII. *A* 5 *a. b*; anni LXXVIIII. *A* 2 *a. b. c. d.* 3 (*ubi* septuaginta et octo *add.*); anni LXIII *A* 4. b) *ita A* 2 *a*; annos *rell.*; XVIIII a. *corr.* XVIII a. *A* 2 *c*.

Catal. II. a) *ita pro* agit *etiam codex X* 25 *Isidori, scilicet Londiniensis Harl. n.* 5251, *s. IX, ed. Mommsen p.* 399; *cf. SS. rer. Merov. II, p.* 10 *(Fredegarii codex* 2 *b).* b) Regñ *semper B.* c) Regñ *B, corr.* d) in summa *Catal. I.*

1) *Rectius* 16½ *annos Pippino regi attribuit auctor C* 1 *b Catalogi III; v. supra p.* 470. 2) *Initio fineque auctor Chronica Isidori maiora expilavit; cf. Auct. antiq. XI, p.* 479 *sq.* 3) *Verba* anno quinto imperatoris *desiderantur.* 4) *Chlotharius II. a.* 46. *regni obiit; cf. Fred. IV,* 56. 5) *Anni regum nonnullorum iusto maiores sunt; v. supra p.* 477.

Catalogus III.

[HAEC SUNT *add. C* 1 *a. b*] NOMINA[a] REGUM FRANCORUM.

Chlotarius[b] regnavit annus[c] XLVII.[d] *Catal. II.*

Dagobertus [filius suus *add. C* 1 *b*] regnavit[e] annus[c] XVII.

[Regii hucusque *m. al. in mg. add. C* 2 *a*]. Sigobertus[f] [nepus suus *add. C* 1 *b*] regnavit[g] annus[c] XXIII.[h]

Hildebertus[i] [id est *add. C* 1 *a*] adoptivus [filius *add. C* 1 *b*] [annum I *add. C* 2 *a. b. b**].

Grimoaldus[k,*] regnavit[g] annus[l] VII.

Hildericus[m] regnavit[g] annus[c] XIIII.[n]

[Regius *m. al. in mg. add. C* 2 *a*]. Theodericus[o] regnavit[g] annos XVII.

[Pippinus*, filius Ansigisi[p], maior domus *add. C* 2 *a. b. b**] [ann. XXVII[1] *m. al. add. C* 2 *b**].

[Regius *m. al. in mg. add. C* 2 *a*]. Chlodoveus[q] regnavit[g] annos IIII[r], obiit in V.

Childebertus[s] regnavit[g] annos XVII.

[Regius *m. al. in mg. add. C* 2 *a*]. Dagobertus regnavit[g] annos IIII[t], obiit in V.

[Karlus[u,**] maior domus, filius Pippini *add. C* 2 *a. b. b**] [añ VII *m. al. add. C* 2 *b**].

Hilpericus[v] regnavit[g] annos V.

[Regius *m. al. in mg. add. C* 2 *a*]. Theodericus[w] regnavit[g] annos XVII.

C 1 *a. b.*	*C* 2 *a. b. b**.
Carolus[x] sine alio rege imperavit annos VII[y].	Carlomannus[2] et Pippinus*** ann. VII.

Hildericus[z] regnavit[g] annos VIIII.

Pippinus regnavit[g] annos[3] [XV et dimidio anno *C* 1 *a*; XVI et dimedio *C* 1 *b*; XXVII et dim. *C* 2 *a. b. b**].

C 2 *a.*	*C* 2 *b. b**.
[Carlus annos XLVII.	Carlus[a] ann. XLVI.
Hludowicus annos †	Hludowicus ann. XXVI.
	Hlotharius[b] ann. XVI]. 855.

*) nothus *m. al. superscr. C* 2 *a.*

**) nothi *m. al. superscr. C* 2 *a.*

***) filii Karli *superscr. et* nothi deinceps *m. al. add. C* 2 *a.*

†) XL[4] *m. al. suppl. C* 2 *a.*

Catal. III. C 1 *a. b.* 2 *a. b. b**.

Catal. III. a) Nom̄ *C* 2 *a.* b) *ita C* 1 *b*; Clotharius *C* 1 *a*; Hlotharius *C* 2 *a*; Hlutharius *C* 2 *b*; Hluharius *C* 2 *b**. c) *corr.* annos *C* 1 *b, et sic vel* añ, ann. *rell.* d) *ita C* 1 *a. b*; XLIIII *C* 2 *a. b*; XLIII *C* 2 *b**; XLVIII *Catal. II.* e) *om. C* 2 *a. b.* f) Sigebertus *C* 2 *a*; Segobertus *Catal. II.* g) *om. C* 2 *a. b. b**. h) *in litura C* 1 *b*; XXII. *Catal. II.* i) *ita C* 2 *a*; Hildibertus *C* 2 *b. b**; Childebertus *C* 1 *a. b*; Heldobertus *Catal. II.* k) Grimoalđ (*i. e.* Grimoaldus, *non* Grimoaldi) *C* 1 *b*; Grimaldus *C* 1 *a.* l) *ita Catal. II;* añ *C* 1 *b.* 2 *b*; annos *rell.* m) *ita C* 2 *a*; Hildricus *C* 2 *b. b**; Childricus *C* 1 *a. b*; Heldericus *Catal. II.* n) XV. *Catal. II.* o) *ita C* 1 *b*; Theodricus *C* 2 *a*; Theudericus *C* 1 *a*; Thiedericus *B* 2 *b*; Thiodricus *C* 2 *b**; Thedoricus *Catal. II.* p) Ansgisi *C* 2 *b. b**. q) Chlodeveus *C* 2 *b*; Clodoveus *C* 1 *a*; Hlodoveus *C* 2 *a.* r) III *m. al. corr.* IIII C 2 *b**; III. *Catal. II.* s) Hildebertus *C* 2 *a*; Hildibertus *C* 2 *b. b**; Chelbertus *Catal. II.* t) V *Catal. II.* u) Carlus *C* 2 *b**; Carolus *C* 2 *b.* v) Chilpericus *C* 1 *a*; Helpricus *C* 2 *b*; Helperigus *Catal. II.* w) *ita C* 1 *b*; Theudericus *C* 1 *a*; Theodricus *C* 2 *a*; Thiodricus *C* 2 *b. b**. x) Charolus *C* 1 *b.* y) IIII *corr.* VII *C* 1 *a.* z) *ita C* 2 *a*; Childericus *C* 1 *a*; Childricus *C* 1 *b*; Hildricus *C* 2 *b. b**; Helderigus *Catal. II.* a) Carolus *C* 2 *b.* b) Hlutharius *C* 2 *b**.

1) *Eadem de Pippino in Annalibus praecedentibus (fol.* 44; *cf. Auct. antiq. IX, p.* 623*) scripta sunt, qui ad alium codicem olim pertinebant.* 2) *Cf. Chron. Lauriss. breve, ed. Waitz l. c. p.* 410; *Schnorr von Carolsfeld l. c. p.* 26. 3) *Catal. II:* annus XVII. 4) *Nescio quo calculo.*

Catalogus IV.

NOMINA REGUM FRANCORUM.

Hludoveus rex annis XXX.
Hlotharius annis LI.
Hilpericus annis XXIII.
Hlotharius annis XLVI.
Dagobertus annis XX . . .[a]
Hludoveus annis XX.
Hlotharius annis XIIII.[1]
Hildricus annis II.[2]
Teodericus annis XX.
Hludoveus annis V.
Hildebertus annis XVII.
Dagobertus annis V.
Hilpericus annis IIII.
Hlotharius anno uno.
Teodericus annis XVIIII.
Hildericus annis XI.[3]
Pippinus annis XXVII.
Karolus imperator ann̄ XLVII.
Hludowicus imp̄ annis XXVII.
877. Karolus rex annis XXVIII.

Catal. IV. c.

a) *m. al. corr.* XLII. *c.*

TABULA REGUM FRANCORUM QUOT QUISQUE ANNOS REGNAVERIT.	*Historiae*	*Catalogi* I	II	III	IV
I. Chlodoveus I. (481—511 *post Oct.* 29).	omnes dies (*cf. Gen.* 5,17) regni eius anni 30, *Greg. II,* 43				30
II. Theudericus I. (511 *post Oct.* 29—533 *ex.*). *in Austrasia*	† 23. regni sui anno *id. III,* 23.				
III. Theudobertus I. (533 *ex.*—547? 548?). *in Austrasia*	† 14. regni sui anno *id. III,* 37.				
IV. Theudebaldus (547? 548?—555 *Nov. Dec.*). *in Austrasia*	† 7. regni sui anno *id. IV,* 9.				
V. Chlodomeris (511 *post Oct.* 29—524), *Aurelianis.*					
VI. Childebertus I. (511 *post Oct.* 29—558 *Dec.* 23), *Parisiis.*					

1) *Chlotharius a.* 16. *obiit; sed calculatores Fontanellenses ei* 14 *tantum annos tribuebant; cf.* '*Forsch. z. Deutsch. Gesch.*' *XXII, p.* 484; *supra p.* 471. 2) *Computatio Neustriaca a.* 675 (*infra p.* 498): Hildericus regnavit in Neustria an. II et menses VI. 3) VIIII *rectius reliqui Catalogi; vide ea quae infra p.* 512. *de falso Fontanellensium calculo scripsi.*

Tabula regum Francorum quot quisque annos regnaverit.		*Historiae*	*Catalogi* I	II	III	IV
*VII. Chlotharius I. (*511 *post Oct.* 29 — 561 *Nov.* 29*/Dec.), Suessionis (in Austrasia ex a.* 555, *per totum regnum* 558—561*).*		† anno 51. regni sui *Greg. IV*, 21.				51
*VIII. Charibertus I. (*561 *Nov.* 29*/ Dec.* — 567 *post* 17. *Nov.), Parisiis.*						
*IX. Gunthramnus (*561 *Nov.* 29*/ Dec.* — 592 *Mart.* 28*) in Burgundia.*		*[*† anno 33. regni *Fred. IV*, 14*]*. Regnavit autem annis 31. *Lib. h. Fr. c.* 35.				
*X. Sigibertus I. (*561 *Nov.* 29*/ Dec.* — 575 *ante Dec.* 8*).*	*in Austrasia*	† quarto decimo regni sui anno *Greg. IV*, 51.				
*XI. Childebertus II. (*575 *Dec.* 25 — 595 *post Dec.* 25*) (in Burgundia* 592—595*).*	*in Austrasia*	regnavitque annis 20. *L. h. Fr. B c.* 37.				
*XII. Theudebertus II. (*595 *post Dec.* 25. — 612 *post Mai.).*	*in Austrasia*					
*XIII. Theudericus II. (*595 *post Dec.*25.–613 *post Aug.*23*) in Burgundia (in Austrasia* 612/3*).*	*in Austrasia*	† anno 18. regni sui *Fred. IV*, 38 *sq.*				
*XIV. Sigibertus II. (*613 *post Aug.* 23*).*	*in Austrasia*					
*XV. Chilpericus I. (*561 *Nov.* 29*/ Dec.* — 584 *Sept. ex./Oct. in.).*	*in Neustria*	Regnavit enim annis 23. *Lib. h. Fr. c.* 35.				23
*XVI. Chlotharius II. (*584 *Sept. ex./Oct. in.* — 629 *post* 18. *Oct.) (per totum regnum* 613 — 623*).*	*in Neustria*	† anno 46. regni sui *Fred. IV*, 56. [regnavitque annis 44. *L. h. Fr. c.* 42].		*[*48*]*	*[*47*]*	46
*XVII. Dagobertus I. (*623 *Ian.* 20 *ad Apr.* 8 — 639 *Ian.* 19*) (in Austrasia* 623—629*).*		† anno 16. regni sui *Fred. IV*, 79. [regnavitque annis 44. *L. h. Fr. c.* 43, *Chlotharii II. annos iterans*].		*[*17*]*	*[*17*]*	*[*XX . .*]*
*XVIII. Charibertus II. (*629 *ex.* — 632 *ante Apr.* 8*) in Aquitania.*						
*XIX. Sigibertus III. (*634—656 *Febr.* 1*).*	*in Austrasia*			22	23	
*XX. Dagobertus II. (*656—661 *et* 676 *Apr.* 2 *ad* 30. *Iunii* — 679 *Dec.* 23*).*	*in Austrasia*				('2*a. b. b**	
*XXI. Childebertus, filius Grimoaldi, (*661? 662*).*	*in Austrasia*			7	1	
[Grimoaldus maior domus 656 –662*].*	*in Austrasia*				7	

TABULA REGUM FRANCORUM QUOT QUISQUE ANNOS REGNAVERIT.		*Historiae*	*Catalogi* I	II	III	IV
XXII. Chlodoveus II. (639 Ian. 20—657 Oct. 10 ad med. Nov.).	*in Neustria et Burgundia*	[regnavitque annis 16. *Lib. h. Fr. c.* 44]. regnavitque annis 18. *Cont. Fred. c.* 1 [† 17. regni sui anno. *V. Balthildis B c. 5].*				*[20]*
XXIII. Chlotharius III. (657 Oct. 10 ad med. Nov. — 673 post Mart. 10, immo Apr. 17? ante Mai. 15?).	*in Neustria et Burgundia*	[regnavitque annis 4. *Lib. h. Fr. c.* 45 = *Cont. Fred. c.* 2]. anni quindecim et menses V *cod. Oxon. Isidori (infra n. XXIV).*				*[14]*
XXIV. Childericus II. (662—675 Sept. 10 ad Nov. 15) in Austrasia (in Neustria 673—675).		an. II et menses VI *cod. Oxon. Isidori (ib.).*		*[15]*	14	*[2]*
XXIVa. Chlodoveus, filius Chlotharii III, (676) in Austrasia.						
XXV. Theudericus III. (673 Mart. 10, immo post Apr. 17? ad Mai. 15? — 690 ante Mai. 18?).		[regnavit annis 19. *Lib. h. Fr. c.* 49]. regnavit annis 17. *Cont. Fred. c.* 6.	17	17	17	*[20]*
XXVI. Chlodoveus III. (690 ante Mai. 18? — 694 ex.).		[regnavitque annis 2. *Lib. h. Fr. c.* 49]. regnavit ann. 4. *Cont. Fred. c.* 6.	*[3]*	*[3]*	4 obiit in 5to	5
XXVII. Childebertus III. (694 ex. — 711 ante Mart. 2).		regnavit annis 17. *Lib. h. Fr. c.* 50. [regnavit ann. 16. *Cont. Fred. c.* 7].	17	17	17	17
XXVIII. Dagobertus III. (711 ante Mart. 2—715 post Sept. 3 et ante 716 Febr. 29).		regnavitque annis 5. *Lib. h. Fr. c.* 52 = *Cont. Fred. c.* 9.	5	5	4 obiit in 5to	5
XXIX. Chilpericus II. (715 post Sept. 3 et ante 716 Febr. 29 — 721 inter Ian. 30 et Mai. 13).		regnavit annis 5½ *(ita A; 5 B). Lib. h. Fr. c.* 53. [regnavitque ann. 6. *Fred. Cont. c.* 10].	5	5	5	*[4]*
XXX. Chlotharius IV. (718 ante 3. Febr. — 719) in Austrasia.						1
XXXI. Theudericus IV. (721 inter Ian. 30 et Mai. 13 — 737 inter Mart. 16 et Apr. 30).			17	17	17	*[19]*
XXXIa. Interregnum (737 inter Mart 16 et Apr. 30 — 743 inter Febr. 15 et Mart. 2).			7	7	7	
XXXII. Childericus III. (743 inter Febr. 16 et Mart. 3 — 751 inter Oct. 31 et 752 Ian. 23).			9	9	9	*[11]*

COMPUTATIONES ET ADNOTATIONES ANNORUM REGUM FRANCORUM VETUSTAE CUM COMMENTARIIS.

*I. Chlodovechus I. (*481—511 *post Oct.* 29*).*

Die VI. Idus mensis quinti Felice v. c. consule, *i. e. a.* 511, *Iul.* 10, *die dominico, episcopi concilii Aurelianensis a Chlodovecho convocati litteras ad regem dederunt*[1] *certoque termino, post quem illum obiisse necesse est, adhuc posteriorem, diem scilicet* 29. *Octobris, addidit W. Levison*[2] *neque vero dies depositionis antiquitus traditus est.*

Inde ex saeculo XIII. demum in Necrologiis et Missalibus aliquot Parisiacis Chlodovechi festum adnotatum est et quidem triplex neque una eademque basilica sibi constat. In basilica S. Genovefae primo 29. *Novembris eius festum celebrabatur Necrologio saec. XIII. ex. illatum his verbis*[3]*:* III. Kl. Dec. Deposicio magni Clodovei, *deinde* 27. *Novembris duo 'vetera' Kalendaria monente Valesio, Res Francicae, Parisiis* 1646, *I, p.* 313, *eadem fere verba iterant:* Depositio magni regis Chlodovei, *sed 'vetera' illa Kalendaria potius Missalia*[4] *sunt saec. XIII.|XIV. composita, quibus Kalendarium per totum annum praecedit. Denique in monasterio S. Dionysii Necrologium saec. XIII. potius diem* 3. *Ianuarii eidem regi assignat*[5]*:* 3. Non. Ian. Clodoveus rex primus christianorum. *Huic quidem opinioni vix quisquam acquievit, cuius origo ex Genovefae cultu explicanda mihi videtur esse, quae eodem die colitur, sique Chlodovechi depositionem hoc modo tunc statuerint, verum diem clerum Parisiacum tunc latuisse fortasse concludi licet. Sane difficile creditu est Chlodovechi memoriam ex eius morte continua sollemnitate celebratam esse, neque sanctae uxoris eius nomen in fastis legitur nisi recentioribus*[6]*; Necrologia autem vetustissima ultra Pippinum regem non pergunt*[7]*. Emergente desiderio primi regis christiani colendi saec. XIII. ex. in ipsa basilica S. Genovefae alium diem Missalibus adscripserunt ac Necrologio, atque A. Longnon inter utrumque haesitante, priorem tuitus est W. Levison; e tribus autem qui traditi sunt diebus unum solum constare posse manifestum est. Anniversarii regis auctor Necrologii*[8] *S. Genovefae die* 19. *Septembris iterum meminit hoc modo:* Anniversarium regis Ludovici iunioris *(† 1180).* Hoc anniversarium sub eadem sollempnitate et devotione celebrari debet a fratribus, sub qua et anniversarium magni regis Clodovei, qui fundator fuit huius ecclesie. *Ecclesiam autem Genovefae a Nortmannis incendio adeo combustam, ut parietes tantum extarent, Stephanus*[9] *demum celeberrimus ille abbas, postea episcopus Tornacensis, saec. XII. ex. renovavit. Chlodovechi festum die* 27. *Novembris saeculo XVIII. in monasterio S. Genovefae celebrabatur, ubi sepulchrum regis se habere gloriabantur, sed iam tunc in dubium vocabant, num antiquitus minime traditum pro vera Chlodovechi depositione habendum esset*[10], *cumque constet eiusmodi*

1) *MG. Concilia I, p.* 2 *sqq.* 2) *'Zur Gesch. des Frankenkönigs Chlodowech' ('Bonner Jahrbücher. Jahrbücher d. Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande'* 1898, *tom. CIII, p.* 48*); v. infra n. VI,* 2. 3) *A. Molinier, 'Obituaires de la Province de Sens', Parisiis* 1902, *I,* 1, *p.* 516, *cum praefatione A. Longnon.* 4) *Ch. Kohler, 'Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque Sainte-Geneviève', Parisiis* 1893, *p.* 58. 583, *Missalia illa basilicae S. Genovefae accuratius denominat n.* 90, *fol.* 7, *saec. XIII—XV, et n.* 1259, *fol.* 8, *saec. XIII/XIV. Cf. Levison l. l. p.* 48, *n.* 2*; G. Kurth, 'Clovis', Parisiis* 1901, *II, p.* 197[2]. 5) *A. Molinier l. c. p.* 306. 6) *AA. SS. Iun. I, p.* 292. 7) *Obituarium S. Germani ('Notices et documents' p.* 28*).* 8) *Molinier l. c. p.* 510. 9) *Stephani epistulae (Migne, Patr. Lat. CCXI, col.* 431. 433. 435*).* 10) *Diem* 27. *Novembris, quo monachi S. Genovefae Chlodovechi memoriam saec. XVIII. quotannis celebrabant, re vera eundem esse, quo rex obiisset, affirmare noluit Dubos, 'Histoire critique de la monarchie françoise dans les Gaules', Amstelodami* 1734, *III, p.* 50, *de antiqua quadam translatione cogitans, itaque depositionem intellegi posse aut pro quolibet anniversario die festo eandem accipi probavit C. Ianningus, AA. SS. Iun. V, p.* 409. *Quod in Proprio ecclesiae S. Genovefae orationes extant con-*

dies festos posterioribus saeculis confictos esse cum aliorum (v. supra p. 337, *n.* 2*), tum regum Francorum (v. infra p.* 491, *n.* 1*), moderationem eorum sequi malim, qui ab his saeculi XIII/XIV. fontibus se abstinuerunt*[1].

Cum Gregorius, H. Fr. II, 43, *regni eius annos* 30 *collegerit, anno* 481. *regnum eum iniisse oportet, si anno* 511. *nondum finito e vita decesserit, illumque annum et Ph. Labbe, 'L'histoire des roys de France depuis Faramond', Parisiis* 1667, *p.* 23, *et plerique posteri statuerunt; annum vero* 482. *Valesius et novissime W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 37, *anteposuerunt, quae ratio constat, si annos plenos ad finem anni* 511. *computaveris, sed cum menses diesque, quos rex regnaverit, plane ignoremus, cumque Gregorius inter annos plenos et non consumptos minime distinxerit (v. infra p.* 487*), accuratissimi calculi in incertum revocantur.*

*II. Theudericus I. (*511 *post Oct.* 29—533 *ex.).*

Theudericus anno 23. *regni sui mortuus (Greg., H. Fr. III,* 23*) ad annum* 533. *ex. aut* 534. *in. pervenire poterat, posterioresque Gregorii calculi (H. Fr. III,* 37, *IV,* 51*) citeriorem terminum confirmare videntur, quem et Valesius l. c. p.* 395. *et W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 38, *secutus est. Gregorium vero nostrum diligentissimum annorum computatorem persaepe lapsum esse et omnibus notum est et occasione data optime exposuit G. Monod*[2], *ideoque eo vetustius de Theuderici morte argumentum fortasse expendendum est, quod recentiores omnes fugisse videtur. Legimus in epistula Cassiodori Senatui urbis Romae inscripta haecce (Varia XI,* 1, *Auct. antiq. XII, p.* 329, 16*):* Nam Theodericus ille diu potenti nomine gloriatus in triumphum principum nostrorum langoris potius pugna superatus occubuit. *Scripsit haec Cassiodorus modo praefectus praetorio creatus eademque occasione Athalaricus rex (†* 534*) Senatui denuntiavit (Var. IX,* 25*), praefecturae praetorianae dignitatem Cassiodoro regendam tributam esse:* a duodecima indictione *(p.* 293, 2*), quae die* 1. *Septembris a.* 533. *incipiebat, cumque novus praefectus praetorio ipse in propria epistula (Var. XI,* 7, *p.* 336, 17*) praecepta sua dederit ad indictionem duodecimam pertinentia, epistula quam citavi eidem anno convenire videtur (cf. Mommseni praef. p. XI, XXIX), scripta, postquam Senatus audivit Cassiodorum illam dignitatem suscepisse: Theudericum I. igitur a.* 533. *ex. obiisse existimem.*

*III. Theudebertus I. (*533 *ex.* — 547*?* 548*?).*

1. *Marii Chronica a.* 534 *(Auct. antiq. XI, p.* 235*):* Paulino iun. Ind. XII. His conss. reges Francorum Childebertus, Chlotarius et Theudebertus Burgundiam obtinuerunt et fugato Godomaro rege regnum ipsius diviserunt.

Ex hoc loco sequitur Theudebertum a. 534. *regnasse, sed minime constat eo anno reges Francorum Burgundiam obtinuisse, i. e. adeptos esse, immo constat episcopos Burgundiae et Augustodunensem et Viennensem iam anno* 533. *die* 23. *Iunii concilio Aurelianensi subscripsisse (MG. Conc. I, p.* 64 *sq.), neque 'obtinere' pro 'possidere' apud Marium accipi potest, id quod C. Binding, 'Gesch. d. Burgundisch-Romanischen Königreichs', Lipsiae* 1868, *I, p.* 271, *statuit, qui eius dispositionem annorum parum efficaciter defendisse mihi videtur. Marium errore res nonnullas ad annum insequentem traxisse et Mommsenus*

iunctim pro rege Chlodoveo et pro regina Blancha, Dubos hanc pro Alboflede accepit sorore Chlodovei, sed erravit, nam de Blancha uxore Ludovici VIII. regis agitur a. 1252. *defuncta, cuius in Necrologio (l. c. p.* 516*) eodem die* 29. *Novembris mentio fit quo Chlodovei.*

1) *W. Junghans, 'Die Gesch. der fränkischen Könige Childerich und Chlodovech', Gottingae* 1857, *p.* 119*; Monod, 'Revue critique'* 1879, *1, p.* 92. 2) *W. Junghans, 'Histoire critique des règnes de Childerich et de Chlodovech' ('Bibliothèque de l'école des hautes études', fasc.* 37, *Parisiis* 1879, *p.* 155 *sqq.), cuius librum in sermonem Francogallicum transtulit et adnotationibus instruxit G. Monod.*

l. c. p. 229. *praefatus est et infra videbimus (v. l.* 14 *sq.); e contrario ad a.* 500. *Gundebaudi regis perfugium Avennicum adnotavit, quod a.* 501. *fastis codicis Gothani saec. VII. Paschalis Victorii adscriptum est; cf. 'N. Arch.' IX, p.* 277*; Auct. antiq. IX, p.* 729*; W. Levison, 'Bonner Jahrb.'* 103, *p.* 51.

2. *Idem a.* 548*:* p. c. Basili ann. VII. Ind. XI. Eo anno Theudebertus rex magnus Francorum obiit, et sedit in regno eius Theudebaldus filius ipsius.

Theudebertus I. 13. *regni annum* 546. *ex. peregerat annoque* 14. *defunctus (Greg., H. Fr. III,* 37*) ad annum* 547. *pervenit, sed Gregorius, H. Fr. IV,* 51, *a Chlodovechi morte ad Theudeberti annos* 37 *numeravit, quasi uterque rex, et Theudericus et Theudebertus, tot plenos annos peregissent, quos* 23. *et* 14. *anno obiisse ipse testatus erat. Annos* 29 *a Theudeberti ad Sigiberti mortem (†* 575. *Dec.) idem colligens iam iterum eoque gravius secum pugnat*[1], *nam non solum Theudebaldo, filio Theudeberti, et Sigiberto I. a.* 7. *et* 14. *regni defunctis plenos annos attribuisse videtur, sed etiam medium Chlotharii I. regnum Austrasiacum (a.* 555—561*) iusto pluris pependit. Sin re vera ad Sigiberti mortem* 29 *anni praeterissent, Theudebertus a.* 546. *ex. mortuus esset, cumque etiam Marium ratio fefellerit, Sigiberti I. mortem uno anno ulterius ad a.* 576. *adnotantem (v. n. X), dubium mihi videtur esse, utrum Theudebertus a.* 547. *an* 548. *defunctus sit.*

IV. Theudebaldus (547*?* 548*?* — 555. *Nov. Dec.*).

1. *Marii Chronica a.* 555 *(Auct. ant. XI, p.* 236*):* p. c. Basili ann. XIIII. Ind. III. Hoc anno Theudobaldus rex Francorum obiit, et obtinuit regnum eius Chlothacarius patruus patris eius.

2. *Titulus sepulchralis apud Arvernos asservatus, C. I. L. (*1899*) XIII,* 1, *n.* 1481*:* transiit || VIII. K. Dec. [in]dīc. IIII. dn̄. [Theudov]^[l]di regi = 555, *Nov.* 24.

Mortem Theudebaldi Marius indictioni III. attribuit, quae a. 555. *mense Augusto exeunte finiebatur, sed ex inscriptione quae praecedit, monente W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 38, *concludendum videtur esse, licet extremae nominis litterae adeo mutilatae sint, ut a excepta particula,* l *omnino perierint, indictione IV. et die* 24. *Novembris a.* 555. *regem etiam vixisse, cumque pater eius a.* 548. *et indictione XI. eodem Mario teste obierit, si per indictiones calculum posueris, Theudebaldus anno* 7. *regni sui minime defunctus esse potest, id quod Gregorius, H. Fr. IV,* 9, *affirmavit, sed diutius vixit.*

V. Chlodomeris (511 *post Oct.* 29—524).

Marii Chronica a. 524 *(ib. p.* 235*):* Iustino et Opilione. Ind. II. Eo anno contra Chlodomerem regem Francorum Viseroncia proeliavit, ibique interfecto Chlodomere.

VI. Childebertus I. (511 *post Oct.* 29—558 *Dec.* 23).

1. *Adnotationes temporum concilii Aurelianensis a.* 538. *die* 7. *Maii habiti (MG. Concilia ed. Maassen I, p.* 72*) neque in numero annorum Childeberti I. inter se conveniunt,* 26 *seu* 27 *exhibentes, neque cum indictione II. conciliandae sunt, ad annum* 539. *pertinente, unde ex his actis nihil concludendum est.*

2. *Concilium Aurelianense a.* 549 *(l. c. I, p.* 108*):* Notavi die V. Kal. Novembris anno XXXVIII. regni domni Childeberthi, indictione tertia decima.

Cum Childebertus I. 38. *regni sui annum anno* 549. *die* 28. *Octobris numeraverit, qui temporum concursus per indictionem XIII. firmatur, solium regale non ante diem* 29. *Octobris a.* 511. *ascendisse debet, quo calculo etiam Chlodovechi mors certius deter-*

1) *Valesius, Res Francicae I, p.* 61, *etiam de diebus* 18 *dubitavit, quos Gregorius, H. Fr. IV,* 51 *(p.* 187, 14*), inter Theudeberti, filii Chilperici I, a.* 575. *occisi et Sigiberti I. necem interfuisse voluit.*

minari videtur; cf. W. Levison, 'Zur Gesch. d. Frankenkönigs Chlodowech' ('Bonner Jahrb.' CIII, 1898, *p.* 48*).*

3. *Marii Chronica a.* 558 *(l. c. p.* 237*):* p. c. Basili ann. XVII. Ind. VI. Hoc anno Childebertus rex Francorum transiit, et obtinuit regnum eius Chlothacarius rex frater eius.

4. *Anno vero* 559. *transitus Childeberti I. attributus est in Additamentis ad Chronica maiora Isidori cod. Oxon. Bodlei. n.* 113, *saec. X/XI, Auct. antiq. XI, p.* 492, *infra p.* 498, *l.* 1, *atque J. Havet l. c. p.* 96. *dubitavit, utri calculo maior fides habenda esset, recteque monuit Marium de rebus extra Burgundiam gestis falli potuisse, bene recordatus, quomodo idem de Childeberto II. erraverit, v. infra XI,* 3.

5. *Vita Droctovei abb. Parisiaci auctore Gislemaro c.* 15 *(SS. rer. Merov. III, p.* 541*):* Parisius civitate X. Kl. Ian. feliciter migravit. *Concordant nonnulli Usuardi codices (AA. SS. Iun. VII, append., p.* 760*).*

*VII. Chlotharius I. (*511 *post Oct.* 29—561 *Nov.* 29*/Dec.)*

Marii chronica a. 561 *(l. c. p.* 237*):* p. c. Basili ann. XII. Ind. VIIII. Hoc anno Chlothacarius rex mortuus est, et diviserunt regnum eius filii ipsius, id est Charibertus, Guntegramnus, Hilpericus et Sigibertus.

Chlotharium I. paucis diebus patri superstitem fuisse, annorum intervallo non numerato, ideoque annum regni 51. *tantum incepisse docuit Valesius l. c. p.* 486 *sqq., deinde ipse ('Forsch. z. deutsch. Gesch.' XXII, p.* 455*) probavi mortem post diem* 19. *Nov. collocandam esse, immo post diem* 28. *Novembris ex pactione Andelaensi annisque Gunthramni filii eius (SS. rer. Merov. I, p.* 377*) conclusit W. Levison, 'Chlodowech', p.* 48, *n.* 1.

*VIII. Charibertus I. (*561 *Nov.* 29*/Dec.—*567 *post* 17. *Nov.).*

Concil. Turon. a. 567, *die* 17. *Nov. (M. G. Concil. I, p.* 135*):* Notavi sub die XV. Kal. Dec. anno VI. regni domini nostri Chariberthi gloriosissimi regis.

Cum Chilpericus Galsuendam ab Athanagildo patre († 567 paulo ante 14. *Iunii; cf. K. Zeumer, 'N. Arch.' XXVII, p.* 419*) ei transmissam (Greg., Hist. Fr. IV,* 28*) in urbe Rotomagensi in matrimonium duxerit (Fortun. Carm. VI,* 5, 236*), quam possidere non poterat nisi post Chariberti mortem, hunc regem ante nuptias illas, i. e. a.* 567, *obiisse iam Le Cointe, Ann. eccl. Franc., Paris.* 1666. *II, p.* 92, *concluserat; cf. SS. rer. Merov. I, p.* 759, *n.* 2; *W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 39.

*IX. Gunthramnus (*561 *Nov.* 29*/Dec.—*592 *Mart.* 28*).*

Fredegarius IV, 14*:* Anno 33. regni Gunthramni. Eo anno quinto Kal. Aprilis ipse rex moritur; sepultus est in ecclesia sancti Marcelli, in monasterio quem ipsi construxerat. Regnum eiusdem Childebertus adsumsit.

Gunthramnum a. 592. *defunctum esse primus probavit Valesius (*1658*) II, p.* 450, *deinde ipse eandem opinionem sustinui ('Forsch.' XXII, p.* 452 *sqq.), quam contra aliter sentientes (a.* 593*) defendi (SS. rer. Merov. II, p.* 576 *sq.), mecumque consentit W. Levison (v. Sybel, 'Historische Zeitschr.'* 1901, *tom.* 87, *p.* 298, *'N. Arch.' XXXV, p.* 40*). De eadem quaestione fusius disserui in Epilogo (p.* 512 *sqq.).*

*X. Sigibertus I. (*561 *Nov.* 29*/Dec.—*575 *ante Dec.* 8*).*

Marii Chronica a. 576 *(l. c. p.* 239*):* An. X. Iustini iun. Aug. Ind. VIIII. Hoc anno Sigibertus rex Francorum bellum contra fratrem suum Hilpericum movet, et cum eum iam inclusum haberet et de eius interfectione cogitaret, ab hominibus Chilperici per fraudem interfectus est, et suscepit regnum eius Childebertus filius ipsius.

Potius praecedenti anno monente Valesio l. c. II, p. 61, *nex Sigiberti attribuenda est, quem ante diem* 8. *Decembris periisse ex epitaphio Casariae colligitur; v. infra n. XI,* 2; *SS. rer. Merov. I, p.* 191, *n.* 3.

XI. Childebertus II. (575 *Dec.* 25—595 *post Dec.* 25).

1. *Greg., H. Fr. V,* 1: Qui die dominici natalis regnare coepit; *id. VIII,* 4: rex nihilominus in diem sanctum dominicae nativitatis est elevatus. *Reges sollemni die ecclesiastico aliquot diebus post decessoris mortem elevabantur, sicut Pippino rege die* 24. *Septembris defuncto demum die dominico* 9. *Octobris a.* 768, *festo S. Dionysii martyris, Karolus et Karlomannus elevati sunt.*

2. *Antequam die* 25. *Decembris rex institutus est, die* 8. *Decembris ipsius regnum iam incepisse testari videtur titulus iuxta oppidum S. Andreae dioecesis Avennicae repertus, Le Blant, 'Inscriptions chrét. de la Gaule antérieures au VIIIe siècle', Parisiis* 1865, *II, p.* 418, *C. I. L. XII* (1888), *n.* 1045: † obiit bonm̄ Casaria medium noct. d̄ dn̄i conluciscente VI. id Decemb̄ quatragies et VI. p̄c Basil. iunioris v̄c .c. ann̄ XII. regn̄ domni Cheldeberti reg. ī indict. quinta (= 586, *Dec.* 8, *die dominico*).

3. *Anno* 576. *primordia Childeberti perperam attribuit Marius; v. n. X.*

4. *Fredegarius IV,* 16: Quarto anno, post quod Childebertus regnum Guntramni acciperat, defunctus est; regnumque eius filii sui Teudebertus et Teudericus adsumunt.

Annum 595[1] *post Valesium l. c. II, p.* 64, *defendi SS. rer. Merov. II, p.* 577. *Anno* 596, *mense Iulio, Gregorius I. papa iam ad Theudericum et Theudebertum litteras dedit* (*Jaffé n.* 1432[2], *Greg., Reg. VI,* 49), *qui a.* 595. *mense Septembri etiam ad Childebertum patrem eorum scripserat* (*Jaffé n.* 1385[2], *Greg., Reg. VI,* 6). *De die v. Epilogum* (*p.* 515 *sq.*).

XII. Theudebertus II. (595 *post Dec.* 25—612 *post Mai.*).

Fredegarius IV, 38: Anno 17. regni sui Lingonas de universas regni sui provincias mense Madio exercitus adunatur. — Vestis regalibus Theudebertus expoliatus — —. Theudebertus vinctus Cabylonno distinatur.

XIII. Theudericus II. (595 *post Dec.* 25—613 *post Aug.* 23).

1. *Binas annorum computationes olim in annalibus nostris excerptas ('Archiv' VII, p.* 109), *postea e codice Wirceburgensi Mp. th. f.* 28 (*antea n.* 35), *saec. VIII, ipse edidi ('N. Arch.' X, p.* 89 *sq.*) *neque vero rationem perturbatam tunc assequi potui, e quibus iam priorem hic proferre libet, regnante Theuderico II. rege compositam, cui etiam Alesaciones pater subdiderat*[2]: RATIO ORBEM[a], EX QUO TERRA CONDITA EST SECUNDUM CICLUM VICTORI.

a) *corr.* ORb *cod.*

1) *In Necrologio ecclesiae maioris Lemovicinae (cod. Paris. lat.* 17188) *die X. Kal. Dec. haec adnotata sunt:* Depositio Childeberti regis, *quae ad Childebertum II. rettulit J. Depoin, 'Questions mérovingiennes et carolingiennes' ('Revue des études historiques', Parisiis* 1904, *tom. LXX, p.* 381), *sed Childebertus I. item X. Kal. mensis insequentis Ianuarii colebatur, quos Kalendarum dies errore non insolito facile inter se permutari potuisse etiam W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 41, *non negavit. Item dies IX. Kal. Dec., i. e.* 23. *Novembris, Childeberto regi in Kalendario S. Luciani monasterii Bellovacensis dicatus erat, quod festum Childeberto III. reservavit P. F. Chifflet, Bedae presbyteri et Fredegarii scholastici concordia,* 1681, *p.* 445 (*v. infra n. XXVII*), *itaque tres Childeberti festis persimilibus ornati sunt, quae procul dubio ab una eademque origine proficiscuntur.* 2) *Fredegarii Chron. IV, c.* 37.

Ab Adam usque ad resurreccionem domini nostri Iesu Christi anni . U. milia . CCXX et CIII et a resurreccione domini nostri Iesu Christi usque ad praesentem anno, in quo fuit pascha XI. kł Aprls, regnante domno Theoderico rege anno UIII, indiccionis septima, anni sunt UI.centi . IIII. Et fiunt simul omnes anni . U. milia octingenti et duo.

Quam computationem cum ad cyclum Victorii redactam esse ex praescriptione intellegatur, ad diem resurrectionis vel potius passionis sane V̄CCXXⁿII *(pro* V milia CC XX et CIII*) annos Victorius ab Adam numeravit, sed inde a resurrectione Domini interpolator quidam insequentes annos ad praesentem annum immutavit, potius a nativitate Domini computans* 604, *dum a passione secundum Victorii cyclum sunt DLXXVII, scilicet anno* 45. *cycli redintegrati* 532 *annorum, cui re vera idem Victorius*[1] *pascha adscripserat XI. Kal. Apr. cuique indictio erat septima. Omnes igitur anni ab Adam secundum cyclum Victorii fiunt* 5228 + 577, *scilicet V milia octingenti et V, ita ut extremus numerus* II *in* U *emendandus sit. Quod annus iste, scilicet* 604. *p. Chr., cum VIII. anno Theuderici II. convenire dicitur, hunc paulo post Dec.* 25. *a.* 595. *regnum iniisse in Epilogo probare conatus sum, ita ut pro* anno VIII. *ante* indiccionis septima *scribendum sit* anno VIIII.

2. *Annus quartus eiusdem Theuderici regis in titulo vici Guilherand (dép. Ardèche) cum indictione duodecima aequiparatur his verbis*[2]*:* Idas Kalendas Novenbras annum quartum renum domini nōtri Teodorici riges indicciune dudecema, *sed nemo est, qui non intellegat hanc rationem nullo modo stare posse, atque pro* renum *olim conieceram* denum, *de anno* 608. *cogitans (SS. rer. Merov. II, p.* 134, *n.* 7*), at* regnum *per alterum titulum (C. I. L. XIII,* 1, *n.* 1512*) firmatur, quare coniecturam meam amplius sustinere nequeo.*

3. *Anno* 613. *c.* 23. *Augusti Bonifatius IV. ad Theudericum regem de Floriano episcopo Arelatensi scripsit, Jaffé, Reg. n.* 2002[2]; *MG. Ep. III, p.* 455. *Haec quidem epistula temporum indicia nulla fert, sed eodem tempore vel die de eadem re ad Florianum papa scripsit, ita perorans*[3]*:* Data decimo Kl. Septembris im̄p̄p̄ d̄d̄ n̄n̄ piissimis augustis Heraclio an̄n̄ III, p̄c̄ eiusdem an̄n̄ II et Heraclio Constantino novo filio eius an̄ primo, indictione prima.

*XIV. Sigibertus II. (*613 *post Aug.* 23*).*

Fredegarius I, 24*:* Itaque fiunt simul ab Adam usque ad praedicationem Christi et 15. annum Tiberii anni 5228.

A 15. anno Tiberi principes Romanorum et ab ipsa passione domini nostri Iesu Christi usque ad Constantinum et Rufum consules *(a.* 457. *p. Chr.)* anni 430.

A Constantino et Rufo usque ad ann. primum regni Sygiberti regis Francorum, filio Theuderici regis, explentur anni 156.

Itaque fiunt simul ab Adam usque ad annum primum regni Sygiberthy regis anni 5815 = 613 *p. Chr., sed pro* 5815 *emendandum est* 5814; *cf. 'N. Arch.' VII, p.* 436 *sqq.*

*XV. Chilpericus I. (*561 *Nov.* 29*/Dec. —* 584 *Sept. ex./Oct. in.).*

Gregorii H. Fr. VI, 45*:* Interim, advenientibus Kalendis Septembribus, Gothorum magna legatio ad regem Chilpericum accedit.

Chilpericus, qui 'advenientibus Kalendis Septembribus' legationem Gothorum suscepit, maturatis uvis (SS. rer. Merov. I, p. 285, 23*) obiit, i. e. exeunte Septembri, de quo Wandalberti Martyrologium (MG. Poetae II, p.* 593*):* Miti Sebtember praegustans pocula

1) *Victorii Cursus paschalis, ed. Th. Mommsen, Auct. antiq. IX, p.* 691. 2) *Le Blant l. c. II, p.* 175. *n.* 474; *C. I. L. XII, n.* 2654. 3) *MG. Epist. III, p.* 453 *sqq.*

Bacho, *aut ineunte Octobri*[1]; *cf. Valesius II, p.* 188; *'Forschungen' XXII, p.* 489; *W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 41.

*XVI. Chlotharius II. (*584 *Sept. ex./Oct. in.* — 629 *post* 18. *Oct.).*

Anno 46. *Chlotharii II. die* 18. *Oct. indictione* 3 = 629 *p. Chr. defunctus quidam est, cuius titulum (Le Blant II, p.* 9, *n.* 375; *C. I. L. XIII,* 1, *p.* 384, *n.* 2476*) repertum apud Briord in castro Veyle in Burgundia sito explicavi SS. rer. Merov. II, p.* 149, *n.:* † Hic requiiscit bone memoreae in Christi n͞o Carusus pr͞bs, qui fuit ad Dei officio paratus, umanetas in eo sates laudanda, amicus omnebus, qui vixit in pace annus LXV, transiet XV. K. Novembris an͞ XXXXVI ri͞g Clotario Đ III.

*XVII. Dagobertus I. (*623 *Ian.* 20. *ad Apr.* 8 — 639 *Ian.* 19*).*

1. *Fredegarius IV,* 47*:* Anno 39. regni Chlothariae Dagobertum, filium suum, consortem regni facit eumque super Austrasius regem instituit, retinens sibi, quod Ardinna et Vosacos versus Neuster et Burgundia excludebant, = 623, *Ian.* 20 *ad Apr.* 8, *comparatis inter se die emortuali (n. XVII,* 7*) dieque auctoritatis a.* 630 *(n. XVII,* 4*); cf. 'Forschungen' XXII, p.* 415 *sqq.; J. Havet, 'Oeuvres' I, p.* 139, *n.* 1; *W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 42 *sq.*

2. *Fredegarius IV,* 53*:* Anno 42. regni Chlothariae Dagobertus cultu regio et iusso patris honeste cum leudibus Clippiaco nec procul Parisius venit, ibique germanam Sichieldae regini nomen Gomatrudae in coniugium accepit. Transactis nupciis, diae tercio inter Chlotharium et filium suum Dagobertum gravis horta fuit intencio: petensquae Dagobertus cuncta que ad regnum Austrasiorum pertinebant suae dicione vellere recipere; — tandem a pontificebus vel sapientissimis viris procerebus pater paceficatur cum filio. Reddensque ei soledatum quod aspexerat ad regnum Austrasiorum, hoc tantum exinde, quod citra Legere vel Provinciae partibus situm erat, suae dicione retenuit.

Aquitaniam tunc Dagoberto cessisse statuit J. Havet, 'Oeuvres' I, p. 205, *sed contraria opinio praeferenda videtur esse*[2]. *Dagobertus praeceptionem ad Barontum comitem Lemovicinum dedit divisionis praediorum causa inter Theudilam aliosque hoc die factae (Havet l. c. p.* 233*):* Factum pactum sub die XII. Kal. Iulias anno IIII. regni domni nostri Dagoberto regis = 626, *Iun.* 20. *Theodetrudis seu Theodila, filia Brodulfi, avunculi Chariberti regis et fortasse fratris Sichildis reginae, uxoris Chlotharii, a.* 43. *Chlotharii XII. Kal. Mai.* = 627, *Apr.* 20 *(Havet l. c. p.* 236*), villas cum alias tum in pago Lemovicino sitas basilicae S. Dionysii dono dedit aliamque ipsi Dagoberto concessit, qui eam S. Dionysio tradidit (Gesta Dagoberti c.* 37*).*

1) *Die* 28. *Martii Chilperici regis obitum, scilicet festo Gunthramni regis, ecclesia maior Tornacensis vigiliis similibusque officiis etiam saec. XVII. quotannis celebrabat haecque chartis eius illata erant (Jean Cousin Tournesien, 'Histoire de Tournay ou quatre livres des chroniques, annales ou demonstrations du christianisme de l'évesché de Tournay', Duaci* 1619, *I, p.* 330*):* Quinto Calend. April. obitus gloriosi regis Francorum Chilperici, qui hanc ecclesiam ita larga Christi charitate dotavit ex ipso antiquissimo iure regni sui, ut perpetuo atque absolute possidendum contraderet ei, quidquid prorsus in civitate ista regia potestas obtinebat, et usque in hodiernum diem Deo militantes in eadem ecclesia stipendiis regalibus pascat. *Attamen iam Le Cointe, Annales eccl. Francorum, Parisiis* 1666, *II, p.* 263, *cautum esse voluit, ne quis hoc mendacium crederet, cum Chilpericus autumno obiisset. Etiam Stephanus Tornacensis episcopus libertatem civitatis suae ad regem illum rettulit in epistula ad archiepiscopum Remensem (Migne, Patr. Lat. CCXI, col.* 508*) data chartaque eiusdem nomine conficta adhuc superest, qua ecclesiae Tornacensi teloneum concessisse dicitur; cf. K. Pertz, Dipl. I, p.* 130 *sq.* 2) *Cf. 'Forschungen' XXVI, p.* 172; *G. Schnürer, 'Die Verfasser der sog. Fredegar-Chronik' p.* 94.

3. *Donatio villae Stirpiniaci basilicae S. Dionysii facta, cuius fidem vindicavit J. Havet, 'Oeuvres' I, p. 247 sqq., data est:* sub die Kalendas Octobris. Anno ç regni. Sauriciagore (Sauriciaco fe. *exemplo donationis persimilis villae Iticinae emendavi 'Forschungen' XXVI, p. 169, n. 5) ideoque anno 628. die 1. Octobris, at J. Havet pro ç scripsit çI et pro* Sauriciaco *nomen omnino diversum interpolavit* Stirpiniaco, *opinatus vivo Chlothario Dagobertum I. de Stirpiniaco villa Neustrasiae disponere non potuisse neque Sauriciaci chartam datam esse posse, quae villa in numero earum non fuisset, ubi reges resedissent. Quod ad nomen villae immutatum spectat, argumenta viri acuti et de studiis nostris optime meriti interim improbata sunt (cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p. 42), sed immutatus annus tantam fidem meritus est, ut postposito titulo sepulchri (supra n. XVI) Chlotharius ante diem 1. Octobris a. 629. obiisse crederetur. Cum viri privati persaepe de villis disposuerint largitate regum sibi concessis, nonne Dagobertus rex villam largitate patris habere poterat anno post defuncti, qui extremis regni annis etiam rebus novis admodum vexabatur (Fredeg. IV, 55)? Anno 7. Dagoberti quidem auctor Gestorum eius c. 22. de hac donatione rettulit, sed annus sextus eiusdem regis apud Fredegarium quem exscripsit omnino desideratur neque huic discrimini multum tribuendum esse ipse monueram ('Forschungen' XXVI, p. 169). Denique, quod maximum est, librarius, saec. XIII, cui exemplar huius chartae debemus, notam obsoletam ç accurate depinxit, quam alii librarii multo vetustiores misere depravare solebant (v. supra n. XIII, 1; infra n. XIX, 2), atque tantam diligentiam lineola addita fugere potuisset? Quae si recte monuerim, etiam haec Havetii coniectura ita tollenda est sicut altera de loco. Sauriciaci igitur charta data est, ubi synodus*[1] *a. 589. habebatur, in confinio Austrasiae*[2] *annoque 628. neque Stirpiniaci annoque insequenti.*

4. *Auctoritas Dagoberti I. de Desiderio Cadurcae urbis episcopo (V. Desiderii c. 13, SS. rerum Merov. IV, p. 571):* Dagobertus rex Francorum episcopis et ducibus cunctoque populo Galliarum finibus constituto *(pro Desiderio* paschali sollempnitate pontificali benedictione *confirmando, cf. Indiculum ib. p. 573, 1).* — — — Data sub die VI. Idus Aprilis anno VIII. Dacoberti regis = 630, *Apr.* 8.

5. *Titulus repertus Briorati in castro Veyle, scilicet in vico Briord ad Rhodanum prope Belley in Burgundia sito, Le Blant l. c. II, p. 4, n. 373 A, C. I. L. XIII,* 1 (1899), *p.* 384, *n.* 2478*:* † Hic tua, venerabilis Amate, requiecunt membra sepulcro, qui fuit insignis meritis Veseroncia prior prbr officio altarebus sacris prelictus adesit. Ver magnus ac mente benignus, abstutus, passiins, dulcissemus, aptus, non et novilior criscit ex mure parentum. Consili magnas dum feneraris opis, rapuit inveda mors de corpore vita. Hoc ergo frater plenus amure cum nimio tumulavit dulure, cui sistint lacreme et cesint su[spiria] fetus. Vixit in pace añ XXXXVIII, obiit XV. K[al] . . . ano V e rigno Dagoberti re. Đ VI I.

Hunc titulum, cuius rationem computandi nemo adhuc indagavit, sicut etiam de simili (supra n. XVI) eodem loco reperto toto caelo erratum est, ita explicem. Quod annus V. Dagoberti more insolito per verba 'e rigno', addita praepositione, determinatus est, Burgundio solius regni Burgundici post Chlotharii II. mortem (629) adepti neque regni Austrasiae (623) rationem habuit, atque re vera in annum 634. indictio VII. incidebat: littera enim Đ sicut in titulo simili indictionem designat, id quod ante multos annos monueram; cf. SS. rer. Merov. II, p. 149, n. Ex hoc igitur titulo exemplum colligitur, quomodo in terris postea acquisitis anni regum distingui potuissent, atque Burgundiones propriam consuetudinem interdum secutos esse etiam e Fredegario IV, c. 15 sq., intellegitur.

6. *Fredegarius IV,* 79*:* Anno sexto decemo regni sui Dagobertus profluvium ventris Spinogelo villa super Secona fluvio nec procul a Parisius aegrotare cepit. — —

1) *Greg., H. Fr. IX,* 37. 2) *A. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 403 *sq.*

Hys gestis, post paucus dies Dagobertus amisit spiritum = 639, *cum Chlodoveus II. 18 annos regnasset neque* 19; *v. 'Forschungen' XXII, p.* 465; *Havet l. c. p.* 139, *n.*

7. *Gesta Dagoberti c.* 42*:* His taliter expletis, post paucos dies 14. Kalendas Febroarias[1] christianissimus rex Dagobertus humanis rebus exemptus est = 639, *Ian.* 19*: cf. 'Forschungen' XXII, p.* 459*sqq.; Havet, 'Oeuvres' I, p.* 139, *n.* 1*; Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 43.

*XVIII. Charibertus II. (*629 *ex.* — 632 *ante Apr.* 8.*).*

1. *Fredegarius IV,* 56*: (Post Chlotharii II. mortem, cum Dagobertus regnum occupasset),* Airibertus frater suos nitibatur, si potuisset, regnum adsumeret; sed eius voluntas pro simplicitate parum sortitur effectum.

2. *Id. IV,* 57*:* Hoc tantum Chairiberto regendum concessit, quod et per pactiones vinculum estrinxit, ut amplius Airibertus nullo tempore adversus Dagobertum de regno patris repetire presumerit. Airibertus sedem Tholosa aeliens, regnat in partem provinciae Aquetaniae.

Post anno tercio (= 631/2), quod regnare coepisset, tota Wasconia cum exercito superans, suae dicione redegit.

3. *Id. IV,* 67*:* Anno nono regni Dagoberti Charibertus rex moretur = 632 *ante Apr.* 8.

*XIX. Sigibertus III. (*634—656 *Febr.* 1.*).*

1. *Fredegarius IV,* 75*:* Anno undecimo regni Dagoberti, cum Winidi iusso Samone forteter severint et sepius, transcesso eorum limite, regnum Francorum vastandum Toringia et relequos pagus ingrederint, Dagobertus Mettis orbem veniens, cum consilio pontevecum seo et procerum, omnesque primatis regni sui consencientebus, Sigybertum, filium suum, in Auster regem sublimavit = 634.

2. *Altera computatio codicis Wirceburgensis Mp. th. f.* 28 *(antea n.* 35*), saec. VIII, quam una cum priore (supra n. XIII,* 1*) 'N. Arch.' X, p.* 89*sq. olim edideram:*

RATIO MUNDI.

A principio mundi usque ad diluvio anni dua milia . CC . XLII et a dilivio usque ad Abraham anni D . CCCXLII et ab Abraham usque ad Moysen . D . CI. Fiunt simul a principio mundi usque ad Moysen anni trea milia . DC. LXXX. V. Et a Moysen usque ad Samson et captivitate Troie anni CCCC . XXX. Et a captivitate Troie usque ad Romulum[a], qui Romo[b] condidit, anni CCCCXXX, ac sic a principio mundi usque quo Roma condita est anni sunt IIII. milia . D. XL. C. II. Et a Roma condita usque ad consoles anni CC. L. I[c]. Et ab . Arido[d] et Conlacione primis consolibus usque ad dominum nostrum Iesum Christum anni CC XX . C . III. Et ab ascensione domini nostri Iesu Christi usque ad anno . XL . II . regnum gloriosissimi domni nostri Chlotari regis anni DC . I, qui faciunt in summa ab inicio mundi anni U. milia DCCC . XX . C . IIII. Item et ab inicio mundi usque ad anno decimo Seggeberti regis anni Ū milia DCCC XX . C . IIII. Et remanent dies[e] sexto miliario, ut pro conpleatur[f], anni C . XXXX tantum[g].

Regnante Sigiberto III. rege Austrasiae calculator summam annorum a principio mundi ad annum praesentem duxit, sicut vetustior regnante Theuderico II. rege Burgun-

a) *corr.* Romolum *cod.* b) *sic cod.* c) CC. L. UI *cod*, *corr.* d) *scr.* a Bruto. e) *scr.* de. f) *scr.* pro toto conpleatur, *scil. miliarium.* g) tant̄ *cod.*

1) *Eodem die obitus Dagoberti Necrologio monasterii S. Udalrici Augustensis (MG. Necrologia I, p.* 120*) et Obituario basilicae S. Dionysii saec. XIII. illatus est (A. Molinier, 'Obituaires de la province de Sens' I,* 1, *l. c. p.* 308*).*

diae et Alesatiae, atque utrumque in Austrasia degisse manifestum est. Ab ascensione ad annum XLV. neque XLII. Chlotharii II. — iterum II *in* U *emendandum est, ut supra n. XIII,* 1 *— annos* 601 *computavit, scilicet ad annum* 628. *p. Chr. n., atque eidem anno summa ab initio mundi ducta accurate respondet V̄ DCCC XX ϛIII, ubi librarius notam ϛ parum intellegens iterum interpretatus est per* CI. *Mox ab initio mundi ad X. annum Sigiberti III. regis progressus eandem annorum summam iteravit V̄ DCCC XXCIIII, dum ad annum* 643. *p. Chr. potius V̄ DCCC XLIIII anni numerantur, scilicet summa persimilis, atque quattuor in fine omnino concordant. Eum vero qui de sexto miliario restabat annorum numerum librarius socors penitus perturbavit, nam pro* C XXXX tantum *exiguntur* C XXXXXϛ. *Quodsi annus* 643. *decimus Sigiberti annus erat, annus* 634. *erat primus.*

3. *V. Sigiberti regis auct. Sigeberto monacho Gemblacensi (AA. SS. Febr. I, p.* 230*):* Obiit autem Kalendis Februarii, aetatis suae anno fere tricesimo primo *(minime, c.* 26 *annos natus erat; cf. Fred. IV,* 59*),* regni vicesimo octavo *(corr.* XXII*; v. supra p.* 477*),* ab incarnatione Domini anno 662, a transitu sancti Martini anno 263. Et qui in multis locis insignia sui monimenta reliquerat, sepeliri eligit in urbe Metis, quae regni sui sedes fuerat, in basilica, quam ad gloriam et laudem Dei in honore S. Martini gloriosi confessoris regia liberalitate construxerat. *De anno emortuali v. supra p.* 477.

*XX. Dagobertus II. (*656—661 *et* 676—679 *Dec.* 23*).*

1. *Charta Grimoaldi maioris domus, qua Rimagilo episcopo vel omni congregationi monasterii Malmundariensis seu Stabulensis Germiniacum villam concessit (MG. Dipl. ed. K. Pertz I, p.* 91*), ita desinit:* Facta exemplaria sub die Kalendis Augusti anno IIII. regni domini nostri Dagoberti regis = 659, *Aug.* 1.

Rationem huius clausulae, quam eo usque imperite interpretati erant, explicans prius Dagoberti II. regnum restitui Sigiberto patri succedentis, SS. rer. Merov. V, p. 90*; 'Der Staatsstreich des fr. Hausmeiers Grimoald I.', l. c. p.* 427*sq.; v. supra p.* 475.

2. *Childerico II. occiso (†* 675*), Dagobertus II. ab amicis et propinquis ex exilio Hibernico revocatus et in solium patris restitutus est, restitutique anno secundo Ansoaldus episcopus Pictavensis chartulam donationis Filiberto abbati Heriensi concessit ita datam*[1]*:* Data Kl. Iul. anno secundo regni domno Dagoberti regis, *eamque Gestis municipalibus allegandam curavit per mandatum:* Data Kl. April. anno secundo regno domni Dagoberti regis, *quo die re vera Gestis illa allegata est ita incipientibus:* Anno secundo regni domni Dagoberti gloriosissimi regis sub die Kal. April. *Cum chartae die* 1. *Aprilis datae die* 1. *Iulii data posteriores sint, duobus sibi succedentibus annis a Chr. n. chartae Herienses conscriptae sunt, scilicet anno* 677 *Iul.* 1 *et* 678 *Apr.* 1, *neque Dagobertus regnum recuperasse potest nisi inter diem* 2. *Aprilis et* 30. *Iunii a.* 676*; cf. SS. rer. Merov. V, p.* 90, *n.* 11*; 'Der Staatsstreich Grimoald I.' p.* 432*; W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 45. *Anni II. Dagoberti regis etiam auctor Inventionis Memmii episcopi Catalaunensis meminit, SS. rer. Merov. V, p.* 365.

3. *Vita Dagoberti III. regis Francorum c.* 15 *(SS. rer. Merov. II, p.* 521*):* Ex iussu enimvero regis mundi et ex voluntate regis superni preceperunt episcopi, per singulos annos celebrari sollempniter diem martyrii domni Dagoberti regis, qui est 10. Kalendas Ianuarii.

Auctor vitam Dagoberti martyris, scilicet II, enarrare voluit, sed de persona erravit. Idem dies in vetere Kalendario adnotatus erat, quod psalterio Emmae Francorum reginae († c. 988*), uxoris Lotharii regis Franciae, praefixum Remis in bibliotheca Remigiana olim asservabatur (Mabillon, Annales ord. S. Benedicti,* 1739, *I, p.* 511*):* 10. Kalendas

1) *Tardif, 'Les chartes Mérovingiennes de Noirmoutier' ('Nouvelle revue historique de droit français et étranger'* 1898, *XXII, p.* 786 *sqq.). Cf. W. Levison, SS. rer. Merov. V, p.* 569.

Ianuarii sancti Dagoberti regis et martyris, *dum codices interpolati Martyrologii Usuardi (AA. SS. Iun. VII, append., p. 762. 764) inter dies 23. et 24. Decembris fluctuant unusque (ib. p. 528) vel 11. Sept. festum attribuit. De anno emortuali v. 'Histor. Zeitschr.' LXIII, p. 110; W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p. 45.*

XXI. Childebertus, filius Grimoaldi, (661? 662).
[Grimoaldus maior domus 656—662].

Childebertus rex ab auctoribus historiarum oblivioni datus primum emersit e Catalogis regum Francorum, quibus postea etiam Grimoaldus pater eius illatus est, eorumque auctoritatem quosque utrique tribuant annorum numeros supra p. 474 sqq. in praefatione expendi, ubi fusius his de rebus disserendum erat.

XXII. Chlodoveus II. (639 Ian. 20—657 Oct. 10. ad med. Nov.) et
XXIII. Chlotharius III.
(657 Oct. 10 ad med. Nov.—673 post Mart. 10, immo Apr. 17? ante Mai. 15?).

Annum, quo Chlodoveo II. Chlotharius III. successit, per certas supputationes, quae infra recensentur, firmavi 657. p. Chr. 'Forschungen' XXII, p. 462 sqq., meisque argumentis nova addidit J. Havet, 'Oeuvres' I, p. 95, qui menses diesque accuratius determinavit.

1. *V. Iohannis abb. Reomaensis, Prol. (Ionas p. 326):* Anno centesimo post explicionem numeri sancti Victori episcopi, ciclum recapitulantem, anno tercio regni domni Clotharii regis indolis, ex iusso ipsius principes vel genetrices suae praecelse domne Baltilde regine cum ad orbem Cabalonnensem noni mensis secunda ebdomada Ionas abbas per Riomao sancti Iohannis monasterio preteriens, paucis diebus inibi pro labore itineris quievit, cumque victus precibus fratrum ipsius coenubii, ut que per discipulus memorati confessoris Christi vel posteris eorum veraciter conperta erant de actuale vita hac spiritale contemplatione articulo dicendi convertit, praedictus Ionas Hunnane abbati inquid = 659 *Nov. ante* 15.

Secunda hebdomada noni mensis, i. e. Novembris, anno 100. cycli renovati Victorii, i. e. 659 p. Chr., quo in diem Veneris Kal. Nov. inciderant, dies 3—9. Nov. comprehendisse potest, si hebdomadam a dominico die inceperis, aut insequentem septimanam 10—16. Nov., si Havetii calculum sequimur, cui ego quidem acquiescere nolim, sed hebdomada etiam pro spatio septem dierum accipitur, neglecto feriarum ordine, itaque secunda hebdomada dies 8—14. Nov. comprehendisse potest, quam rationem praeferam. Cum Chlotharii tertius regni annus tunc volveretur, ante medium mensem Novembrem a. 657. eum gubernacula suscepisse necesse est.

2. *Titulus repertus Viennae apud ecclesiam S. Petri, 'Revue épigraphique du midi de la France', tom. XII (1884—1889), p. 380, n. 728; Le Blant, 'Nouveau receuil des inscriptions chrétiennes de la Gaule antérieures au VIIIe siècle' ('Collection de documents inédits sur l'histoire de France, série 3, archéologie 15'), Parisiis 1892, n. 107, p. 126:* † Hic requiescit in pace bonememorius Maurolenus, quim rapuit mors inveda, cuius infancia bona fuit, qui vixit annus plus menus XXIII. Obiit Kā. Madias indic̄. III. an. III. rig̅. dom. nost. Clottari regis = 660 *Mai.* 1.

Ex hoc titulo sequitur Chlotharium post diem 1. Maii a. 657. regnum iniisse, cf. J. Havet, 'L'avènement de Clotaire III.' ('Bibl. de l'école des chartes' 1892, LIII = Oeuvres I, 102).

3. *Codex in vico Troussures (dép. Oise) nunc asservatus subscriptionem fert in monasterio Luxoviensi saec. VII. exaratam hanc:* Explecitum opus, favente Domino, apud coenubium Lussovium anno duodecimo regis Chlothacharii, indictione tercia decima, ān XLsimo pīs nī *(= patris nostri, i. e. Waldeberti abbatis)* feliciter peracto, = 669 *Sept.* 1. *ad Nov.* 15.

Indictio enim XIII. anno 669. *non incipiebat nisi die* 1. *Sept.; cf. J. Havet, 'La date d'un manuscrit de Luxeuil' ('Bibl. de l'école des chartes'* 1885, *XLVI, p.* 430 *sqq.* = *'Oeuvres' I, p.* 91 *sqq.).*

4. *Codici Parisiaco n.* 17544, *saec. XII, Chronicorum maiorum Isidori computatio inter c.* 416 *et* 417. *inserta est haec (ed. Mommsen, Auct. antiq. XI, p.* 493*):* Post hanc supputationem usque in annum praesentem, quo Chlotharius exercitum contra Wascones movit, id est quinto decimo regni ipsius, additi sunt anni LX. A tempore item Chlotharii abavi ipsius, in quo anno apostolicus vir domnus Chado episcopus et Barcelaicus abbas basilicae sancti Sulpicii a fundamento edificare ceperunt, circa illa priora, ubi in corpore requiescunt, — qui annus centesimus tercius decimus cum bissexto in ciclo Victorii repperitur et ab obitu sancti Sulpicii XXus VIus esse probatur, — sunt ab exordio mundi usque ad predictum tempus anni $\overline{V}$ DCCC LXXIII. De sexto vero miliario supersunt anni CXXVII, quia idem Victorius a duobus Geminis et tempore passionis Christi cum consulibus in suo ciclo usque ad Constantinum et Rufum illius anni consules intimavit annos CCCC XXX et sine consulibus CII et ab initio mundi usque ad predictum annum, quo Constantinus et Rufus consules erant, titulavit in suo prologo annos esse $\overline{V}$ DC LVIII. Peractis illis centum et duobus sine consulibus, quos ipse futuros scripsit, et CXIII de recapitulatione cicli, invenies summam annorum superius intimatam, id est $\overline{V}$ DCCC LXXIII.

Similiter clausula Chronicorum minorum Isidori e maioribus interpolata est in tribus codicibus (ed. Mommsen l. c. p. 505*), e quibus vetustissimus est Vaticanus reginae n.* 294, *saec. XI:* Fiunt igitur ab exordio mundi usque in presentem eram, hoc est in annum quintum imperatoris Eraclii et quartum annum Siseboti principis gentis Gothorum anni $\overline{V}$ DCCCXII[a]. Post completionem huius temporis fluxerunt anni LX, scilicet a tempore Clodoarii usque ad XVtum annum regni itemque Clodoarii ac[b] nepotis ipsius, quo ipse cum ingenti exercitu contra *(lacuna in Vat.,* Danos *add. rell.)* abiit, estque a dormitione Sulpicii XXVItus, in cyclo vero Victorii CVIII[c] cum bissexto, in era, ubi nomina consulum *(lacuna in Vat.)*[d] et Maximi habentur, esse monstratur. *[*Hoc ideo dictum est, ut facilius deinceps reliqua ac futura summa annorum cognoscatur *add. rell., om. Vat.]*. Additis ergo his LX annis, fiunt a mundi initio anni $\overline{V}$DCCLXXIII; de sexto vero miliario fiunt residui anni CXXVII.

Ex anno praesenti, i. e. XV. Chlotharii III. et 113. *cycli revoluti Victorii cum bissexto, i. e.* 672. *p. Chr., auctor Biturigus* 60 *annos retro remeavit ad summam annorum mundi Isidori* 5813 = 612 *p. Chr. n., usus paschali Victorii, qui ad a.* 457 *p. Chr. n.* 5658 *annos mundi duxerat, cumque* 102 *annos ille sine consulibus reliquisset, qui de cyclo priore nondum revoluto tunc restarent, anno praesenti* 672. *anni mundi* 5658 + 102 + 113 = 5873 *colligebantur, ita ut sexto miliario etiamtunc* 127 *anni deessent; cf. ea quae exposui 'Mitth. des Instituts f. österreich. Geschichtsforschung'* (1897) *XVIII, p.* 363 *sqq. Ex eadem supputatione eruimus et expeditionem Chlotharii III. contra Wascones motam et Sulpicii episcopi Biturigi annum emortualem; cf. SS. rer. Merov. IV, p.* 365.

5. *Codex Ambrosianus H* 150 *inf., scr. c. a.* 810, *Cursus paschalis Victorii inter prologum et laterculum computationem (fol.* 129'*) exhibet hanc (cf. 'N. Arch.' IX, p.* 132, *'Zur Chronologie der Merowing. Könige' l. c. p.* 462, *Mommsen, Auct. antiq. IX, p.* 674*):* A mundi principio usque ad diluvio sunt anni $\overline{\overline{II}}$ CCXLII. Item ab initio mundi usque ad passione domini nostri Iesu Christi sunt anni $\overline{V}$ CC XXVIII.

Similiter ab initio mundi usque eo tempore, quando ciclo isto Victurius condedit, sunt anni $\overline{V}$ DC XLVIII[e].

a) *scr.* $\overline{V}$ DCCC XIII. b) *scr.* abnepotis. c) *scr.* in cyclo vero Victorii CXIII. d) Aviolae *nomen desideratur.* e) *scr.* $\overline{V}$ DCLVIII.

In summa enim ab initio mundi usque in presente anno, id est sexto et decimo anno regnante Clothario, filio Chlodoveo, sunt anni $\overline{V}$ DCCC LXXIIII.

Restant de sexto miliario anni CXXVI = 673.

6. *Donatio Chrodieldis ad condendum monasterium apud Brocariam in pago Stampensi (Pardessus, Dipl. II, p.* 150; *Tardif, 'Monuments historiques' p.* 15*):* Morlacas vico pub., quod fecit minsis Marsius dies decim ann. XVI. regn. domini nostri Chlotachariae gloriosissimi regis = 673, *d.* 10. *Martii.*

Chlotharium XVI. regni sui anno menses quinque tantum complesse ex supputatione sequitur, quam mox edituri sumus, cumque anno 657. *ante medium Novembrem regnum iniisset (v. supra XXIII,* 1*), diem* 10. *Martii XVI. regni sui anno attingere non poterat nisi post diem* 10. *Octobris exorsus eodemque intervallo Chlodoveus II. mortuus erat; cf. J. Havet l. c. p.* 97. *Chlotharii mors post diem* 10. *Martii a.* 673. *facta ultra diem* 15. *Aprilis prorogari nequit, si menses quinque super* 15 *annos regnasset neque aliquot dies, id quod J. Havet, 'Oeuvres' I, p.* 99, *statuerat: interim vero diem XV. Kal. Mai., i. e.* 17. *Aprilis, anno II. Theuderici III. ad annum* 675. *p. Chr. propter paschalem sollemnitatem*[1] *referendum esse ex testamento Amandi collegi (cf. SS. rer. Merov. V, p.* 484. 399*), ita ut post diem* 17. *Aprilis mors regis collocanda esset, atque etiam W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 46, *terminum ulteriorem uno mense extendit ad diem* 15. *Maii, qui Havetio antea quamvis cunctanter acquieverat 'N. Arch.' XXVII, p.* 364 *sq.*

*XXIV. Childericus II. (*662—675 *Sept.* 10. *ad Nov.* 15*).*

1. *Calculator quidam Neustrasius anno* 675. *Chronicis maioribus Isidori praestantissimam supputationem codicis Oxoniensis Bodl. e museo n.* 113, *saec. X/XI, subiecit, ad quam Childerici regis annos eo usque omnino incertos firmiter stabilire mihi licuit; cf. 'Forschungen' XXII, p.* 477 *sqq. Haec supputatio, quam primus G. Waitz, 'N. Arch.' IV, p.* 383, *eruit, deinde iteraverunt J. Havet, 'Oeuvres' I, p.* 96, *n. et Mommsen, Auct. antiq. XI, p.* 492, *alteram in codice excipit ad a.* 7. *Caroli regis et ind. XIII.* = 775 *p. Chr. ductam, qua praetermissa ad vetustiorem transeo:*

Ab initio mundi usque ad diluvium ann. duo milia CCXLII.

A diluvio usque ad Ninum vel Abraham et regno Nini vel Semeramitis an. DCCCCXLII.

Ab Abraam[a] usque ad Moysen et Cycroppem primo rege Atice anni sunt DV.

A Moysen et Cycroppe usque ad nativitatem[b] Troie, quo tempore Samson apud Hebreos fuit, sunt anni CCCXXVIIII.

A captivitate Troie et tempore Samson usque ad Salomonem et primam hedificationem templi an. CL.

Ab inde usque ad Olimpiadem primam captivitatem, quando apud Hebreos Isaias prophetabat, subputantur anni CCL et VI.

Ab inde usque ad secundum annum Darii regis Persarum, quo tempore Hierosolimis templum instructum[c] est, usque in quinto decimo Tiberii Cesaris anno et praedicationem domini Iesu Christi sunt anni DXLVIII.

Ab inicio mundi usque quando passus est dominus Iesus Christus anni $\overline{V}$CCXXVIII.

a) dccccXLII Abraam *in marg. add.* b) *scr.* captivitatem. c) *scr.* instauratum.

1) *Paschalem quidem sollemnitatem in propria urbe episcopi celebrabant, sed occasione data secesserunt, veluti ad episcopum benedicendum aut aliam ob causam a rege iussi (SS. rer. Merov. IV, p.* 572, *n.* 1*; V, p.* 240, 17*), ultimumque pascha eosdem a.* 675. *cum Amando celebrasse testaturo verisimilius fortasse est, quam si statuente L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' III, p.* 85, *n.* 2, *duabus septimanis post illud senem decrepitum visitassent a.* 674.

A passione domini nostri Iesu Christi usque ad transitum Childeberti regis, in quo anno cyclus Victorii rurso ex passione dominica circulum annorum ad inicium rediit, sunt anni DXXXII.

In summa ab inicio mundi usque in praedicto anno sunt anni $\overline{V}$DCCLX.

Ab eo anno usque primo anno regni Clotharii, filii Chlodovei, sunt anni LXXXVIIII[a].

Ab inde usque transitum illius, quando Heldericus, germanus suus, tria hec regna Neustria, Austria et Burgundia subiugavit, sunt anni quindecim et menses[b] V.

Hildericus regnavit in Neustria an. II et menses VI.

Cui germanus suus Teodericus successit in regno. Ab eo anno, quando passus est dominus noster Iesus Christus usque primo anno Teoderici regis anni sunt DCLXVIII[c].

Fiunt insimul ab inicio mundi usque in praedicto primo anno[d] regni Teoderici incliti regis anni $\overline{V}$DCCCLXX et VI et restat de sexto miliario anni CXXIIII.

A passione Domini ad mortem Childeberti I. anni colliguntur 532 = 559 *p. Chr.*,
quo totus cyclus paschalis Victorii revolutus ad initium redibat,
et ab initio mundi ad eundem annum 5760
exinde ad 1. *annum Chlotharii III.* *anni* 89, *scr.* 99, = 658 *p. Chr.*
porro ad mortem eiusdem et Childerici II. monarchiam anni 15, *menses* 5 = 673 *p. Chr.*
additisque Childerici II. regni Neustriaci annis 2, *mensibus* 6
ad primum annum Theuderici III. a passione ducuntur 668, *scr.* 648 *anni* = 675 *p. Chr.*
et ab initio mundi 5876 *anni,*
ita ut de sexto miliario restent 124 *anni.*

Cum Childericus II. rex Austrasiae post Chlotharium III. fratrem a. 673. *inter dies Mart.* 10. *et Mai.* 15. *defunctum per totum regnum* 2 *annos mensesque sex regnaverit, inter dies* 10. *Septembris et* 15. *Novembris periit, cumque dies aut praetermissi aut additi esse possint, hos terminos paulo latius fortasse extendi opus est (J. Havet, 'Oeuvres' I, p.* 98 *sq.). Cum anno* 11. *regni Childerici Neustria in ipsius dicionem iam venisset (V. Lantberti abb. Fontan. c.* 3, *SS. rer. Merov. V, p.* 611, *n.* 11*), quippe qui Arelauni Fontanellensibus chartam traditionis tunc concesserit, haec post Chlotharii mortem data est, scilicet anno* 673. *post Mart.* 10, *primusque regni Childerici Austriaci annus ex* 11. *repetitus non ante medium Martium mensem incepisse videtur; cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXXIII, p.* 758, *n.* 5, *XXXV, p.* 47. *Omnes autem regni eius anni* 15 *in vetustiore Catalogo II,* 14 *tantum in III. colliguntur, auctorque posterior numeros prioris emendasse videtur; v. supra p.* 477.

2. *Concilium Latunense c.* 11 *(Maassen, 'Zwei Synoden unter König Childerich II',* 1867, *p.* 22; *MG. Concilia ed. Maassen I, p.* 218*):* Hoc specialius placuit adserendum, ut senodalis concilius medio mense Septembrio, quod evenit in anno quarto decimo regnante domno nostro Childerico rege, ubi iussum fuerit, celebretur. *Cum de concilio celebrando neque de celebrato agatur, id quod qui nuper his de rebus disseruit discernere non valebat, ad determinandam Childerici mortem haec constitutio nihil facit. Recte W. Levison, 'Historische Zeitschr.'* 111 *(*1913*), p.* 210.

*XXIVa. Chlodoveus, filius Chlotharii III. (*676*).*

1. *Passio Leudegarii I, c.* 19 *(SS. rer. Merov. V,* 300*):* Denique acceperunt quendam puerolum, Chlothario fuisse confixerunt filium, hunc in partibus Austri secum levantes in regnum, *ubi c.* 15. *comites commemoratur a.* 676, *mense Augusto visus.*

2. *Tunc charta Theuderici III. data est (Pertz, Dipl. I, p.* 43*):* mense Septembri dies IIII. Anno quarto regnante Theuderico rege = 676, *Sept.* 4 *(cf. 'N. Arch.' XVI,*

a) *scr.* LXXXXVIIII. b) *sequitur litura, quae nullius momenti est; cf. Havet l. c.* c) *scr.* DCXLVIII. d) anni *Waitz, Havet.*

p. 579, *n.; SS. rer. Merov. V, p.* 27. 251 *sq.), qua Adalrici ducis infidelitatem punivit socii Ebroini et Austrasiorum.*

XXV. Theudericus III.

(673 *Mart.* 10, *immo post Apr.* 17? *ad Mai.* 15?—690 *ante Mai.* 18?).

1. *Codex Parisiacus n.* 7530 (*cf. P. Lejay in 'Revue de philologie', Parisiis* 1894, *XVIII, p.* 53 *sqq., SS. rer. Merov. V, p.* 289, *n.* 1): Servii grammatici scripsit Deo propitius Papulus cons. Theyderichi indic. II. mensis Februarii XXV, dies Saturni, hora III, d(i)ei de pedibus = 674, *Febr.* 25.

Theudericus III. Childerico II. occiso a. 675. *successit, primum vero post Chlotharii III. mortem a.* 673. *rex creatus erat, id quod ex Libro h. Fr. c.* 45. *intellegitur:* Theudericus, frater eius, elevatus est rex Francorum, *annosque regni eius a priore successione ducendos esse perspexi, postquam seriem temporum emendavi (cf. 'N. Arch.' XVI, p.* 579), *moxque haec opinio luculente confirmabatur computatione quam praemisi, cum antea annos eius a morte Childerici exordirentur falso computata* [1].

2. *Formulae Andegavenses apud Zeumer, 'N. Archiv' VI, p.* 92, *MG. Formulae p.* 2: Incipit compotum annorum ab inicio mundi u(s)quae annum 3. Theudorigo regis.

A mundi principio usquae a diluvio duo milia 242 anni sunt et a diluvio usque ad Abraam nativetate 940 anni sunt et a mundi principio, usque quo filiis Israhel mistirio caelesti iniciaverunt, anni sunt 3 milia 689. A principio mundi usque ad passionem Christi 5 milia 229 anni fuerunt; ab unde peractis regnum Chlodoveo, Chlothoario, Theodorigo et Childerigo, a mundi inicio anni sunt 5 milia 880 in anno tercio Theudorico regis.

Anni 5880 *ab initio mundi ad a.* 3. *Theuderici III. colliguntur, ad passionem autem* 5229, *dum* 5228 *Victorii calculus expostulat, cumque a passione ad annum* 3. *Theuderici III. a.* 651 *praeterissent, qui secundum rationem Victorii cum a.* 678. *conveniunt, annos Theuderici III. auctor ex a.* 675, *scilicet ex morte Childerici II, duxisse videtur; cf. 'Forsch. z. deutsch. Gesch.' XXII, p.* 486 *sqq. Ad prius Theuderici III. regni exordium a.* 673. *nomen regis spectare potest ante Childericum II. enumeratum; cf. E. Vacandard l. c. p.* 496.

3. *Charta Vandemiris et Ercambertae (Pardessus, Dipl. II, p.* 210; *Tardif, 'Monuments historiques',* 1866, *p.* 637; *de Lasteyrie, 'Cartulaire général de Paris'* 1887, *I, p.* 19): Actum Camiliaco vico publico, quod ficit minsis ... anno XϤI (*ita recte de Lasteyrie,* XVI. *falso Tardif*) rigni domni nostri Theoderice gloriosissimi rigis.

Dum auctor Lib. h. Fr. c. 49. *Theuderico III.* 19, *Chlodoveo III.* 2 *annos tribuit, Continuator Fredegarii c.* 6. *illos ad* 17 *deminuit, ut hos ad* 4 *augeret, erroremque decessoris duplicem ab hoc emendatum esse omnes hodie inter se consentiunt; cf. 'Forschungen'*

1) *Postquam in priorem Theuderici successionem a.* 1891. *incidi, qua regni eius exordium emendato Childerici fine ad annum* 675. *productum iterum ad a.* 673. *retorquebatur, inventione mea usus E. Vacandard, 'Le règne de Thierry III et la chronologie des moines de Fontenelle' ('Revue des questions historiques'* 1896, *LIX, p.* 491—506), *priorem calculum meum per posteriorem correxit itaque me per me ipsum refellit, sed et ipse lapsus est, nam monachorum Fontanellensium studiis chronologicis nimiam fidem adhibuit (cf. SS. rer. Merov. V, p.* 9) *atque charta monasterii S. Benigni (Pérard, 'Recueil de plusieurs pièces curieuses servant à l'histoire de Bourgogne', Parisiis* 1664, *p.* 8; *Pardessus l. c. II, p.* 366), *data:* die sabbato proximo ante medio mense Aprili in anno XIV. regnante domino nostro Theoderico rege, *comparatis similibus clausulis aliarum chartarum eiusdem monasterii, minime ad diem* 14. *Aprilis a.* 686. *referenda est, ita ut* 673. *primus Theuderici annus ea confirmaretur, cum quodlibet sabbatum ante medium mensem intellegi possit, eaque quae ante hos annos hac de re scripseram ('Forsch. z. deutsch. Gesch.'* 1882, *XXII, p.* 486) *hodieque inconcussa permanent suumque arbitrium is tantum exercuit, qui id ipsum mihi obiecerat.*

XXII, p. 488. *Sin autem Theudericus III.* 17 *annos regnavit, ad Aprilem vel Maium a.* 690. *pervenit, id quod per chartam confirmatur, de qua mox disserendum est.*

XXVI. Chlodoveus III. (690 *ante Mai.* 18? — 694 *ex.*).

1. *Titulus repertus apud Toulaud (dép. Ardèche prope Valence), Le Blant l. c. II, p.* 195, *n.* 477, *hicce:* In hoc tumolum requiscit Saturninus diā, qui vixit in pace annus XLVII? et transiit de hunc secol. rigni dōi nostre Clodoveo reges IIII. indic̄ octava, *indictionem* 8. *a* 1. *Sept.* 694 *ad* 31. *Aug.* 695 *currentem cum* 4. *anno Chlodovei coniungit, ita ut is post* 2. *Sept.* 690 *rex creatus esset mortuo Theuderico III, sique hic* 17 *annos ad Aprilem vel Maium a.* 690. *regnaverit, calculus ille haud facile cum anteriore conciliandus est, cui per chartam insequentem subsidium subvenit, rebusque sic stantibus inter titulum illum et chartam optio datur: in indictionibus autem titulorum nonnunquam erratum esse iam vidimus.*

2 *Charta Leotheriae monasterio S. Petri Senonensi concessa (Pardessus l. c. II, p.* 231*):* Quinto decimo Kl. Iun. anno quinto regni [domini] nostri Chlodovei regis = 694, *Mai.* 18.

E. Vacandard l. c. p. 497. *hanc temporis notam permagni aestimavit, qua exordium huius regis et finis Theuderici III. ante diem* 18. *Mai.* 690. *collocaretur, dum W. Levison, 'N. Arch.' XXVII, p.* 363 *sqq., ex titulo illo, quem supra citavi, concludens mutationem rerum post diem* 1. *Sept.* 690. *contigisse, auctoritatem chartae debilitat, annum aut depravatum esse coniciens aut ad Chlodoveum II. pertinere. Chartae autem Leotheriae primum Chlodovei III. privilegium suffragari videtur, quo immunitatem monasterio Sithiensi rex confirmavit, datum ita (Pertz, Dipl. I, p.* 53*):* Actum sub die I. Kalendas Iunias. Anno I. regni nostri, *quod ad nostrum calculum ipsis primitiis regni eius anno* 690. *die* 1. *Iunii exiit, ad alterum insequenti demum anno.*

Quodsi Chlodoveus ex a. 690. *mense Aprili vel Maio ad Catalogum III. quattuor annos regnaverit et quinto obierit, ad annum* 694. *ex. pervenire poterat, et coniciente W. Levison ('N. Arch.' XXVII, p.* 364*) ante diem* 13. *Decembris decessit.*

XXVII. Childebertus III. (694 *ex.* — 711 *ante Mart.* 2).

1. *Codex Bernensis (olim Floriacensis) n.* 219, *saec. VII, Hieronymi (Eusebi Chronicorum canonum quae supersunt ed. A. Schoene* 1866, *II, p. XI; Zangemeister et Wattenbach, Exempla cod. Lat., Suppl.,* 1879, *p.* 7; *H. Zimmermann, 'Vorkarolingische Miniaturen',* 1916, *'Text' p.* 181*) in prima pagina exhibet haec postea addita:* In annum V. Childeberti regis Francorum, Pippino iubente, ab Adam sunt anni V milia DCCCC. Fuit pasca X. K. Aprilis, ascensio Domini fuit K. Madias. per cyclum numerum annorum CXL. Repeticio a capite cychli = 699; *cf. 'N. Arch.' IX, p.* 134; *'Forsch. z. deutsch. Gesch.' XXII, p.* 489; *W. Levison, 'N. Arch.' XXVII, p.* 362.

2. *Gesta abb. Fontanell. c.* 7 *(ed. Loewenfeld p.* 25*):*

Anno sexto decimo Hildeberti regis — —.

Anno septimo decimo eiusdem regis Ebrinus partem de Gentiaco et Fontanas contradidit, nam et filium suum nomine Eodonem istinc clericum habebat.

3. *Ann. Lauresham., Alamann. (SS. I, p.* 24*), Mosellani (SS. XVI, p.* 494*):* 711. aquae inundaverunt valde et mors Hildeberti.

Childebertum III. ante diem 2. *Martii defunctum esse necesse est, cum Dagobertus III, successor eius eodem die* 714. *p. Ch. quartum annum regnaverit (v. infra XXVIII,* 1*), unde inventa posterioris aevi reprobantur. In Annalibus S. Medardi saec. XIII. med. compositis haec extant praeter diem ex Lib. h. Fr. c.* 50. *deprompta (SS. XXVI, p.* 519*):* 712. Childebertus rex Francorum obiit decimo octavo Kalendas Maii sepultusque est

apud Causiacum in basilica sancti Stephani prothomartyris, *sed ut constat Cauciacum olim ad S. Medardi monasterium pertinuisse, ita non item constat Childeberti depositionem ibi per tot saecula cultu ecclesiastico servatum ad saeculum XIII. med. pervenisse neque W. Levison incerti et recentioris interpolatoris fidem olim magni aestimavit ('N. Arch.' XXVII, p.* 367*), postea vero mutata sententia potius chartae a.* 714. *mendum irrepsisse statuit, pro IIII. Dagoberti anno scribens III. (ib. XXXV, p.* 48*). Reiectis Annalibus diem* 23. *Novembris Kalendarii S. Luciani Bellovacensis anteposuit P. F. Chiffletius, Bedae presbyteri et Fredegarii Scholastici concordia, Parisiis* 1681, *p.* 445, *cum monasterium illud a Childeberto III. fundatum esset, alii velut Ph. Labbe, 'L'histoire des roys de France depuis Faramond', Parisiis* 1667, *diem* 22. *Novembris approbaverunt, qui nuper potius Childeberto II. vindicatus est, quia Childebertus I. territorium Lemovicinum non possedisset (v. supra p.* 489, *n.* 1*), multaeque causae excogitari possunt, quibus haec vel illa vanitas fulciatur.*

*XXVIII. Dagobertus III. (*711 *ante Mart.* 2—715 *post Sept.* 3. *et ante* 716. *Febr.* 29*).*

1. *Charta Pippini ducis et Plectrudis coniugis eius Willibrordo episcopo concessa (K. Pertz, Dipl. I, p.* 96*):* Actum Bagoloso villa publice die secundo Martii anno IIII. regni domini nostri Dagoberti regis.

Et quia nos propter egritudinem in ipsa carta scribere non potuimus, Blittrudem coniugem nostram rogavimus et potestatem dedimus, ut ipsam firmare ad nostram vicem deberet, quod ita et fecit.

Haec charta graviter aegrotantis Pippini die 2. *Martii a.* 714. *data est, qui eodem anno exeunte die* 16. *Decembris e vita decessit, neque facile coniecturae acquiescere possum, qua mutato numero in annum superiorem, scilicet III. Dagoberti, removeatur; cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXVII, p.* 361.

2. *Clausula codicis Parisiaci n.* 10910, *saec. VII/VIII, Chronicarum Fredegarii fol.* 184 *('N. Arch.' VII, p.* 253 *sqq., SS. rer. Merov. II, p.* 9*):*

+ Invenit Lucerios presbeter monacos dom
tum a . . per ista croneca et per alia crone
su . quod septoagenta et quattuor ann
. . . . . . u . avid quod sextus miliarios
. . . . esse explitos conpotavit ipsos . .
an . s X in indiccione exsiente te . . . .
. o quarto Dagoberto rignante.

Lucerius presbyter, si adnotationem eius hiantem recte intellexerim, primo 74 *annos repperit 'per ista croneca', scilicet ex ultimo Fredegarii anno (*642*) ad quartum annum Dagoberti III, deinde annos mundi revolvens ipsos* 74 + 10 *annos repperit 'indictione exiente te(rtia decima)' de sexto miliario restare, ita ut anno mundi* 5916. *secundum calculum Victorii hanc supputationem composuisset, scilicet anno* 715 *p. Chr. n.*[1] *Hic parva difficultas exoritur, cum indictio exiens XIII. ad finem mensis Augusti a.* 715. *progredi cogat, dum quartus Dagoberti annus ante diem* 2. *Martii eodem anno terminatur. Numerum quidem indictionis alii aliter legerant, cum scriptura ex parte deleta esset. L. Delisle, 'Le Cabinet des Manuscrits', Parisiis* 1881, *III, p.* 218, 'indiccione exsiente sex . . . . .' *pro* 'te . . . .' *scripsit, quem H. Omont in 'Album paléographique ou recueil de documents importants relatifs à l'histoire et la littérature nationales, reproduits en héliogravure d'après les originaux des bibliothèques et des archives de la France, avec des notices explicatives par la Société de l' École des chartes', Parisiis* 1887, *tab.* 13, *secutus*

1) *Cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXVII, p.* 361 *sq.*

est (cf. 'N. Arch.' XIII, p. 232), atque sextam indictionem ad a. 678. et Dagobertum II. rettulit, sed is quartum regni annum tunc minime egit, neque annus 678. cum annis mundi ullo modo conciliandus est. Praeterea iam Ph. Labbe[1] *mecum consentiens et* ind. XIII *legerat et adnotationem Lucerii ad annum 715. rettulerat, vir harum rerum quam maxime peritus, cumque scripturam acido tinctu nunc detritam meliore condicione eum repperisse verisimile sit, haud parva auctoritas textui nostro per hunc testem accedit.*

3. *Ann. Lauresham., Alamann., Nazar. (SS. I, p. 24 sq.), Mosellani (SS. XVI, p. 494):* 715. pugna Francorum et mors Dagoberti regis. *Dagobertus V. Idus Iun. anno V. regni sui monasterio Fontanellensi fundos concessit (Gesta abb. Fontanell. c. 6, ed. Loewenfeld p. 24) eodemque anno die 25. Iunii Hugo, filius Drogonis ducis, basilicae SS. Apostolorum Mettensi villam tradidit (K. Pertz, Dipl. I, p. 214), unde regem non ante diem 26. Iunii 715. mortuum esse constat; cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXVII, p. 361.*

Ad eundem Dagobertum III. donationem Ermenberti viri illustris et Ermenoarae matronae eius referam monasterio S. Benigni Divionensi factam[2]*, quae ita desinit:* die tertio post Kalendas Septembris anno quinto regni domini nostri Dagoberti regis.

Charta omnino genuina, nisi quod anno ab incarnatione Christi 632. addito adulterata est, ab editoribus regno Dagoberti I. temere attribuitur, ad quod vel L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II, p. 188[2]*, eam rettulerat, neque quisquam animadvertit Burgundiam Dagoberto I. anno V. regni eius minime subditam fuisse ideoque erratum esse non in nomine regis, sed in numero regum eiusdem nominis. Sane Ermenoara Deo sacrata anno 737. in chartis S. Benigni*[3] *occurrit atque iam Mabillonio*[4] *vehemens suspicio obvenerat, num personae recte geminatae essent; sin rationem bene perspexerim, eadem Ermenoara utramque donationem S. Benigno fecit, priorem anno V. Dagoberti III, i. e. 715*[5]*, una cum marito, posteriorem vidua a. 737, postquam velum adsumpsit. Cui opinioni si acquieveris, Dagobertus post diem 3. Septembris a. 715. obiit, ultimusque eius terminus ex exordio successoris colligitur.*

XXIX. Chilpericus II.

(715 post Sept. 3 et ante 716 Febr. 29—721 inter 30. Ian. et Mai. 13).

1. *Chartae Chilperici II. Compendii datae anno primo regni eius die 29. Februarii et diebus 7. 16. 25. Martii (ed. K. Pertz, Dipl. I, p. 72 sqq.) monente W. Levison, 'N. Arch.' XXVII, p. 360, anno 716. attribuendae sunt, cum die 21. Martii anni insequentis 717. proelio Vinciacensi idem rex cum Ragamfredo maiore domus fugatus sit (Lib. h. Fr. c. 53). Mihi quidem privilegia illa, quibus Chilpericus celeberrimo monasterio S. Dionysii immunitatem confirmavit aliaque beneficia mense Martio concessit, significare videntur, eum potius anno 716. ineunte regnum auspicatum esse quam 715, neque Annales repugnant, cum annus civilis Francorum demum a Kal. Mart. inceperit.*

1) *Ph. Labbé, 'L'histoire des roys de France depuis Faramond', Parisiis* 1667, *p.* 93*: '715 de J. Chr. et* 4. *de Dagobert II. ou III. Un ancien Ms. compare au mois d'Aoust l'Indiction* 13. *avec la quatriesme année de Dagobert'. Vetustus Fredegarii codex bibliothecae Collegii Claromontani Soc. Iesu Parisiensis olim fuerat.* 2) *Pérard, 'Recueil de plusieurs pièces curieuses servant à l'histoire de Bourgogne', Parisiis* 1664, *p.* 7*; Pardessus l. c. II, p.* 15. 3) *Pérard, l. c. p.* 9*; Pardessus l. c. II, p.* 299. 4) *Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti I, p.* 360. 5) *Auctor Chronicae S. Benigni ('Chronique de l'abbaye de Saint-Bénigne de Dijon publ. par Bougaud et Garnier', Divione* 1875, *p.* 50*) cum hanc tum reliquas temporum notas male interpretatus est, veluti chartam Goylae (Pardessus l. c. II, p.* 365*) anno* 14. *Theuderici II. attribuit ('Chronique de St. Bénigne' p.* 39*), quam Mabillon, Ann. ord. S. Benedicti II, p.* 95, *in* 14. *Theuderici IV. annum removit.*

2. *Tabula paschalis codicis Parisiaci n.* 10756, *saec. VIII, Formulis Bituricensibus (ed. Zeumer, Formulae p.* 166*) fol.* 67. *adiuncta, quam edidi 'N. Arch.'* X, *p.* 93 *sq.:*

Parte quaedam de cyclo Victurii, hoc est de ann. quarto regni[a] |

B. Ann. CLXI. Kl. Ian. die II. feria . luna XVII. Primo quad., ubi facit Febroarius dies XVIII, hoc est XII.[b] Kl. Marcias. Pascha pridi.[c] Kl. Ap. l. XVIII.[d] Rog., ubi facit Mad. d. VII[e], hoc est Nonas[f] Mai.[g] *et q. s.*

Exordium erroribus nonnullis emendatis omnino consentit cum iis quas Victorius Aquitanus anno CLXI. Cursus paschalis adscripserat[1] *notis temporum, scilicet hisce:* B anno CLXI. duobus Silanis Kal. Ian. d. II. fer. lun. XVII. pascha prid. Kal. Apr. lun. XVII, *atque vel extremum mendum* lun. XVIII *pro* XVII *in vetusto Victorii codice Bernensi saec. VIII. occurrit, ubi* prid. *desideratur, quod in tabula nostra superscriptum est. Cum autem passio, unde Victorius annos suos numeravit, anno nostrae rationis temporum a nativitate Christi ductae* 28. *respondeat, passionis annus* 161, *additis annis* 27, *post Chr. n. est* 188. *aut* 720. *cycli renovati* 532 *annorum. Sicut altera tabula paschalis codicis item Bernensis n.* 611. *ab anno* 168. *passionis incipiens eo ipso anno 'praesente', scilicet anno* 727. *p. Chr. n. composita est, id quod clausula expressis verbis testatur*[2], *ita hanc quoque ab anno* 161. *passionis incipientem a.* 720. *p. Chr. n. conscriptam esse omnino recte conclusisse mihi videor. Annus autem ille* 720. *cum quarto regis cuiusdam conveniebat, cuius nomen abscisum est, sed de rege disceptari vix potest, cum Formulae Bituricenses praecedant, cumque Chlotharius IV. rex Austrasiae a.* 718. *a Karolo creatus, anno* 719. *iam obiisse videatur, de Chilperico II. tantum cogitandum erat, quem a.* 715. *regnum inisse communis opinio est. Hoc vero exordium anno quarto regis numquam a.* 720. *p. Chr. n. efficere poterat, cumque eousque Chilpericum a.* 715—720. *regnasse credidissent, mihi quidem termini biennio post in annos* 717—722. *promovendi esse videbantur, ita ut etiam Theudericus IV. biennio posterius ei successisset, quem calculum quinto regis anno, indictione nona, i. e.* 726, *die* 30. *Ianuarii data charta Abbonis pro monasterio Novaliciensi confirmare videbatur (v. infra n. XXXI,* 1*).*

Tabulae vero paschalis auctori nimiam fidem me tribuisse erroremque calculo eius intercurrisse certis argumentis probavit W. Levison, totam quaestionem chronologicam perite recognoscens, sed decessorum quoque termini non plane servari poterant, quibus vel E. Mühlbacher, 'Karoling. Regesten' I, p. 14[2], *acquieverat, potius media quaedam via tenenda, immo ex argumentis, quae in meam opinionem prolata sunt, unum certe omnino expungendum esse mihi videtur.*

Quod exordii Chilperici regis ultimum terminum mensem Decembrem a. 715. *fuisse W. Levison conclusit, sola Havetii coniectura nititur, cuius condicio propius examinanda est. Placitum quoddam Karoli, quod inter chartas Stabulenses seu Malmundarienses exstat*[3], *in hac clausula desinit*[4]*:* Data quod fecit mense Decenƀ. die VI°. non̄. ø regnante Chilprico rege, *quae cum satis obscura sint verba ita immutanda esse sagaciter coniecit J. Havet*[5]*:* Dat[um] quod fecit mense Decembri die [sex? annum ς] regnante Chilprico rege, *de die quoque* 6. *(?) Decembris dubitans. Quae si vera essent, librarius notam ς = VI parum intellexisset, cum paulo ante* die VI° *(corrigas* dies VI*) recte scripsisset, unde ad sustentandam hanc coniecturam novis coniecturis opus erat, scilicet*

a) *regis nomen abscis.* b) *scr.* XIII. c) *superscr.* d) *scr.* XVII. e) *scr.* VI. f) *scr.* prid. Non. g) Mar. *c.*

1) *Mommsen, Auct. antiq. IX, p.* 700 *sq.* 2) *'N. Arch.' IX, p.* 135 *sq.* 3) *K. Pertz, Dipl. I, p.* 98*; Halkin et Roland, 'Recueil des chartes de l'abbaye de Stavelot-Malmedy', Bruxellis* 1909, *I, p.* 39 *sqq.* 4) *Exscripsi ipsum copiarium archivi Dusseldorpensis, Rep. & Hs. Nr.* 2. *B* 52. *fol.* 3'. 5) *J. Havet, 'Oeuvres' I, p.* 252 *sqq.*

dies sex totis litteris priore loco exarata esse aut etiam VI a librario corruptum esse ex III. Attamen nota illa ɞ, quam pro VI Havetius acceperat, in apographis chartarum eiusdem monasterii crebrius occurrit[1] semperque cum signo eorum coniuncta, qui chartas dederint, veluti hoc loco[2]: Signum Albrici qui hanc donationem fecit ɞ. In Copiario igitur Dusseldorpensi nota pro signo subscriptionis semper accipitur neque eam hoc loco aliter interpretari fas est, unde vel novissimi harum chartarum editores[3] Havetii coniecturam in dubium vocaverunt. Sane signum Karoli maioris domus, auctoris huius chartae, desideratur cum toto proximo versu, qualis in charta Karlomanni maioris domus legitur[4], binique versus in unum contracti videntur esse. Praeterea quam maxime dubito, quin haec charta iusto iure anno 720. attribui possit. Assessores enim placiti non solum dicuntur 'nostri', sicut in aliis placitis[5], sed etiam 'dominorum': una cum fidelibus dominorum vel nostris, cumque hoc nomine reges illo aevo intellegantur, praeter Chilpericum II. etiam Chlotharium IV. etiamtunc inter vivos fuisse apparet atque Austrasios iam ante Chlotharii mortem ad Chilperici regnum hic illic rediisse constat[6], cuius etiam Karoli notarius rationem habuisse videtur. Si igitur J. Havet propter Chilperici regnum chartam coniectura interpolatam mensi Decembri a. 720. p. Chr. de anno regis sexto cogitans attribuit, ratione 'dominorum' potius de anteriore tempore cogitandum est, quod acumen eius fugisse videtur.

E terminis regni Chilperici diem quoque emortualem tollendum esse existimem recens detectum. E Necrologio S. Luciani Bellovacensi, ex quo iam festum Childeberti cuiusdam regis erutum est satis suspectum, item Chilperici memoria nuper emersit hisce verbis[7]: Idibus Februarii. Silpericus rex, sed nominis scriptura tam monstruosa est, ut sibilantem Francogallum medii aevi potius audire credas quam auctorem vetustum, atque vehementer dubito, quin is qui haec tam pueriliter colore barbaro fucaverit de Chilperico II. rege satis ignobili cogitaverit neque multo magis de Chilperico I, ad quem falsatores domestici instaurationem monasterii referebant[8]. Primum autem fundatorem iidem monachi Childebertum regem celebrabant[9], cuius memoriam eos falso die fastis suis intulisse, dixi supra n. XI. XXVII.

Chilpericum II. anno 721. inter diem 31. Ianuarii et 13. Maii obiisse e chartis successoris eius conclusit J. Havet, qui terminos e Gestis abb. Fontan. eo magis restringere conatus, monente W. Levison[10], debili fundamento nitebatur. Si annos V et dimidium retro computaveris, ad annum 715. pervenies, quo Dagobertum III. decessorem eius obiisse in Annalibus[11] refertur; ex anno 716. in. non menses 6 plenos supra quinque annos regnasset atque dimidius annus in textu B Lib. h. Fr. c. 53. desideratur.

In errorem igitur et ipse incidi, qui tot aliorum errores correxeram, tabulaeque illi paschali nimium confisus sum, unde severum censorem[12] sustinui. Qui petulanter in me invectus, quasi leges scientiae leviter transgressus essem, ne Mommseni quidem memoriae pepercit: uterque enim nostrum Victorii annum a passione Domini 161. cum anno 188. p. Chr. n. vel 720. cycli renovati 532 annorum comparavimus, dum adversarius noster annum 188. potius anno 719. p. Chr. convenire contendit, unde recurrens ad annum primum Chilperici pervenit 715. Vir nimium callidus homines aevi Merowingici annos Victorii ad concordantias quas vocavit veteres constituisse asseruit tales, qualem vulgatum

1) K. Pertz, Dipl. I, p. 29, 18. 19. 193, 41. 2) Halkin et Roland l. c. p. 54, Cod. Dusseldorpensis fol. 8. 3) Halkin et Roland l. c. p. 39 sqq. 4) Cf. K. Pertz, Dipl. I, p. 103, l. 35: Signum Karlomanni maior domus et p. 99, 29. 5) Cf. Pertz, Dipl. I, p. 103, 26. 6) W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p. 50. 7) Depoin, 'Questions mérovingiennes et carolingiennes' ('Revue des études historiques', Parisiis 1904, tom. LXX, p. 377 sqq.). 8) K. Pertz, Dipl. I, p. 11; cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p. 50. 9) A. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p. 415. 10) 'N. Arch.' XXVII, p. 359, n. 5. 11) V. supra p. 502. 12) Ph. Lauer, 'Bulletin de la société nationale des antiquaires de France', Parisiis 1907, p. 246 sqq.

opus Francogallicum[1] exhibet, cumque ibi annum 188. cycli cuiusdam paschalis cum anno 719. p. Chr. comparatum repperisset, de me triumphasse sibi gloriabatur. Neque enim primis elementis doctrinae temporum imbutus penitus ignorabat, quomodo Victorii et Dionysii Exigui paschalia inter se differrent[2], scilicet Dionysium quidem ab anno 532. p. Chr. incepisse neque vero cyclum tot annorum composuisse, cyclum autem illum paschalem eo exortum esse, quod vir quidam otiosus integrum cyclum 532 annorum ($19 \times 28 = 532$) Dionysii tabulae vel potius magnae Bedanae 532 annorum praeposuisset, qui anno 531. desinens anno ante Christum natum incipiat oportet, neque per hunc cyclum paschalem vir doctissimus ad optatum finem pervenire potuisset, nisi confusione fere inaudita annum a me erutum Dionysianum 188 p. Chr. n. pro anno cycli illius paschalis uno anno remanentis accepisset, neque terminis paschalibus codicis irritatus est, soli anno 720 p. Chr. convenientibus. Francos autem saec. VIII. ad Alexandrinorum doctrinam conversos rationem Dionysianam secutos esse neque novam cycli illius paschalis ex illis quae olim collegi[3] exemplis satis superque intellegitur, sed peritissimus magister non solum dissertationem meam ignoravit, sed etiam alia nonnulla, vel nomen calculatoris scrupulosi, qui Victor constanter ab eo appellatur neque Victorius.

XXX. Chlotharius IV. (718 ante Febr. 3—719).

Chlotharius IV. post pugnam Vinciacensem (717 Mart. 21; cf. Librum h. Fr. c. 53) a Karolo rex constitutus annum primum regnavit, quo et ipse Karolus et Wizenburgenses nomen eius chartis adscripserunt:

1. sub die mensis Febr. III. anno primo regni domni nostri Hlutharii regis (Pardessus l. c. II, p. 448, n. 40),

2. sub die quod fecit mensis Februarias dies XIII. anno primo regni domini nostri Lutthárii regis (ib. p. 447, n. 38),

3. die (sub die recte 2) mensis Februarii XXIII [anno I. regni domini nostri Clotharii regis] (K. Pertz, Dipl. I, p. 97; SS. XXIII, p. 61),

4. sub die Kalandas Octobris anno primo regnante domino nostro Lutarii rege (Pardessus l. c. II, p. 448, n. 39),

5. anno primo Hlotharii regis Gesta abb. Fontan. c. 8 (ed. S. Löwenfeld p. 27), et sane annus I in Catalogo IV. codicis Havrensis (supra p. 482) ei attributus est, dum in reliquis Catalogis nomen eius desideratur. Chartam 1. die 3. Februarii a. 718. scriptam esse necesse est, cum illa sicut reliquae post pugnam Vinciacensem collocanda sit, resque, de quibus in illa agitur, alia charta prosequatur data:

6. sub die XV. kl. Iun. anno III. regni domini Hilperici regis (Pardessus l. c. II, p. 449, n. 41), i. e. die 18. Maii 718, in qua verbis antedicto vel memorato testamento ad ipsam appellatum est; chartam autem 2. inter utramque, scilicet 1 et 6, monasterio concessam esse oportet. Wizenburgenses igitur anno 718. die 18. Maii Chilperici nomine rursus annum nuncupabant (cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p. 50) neque Chlotharii, qui ante diem 3. Februarii eiusdem regnum inierat, cumque hunc plus uno anno regnasse vix conici liceat, anno 719. mors eius attribuenda est. Valesius, Res Francicae II, p. 438, Chlotharium ex anno 718. unum annum et menses circiter VII regnasse voluit.

XXXI. Theudericus IV. (721 inter Ian. 30 et Mai. 13—737 inter Mart. 16 et Apr. 30).

1. Charta Abbonis rectoris Mauriennatae et Segucinae civitatum, qua monasterium Novaliciense fundavit (Mon. hist. Patr. Chart. I, p. 16; Pardessus l. c. II, p. 481; Cipolla,

1) 'Art de vérifier les dates' I, p. 157. 2) L. Ideler, 'Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie', 1826, tom. II, p. 292. 372. 3) 'N. Arch.' IX, p. 137 sqq.

Monumenta Novaliciensia vetustiora I, 1898, *p.* 12. *et tab. II):* Ego in Dei nomine Saxo diaconus iussus a domino Abbone hunc previlegium scripsi sub die tercio Kal. Februar. anno quinto regnante domino nostro Theoderico rege in indictione nona = 726, *die* 30. *Ianuarii.*

Cum inde conclusissem ('N. Arch.' X, p. 94*), diem* 30. *Ianuarii a.* 722. *ad primum Theuderici IV. annum pertinuisse, J. Havet, 'Oeuvres' I, p.* 242, *n., exordium eius accuratius inter Ian.* 31. 721. *et Ian.* 30. 722. *collocavit*[1].

2. *Privilegium Widegerni episcopi Strateburgensis monasterio Murbacensi concessum (Pardessus l. c. II, p.* 355*):* Actum Stratburgo civitate publice die tercio decimo mense Madio in ascensione Domini anno octavo regnum domini nostri Theoderico rege = 728 *Maii* 13.

Ex hac charta J. Havet, 'Oeuvres' I, p. 446, *collegit, Theudericum IV. non post diem* 13. *Maii a.* 721. *regnare coepisse, ita ut exordium eius die* 30. *Ianuarii et* 13. *Maii eiusdem anni terminetur. Die* 3. *Martii anno primo regni sui Theudericus monasterio Sithiensi immunitatem confirmavit (Pertz, Dipl. I, p.* 81*).*

3. *Theudericum mense Martio a.* 737. *etiam inter vivos fuisse W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 50, *per chartam probare sibi visus est S. Benigni monasterii Divionensis datam die Veneris mense Martio anno* 17. *Theuderici, cuius meminit Ph. Labbe, 'L'histoire des roys de France depuis Faramond', Parisiis* 1667, *p.* 101, *sed eam ipsam minime viderat primoque a fonte incertae originis se abstinuerat, 'N. Arch.' XXVII, p.* 360, *n. Charta a sodali meo frustra quaesita extat apud Pérard, 'Recueil de plusieurs pièces curieuses servant à l'histoire de Bourgogne', Parisiis* 1664, *p.* 6, *et Pardessus l. c. I, p.* 146, *ita data:* die Veneris mense Martio in anno XVII. regni domini nostri Chilperici regis, *sed alio regis nomine distincta inter chartas primi Chilperici a.* 579. *latet, ad quem Burgundia numquam pertinuerat. Potius Childerici II, successoris Chlotharii III. (a.* 673—675*), nomen in eadem repperisse videtur auctor Chronicae abbatum S. Benigni Divionensis*[2], *neque vero rex ille neque ullus insequentium ad XVII. regni annum pervenit praeter Theudericum III. aut IV, quare vehementer suspicor, sola coniectura in hoc nomen incidisse Ph. Labbeum. Cum autem Boloneus abbas S. Benigni, qui in charta illa commemoratur, potius Bobolenus ad codicem ipsum emendandus sit, monentibus editoribus Chronicae S. Benigni, isque a.* 715. *iam defunctus esset (v. supra p.* 502, *n.* 2*), melius quam Theuderici regis nomen Childerici II. convenire videtur, quo iam Cointii*[3] *opinio inclinaverat, sique auctor Chronicae S. Benigni Childerici nomen recte legerit, quod etiam in aliis chartis in Chilperici depravatum est*[4], *verba* anno XVII. *emendanda sint* anno XIIII, *ita ut anno* 675, *mense Martio charta data esset. Ex hac igitur charta nihil de Theuderici tempore concludendum est, licet Labbe lectionem suam pro certo affirmaverit*[5].

4. *Computus codicis Berolinensis bibliothecae regiae inter Phillippsianos n.* 1831 *(Lat. n.* 128*), saec. VIII, olim monasterii S. Vincentii Mettensis, deinde Collegii Claromontani Parisiensis, ubi Labbe l. c. p.* 101, *eo usus est*[6]*:* Ab inicio ergo mundi usque ad diluvium ĪĪ CC XLII, a diluvio usque ad Habraham DCCCCXLII, a Habraham usque ad pascha

1) *Cave, ne ullam fidem habeas calculo Annalium Fuldensium (ed. Kurze p.* 2*):* 720. Mortuo Hilprico, Carlus Theotricum in sedem regni constituit, *qui propria auctoritate destituti ex Chronico Laurissensi pendent.* 2) *'Chronique de l'abbaye de Saint-Bénigne de Dijon publ. par Bougaud et Garnier', Divione* 1875, *p.* 64. 3) *Le Cointe, Ann. eccl. Franc. III, p.* 639, anno XII *Childerici II. legi vult pro* XVII. 4) *Cf. K. Pertz, Dipl. I, p.* 49, *l.* 39; *W. Levison, 'N. Arch.' XXXIII, p.* 747. 5) *Labbe l. c.: 'Il y a charte de S. Benigne de Dijon d'un vendredy au mois de Mars l'an* 17 *de Thierry'.* 6) *Cf. dissertationem meam: 'Das älteste fränkische Lehrbuch der Dionysianischen Zeitrechnung' ('Mélanges offerts à M. Émile Chatelain', Parisiis* 1910, *p.* 242*).*

Moysen DV anni sunt. Ab inicio mundi usque ad crucem Domini $\overline{\text{V}}$CCXXVIII. Item ab inicio mundi usque ad nativitatem Christi $\overline{\text{V}}$CXCVIIII. A nativitate autem Domini usque ad praesentem annum, in quo Teudericus rex Francorum defunctus est, DCCXXXVII. In quo anno indictio V, epacte XV, concur. I, lunae circulum XIII, XIIII. XII Kl. Apr., pascha VIIII. Kl. Apr., luna XVII. XXIIII.

Annos 737 a nativitate Christi usque ad obitum Theuderici auctor collegit, primus apud Francos calculo Dionysii Exigui usus; cf. 'N. Arch.' IX, p. 137.

Cum charta quaedam monasterii S. Benigni Divionensis (Pérard l. c. p. 9; Pardessus l. c. II, p. 300) data sit: ante Kalendas Madias defuncto domno Theoderico et electo Karolo maiore domus *neque verisimile sit monente W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p. 51, annum ita signatum esse nisi paulo post rerum mutationem, scilicet a. 737, ante diem 1. Maii mense Aprili aut altera Martii parte Theudericum obiisse idem conclusit.*

Theudericus annos 17 regnavit secundum Catalogos vetustiores, sed 16. annum non multo superasse videtur. In Catalogo IV, scilicet Fontanellensi, anni 19 ei attribuuntur et supersunt chartae Wizenburgenses datae: sub die V. mensis Februarii anno XVIII. regni domni nostri Thioderici regis *(Pardessus l. c. II, p. 458) et* sub die sexto Kl. Aprelis anno XVIIII. regnante domino nostro Theuderico rege *(ib. p. 459).*

Quos numeros cum W. Levison, 'N. Arch.' XXVII, p. 359, n. 6, depravatos esse censeret, eos fortasse ex perturbato rerum statu explicari licet, sive quod notarii ultra mortem regis annos computaverint, successore nullo electo, sive nonnulli ex anno emortuali Chlotharii IV. 719. annos duxerint. Etiam Fontanellenses annum 1. Chlotharii in chartis adnotasse supra n. XXX, 5 diximus.

XXXIa. Interregnum (737 inter Mart. 16 et Apr. 30—743 inter Febr. 15 et Mart. 2).

Per interregnum anni nomine Theuderici signati sunt ita:

Anno primo post transitu Theuderici regis *(Iun. 19; ed. Pardessus l. c. II, p. 459),*
anno II. post morte Theoderici regis *(post Mart. 15; ed. ib. p. 462),*
anno III. post obitum Theoderici regis *(Iun. 19; ed. ib. p. 463),*
anno tercio post transitum Theoderici regis *(ib. p. 464),*
anno III. post obitum regni domini nostri Theotirichi regis *(Oct. 23; ed. ib. p. 465),*
annum quintum post defunctum Theodericum regem *(charta Karoli maioris domus data die 17. Sept. 741; Pertz, Dipl. I, p. 102; cf. W. Levison, 'N. Arch.' XXVII, p. 358),*

sed in remotioribus regni partibus veluti apud Sangallenses vel post Dagoberti III. mortem anni appellabantur, omnibus regibus praetermissis, qui eum secuti sunt:

Anno tredecemo pos regnu domni nostri Dacopirti reges[1],
anno XXX pos regnu domni nostri Dagopirti reies[2].

Carolo autem maiore domus mense Octobri a 741. defuncto, aut post obitum eius annos numerabant aut ex principatu filiorum eius[3]*, et in codicibus Catalogi III. totum septennium aut Carolo attributum est aut Carlomanno et Pippino.*

XXXII. Childericus III. (743 inter Febr. 16 et Mart. 3—751 Oct. 31 ad 752 Ian. 23).

1. *Charta Grimhildis monasterio Wizenburgensi concessa (Pardessus, Dipl. II, p. 472, n. 75):* Actum in monasterio Wizenburc sub die XV. Feb. anno secundo principatu Carlomanno et Pippino ducibus Francorum, quando successerunt in regnum, regnante Domino nostro in perpetuum = *743, Febr. 15. Cf. E. Mühlbacher, 'Karol. Reg.' I, p. 23*[2]*;*

1) *H. Wartmann, 'UB. der Abtei St. Gallen' I, p. 9.* 2) *Ib. p. 10.* 3) *Cf. E. Mühlbacher, 'Karol. Regesten' I, p. 23*[2].

L. Levillain, 'Contribution à la chronologie des rois Mérovingiens'[1] *('Le Moyen Age'* 1903, *tom. XVI, p.* 6*).*

2. *Ex codice Annalium Saxonicorum inter Cottonianos Caligula A XV (SS. XVI, p.* 480*):* In Christi nomine incipit cyclus per indictionem undecimam et anno quota fuerit luna Kal. Ian. prima. Et dies dominicus festi paschalis 18. Kal. Mai. luna 15. Et quotus annus est ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 743. Et recapitulatio Victurino 184. annus est. Et primus annus Childerici regis Francorum cum consulibus suis Carlemanno et Pippino. *Cf. Hahn, 'Jahrb. des fränk. Reichs* 741—752', *Berolini* 1863, *p.* 164; *'N. Arch.' IX, p.* 139.

Die 23. *Aprilis anno primo regni sui Childericus III. monasterio Sithiensi immunitatem confirmavit (Pertz, Dipl. I, p.* 87*).*

3. *Pippini principis Capitulare Suessionense (MG. LL. I,* 20; *Capitularia I, p.* 29; *Conc. II,* 1, *p.* 33*):* Anno septingentesimo quadragesimo quarto ab incarnatione Christi sub die V. Nonas Martii et luna XIIII. in anno secundo Childerici regis Francorum ego Pippinus dux et princeps Francorum = 744 *Mart.* 3.

Diem falsum 2. *Martii citavit Levillain l. c. p.* 8, *quem editoris errorem multo ante emendaveram 'N. Arch.' IX, p.* 139; *XXX, p.* 708*sq.*; *recto die iam usus erat Ph. Labbe, 'L'histoire des roys de France depuis Faramond', Parisiis* 1667, *p.* 104.

4. *Utrum Pippinus a.* 751. *ex. an* 752. *in. a Francis rex electus et ab episcopis consecratus sit, tonso Childerico III. rege ultimo stirpis Merowingicae, quaestio iterum iterumque acutissime tractata, fontibus inter se dissentientibus, vix decidi potest, sed adhuc a viris doctis hinc inde disceptatur, etsi non adeo multum in ea re positum esse concedunt, cum paucae tantum chartae supersint, quarum ratio temporis exinde pendeat. Hi autem in hanc arenam sibi successerunt: L. Oelsner, De Pippino rege Francorum quaestiones aliquot, Vratislaviae* 1853, *p.* 12*sqq.*; *H. Hahn, 'Jahrb. d. fränk. Reichs* 741—752', *Berolini* 1863, *p.* 229*sqq.*; *Th. Sickel, 'Über die Epoche der Regierung Pippins' ('Forsch. z. Deutsch. Gesch.'* 1864, *IV, p.* 441*sqq.); idem, Acta Karolin.,* 1867, *I, p.* 243*sq.*; *B. Sepp, 'Wann wurde Pippin König?' ('Altbayerische Monatsschrift'* 1908, *VIII, p.* 84*sqq.); W. Levison, 'N. Arch.' XXXV, p.* 51*sqq.*; *M. Tangl, 'Die Epoche Pippins', 'N. Arch.'* (1914), *XXXIX, p.* 257*sqq.*; *B. Sepp, 'Wann wurde Pippin König?' ('Historisches Jahrbuch'* 1917, *tom.* 38, *p.* 535*sqq.).*

Terminum, post quem Karolorum stirps solio regali potita sit, ultima quam habemus Pippini maioris domus charta exhibet, qua in placito residens Fulrado abbati monasterii S. Dionysii res alienatas vindicavit, ita data[2]*:* Datum quod fecit mensis Iunius dies viginti. Annum nono. VIIII. Childerico rege = 751, *Iun.* 20.

Fulrado quoque abbati Pippinus rex moribundus IX. Kal. Oct. anno XVII. regni sui, i. e. 768, *Sept.* 23, *in ipso monasterio S. Dionysii, in quo paulo post sepultus est*[3],

1) *Quod ad clausulam chartae Boroni (Pardessus l. c. II, p.* 407*) pertinet haecce:* die Martis proximo post medium mensem Aprilis anno sexto regni domini nostri Hilderici regis, *anno* 748. *dies Apr.* 16 *(ita recte L. Oelsner, De Pippino rege Francorum quaestiones aliquot, Vratislaviae* 1853, *p.* 3; 17 *falso Levillain l. c. p.* 7*) in diem Martis incidebat, sed per formulam illis temporibus frequenter adhibitam sive post medium mensem sive ante eum certa feria proxime subsequens aut praecedens designabatur (v. supra p.* 499, *n.* 1*) neque dies medio mensi proximus, ita ut ad annum determinandum nihil faciat.*
2) *K. Pertz, Dipl. I, p.* 108. *Posteriorem terminum charta quaedam Sangallensis (H. Wartmann, 'UB. der Abtei Sanct Gallen' I, p.* 17*) offert hunc:* Data septimo Idus Sept. anno X. rigni domni nostri Ildirici riis, *quem Childericus III. rex minime attigit, unde eam a.* 751. *Sept.* 7. *editor attribuit, sed monendum est vel defunctorum regum annos in traditionibus Sangallensibus nonnumquam adnotatos esse, neque argumentum ex hac charta colligi licet, cuius ratio minime constat.*
3) *Fredeg. Contin. c.* 53.

et privilegium episcopale confirmavit[1] *et immunitatem tertiaque charta concessa votis eius eo amplius satisfacere studuit, cumque postero die e vita decesserit, ante diem* 23. *Septembris* 752. *eum regnum inisse necesse est. Terminus ante mensem Iulium a.* 752. *prorogatur per chartas eidem Fulrado abbati et coenobio Fuldensi illo mense a.* 15. *regis Aurelianis datas, i. e.* 766 *mense Iulio*[2], *quae ad expeditionem regis pertinent, cuius Fredegarii Continuator c.* 48. *meminit, atque haec conclusio monente M. Tangl confirmatur per chartam a.* 17. *Pippini mense Iulio, i. e. a.* 768, *monasterio S. Hilarii Pictavo concessam*[3]. *Ultimus autem terminus dies* 31. *Octobris a.* 751. *acumine Th. Sickel e charta conclusus est III. Kal. Nov. a.* 8. *regis data*[4], *quae ad placitum IV. Kal. Nov. condictum pertinet, cumque dies* 29. *Octobris a.* 758. *in dominicum inciderit, quo placita non habebantur, charta illa a.* 759. *recte attributa videtur esse. Per ipsius igitur Pippini chartas exordium regni eius inter diem* 31. *Octobris a.* 751. *et mensem Iulii a.* 752. *coartatur neque angustiores fines assequi licet nisi per chartas privatas monasteriorum.*

Anno primo Pippini regis chartae nonnullae datae sunt, e quibus solis quotus annus a Chr. n. eligendus sit, non certo certius colligi potest, una Fuldensis die 18. *Ianuarii*[5] *duaeque Sangallenses, scilicet die* 10. *Maii data alteraque die ita expresso*[6]*:* Notavi Veneris ante medium minse Aprili anno primo regi Pippino. *Sane anno* 752. *ante medium mensem dies Veneris in* 14. *Aprilis incidebat, sed ex consuetudine illa satis communi minime ea ratio ducenda est, quam Oelsner et Wartmann et nuper Sepp ducebant, scilicet de die medio mensi proximo agi, immo quemcumque Veneris diem ultimum ante medium mensem intellegendum esse recte monuit Hahn l. c. p.* 234, *cui Th. Sickel, 'Forsch.' IV, p.* 448, *haud ita feliciter respondit ipsum diem* 15. *Aprilis a.* 753. *Veneris fuisse, quo consensu elocutio eo insolentior reddita esset: dies enim* 15. *Aprilis anno* 753. *potius dominicus erat virque rationis temporum peritissimus in computandis feriis humano quodam errore delusus est: Quandoque bonus dormitat Homerus! Interim de anno* 752. *dubitari nequit, si chartam Sangallensem die Veneris* 4. *Kal. Mart. a.* 11. *Pippini, i. e. a.* 762. *die* 26. *Februarii datam, adhibueris*[7], *ex qua vel diem* 26. *Februarii anno primo regis ad a.* 752. *pertinuisse intellegitur.*

Licet in chartis Sangallensibus tempus feriis frequenter additis eo accuratius determinatum sit, tamen difficultates vix enodandae sunt atque cum vero regni Pippini calculo non concordant nisi quattuor, in plerisque anni iusto minores indicati sunt, in paucis eo plures, ita ut editor de duobus intervallis cogitaverit, alterum a Pippini unctione a. 754, *die Iulii* 28. *computans, sed ultimas eiusdem regis chartas (n.* 50. 51*) propter ipsum annorum numerum ex anno* 752. *computare coactus erat, atque ad aevum Caroli M. transiens de hoc effugio desperavit parvamque annorum regni auctoritatem palam confessus est, quibus dies mensium feriasque praeferendas esse iam perspexit*[8]. *Attamen chartam n.* 42 *(p.* 44*) anno XIII. Pippini die IIII. Non. Sept. sabbato datam anno* 764. *attribuit immutato die in Kal. Sept., unde exordium regni statuerunt post diem* 31. *Augusti a.* 751, *sed dies* 2. *Septembris in sabbatum incidebat a.* 758, *neque maior fides alteri chartae Sangallensi habenda est datae*[9]*:* anno sexto Pippini regis die Mercuris XII. Kal. Ian., *i. e.* 757, *Dec.* 21, *qua Pippinum post eundem diem a.* 751. *elevatum esse probaretur. In autographo*[10] *enim distincte* XU Kl. Ian. *scriptum est, quam lectionem editor correxerat, atque dies* 18. *Decembris cum*

1) *MG. Dipl. Karol. I, p.* 34 *sqq.* 2) *Ib. p.* 30 *sq.* 3) *MG. Dipl. Karol. I, p.* 33*; cf. E. Mühlbacher, 'Karol. Reg.' I, n.* 106². 4) *MG. Dipl. Karol. I, p.* 18. 5) *E. Stengel, 'Urkundenbuch des Klosters Fulda', Marpurgi* 1913, *I,* 1, *p.* 36*:* Facta vendicio sub die XVIII. Ian. anno primo regni domni Pippini regis. *Cf. M. Tangl l. c. p.* 276. 6) *H. Wartmann, 'UB. der Abtei Sanct Gallen' I, n.* 15, *p.* 18. 7) *Wartmann l. c. p.* 37. 8) *Idem p.* 57. 9) *Idem p.* 25. 10) *Postquam W. Levison l. c. p.* 52, *n.* 1, *numerum rectum* XU *agnovit neque vero in eo perseveravit, M. Tangl l. c. p.* 272 *sqq. eum fortiter defendit; cf. F. Steffens, 'Lateinische Paläographie', tab.* 38².

Mercurii die conveniebat anno 754, ita ut annis regis biennium vel triennium additum esset neque ut alias deesset. Diem mensis molestum M. Tangl nuper dempta lineola in XI. Kal. Ian. immutare vel potius pro 15. die Decembris accipere voluit, ut anno 756. aptaretur Sickeliique calculus sustineretur, sed nescio an, si coniecturis vacare liceret, novis, quae etiam censuram B. Sepp (l. c. p. 537, n. 2) non sustinuerunt, prior editoris praeferenda esset, et certe in chartis Sangallensibus mensium dies utroque modo distincti sunt et simpliciter numerati more Merowingico, qui etiam tabulae paschali Computi a. 737. adiecti erant (v. supra n. XXXI, 4), et ad Calendarii Romani ordinem dispositi, neque ullo argumento adhuc probatum est, utramque consuetudinem a notariis illis inter se permutatam esse.

Dies vero 21. Decembris a. 751. pro priore regni Pippini termino haberi amplius non potest, cumque extremus terminus e charta Frisingensi colligeretur data[1] *X. Kal. Febr. a. 8. Pippini, indictione XII, scilicet die 23. Ianuarii a. 759, quam Hundtius*[2] *propter presbyterum quendam potius a. 760. attribuerat, Sepp terminos statuit a. 751* $^{21}/_{12}$ *—752* $^{23}/_{1}$. *Th. Sickel vero utramque chartam, qua ille nitebatur, ita interpretatus est, quasi notarii annos regni cum initio anni civilis aequiparantes secundum regis annum neglecto vero introitu iam a praecedente nativitate Domini incepissent, a qua annum tunc incepisse credidit, ita ut primus regis annus paucas tantum septimanas comprehendere potuisset, sed erravit, nam Franci sicut antiquitus ita etiam tunc annum a Martio mense*[3] *inchoabant chartasque coniecturae eius omnino refragari W. Levison sodalis meus recte monuit.*

Sicut chartae Sangallenses feriis, ita Frisingenses lunae aetate tempus frequenter distinguunt novoque argumento in utrisque anni principum certius determinantur quam in aliis, a quibus tale distinguendi genus abest, eoque adhibito praeter eam de qua modo disserui chartam nullam inter Frisingenses repperi cum vero Pippini introitu concordantem, sed aut anno ab eo distant aut sicut Sangallenses biennio. Neque chartas datas VIII. Kal. Iul. a. 2. Pippini, 6. Tassilonis, luna XXVIII (n. 7, p. 34) = 754, Iun. 24, et II. Id. Mart. a. 4. Pippini, 8. Tassilonis, luna XVIII (n. 8a, p. 36) = 757, Mart. 14, ad annos 753. et 755. B. Sepp trahere debebat, ad quos per principum annos traherentur, sed haec coniectura per aetatem lunarem refellitur, quae minime neglegenda erat, atque in annis et regis et ducis computandis erratum esse vel per iter Stephani papae Gallicanum a. 754. factum confirmatur, cuius in priore charta his verbis mentio fit: quando domnus apostolicus in partibus Gallie venerat. *Sane verba illa sicut et lunae aetatem interpolata esse censuit B. Sepp et multo ante eum L. Oelsner p. 13, sed contraria sententia ex elocutione aequali et barbara colligitur, unde tam temerariam opinionem una cum M. Tangl l. c. p. 267. omnino recusamus, quam auctor nuper iterare ausus est. Principum autem annos propter incuriam notariorum parum certos esse ex chartis Sangallensibus iam conclusum est, quare etiam H. Wartmann l. c. p. 19. diebus maiorem fidem haberi voluit. Raro autem omnia elementa ita inter se discedunt sicut in charta (n. 17, p. 45) data:* sub die Id. Decemb. luna XXII, indictione XII, regnante inlustrissimo rege Pippino anno VIII. et venerabile Tassilone anno XIII. regni eius, *nam indictio et annus 8. Pippini ad a. 758/9. pertinent, a. 13. Tassilonis ad a. 760, lunae autem aetas secundum rationem Dionysii Exigui ad annum 762, cui Hundtium secutus editor novissimus (cf. Bitterauf p. LVII) chartam attribuit, sed quaeri potest, num eiusdem cyclus paschalis in illa regione*

1) *Th. Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising' I, p. 43, ad a. 760.* 2) *Comes Hundt, 'Über die Bayrischen Urkk. aus der Zeit der Agilolfinger' ('Abhandl. d. hist. Classe der Bayer. Akad. d. Wissensch.', Monachii 1874, XII, p. 170. 197. 221).* 3) *Mabillon, De re diplom. II, c. 23, n. 4. 5; F. Rühl, 'Chronologie des Mittelalters und der Neuzeit', Berolini 1897, p. 27; M. Tangl l. c. p. 264; infra p. 515, n. 1.*

tunc iam passim praevaluerit, cum die 26. Aprilis a. 768. luna V. ibi computaretur[1] secundum Victorium neque IIII. secundum Dionysium, atque ipse olim de anno 759. cogitavi; cf. 'N. Arch.' IX, p. 141. Certe annus 760, quem B. Sepp proposuit, annos Pippini audacter in VIIII. immutans, propter aetatem lunae nullo modo tolerari potest. Annus autem incarnationis Domini, qui in charta (n. 23, p. 52) legitur a. 765. Nonis Maiis data, neque cum anno 16. Pippini neque cum indictione IIII. convenit, cum annus regis 14. et indictio III. postulentur, unde complures errores huic calculo subesse manifestum est.

Dum chartae multiplicibus temporum adnotationibus distinctae certis annis in universum attribui possunt neque desperandum est nisi raro, errores in iis quae non determinantur nisi Pippini regis annis, deficientibus et feriis et diebus lunaribus et indictionibus et annis Christi, acutissimam sagacitatem frustra exercent atque ad hanc classem cohors chartarum Wizenburgensium pertinet, per quam Th. Sickel potissimum sententiam suam probare conatus est, mutationem rerum factam esse inter dies 3. et 19. Novembris. Supersunt enim duae chartae Wizenburgenses a. 14. Pippini regis datae[2], scilicet testamentum seu donatio die 19. Novembris et precaria ad donationem illam spectans die 12. Iulii, unde colligi licet hanc non ad eundem annum a Chr. n. pertinere atque illam, sed ad annum insequentem, neque rationem talem admittendam esse qualem Th. Sickel statuisse modo vidimus (p. 510, 18). Idem ex priore charta iam conclusit Pippinum non inter dies 19. Novembris et 12. Iulii regem factum esse, sed inter dies 13. Iulii et 19. Novembris, adhibensque tertiam chartam Wizenburgensem die 4. Non. Nov. a. 16. regis datam[3], dies 3—19. Novembris terminos statuit. Idem vero ipse dubitavit, utrum tertia charta anno 767. an 766. attribuenda esset, atque in prima iam Zeuss p. 344. annum Pippini regis XIIII. dempta lineola immutaverat XIII, quem nuper B. Sepp secutus est. E contrario M. Tangl textum traditum multis argumentis defendere conatus est errorem calculi notariorum pagensium veri dissimillimum esse contendens, quibuscum introitus novi regis 'procul dubio' ex officio communicatus esset, atque etiam numeros chartulariorum strenue tuitus est, deliberari vero posse concessit, num notarius per annum chartae prioris deceptus esset, et fortasse peritiam notarii Wizenburgensis pluris aestimavit quam par erat, si falsos Pippini annos apud Sangallenses et Frisingenses consideraveris. Cum autem veros regis annos a falsis discernere in chartis Wizenburgensibus propter tenuitatem earum non adeo liceat ut in illis, nescio an in binis chartis interpretandis modus quidam adhibendus sit.

Tunc intervallum introitus Pippini a mense Novembri ad diem 23. Ianuarii extenditur, cumque sollemnem regis electionem atque consecrationem etiam sollemni ecclesiastico die peractum esse verisimile sit, inprimis de nativitate Domini una cum W. Levison sodali meo cogitare malim, qua et Childebertus II. rex sollemniter elevatus (v. supra n. XI) et Carolus M. imperator a. 800. coronatus est; sed de sola coniectura agitur, cui haud multum tribui velim, etsi argumentum, quod B. Sepp contra eam protulit tam alienum est, ut censuram sodalis mei effugere non potuerit.

Auctor Clausulae de Pippino[4] anno 767. in monasterio S. Dionysii scriptae, quae novissimae paginulae codicis cuiusdam Gregorii Miraculorum in aeternam memoriam illata erat, annum praesentem invenit sextum decimum Pippini regis, indictionem quintam et tertium decimum filiorum eius Caroli et Carolomanni, utque causam intervalli proferret, quod inter patris filiorumque annos distaret, ex consecratione Stephani papae a. 754 (die 28. Iulii) retro computans illum iam 'tribus annis' ante regem et unctum et electum esse non ignoravit. Quae si ad verbum interpretatus eris, praecedens electio et consecratio in

1) Charta n. 28, p. 56, apud Bitterauf l. c. 2) C. Zeuss, Traditiones possessionesque Wizenburgenses, Spirae 1842, p. 183 et 254. 3) Ed. Zeuss l. c. p. 128. 4) SS. rer. Merov. I, p. 465; SS. XV, p. 1.

mensem Iulium a. 751. prorogatur, etsi tres anni pleni minime interfuerant, sed monente L. Oelsner l. c. p. 14. de anno 752. auctor hoc modo omnino non loqui potuisset, ita ut ipsum testimonium vetustissimum annum 751. confirmare videatur, atque intervallum utrorumque regum per annos tantum auctor distinxit nec menses curavit, nedum dies.

Continuatores autem Fredegarii de tempore minime inter se consentire videntur. Cum enim Childebrandus comes de rebellione Baiuvariorum referens (c. 32), quae in Annalibus a. 748. aut 749. tribuitur, mox terram per duos annos quievisse statuerit, 'quo tempore' Pippinus rex creatus esset (c. 33), ita ut vix ultra annum 751. progredi liceret, successor eius, Nibelungus comes, filius eius: His transactis, sequente anno (c. 35) Saxones rebellantes a Pippino devictos esse enarravit, quam expeditionem a. 753. factam esse fere consentiunt[1], ita ut ad annum 752. perveniremus.

Eodemque modo Annales inter se dissentiunt; una enim pars[2], ad quam qui magni aestimantur Annales S. Amandi pertinent, annum 751. exhibet, altera a. 752, quin immo tertia accedit eorum, qui ultra metam transgressi a. 750. anteponunt, qua de ratione cogitari nequit.

Novem regni annos, qui in Catalogis vetustioribus traditi sunt, Childericus III. plenos non peregerat; auctor autem Catalogi Havrensis summam etiam ad 11 adauxit manifesto errore, cuius causam assecutus esse mihi videor. Egregii enim Fontanellenses monachi, qui historiam monasterii magna diligentia sed parvo successu certis annis a Christo nato affigere studebant, item anno 750. Childericum iam exauctoratum esse credebant[3], cumque novissimum regem anno 738. primum annum egisse statuerent[4], interregnum septem annorum penitus ignorantes[5], ad summam falsam pervenerunt quam dixi.

Summa 78 annorum in Catalogo I. a Theuderico III, i. e. mense Aprili a. 673, ad Childerici III. regni finem 751 ex. subducta fere constat; v. supra p. 469.

EPILOGUS.

Theodorus Mommsen de annis regum Germanicorum labente re publica Romana disputans in chronicis animadvertisse sibi visus est, annos principum veris regni eorum non respondere, sed ad annum civilem accommodatos esse, priusquam Iustinianus anno 537. per Novellam 47. sanxit, ut ante consules et indictiones tertia appellatio documentis adscriberetur, scilicet anni ab ineunte imperio eius ducti, id est veri, measque dissertationes perlustrans aegre ferebat[6], annos regum Francorum apud Gregorium aliosque auctores pro veris acceptos neque examinatum esse, utrum veri an accommodati essent, scilicet utrum ab ineunte regno inciperent an a Kalendis Martiis. Mea autem opinione distinguendum est inter monumenta solis principum annis designata eaque, quae etiam alia temporum indicia prae se ferunt, unicumque quod Mommsenus afferre poterat Hydatii exemplum ad alterum genus pertinet, nam chronica eius per olympiadum annos disposita sunt a Kal. Ian. incipientes, quibus imperatorum annos auctor superstruxit, atque Theodosii XVII. annum, iam die 17. Ianuarii a. 395. defuncti, vix aliter designare poterat quam simul I. Arcadii et Honorii filiorum eius, ad quorum II. annum statim perrexit[7],

1) Annum 752. tradunt Ann. Alamann., Guelferbyt., Nazar., SS. I, p. 26 sq.. 2) A. 751: Ann. S. Amandi Contin. (SS. I, p. 10), Alamann., Guelferb., Nazar. (ib. p. 26 sq.), Sangall. breves (ib. p. 64; cf. Sickel, 'Forsch.' IV, p. 451); a. 752: Ann. Petav. contin. (SS. I, p. 11), Lauresham. (ib. p. 26), Fuld. (ed. Kurze p. 6), Mosellani (SS. XVI, p. 495); a. 750: Ann. regni Franc., Mett., alii. Cf. E. Mühlbacher, 'Reg.' p. 32[2]. 3) Gesta abb. Fontan. c. 14 (ed. S. Löwenfeld p. 43). 4) Cf. ib. c. 11 (p. 34). 5) Cf. W. Levison, SS. rer. Merov. V, p. 664, n. 4; Rosenkranz l. l. (cf. supra p. 471, n. 1) p. 89. 6) Th. Mommsen, 'Das römisch-germanische Herrscherjahr' ('N. Arch.' XVI, p. 61, n. 3; 'Gesammelte Schriften' VI, p. 354, n. 3). Mommseno oblocutus est W. Levison, 'Bonner Jahrbücher' CIII, p. 48, n. 2. 7) Auct. antiq. XI, p. 16.

quia alias olympiadi quintus annus adhaesisset. Agitur igitur de casu omnino singulari similemque apud eundem auctorem non redire Mommsenus ipse monuerat.

Veritatem calculi mei idem profecto in dubium vocare noluit nihilque postulavit nisi argumenta rationis meae, quae occasione data nunc demum propositurus sum. Donec consules documentis adscribebantur, tempora satis certo definita erant, nam annus consularis Kal. Ian. incipiens per fastos facile determinatur, consulatusque appellatio in actis concilii Aurelianensis a. 538. *adhuc reperitur iuxta annum regis collocata annoque* 541. *cum indictione coniuncta, dum solius regis annus in concilio Aurelianensi a.* 533. *primum apparet. Consulibus et indictionibus paulatim obsolescentibus tempora in chronicis et documentis aevi Merowingici per solos regum annos definiebantur, magnique interest, utrum veri eorum anni intellegendi sint ab elevatione incipientes an ratione nova dispositi, cuius Mommsenus meminit. Si enim regum anni a Kal. Martiis computati essent, rex pridie Kal. Mart. elevatus postero die iam secundum regni sui annum incepisset atque ex primo eius anno secundus factus esset, ad quem re vera dies nullus pertinuisset nisi ultimus, scilicet prid. Kal. Mart.*

Regum igitur Francorum chartae genuinae quae supersunt a Iustiniani documentis eo differunt, quod annus non triplici modo scriptus est, sed soli regum anni adnotantur, ita ut, si casu accidente quem dixi secundum novam rationem altera iam die secundus regni annus incepisset, ordinem temporum male sanum vix quisquam assequi potuisset. Itaque feliciter contigit, ut facile comprobari possit coniecturam illam stare non posse verosque regum annos ab iis observatos esse, quibus chartarum cura in palatio mandata erat. Pactio Andelaensis facta[1]*:* sub die IIII. Kal. Decembris anno XXVI. regnum domni Gunthchramni regis, domni Childeberti vero XII. anni, *si illo modo explicanda esset, cum die* 1. *Martii a.* 562. *secundus Gunthramni, a.* 576. *secundus Childeberti annus tunc incepisset, ad annum* 586. *pertineret neque ad annum* 587, *quo facto totus rerum ordo apud Gregorium perturbaretur. Praeterea Chilpericus II. rex basilicae S. Dionysii immunitatem confirmavit*[2]*:* sub diae pridiae Kalendas Marcias anno primo rigny nostri, *cumque currente Martio anno primo regni sui plures chartas eidem basilicae confirmaverit, illa charta ratione nova adhibita anno insequenti attribuenda esset, sed quattuor hae chartae basilicae S. Dionysii ab eodem rege Compendii concessae sine dubio ad eundem annum pertinent continuaque serie sese subsequuntur, atque immunitatis confirmationem reliquas praecessisse neque anno post subsecutam esse patet. Etiam reges Francorum stirpis Carolingicae annos ab ineunte regno computaverunt*[3], *scilicet veros, sicut Iustinianus, eademque ratio apud Wisigothos finitimos observabatur*[4].

Ut autem ad rerum gestarum scriptores transeamus, Gregorius noster pascha a. 590. *solisque defectionem mense Octobri eiusdem anni perfectam anno* 29. *Gunthramni*[5] *et* 15. *Childeberti, me monente*[6], *tribuens, novam rationem omnino refellit, ad quam insequentibus regum annis ea tribuenda essent, ideoque argumentum firmum iam attuleram, quo illa excluderetur. Quae licet omnia huic doctrinae parum favere viderentur, tamen ea nuper ad Fredegarium interpretandum adhibita est, sed ad priorem tantum libri IV. partem, dum posteriorem usitata lege regi concedunt. Annos Dagoberti I. cum Chlotharii II. patris componens veros regni annos ibi designari recte conclusit G. Schnürer vir de difficultatibus huius fontis solvendis optime meritus*[7], *cuius argumentationem altero exemplo suppleam. Fredegarius post Dagoberti mortem elevationemque filii eius Chlodovei II. de 'anno primo regni Chlodoviae, secundo et inmenente tercio eiusdem regni anno' disputans*[8] *profecto*

1) *Greg., H. Fr. IX,* 20. 2) *K. Pertz, Dipl. I, p.* 73. 3) *Sickel, Acta Karolin. I, p.* 221. 4) *K. Zeumer, 'N. Arch.' XXVII, p.* 414. 5) *Greg., H. Fr. X,* 23. 6) *'Forsch.' XXII, p.* 455. 7) *G. Schnürer, 'Die Verfasser der sog. Fredegar-Chronik', Friburgi Helvetiorum* 1900, *p.* 92, *n.* 8) *Fredeg. IV,* 80.

primum successoris annum tam plenum computasse videtur quam secundum neque prid. Kal. Mart. eundem finiens ad unum mensem et aliquot dies restrinxerat.

In priore vero harum chronicarum parte Gunthramni regis anni a Gregorii computatione adeo discrepant, ut etiam per novam coniecturam parva tantum medela tantae perturbationi adhibeatur, neque inter veros et accommodatos annos ibi disceptandum est, ubi de omnino falsis agitur. Utroque auctore inter se comparato consentaneum esse olim conclusi Fredegarii errorem biennio detracto tollendum esse, ubi deficiente Gregorio ad ipsius tantum auctoritatem redacti sumus, atque in tabula insequenti falsis eius annis veros Gregorii opponens unumquemque intellegere velim, quomodo res se habeat.

Fredegarius lib. IV.		*Gregorius.*	*a Chr. n.*
1) *Gundovaldi res novae c.* 2	*Gunthramni a.* 24	*VII*, 10. 11 (*cf. VI*, 33) *Childeberti II. a.* 9	584
2) *eiusdem nex ib.*		*VII*, 38 (*cf. VII*, 24) *Childeberti II. a.* 10	585
3) *Gunthramni iter Parisiacum c.* 3		*VII*, 5 *Childeberti a.* 9 *VIII*, 1 *Gunthramni a.* 24	584 585
4) *ChlothariiII. baptisma ib.*		*X*, 28 (*cf. X*, 24) *Childeberti a.* 16, *Gunthramni a.* 30	591
5) *Mummoli nex c.* 4	*Gunthramni a.* 25	*VII*, 39 *Childeberti a.* 10	585
6) *Hispaniensis expeditio c.* 5	*Gunthramni a.* 26	*VIII*, 30 } *Gunthramni a.* 24	585
7) *Leudisclus patricius ordinatur ib.*	*Gunthramni a.* 27	*ib.* (*p.* 345, 25) } *Gunthramni a.* 24	585
8) *Theudebertus II. natus ib.*		*VIII*, 37 } *Gunthramni a.* 24	585
9) *Inundatio fluminum ib.*		*VIII*, 23 } *Gunthramni a.* 24	585
10) *Signum in caelo apparuit ib.*		*VIII*, 42 *Childeberti II. a.* 11	586
11) *Leuvigildi regis mors, Richaredi successio c.* 6		*VIII*, 46 *Childeberti II. a.* 12	587 (*potius* 586)
12) *Theudericus II. natus ib.*	*Gunthramni a.* 28	*IX*, 4 „ *a.* 12	587
13) *Andelaensis pactio c.* 7		*IX*, 20 „ *a.* 12, *Gunthramni a.* 26, *die* 4. *Kal. Dec.*	587
14) *Rauchingus cum sociis interfectus c.* 8		*IX*, 9 *Childeberti II. a.* 12, *die* 25. *Octobris*	587
15) *Richaredus baptizatur ib.*		*IX*, 15 *Childeberti II. a.* 12	587
16) *Hispaniensis expeditio c.* 10	*Gunthramni a.* 29	*IX*, 31 *Childeberti II. a.* 14	589
17) *Britannica expeditio c.* 11	*Gunthramni a.* 30	X, 9 *Childeberti II. a.* 15	590.

Cum Gregorius cum pactione Gunthramni et Childeberti II. omnino consentiens illi 14 *regni annos super huius tribuerit, nemo est, qui non videat, quantum Fredegarii computatio ab eius et a publica regum Francorum ratione distet, nam semel recta a.* 585 (*n.* 2) *uno anno superior est a.* 584. 585. 587. 589. 590 (*n.* 1. 5. 11. 16. 17), *duobus a.* 585. 586. 587 (*n.* 6. 10. 12—15), *tribus a.* 585 (*n.* 7. 8. 9), *immo sex a.* 591 (*n.* 4). *Res uno anno* 24. *Gunthramni* = 10. *Childeberti gestas Fredegarius per annos* 24—27. *Gunthramni dispersit. Nova quidem annorum supputatione adhibita singulis regum annis unus annus accrescit, ita ut diversitas ad duos unumque annum redigatur annis, quibus re vera tres vel duo abundant, totaque tollatur iis, quibus unus abundat, itaque*

G. Schnürer[1] *laterculum suum composuit, qui rectum pactionis Andelaensis annum Gunthramni* 26. *obstante documento ipso in* 27. *immutavit. Graves Fredegarii errores ne hac quidem ratione evanescunt, quos diverso modo explicare conati sunt, idque unum constare videtur, in fontibus, quibus ille usus est, res per Gunthramni regis annos minime distinctas esse, quos potius ipse satis imperite adiecerat.*

Mortem autem Gunthramni, ex qua succedentium regum anni et Childeberti II. et Theudeberti Theudericique filiorum eius pendent, anno 33. *Gunthramni in c.* 14. *ita attribuit, ut ne conexum quidem restitueret:* Anno 33. regni Gunthramni. Eo anno quinto Kal. Aprilis ipse rex moritur, *atque praecedente* 32. *anno Gunthramni de defectione solis a.* 592. *die* 19. *Martii rettulit (c.* 13*), quae potius a.* 31. *eiusdem regis accidit. Porro Valesius*[2] *iam coniecerat eodem* 31. *anno etiam regem defecisse brevique apparuisse, quid solis defectio portendisset*[3], *scilicet lumen ac sidus Francorum extinctum esse.*

Regnum Gunthramni, scilicet Burgundiam, Childebertus II. tunc adsumpsit, qui anno 17. *iam in Austrasia regnavit, Fredegarius vero Burgundio propriam rationem secutus annos eius a Burgundia adsumpta numeravit:*

c. 15. Anno secundo, cum Childebertus regnum accepisset Burgundiae,
ib. Anno III. Childeberto in Burgundia regnante,
c. 16. Quarto anno, post quod Childebertus regnum Guntramni acciperat,

neque vero annum primum post adsumptam Burgundiam ita expressit neque, cum Childebertus anno quarto defunctus esset filiique eius Theudebertus II. et Theudericus II. regnum eius adsumpsissent, diserte asseruit id primo eorum anno contigisse, sed annis eorum a secundo demum numeros adscripsit (c. 17*). Unde G. Schnürer p.* 13 *sqq. conclusit non de annis veris, sed a Kal. Martiis incipientibus agi.*

Ipso vero monente (p. 48, *n.) ea quae Fredegarius c.* 26. 27. *a.* 10. *Theuderici gesta esse narravit tam arte cum a.* 9. *eiusdem regis gestis cohaerent, ut in Martium mensem ea prorogari fas non sit multoque magis Ianuario tribuantur, cum festo S. Martini et nativitate Domini, scilicet die* 11. *Novembris et* 25. *Decembris, a.* 9. *Theuderici gesta excipiant, — e. gr. Protadius a.* 10. *maior domus institutus est loco Bertoaldi, qui die* 25. *Decembris a.* 9. *Theuderici ceciderat, — atque vir sincerus dubitationem suam supprimere nequibat, haesitans, utrum ratio sua hoc loco exceptionem pateretur an Fredegarius in regis anno errasset, id quod ei veri similius esse videbatur. Mihi autem his coniecturis debile aedificium omnino corruere videtur atque simul pretiosissimum argumentum ad supplendam regum illorum chronologiam hoc modo lucrati sumus. Si enim Theuderici annus* 9. *haud multo post nativitatem Domini in* 10. *mutabatur, sequitur fratres paulo post diem* 25. *Decembris reges creatos esse defuncto Childeberto II.*

Ex Gregorii I. autem epistulis intellegitur mutationem regni factam esse inter a. 595. *Sept., quo ad Childebertum II. papa scripsit*[4], *et a.* 596. *Iul., quo ad filios eius litteras dedit*[5], *sique cum G. Schnürer mortem Gunthramni a.* 593, *Childeberti a.* 596.

1) *G. Schnürer l. c. p.* 27. *Quod praeter Kal. Mart. Francos etiam Kal. Ian. annum civilem incepisse voluit (p.* 14, *n.), F. Rühl, 'Chronologie des Mittelalters und der Neuzeit' p.* 28. *sane contendit, Maium quintum mensem a Gregorio numeratum esse in Virt. Martini IV,* 4, *sed erravit (cf. Hist. Fr. VIII,* 1, *p.* 326, 9*:* solemnitas beati Martini, id est quarto Nonas mensis quinti*), non adeo accurate usus opere illo magno chronologico ('L'art de vérifier les dates', Parisiis* 1818, *I, p.* 9 *sq.), quod non citavit, ubi de loco quem attulit contrarium dictum est alterque potius pro Kal. Ian. citatur locus Virt. Mart. IV,* 35, *item falso. Etiam H. Grotefend, 'Zeitrechnung des deutschen Mittelalters und der Neuzeit', Hannoverae* 1898, *II,* 2, *p.* 209, *hac Rühlii levitate deceptus est neuterque editionem meam evolvisse videtur.* 2) *H. Valesii Res Francicae II, p.* 450. 3) *Cf. e. gr. Greg., H. Fr. VII,* 11. 4) *Greg. Reg. VI,* 6 *(MG. Ep. I, p.* 384*).* 5) *Greg. Reg. VI,* 49 *(ib. p.* 423*).*

attribueris, huius filios patri a. 4. regni defuncto post diem 28. Martii a. 596. successisse oporteret, scilicet paucis mensibus, antequam papa ad eos scripsisset. Is vero orbitatis eorum nullo verbo meminit, immo eos ita affari videtur, quasi exempla religiosi regni iam dedissent[1], itemque in epistula eodem mense Iulio a. 596. ad Brunechildem data luctum non commemoravit, respondens litteris, quas illa 'olim' ad eum miserat[2]. Recte igitur iam Valesius[3] conclusisse mihi videtur, mortem Childeberti II. multo prius contigisse, scilicet ante diem 28. Martii a. 596, atque huic argumento nunc novum quod dixi accedit, scilicet Theudericum II. et Theudebertum II. paulo post diem 25. Decembris regnum adeptos esse.

Gunthramnus igitur 592. p. Chr. et 31. regni anno obiit, quem non complevit, eumque 31 annos regnasse auctor L. h. Fr. c. 35. re vera testatur. Si exitus ipsius in annum posterum 593. removeretur, anno 32. regni obiisset neque 33, ut Fredegarius statuerat, huncque numerum G. Schnürer per illam Mommseni rationem elicuit, novum annum a Kal. Martiis incipientem regi adnumerans, quo 28 tantum dies compleverat, itaque ex 32. annus 33. efficitur, qua re sola Fredegarii calculus approbari poterat. Childebertus II. autem ex die 25. Decembris a. 575. ad eundem fere terminum a. 595. integros viginti annos regnavit totque annos eum regnasse auctor B Libri h. Franc. c. 37. diserte scripsit. Denique Theudericus II. post Dec. 25. anno 18. regni sui mortuus ante nativitatem Domini a. 613. exspiravit, ad quem Bonifatius IV. c. diem 13. Augusti a. 613. litteras dedit, eodemque anno Sigibertus II. et successor eius institutus et interfectus est, sicut ex computatione n. XIV. certo certius intellegitur. Ita omnia inter se optime cohaerere patet.

Cum nova computandi ratio latius iam grassata sit[4], occasione libenter usus sum quaestionem difficilem recognoscendi, quam ante tot annos primum revolveram.

B. Krusch.

1) Ep. Gregorii VI, 49, ita incipit: Postquam Deus omnipotens regnum vestrum fidei rectitudine decoravit et integritate christianae religionis inter gentes alias fecit esse conspicuum, magnam de vobis materiam praesumendi concepimus, quod subiectos vestros ad eam converti fidem per omnia cupiatis, in qua eorum nempe estis reges et domini, et infra haec leguntur: ut Deus omnipotens, qui vos in causa sua devota mente et toto studio solaciari cognoscit, causas vestras sua propitiatione disponat. 2) Ep. Gregorii VI, 57 (l. c. p. 431): Excellentiae vestrae christianitas ita nobis veraciter olim innotuit, ut de bonitate eius nullatenus dubitemus, sed magis certum modis omnibus teneamus, quia in causa fidei devote et studiose concurrat et religiosae sinceritatis suae solacia copiosissime sumministret. 3) Valesius, Res Francicae II, p. 478. 4) P. E. Martin, 'Études critiques sur la Suisse à l'époque Mérovingienne', Genavae 1910, p. 174 sq., 180 n., argumenta tantum iteravit, quae alii statuerant.

ORIGO FRANCORUM DUPLEX

AETHICI ISTRI COSMOGRAPHI ET CODICIS BONNENSIS LEGIS SALICAE.

I.

Cosmographiae monstruosissimis nugis fabulisque refertae auctor Aethicus philosophus, a quo ethica philosophia apud reliquos sapientes originem traxisset, Pythagorae philosophiam 'rethorico more stiloque prosodico valde obscure digessisse' dicitur (§ 98[1]*), discipulusque Donati erat, quem inter maximos primum magistrum coluit (§ 66) magnumque 'in eofonicis versibus'; interpres autem Hieronymus presbyter fuisse fertur, cuius personam falsarius induens*[2] *ea quae ille in epistula quadam de Hiarca apud Indos versante scripserat expilare poterat, Aethicumque contendit non solum contra Hiarcam discipulosque eius disputasse, sed etiam doctrinam eorum reprehendisse (§ 14. 17), quasi aequalis Apollonii Tyanensis fuisset saeculoque I. vixisset*[3]*. 'Edicta' autem sola Aethici auctor attulit vel per singulas paginas voluminum eius parva in uno codice excerpta sibi fecit (§ 66) verbaque tam obscura illo nomine vendidit, ut 'aenigmata' ea haud inepte dixerit. Quodsi Alchimum citaverit (§ 11. 12), de diaboli sorte disputantem, vix de Alcimo Alethio rhetore cogitari debebat, sed Alcimus Avitus episcopus Viennensis intellegitur, quem Hieronymus nosse non potuerat, versusque quos auctor attulit nonnulli re vera in Aviti poematum libro secundo de originali peccato v. 47 sq. leguntur*[4]*:* Quique creaturae praefulsit in ordine primus, Primas venturo pendet sub iudice poenas, *qua re fraus manifesta detecta est. Praeter Hiarcam etiam Cluontem et Agrippam philosophos, Scytharum astrologos et Mantuanum Aethicus reprehenderat (§ 17), ortus item natione Scythica, nobili prosapia, atque patria ei attribuitur Istria (§ 22. 58).*

1) *Editionem citavi H. Wuttke, 'Die Kosmographie des Istrier Aithicos im lateinischen Auszuge des Hieronymus', Lipsiae* 1853. 2) *Verbis hisce (ed. Wuttke § 17):* Nos itaque in aliquas epistolas mentionem philosophorum et eorum laborum studiorumque fecimus, Hiarcam sablo cathedram sedentem auream *et q. s. auctor ad hanc Hieronymi ep. (53, 4) ad Paulinum de studio Scripturarum appellavit (ed. Hilberg, Corpus script. eccl. Lat. LIV, p. 444):* Apollonius, sive ille magus, ut vulgus loquitur, sive philosophus, ut Pythagorici tradunt, intravit Persas, transivit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiae regna penetravit, et ad extremum latissimo Phison amne transmisso, pervenit ad Bragmanas, ut Hiarcam in throno sedentem aureo et de Tantali fonte potantem inter paucos discipulos de natura, de moribus ac de siderum cursu audiret docentem. 3) *'Kleine Schriften von Alfred v. Gutschmid', ed. F. Rühl, Lipsiae* 1894, *V, p.* 418 *sqq.: 'Über Ursprung und Abfassungszeit der Kosmographie des Ethicus'.* 4) *F. Kunstmann, 'Gelehrte Anzeigen', Monachii* 1854, *tom.* 38, *p.* 270*; A. Ebert, 'Gesch. der christl. lat. Literatur'* (1874) *I, p.* 574, *cf. p.* 379*; R. Peiper, Aviti Opera, Auct. antiq. VI,* 2, *p. LII; M. Manitius, 'Gesch. der Lat. Literatur des Mittelalters', Monachii* 1911, *I, p.* 231.

In Istria autem multa schismata haereticorum extiterant, quae 'nuper' usque magnam Romam pullulaverant, paulumque aberat, quin auctoris ipsius anima in inferno habitasset[1]. *Haec ad damnationem trium capitulorum apte referenda sunt, cui cum complures episcopi per Venetiam et Istriam constituti non consenserant tum Aquileiensis, schismaque inde exortum ex saeculo VI. medio circiter ad a.* 698. *vigebat*[2]. *Duo quoque patriarchae circiter a.* 607. *per schisma illud creati sunt, scilicet praeter Aquileiensem schismaticum alter Gradensis*[3] *partis Romanae, quae civitas haud procul in insula sita est, atque aemulationes inter utramque sedem longius in saec. VIII. extendebantur*[4]. *Controversias illas, quibus Italia superior discindebatur, extra eam vix quisquam curabat, cumque Aethicum suum in Istria degisse auctor ipse contenderit, huic patriae eius professioni fidem habendam esse persuasum mihi est.*

Magnam certe operam insulis quibuscumque describendis et disciplinae navali (§ 44. 95*) dedit, de qua per nautas maris edoctus erat, naviumque genus quoddam rettulit 'in Mediterraneo mari' nusquam repperiri (§* 57*). Pontes Aethicus sophista facere potuerat duos haud facile construendos, unum scilicet exemplo Xerxis, de quo per Isidori Etymol. XIV,* 6, 17, *auctor instructus erat, per Hellespontum iugiter permanentem sine ulla concussione, id quod 'in suis litteribus' adfirmasset,* sed nulli, *inquit,* umquam amicorum aut discipulorum palam facere voluit *(§* 92*), alterumque in ipso mari 'nostro', scilicet Mediterraneo, ex Ionia in Africam transeuntem et in aevum iugiter permanentem, artemque illam 'modulato inchoatoque carmine gemellis versibus' collaudasse dicitur:* ipsoque carmine, *inquit (§* 73*),* tales caracteribus distinxit, ut nullius hominum legere vel deserere nodos possit, Ebreos caracteres resupinatos, Grecos incurvatos, Latinos duplicatos in similitudinem circi, suosque apices in medium positos, metrico more conpositos.

Aethicus multa incredibilia scripserat, de ignotis gentibus vel insulis septemtrionalibus referens (§ 43*), auctorque noster veracissimus omissis incertis et dubiis (§* 27*) ex eius codicibus ea tantum admisit, quae 'sine ambiguitate' credi potuissent; multas quoque bestias ille commemoraverat:* quae nullo modo aliubi audivimus vel legimus *(§* 20*). Navigaverat autem ultra Gades et Herculeas columnas, ubi per annum deversatus est et disputavit cum Aurelio philosopho et 'Arbocrate':* et non valuerunt aliqua enigmata ipsius deserere. *Navigaverat in Gallaeciam, Cantabriam, Hispaniam; etiam in Hiberniam properavit, ubi aliquamdiu commoratus est,* eorum volumina volvens, appellavitque eos ideomochus et ideohistas, id est inperitos laboratores vel incultus doctores *(§* 25*). Scotti enim Anglosaxonibus praevalentibus saec. VIII. admodum ludibrio habebantur*[5].

Ea quae auctor de Germania scripsit (§ 29*) ex Isidori Etymologiis IX,* 2, *§* 97, *pendent eademque fere apud auctorem B Libri hist. Franc. c.* 5. *redeunt, quem ab Aethico adhibitum esse olim statueram*[6]. *Quod quidam*[7] *utrumque et Isidorum et Librum hist.*

1) *Aethicus ed. Wuttke §* 58 *(p.* 37, 6*):* Cursimque vicina finitima huius regionis Histria multa induxit scismata hereticorum magistrantium, hinnula in alta queque mater philosophorum nutrix errorum. Unde apparet, errasse Schitia, triturasse Ionia, Marculium et Amfianum Hircanumque et Macedonium; huius regionis ab Histria ortus, nuper usque magnam Romam novam petiginem imperitamque cloacam pululasse, qui scripserunt nonnulla 'inutilia et nociva, que mergunt hominem in interitum et perditionem' *(*1. *Timoth.* 6, 9*):* unde ad memet ipsum refero, quia nisi Dominus adiuvassit me, paulo minus habitassit in inferno anima mea. 2) *Ionae Vitae Sanctorum p.* 18*; SS. rer. Merov. VI, p.* 502*; Pauli Hist. Langob. ed. G. Waitz p.* 245. 3) *Paulus, Hist. Langob. IV,* 33*; cf. W. Meyer, 'Die Spaltung des Patriarchats Aquileia' ('Abhandl. der Kgl. Ges. d. Wissensch. zu Göttingen, phil.-hist. Kl., N. F.', tom. II, n.* 6, *Berolini* 1898*) (§* 24*); L. M. Hartmann, 'Gesch. Italiens im Mittelalter', Gothae* 1900, *II,* 1, *p.* 266*; cf. p.* 278. 4) *MG. Ep. III, p.* 698 *sqq.* 5) *Cf. 'N. Arch.' XXV, p.* 138 *sqq.* 6) *SS. rer. Merov. II, p.* 220. 7) *K. Plath, 'Die Königspfalzen der Merowinger und Karolinger', Berolini (Dissert.)* 1892, *in fine thesis* 2.

Fr. e contrario ex Aethico pendere opinatus est, toto caelo erravit, nam ea quae Aethicus de Saxonibus (§ 53) scripsit certe ex Isidoro, Etymol. XIX, I, § 21, deprompsit, qui fontem communem 'Historiam' citavit[1]*, scilicet Hegesippi libros de bello Iudaico V, c. 15, quare ille nullo modo ante Isidorum collocandus est. Neque auctor B Libri hist. Fr. verba quae scripsit ex Aethico expilasse potest, nam magis quam hic cum Isidoro convenit, servans locum:* quorum fuisse centum pagos. *Si igitur opinioni meae non consenseris, solum restat, ut utrumque ad Isidorum redire statuas auctorem Libri hist. Fr. et Aethicum, sed Sicambria civitas a Francis constructa praeter Aethicum nullus auctor novit nisi Liber hist. Fr. c. 1, quo consensu ille saeculum VIII. attingere videtur, cuius aetatis alia quoque indicia superesse videntur.*

Neque argumenta A. de Gutschmid approbare possum, quibus Aethicum Fredegario vetustiorem fuisse statuerat, nam beatus Hieronymus, qui Fredegario teste III, 2, de Francorum regibus Priamoque primo rege scripserat, pro Aethico accipi nequit, qui neque Francorum regum neque Priami meminerit, multoque magis testimonium illud ad Hieronymi chronicon ita interpolatum referendum est, ut libro II, 4, Fredegarii inest[2]*. Neque per Prosperum ad reges Francorum Hieronymi penetrare licet, nam locum quo Gutschmid nititur in eius chronico interpolatum esse diu constat*[3]*. Fredegarius IV, 66, portas Caspias commemoravit, quas Alexander Macedo aereas fieri iusserat, eaeque apud Aethicum saepe redeunt, sed ab Heraclio imperatore easdem apertas esse Fredegarius rettulit neque Aethicus, quem ab illo adhibitum esse nullo modo Gutschmid probasse mihi videtur. Duos legatos a Dagoberto ad Heraclium missos esse Fredegarius IV, 62, rettulit, e quibus non solum hunc pendere, sed etiam Aethicum ille statuerat, sed talis opinio ullo fundamento caret, mihique Aethici cosmographia nequaquam inter a. 630. et 640. composita videtur esse.*

Francos a quodam proprio duce vocari iam Isidorus, Etymol. IX, 2, 101, enarraverat, atque Francio rex ille Francorum a Fredegario II, 5, III, 2, appellatur tertius post Priamum et Frigam. Vassum autem praeter Francum sicut Aethicus nullus in capite gentis Francorum auctor vetustior collocavit quam Historiae Daretis Frigii de origine Francorum, quae Fredegario II, 4, ante originem Francorum interpolata est ab illius continuatore Childebrandi comitis iussu scribente. Francum enim et Vassum chronographus ille Childebrandi pro filiis Frigionis accepit, atque Friga Fredegario ipso teste Priami successor erat; etiam Aethicus utrumque regiae prosapiae Troiae relictae attribuit, sed solus post primam Troiae eversionem alteram finxit, contendens Romulum Franco et Vasso

1) *Hegesippus, De bello Iudaico V, 15 (ed. J. Caesar p. 299):* tremit Saxonia inaccessa paludibus et inviis saepta regionibus, quae licet furta belli videatur augere et ipsa frequenter captiva Romanis accessit triumphis. Validissimum genus hominum perhibetur et praestans ceteris, piraticis tamen myoparonibus non viribus nititur, fugae potius quam bello paratum. *Isidorus, Etymol. XIX, 1, § 21:* Mioparo quasi minimus paro. Est enim scapha ex vimine facta, quae contecta crudo coreo genus navigi praebet; quales utuntur Germanorum piratae in Oceani litoribus vel paludibus ob agilitatem. De qualibus Historia: 'Gens', inquit, 'Saxonum mioparonibus, non viribus nituntur, fugae potius quam bello parati'. *Aethicus § 53:* Scithae et Griphe, Tracontas et Saxonum genus inopinatissimum a Meoparotis ingenio vel de peritis mioparo ad similitudinem navium illarum, unde supra invenimus scripta, scaffas ex vimine litas bitumine, ex corio animalium eraso, unde peltas connectunt, contextas lora cruda ad solem et prunas valde duratas. Ob nimiam agilitatem nomen traxerunt. *Etiam ea quae Aethicus de Cycladibus et de insula Samo et philosophia Pythagorae scripsit (ed. Wuttke § 97 sq.) ex Isidori Etym. XIV, 6, 28 sqq., partim satis neglegenter expilavit, practermittens verba:* Historia dicit, *quibus ille ad fontem suum appellaverat. Cf. K. L. Roth, 'Heidelberger Jahrb. d. Literatur' 1855, p. 103 sqq.*

2) *Cf. 'N. Arch.' VII, p. 439.* 3) *Cf. SS. rer. Merov. II, p. 93, n. 1; Mommsen, Auct. antiq. IX, p. 619.*

superato Ilium denuo cepisse, novumque Romuli triumphum addidit apud Albanos, quibuscum Francus et Vassus foedus iniissent castraque movissent, montana Istriae transeuntes. Quibus rebus novis praestantiam suam Aethicus ille minime probasse mihi videtur neque quisquam maiorem fidem maioremque aetatem auctori adiudicabit eversionem Troiae geminanti aut Albanos triumphanti ad mare Caspium sitos: certe Albani etiam apud Daretem nostrum Francicum saec. VIII. post Troiae eversionem apparent, sed Albae Longae incolae sunt, idemque desinens apud Albam scripsit Romulum cum fratre contra Amulium consurrexisse eumque interfecisse. Duo igitur auctores de Franco et Vasso referentes necessitudine quadam inter se coniuncti sunt, sed ad fontes antiquos Continuator Fredegarii propius accedit ideoque prior ei locus tribuendus est.

Necessitudo autem inter utrumque auctorem ad ipsum sermonem extenditur, quo quidem haud leviter inter se differunt, cum Aethicus philosophico cothurno elatus sit, Dares autem cum Continuatore planiore pede progrediatur, nisi quod superlativis nimium indulgeat, sed uterque more ante saeculum VII. ex. vix usitato constanter gignarus[1] scripsit pro 'gnarus', quod saec. IX. vix quisquam intellexit, unde eiusmodi formae postea passim correctae sunt; uterque suprestis[2] scripsit pro 'superstes', atque cum auctoribus prioris saec. VIII. partis Aethicus livorare pro 'laedere' usurpavit[3], scilicet cum Libro hist. Fr. c. 17. et cum Marculfo[4] I, 29. 37. Denique extremae rhetorum posteriorum subtilitati idem studuerat, scilicet 'scinderationi fonorum' Virgilii Maronis grammatici[5], itaque § 101. Stoae insolae cades scripsit pro 'Stoaecades insolae', eidemque pravo mori Arbeonem indulsisse vidimus[6], quem pompam sermonis sui perversam a magistris Italiae superioris didicisse conici licet. Aethici igitur Cosmographiam Libro hist. Francorum et Fredegario continuato propinquam priore saec. VIII. parte confictam esse iterum concludam[7], scilicet saeculo post quam vulgo opinantur.

Ea quae vicinae eius septemtrionalium regiones, suboles eius, a Romanis perpessae essent, scilicet clades diversas Franci et Vassi, moxque adventum eorum in Germaniam, Sicambriam urbem constructam, novas Romuli expeditiones Aethicus feliciter persecutus (§ 102—104), Orientem inde a § 105. summatim percucurrit, Indiam adiit, ubi in aula regis Ferezis optime receptus est, hortus vero Eden ei impervius erat, de quo a narrantibus tantum instructus est; denique flatum ventorum venasque aquarum perstrinxit (§ 112) novosque litterarum characteres addidit (§ 113), quos ipse invenerat. Quod cum nostra hic parum interesset, tamen praecedens Francorum origo talis, qualem ipse sibi excogitaverat, huic Scriptorum seriei deesse non debebat, praesertim cum codex vetustissimus in patria nostra asservaretur.

1) Codex Lipsiensis bibliothecae urbanae Repos. I, 72, saec. VIII. ex. vel IX. in., nisi fallor, in Italia superiore exaratus, formae octavae, fol. 107, olim 'monasterii sancti Liutwini episcopi Tr[everici] in Mediolacis' (hodie Mettlach), notante manu saec. XIV. fol. 1, ita incipit:

1) *Wuttke* § 21. gnarus] gignaris *G;* § 22. gnarus] gignarus *GW;* § 26. gnaros] gignaris *GW;* § 37. gignaram *in textu, item* § 42. gignari*;* § 54. 63. gignaris*;* § 68. gignaros, gignaras. *Apud Daretem* gignarus *in codicibus nonnullis* ignarus *immutatum est, quod sensum omnino pervertit; cf. 'N. Arch.' VII, p.* 513. 2) *Ita codex* 1 *apud H. Wuttke* § 84, *p.* 67, 4*; cf. 'N. Arch.' VII, p.* 513. 3) *Ed. H. Wuttke* § 37, *p.* 25, 17*:* livorare] *rell.;* laedere 4 *a. b.* 4) *Cf. 'Ursprung und Text von Marculfs Formelsammlung' ('Nachr. von d. Kgl. Ges. d. Wissensch. z. Göttingen, phil.-hist. Kl.'* 1916, *p.* 266*).* 5) *Cf. SS. rer. Merov. VI, p.* 640. *De eodem auctore cogitavit K. L. Roth, 'Heidelberger Jahrb. d. Literatur'* 1854, *p.* 275. 6) *SS. rer. Merov. VI, p.* 528, 32. 7) *Errore typographi apud Wattenbach, 'GQ.' I, p.* 122[7], '9. *Jahrh.' scriptum est pro* '8'. *Permultas cum Continuatore Fredegarii, Darete, L. h. Fr. similitudines ad p.* 525 *sq. adnotavit W. Levison, quibus ea quae olim de Aethici aetate statueram luculente confirmantur, neque dubitari iam potest, quin recensionem B L. h. Fr. habuerit, scilicet Austrasiacam.*

[† Incipit[a] liber Aethici] Translato e pilo[sophico editos] oraculo Hieronimo presbytero [dilatus ex cosmografia], id est mundi scriptura.

Edic[ta Aethici philosophi cosmografi]. [P]hilosophorum scidolas sagace indagatione investigans, mihi laborem tantundem obposui achademicus tanto studio indagare. Et altiora magnatimque hac cursim tam astrologia fastigiaque excellentia, quae necdum cerni quis possit, illi conati sunt tam magna dixisse, quae nos metuendo ac dubitando scribere vel legere in usum coepimus temeranter adtrectare, quur Aethicus iste chosmografus tam difficilia appetisse didiceret, quaeque et Moyses et vetus historia in enarrando distulit, et hic secerpens[b] protulit. Unde legentibus obsecro, ne me temerario aestiment, cum tanta ob aliorum audaciam[c] ea indagatione cucurrisse quae conpererint. Hic igitur Aethicus Istrię[d] regione sofista claruit primosque codices suos chosmografiam nuncupavit aliosque non minora, sed maiora dixisse cognovimus, quos sopogramus appellavit. In codices ubi chosmografiam · digressus est · multa · enucleatim · fabricam inenarrabilem texere ait: 'Primum omnium initium mirabiliorum Deus instituit illud' *et q. s.*

Textus, quem manus saec. XI. ad grammaticam correxit, exciso folio, scilicet primo quaternionis XIIII, hiat a verbis opima et spatiosa *(ed. Wuttke § 108, p. 81) ad verba* aurum optimum et uniones lapides gignit *(ib. § 109, p. 82). In 7 capita distributus est, quae litteris maioribus distincta sunt (I. ed. Wuttke § 9, III. § 30, V. § 44, II. [sic] § 58), ultimumque fol. 105. ita incipit:* VII. De terra et flatu ventorum venisque aquarum parvam mentionem fecit *(ed. Wuttke § 112, p. 83), desinitque* indaganter investigavimus. *Sequuntur verbis his praecedentibus fol. 107:* Suos caracteres lit[tera]rum, quos adinvenit, ita [distinxit] *litterarum formae illae mirabiles, quas addita tabula depinxit H. Wuttke, haecque litteris maioribus mox subscripta sunt:* Explicit liber Aethici · philosophi · chosmografi natione Schitica nobile prosapia · parentum ab eo enim echica philosophia . a reliquis sapientibus originem traxit.

Codicem ipse excussi.

Codici vetustissimo aetate proximos adiungere libet duos, qui cum illo minime coniuncti sunt.

1 *a) Codex Guelferbytanus inter Augusteos* 80, 6, *saec. IX. in., formae octavae, foliis prioribus abscissis, a verbis § 10 (ed. Wuttke p. 4, 30):* iustorum et angelorum *incipit, desinit autem* § 43. autumet *(ib. p. 30, 21), subscr.* finit. *Erat olim monasterii S. Emmerammi Ratisbonensis*[1].

1 *b) Codex Sangallensis n.* 133, *saec. IX. in. scriptura Langobardica exaratus, formae octavae, p. 197—298, ad eundem finem pervenit atque praecedens, eademque verba praetermisit (Wuttke § 25, p. 14, 23:* vel ideohistas*), neque vero alter ex altero pendet, nam hians modo hic deficit, modo ille. Uterque § 37 (ed. Wuttke p. 25, 17) post* nec livorare *servavit* non, *scilicet geminationem negationis, quae in omnibus reliquis libris suppressa videtur esse, sed ut sunt imperfecti ad textum nostrum recensendum nihil faciunt.*

Aethici cosmographiam subsequitur Liber genealogus a. 427 (p. 299—396), ad quem edendum codicem adhibuit Th. Mommsen, Auct. antiq. IX, p. 157 sqq.; insunt praeterea Isidoriana, scilicet Chronica maiora p. 523—590. et particula Historiae Gothicae p. 591—597; cf. Auct. antiq. XI, p. 404. 257.

a) *Praescriptio ita exarata erat, ut versus colore picti et atramento scripti alternarent, sed illi excepto primo versu fere toti evanuerunt, eaque quae nunc legi nequeunt uncinis inclusi; cf. H. Wuttke p. CVII, n. 2.* b) *m. al. corr.* decerpens 1, *sed cf. Wuttke § 59 (p. 39, 9):* secerpit, § 60 *(p. 40, 25):* secerpsimus. c) *scr.* audacia mea. d) *m. al. corr.* Histrię 1.

1) *Apographon codicis integri manu H. Schedel a.* 1483. *exaratum codici Monacensi n.* 901, *f.* 145—168, *inest, sed adnotatio a. 3. Pippini regis* = 754 *scripta, cuius ille meminit, minime ad aetatem libri* 1 *a pertinet.*

2) *Codex* Oxoniensis *bibliothecae Bodleianae, Iunius* 25, *saec. IX. in., cuius praescriptionem H. Schenkl*[1] *exscripsit hanc:* Incpt. liber Ethici translatio ⟨e⟩ philosophico edito oraculo Hieronimo presbitero dilatum ex chosmo grafia, id est mundi scriptura. Edicta Ethici philosophi chosmografi, *inc.:* Philosopharum scidolas sagace indagatione.

Specimen photographicum fol. 54—55'. *intercedente O. Oppermann v. cl. Ultraiectensi transmissum adhibere potui.*

2*) *Codex* Londiniensis *Musei Britannici e Cottonianis Vespasianus B X, saec. XI*[2], *fol.* 31—123, *in praescriptione et subscriptione haud multum discrepat a codice* 1. *Inter versus interpretamenta latina a lectore Anglosaxonico scripta sunt usque ad* § 18 (*ed. Wuttke p.* 87 *sqq.*).

2a) *Codex* Vaticanus *bibliothecae reginae Christinae n.* 1260, *saec. X, formae quadratae, olim Floriacensis, postea Petri Danielis Aurelianensis, fol.* 125—164', *praescriptionem exhibet ita retractatam:* Inc. liber Aethici[a] philosophico editus oraculo a Hieronimo presbitero translatus in Latinum ex cosmographia, id est mundi scriptura, edita Ethici philosophi cosmographi, *desinitque imperfecte in verbis:* Properavit in montem sacrum arasque Iovis famosissimam (*ed. Wuttke* § 103, *infra p.* 525, *l.* 17), *reliquis foliis excisis.*

Specimen photographicum fol. 164. *et* 164'. *officioso interventu G. Schnürer Friburgensis et J. P. Kirsch Luxemburgensis in hoc incendio mundi ab Angelo Mercati bibliothecae Vaticanae praefecto accepi, quibus viris doctissimis gratiam debitam testatam esse volo.*

3a I) *Codex bibliothecae regiae* Berolinensis *n.* 175, *inter Phillippsianos n.* 1788, *saec. X, olim Collegii Claromontani n.* 694, *fol.* 54, *incipit*[3] *fol.* 1*:* Incipiunt capitula libri Ethici philosophi a ; adque sophistae. Liber Ethico translato philosophico ęditus oraculo a Hięronimo presbytero delatum ex cosmographia, id est mundi scriptura.

De informe matęria — —. De flatu ventorum et aquarum motione.

Expliciunt capitula — —. Incipit de informe materia.

Philosophorum scędulas *et q. s.; desinit fol.* 54'*:* vulgatum in lacolis (*ed. Wuttke p.* 60, 23). *Insequentes enim quaterniones*

3a II) *codex* Parisiacus *n.* 7561, *olim bibliothecae Baluzianae*[4] *comprehendit, incipiens* et crepitantibus ictibus, *sed is quoque imperfecte desinit in verbis* § 91 (*p.* 70, 2) gressus decem et octo |.

3b) *Codex* Parisiacus *n.* 4808, *olim Moissiacensis, saec. XI. vel XII, Cosmographiam continet, praecedente laterculo* 10 *vel potius* 9 *capitulorum. Hiat a verbis* rareque in mare (*ed. Wuttke* § 47) *ad* ex utraque parte curam belli (§ 68)*; desinit* (*ib.* § 112)*:* et sic affirmat terram, *sublato folio.*

4a) *Codex* Parisiacus *n.* 4871, *saec. XI, fol.* 104, *item laterculum* 9 *capitulorum praemisit. Eodem quo Aethicus noster desinit folio* 142. *incipit vetusta Cosmographia ab auctore Italo saec. V. composita, quam edidit A. Riese, Geographi Latini minores, Heilbronnae* 1878, *p.* 70—103, *eaque item Aethici nomine appellata eoque citata est a Flodoardo, Hist. Rem. I,* 1[5], *et Hugone Flaviniacensi, Chron. I* (*SS. VIII,* 291).

4b) *Codex* Parisiacus *n.* 8501 *A, saec. XIII, desinit* § 111, *subscriptis verbis:* Explicit liber Aethici philosophi cosmographi.

a) *Ita L. Bethmann, 'Archiv' XII, p.* 314*:* Ethici *K. Pertz, De cosmographia Ethici libri tres, Berolini* 1853, *p.* 101.

1) *H. Schenkl, Bibliotheca patrum latinorum Britannica I* (*'SB. der philos.-hist. Classe d. Akad. d. Wissensch.', Vindobonae* 1890, *tom. CXXI, pars IX, p.* 56, *n.* 272). 2) *Cf. H. L. D. Ward, 'Catalogue of Romances in the department of manuscripts in the British Museum'* (1893) *II,* 534. 3) *Cf. V. Rose, 'Verz. d. Lat. Hss. d. Kgl. Bibl. zu Berlin I. Die Meerman-Hss. des Sir Thomas Phillipps', Berolini* 1893, *p.* 390 *sqq.* 4) *Cf. Wuttke p. CXXV.* 5) *SS. XIII, p.* 413*:* Aethicus etiam in cosmographia sic memorat.

Auctor noster pravus fallaxque, cum per tot saecula in bibliothecis latuisset, uno eodemque fere tempore in Gallia et in Germania e tenebris protractus statimque bis editus est virique illi docti thesaurum antiquum se repperisse opinati bona fide fabulas acceperunt, quibus originem libri sui nebulo ille obtexerat.

d'Avezac, 'Mémoire sur Éthicus et sur les ouvrages cosmographiques intitulés de ce nom' ('Mémoires présentés par divers savants à l'académie des Inscriptions et Belles-lettres de l' Institut national de France', Parisiis 1852, ser. I, tom. II, p. 455—541), textum ad codicem 2 (ei C) instituit, quem Thomas Wright cum illius apographo codicum 3b et 4a contulerat, addidit autem discrepantiam lectionum non solum codicum 3b (P) et 4a (T), sed etiam 3a II (B) et 4b (D). Textum purum publici iuris facere in animo non habebat neque rationem scribendi servavit barbaram quidem, sed vetustam, immutans vel nomina propria.*

Henricus Wuttke, 'Die Kosmographie des Istrier Aithikos im Lateinischen Auszuge des Hieronymus', Lipsiae 1853, codices vetustissimos 1 (ei L), 1a et 1b (W et G) primus adhibuit, quibuscum apparatum decessoris coniunxit, textumque traditum eo melius servavit, sed grammaticae barbarae succurrere non omnino abstinuit neque tanta edendi peritia callebat, quanta huic muneri par fuisset. Denique

K. A. Fr. Pertz, De Cosmographia Ethici libri tres, Berolini 1853, ultra prolegomena editionis non pervenit neque codices in ordinem debitum redegit neque ea quae de singulorum necessitudine disseruit inter se cohaerent, veluti ipse lacunas codicis 1a (ei 2; cf. p. 109) attulit[1]*, quibus 1b (ei 2*) minime deformatus est, unde hic non ex illo pendere potest, id quod contendit.*

Deficientibus codicibus 1a.b textus, quem edituri sumus, ad vetustissimos codices 1. 2 potissimum recensendus erat, qui raro inter se dissentiunt, nisi quod librarius 1 scriptura deceptus nonnumquam erravit[2]*, nonnulla quoque verba neglegenter praetermisit*[3]*, atque uterque sermonem hispidum eo accuratius servavit, quo propius ad aetatem auctoris accedunt. Codices 2. 2*. 2a ex eodem exemplari pendent, atque 2* una cum 1* historiam *§ 22 (ed. Wuttke) exhibet pro* Histriam *(ita 1a.b). Codex 2* artius quam cum 2 coniunctus est cum 2a, quem saec. X. exaratum K. Pertz pro praestantissimo habuerat, sed ex ipsis interpolationibus praescriptionis, quam p. 101. exscripsit, intellegitur, cum toto caelo errasse, nam librarius non solum grammaticam et rationem scribendi immutavit, sed etiam haud pauca menda exhibet eadem quae in 2* deprehenduntur, neque ad nos pervenit nisi mutilatus. In codicibus 3 et 4 laterculus capitum praemissus est, quibus nonnulla quoque menda communia esse videntur:*

§ 24 (ed. Wuttke p. 14, 18). confersa falerna] 1. 1*a.b.* 2*; confertam falericam 3*b.* 4*a.b,*

sed codices 3a.b distinguuntur hoc loco a reliquis:

§ 84 (ib. p. 65, 29). [Alexander procerior ambitu maris capitur, Olympus duratus silice *om.* 1. 2*. 4*a.b, habent* 3*a.b*] Alexander,

ubi libri 4 una cum 1. 2 hiant, homoeoteleuto decepti. Eo aegrius ferendum est codicem vetustiorem 3a minime integrum ad nos pervenisse, ita ut ad textum nostrum recensendum nihil faciat. Codices 4a.b iisdem lacunis mendisque laborant e communi exemplari pendentes:*

c. 21 (ed. Wuttke p. 12, 15). et divinisse periculum magnum] et devinisse (devenisse 1*b.* 3*b*) p. m. 1*a.b.* 3*b;* et diviuis p. m. 1; periculum dicit se incurrisse magnum 4*a.b;* et diu formidaret p. m. 2* *(?),*

1) *Wuttke § 10 (p. 5, 31)* et ignis — cremaretur *om.* 1*a.* 2) *Scripsit* mel *pro* 'mei' *(i similis* l *in codd. saec. VIII. occurrit),* idem *pro* 'id est', Valeniam *pro* 'Valeriam'. 3) *Wuttke § 38 (p. 26, 14) haec codici 1 post* hostium *desunt:* aut ad praelia, si ad locum conventus, in quo solent hostium.

sermoque primigenius in solis codicibus vetustioribus quaerendus est. Codices igitur 1. 2 *seculus sum, quos cum* 2*a contuli, neque vero attuli* e *pro* ae, ę *pro* e *praepositionesque adsimilatas; lectiones autem codicum* 2*. 3*b*. 4*a*.*b*, *sicut H. Wuttke, ita et ego ex editione d'Avezac deprompsi.*

Quanti Cosmographia Aethici philosophi in Langobardia aestimaretur, inde intellegitur, quod Everardus comes Foroiuliensis eam una cum aliis libris in capella sua asservabat, atque facultate sua divisa ipse cum Gisla uxore, sorore Caroli Calvi, Unroch primogenito suo anno 837. *librum legavit*[1]. *Litterarum formae mirabiles, quas auctor invenerat, Hrabani Mauri*[2] *ingenium exercuerunt, qui quod Hieronymus in hunc auctorem studium contulisse dicitur eo explicuit:* quia magnifice ipsius scientiam atque industriam duxit.

Auctori vale dicturus, qui veritati gravissime illusisse videtur, meminisse velim, nonnulla quoque memoratu digna operi eius inesse, quae in ora maritima habitans de peregrinis et terris et hominibus a mercatoribus et nautis accepisse potest, et praeter res navales, quarum recordari in bello cruentissimo, quo orbis terrarum nunc concutitur, aliquantum interest, barbarae illae gentes insularum quarundam animos hominum nostrae aetatis ad se convertere debent, qui hostibus ad pugnam procedentibus, 'statim ultra quam credi potest terram subfodiunt' fossasque cespitum congerie cooperiunt, 'ita ut planities camporum reddatur aspectus', cum ex alia parte sursum ambulantes lanceis subdole perforarent: Sunt itaque, *inquit*[3], ad terram fodiendum praecogniti plus quam alias gentes terrarum. *Inter litterarum monumenta prioris saeculi VIII. partis Aethici cosmographia certe locum suum occupat, schedaeque nostrae si effecerint, ut opus illud et mirabile et obscurum diligentius iam exploraretur, quem exoptaverim, fructum tulerunt.*

B. Krusch.

Wuttke § 102. (1). 'Lacedaemonia[a], Pannonia et Histria post celeberrimam Greciam', suarum generationum[4] repetens, ait, 'me circuitum[b. 5], virum[c. 6] mearum et opus et rumor[d. 7] subrepsit, ut decidentium[8], si falsa fuerunt, retroacta obmitterem[e] aut, si vera, reciperim[f], si[g] ambigua, frustra ducerer[h] pondus laboris mei[i]. Meae[k] causa extetit[l], ut itineris vocatio[m], veritas[n] laborem[o] sequatur. Quantae clades in Lacedaemonia, Norico[p] et Pannonia, Histria et Albania, vicinae[q] meae septentrionalium[r] regiones, primum a Romanis et Numitore tyranne[s], dein sub Romolo[t] Remoque fratribus postque Tarquinio[u] Prisco, Superbo[v], cum taedio cordis mei[w] stragem subolis[x] mei[w] cogor propalare, et postmodum orientalium[9] ac loca meridiana, que obmisi, retexam'.

I. Cap. 1. 1. 2. (2*). 2*a*. (3*b*. 4*a*. *b*).

Cap. 1. a) Lacedem. 2. 2*a*, *ut infra.* b) circuitu 2*a*. c) *ita* 1. 3*b*; virium 2. 2*a*; iurium 2*; viarum *Wuttke.* d) humor *Av.* e) omitterem 2*a*. f) reciperem 2*a*. g) sibi 2*a*. h) decerer 2*a*, *corr.* i) *ita* 2*a*; mel 1. k) *ita* 2; meae . causa 1; meae causa 4*a*; mea causa 2*. 2*a*. l) extitit 2*a*, *ut infra.* m) vacatio 2. (2*). 2*a*. n) *ita* 1. 2. 4*a*. *b*; varietas 2*. 2*a*; veritatis *Av.* o) *ita* 2*a*; laborarem 1. p) Iī ALBANIA *add.* 2*a*. q) victinę 1. r) sententrionalium 2*a*. s) tyranno 2. 2*a*. t) Romulo 2. 2*a*. u) Tarquinium priscum superbum 2*. 2*a*. v) super bocum tędio 1. w) mel 1. x) sobolis 2. 2*a*.

1) *J. de Coussemaker, 'Cartulaire de l'abbaye de Cysoing', Insulae p.* 3*:* Unroch habeat — — euangelium et librum bestiarum et cosmographiam Ethici philosophi. *Anno falso* 867. *sine dubio errore typographi charta ibi attributa est, recto autem apud G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui,* 1885, *p.* 29. 2) *Hrabanus Maurus, De inventione linguarum ab Hebraea usque ad Theodiscam et notis antiquis (Migne, Patrol. Lat. CXII, col.* 1579*).* 3) *Ed. H. Wuttke §* 38. 4) *Cf. §* 62 *ed. Wuttke:* Malanchinos et Dafros et Alces generationes ex Iafeth dicit. — — Generationum istarum idem sofista terrorem et multa vel maxima horribilia exorsus est, quae apud alias gentes ignota et ignominiosa vel nefanda ducuntur. 5) *I. e. postquam Lacedaemoniam, Pannoniam, Istriam circumivi post Graeciam.* 6) *I. e. viribus meis.* 7) *Cf. §* 78 *(ed. Wuttke p.* 59, 4*):* in eius rumore atque potentia vel virtute. 8) *I. e. decedentium, defunctorum.* 9) *Scilicet inde a §* 105 *apud Wuttke auctor 'summatim ad orientem certatim gressum posuit'.*

(2). 'Numitorem[a] igitur regnum male usurpatum, hostem[1] et vastationem Tusciae saevissimam intulit; Pirreos[b, 2] montes, Cisalpina itaque[c] iuga peraccessit, Noricos obtenuit[d], Histriam[e] crudeliter obpraessit[f]; Histrum[g] transiens, cum Albanos[h] altercavit, sed superare non potuit; cum magna[i] spolia remeavit[3]. Nec multo post obiurgantes mutuo nepotes cum avo, consurrexitque Romolus[k] super avum Numitorem, interfecit[l], regnum sagaciter[4] et adroganter[m] usurpavit. Euandriae urbis[n] muros et moenia ampliavit; ipsam[o] nimpe[p] urbem a suo vocabulo Romam noncupavit[q]. Ipse[r] vero post avum fratrecida[s] extetit[t], Remum[u] negavit[v], spurcitia[w] omni deditus[5] et luxoria[x], freniticus[y] pellexatur[z] nefarius. Commoto[a] exercitu Romanorum, avi crudilitatem[b] arreptus[c], Lacedaemones[d] crudeliter debellavit, Pannoniam vastavit, Semoen[e] transiit, post primam eversionem Troiae[f] secundus cruentator peraccessit[g], cum Franco et Vasso[h], qui ex regia prosapia remanserant[i], certando dimicavit, ipsosque[k] superatos, Illium[l] dinuo[m] captam, remeavit ad urbem'.

(3). 'Francus enim[a] et Vassus foedus apud Albanos patraverant[b], mutuo moventes exercitum[6] contra Romolum[c], montana Histriae[d] transeuntes, fixerunt[e] tentoria[7], contra[f] quos Romolus[g] castra obponit; cum Franco et Vasso dinuo[h] bellaturos[i], properavit in montem sacrum, arasque Iovis famosissimas[k] praeparantur[l], ad aciem perduellis[m], hostes invicem dimicantes. Romulus post cruentissimam stragem, sicut maximum moverat exercitum, victor extetit debellaturosque[n] superavit. Francus et Vassus caesum cernentes exercitum[8], cum paucis qui remanserant per fugam[o] lapsi evaserunt. Albani prostrati atque devicti[9], qui evadere potuerant a[p] caede maxima, reversique[q] sunt[r] propria'. Wuttke § 103.

I. Capp. 2. 3. 1. 2. (2*). 2*a* (*ad l.* 17). (3*b*. 4*a*. *b*).

Cap. 2. a) *ita* 1. 2. 4*a*. *b*; Numitore i. regnum m. usurpatum 3*b*; Numitore (Nunitore 2*a*, *corr.*) i. regno m. usurpato 2*. 2*a* (*ubi in marg.* NUMITORE REGNO). b) *ita pr. m.* 1 *cum* 2. 2*. 2*a*. 3*b*. 4*a*. c) *ita pr. m.* 1 *cum rell. codd.* d) *ita* 2; obteuit *pr. m.* 1. e) Hystriam 2*a*. f) oppressit 2*a*. g) histrū. Transiens *interpunxit* 1; Histrium transiens 2*a*, *ubi in marg. add.* It ALBANIS (*v. supra p.* 524, *l.* 27, *n. p*). h) Albanis 2*a*. i) magnis spoliis 2*a*. k) *ita pr. m.* 2; Romulus *rell.* l) *ita* 1. 2. 4*a*. *b*; et *add.* (2*). 2*a*. m) adrogant 1. n) urbes 4*a*. *b*. o) *in mg. add.* ROMA 2*a*. p) *m. al. corr.* nempe 1, *et sic* 2*a*. q) nunc. 2. 2*a*. r) Ipsa 2*a*, *corr.* s) fratricida 2*a*. t) Et *add.* 2*a*. u) que fratrem suum *add.* (3*b*). v) necaavit 2, *corr.*; necavit 2*a*. w) *ita* 1. 2. 2*. 2*a*. 3*b*. 4*a*. x) luxuria 2*a*. y) freneticus 2*a*. z) pellexator 2*a*; pellexatus 4*a*. *b*. a) que *add.* 3*b*. b) crudelitatem 2; crudelitate 2*a*. c) arreptos 2*a*. d) Lacedemonas 2*a*. e) Simoen 2*a*. f) Troiam (4*b*); Trogam 4*a*. g) Et *add.* 2*a*, *ubi in mg. add.* DE FRANCO ET VASSO. h) Fasso 2*a*. i) remanserat 2*a*, *corr.* k) ipsos quoque 2*. 2*a*. l) *ita* 1. 2; llium 2*. 2*a*. m) dinuo . Captam *interpungit* 1; denuo captam 2*a*.

Cap. 3. a) N (*pro* enim) *superscr.* 2*a*, *ubi in mg. add.* It ALBANIS. b) *ita* 1. 2 *cum* 4*a*. *b*; patraverunt 3*b*; impetraverant 2*. 2*a*. c) Romulum 2*a*. d) et *add.* 4*a*. *b*. e) fixer. tentoria 1. f) *in mg. add.* It FRANCO ⁊ (= *et*) VASSO 2*a*. g) Romulos 2*a*. h) denuo 2*a*. i) *ita pr. m.* 1. 2 *cum* 3*b*; belaturus 2*a*. k) *in* famosissimam *desinit* 2*a*. l) *ita interpungunt* 1. 2. m) perduelles 2*. 3*b*. n) que *om.* 3*b*. o) fu:gam 1. p) a c. *om.* 2*. q) *ita* 1. 2. 2*. 3*b*. 4*a*. r) ad *m. al. add.* 1; *om. pr. m.* 1 *cum* 2. 3*b*. 4*a*.

1) *I. e. exercitum.* 2) *Pyrenaei montes pro Apennino accipiuntur; cf. SS. rer. Merov. V, p.* 560, *n.* 2. 3) *Cont. Fred. c.* 11 (*p.* 175, 1): cum plurima spolia remeavit. 4) *L. h. Fr. c.* 9 (*p.* 251, 11 *B*): regnum Francorum sagaciter suscepit; *c.* 17 (*p.* 270, 9): regnum patris sui sagaciter recepit. 5) *Ib. c.* 44 (*p.* 316, 21): omne spurcicia deditus, fornicarius; *c.* 18 (*p.* 271, 28): effrenis in luxoria, *quod magis placet quam* l. freniticus. 6) *L. h. Fr. c.* 53 (*p.* 327, 20): Qui movens exercitum, contra Carlum perrexit. 7) *Ib. c.* 41 (*p.* 312, 18): fixerunt tentoria; *cf. c.* 17 (*p.* 269, 11) *et Vulgatam.* 8) *L. h. Fr. c.* 9 (*p.* 251, 18): Iesum cernens exercitum suum, per fugam lapsus; *ib. c.* 8 *et Cont. Fred. c.* 2. 8 (*p.* 250, 14 *B*. 169, 7. 173, 12): per fugam lapsus evasit; *Cont. Fred. c.* 38 (*p.* 185, 13): reliqui qui remanserant vix fuga lapsi evaserunt; *ib. c.* 47 (*p.* 190, 3): cum paucis qui remanserant (*ita etiam Hist. Dar. p.* 198, 27) fugiendo evasit. 9) *Hist. Dar. p.* 195, 21: prostrati atque devicti; *Cont. Fred. c.* 20 (*p.* 178, 8): devicti atque prostrati (*ita etiam L. h. Fr. c.* 5, *p.* 246, 20) — — in fugam lapsi terga verterunt; qui evaserant — —.

(4). 'Francus, ut diximus, et Vassus videntes se superatos, terra[a] autem adflicta et vastata in solitudineque[b] redacta[c], relinquentes propria[d], cum paucis sodalibus, sed viris[e] expeditis pulsi a sede, statim Retia penetrantes, ad invia et deserta[f] Germaniae pervenerunt, levaque Meotidas paludes demittentes, more praedonum pyrraticum[g] et strofosum[h, 1] atque latronum[i] degentes, urbem construunt; Sichambriam[2] barbarica sua lingua[3] nuncupant, id est[k] gladio et arcum more praedonum externorumque posita'.

(5). 'Romolus[a] dein humanum sitiens sanguinem, hostium plurimorum congestum[a*], Histriam ingressus, cruore tanto fuso[4], ita ut undas Histri[5] humanus cruor praeoccupassit[b], victoria parata, mox Albaniam peraccessit. Quanta certamina et strages universaque mala[b*] perpetrata fuerunt, longum est inseri[c]. Romolus, amisso[d] inter caedes[e] maximam[f] partem[f] exercitus sui, tamen cum multa spolia[6] vel[g] captivis reversus est'.

(6). 'Post haec Valeriam[a, 7] debellavit, urbes maritimas usque Italiae fines coepit, ac tenus Mantuam urbem accedens, quae a[b] Manto[8], Tirhesiae filia, post interitum Thebanorum in Italia[c] comitatam[d] in Venetiam[d*], quae Gallia[e] Cisalpina dicitur, hanc urbem in collectionem incolatus sui aedificavit, quam praefatus Romolus vim[f] roboris[g] sui certando capessit et ventilando diruit. Iterumque Gallias edomuit in suaque ditione[g*] tributarias fecit[9], omneque[h] malitia consummata regna ac terras sanguine humano infectas in tantum, ut post haec captivitas[i] plurimorum parvulorum ac mulierum multarum, quique[k] regionum ignorarent et terras et lingua[l], et nusquam remeantes propria, vel propinquos amiserunt. Ipse quoque Romolus[m] post tot facinora[n] et vim et animam iniquissime et indigne fudit. Vae obmissa mundi plurima bella vel clade pestifera[o]!'

Isid. Etym. XV, 1, 59.

(7). 'Quid subolis ignaviae meae meruerit, non praetermittam: cum eo tempore captivati ab Histria Casiopas[a] insolas pervenerunt, post multa annorum curricula vix ad vastam et inviam[b] caenum ac pulverum ustionem cum magno merore et taedio

I. Capp. 4—7. 1. 2. (2*. 3*b*. 4*a*. *b*).

Cap. 4. a) *ita* 2. 4 *a*. *b* (devastata); terram a. adflictam et vastatam 1. b) *ita pr. m.* 1 *cum* 2. 4 *a*. c) *ita pr. m.* 1 *cum* 2. 4 *b*. d) propriam 4 *a*. e) vires 2*. f) deserta . Germaniç 1. g) pyraticum 2; piraticum 2*. 3 *b*. 4 *b*. h) *ita* 2; fero fosum 1. i) latronum . degentes . 1. k) *ita* 2; nuncupant. Idem 1 (*ubi etiam* § 25. *ed. Wuttke* idem *pro* id est *scriptum est*).

Cap. 5. a) Romulus 2, *ut infra*. a*) congestrum 2*; congestum histriā. 1. b) praeoccupasset 2. b*) quae *m. al. suppl.* 1; *habet* 3 *b*. c) inferri 3 *b*. d) *ita* 1 *cum* 2. 3 *b*. 4 *a*. e) caedem *Av*. f) *ita* 1 *cum* 2. 3 *b*. 4 *a*. g) et 4 *a*. *b*.

Cap. 6. a) Valeniam 1. b) que a monto (*m. al. corr.* manto) tirhesiç (*m. al. corr.* terhesię). Filia 1. c) *ita* (1 *pr. m.?*). 3 *b*. 4 *b*; Italiam *rell*. d) *ita* 1 *cum* 2. 2*. 3 *b*; comitatum 4 *a*. *b*; delata *Isid*. d*) Veneciam 2. e) Galia 1. f) *ita* 1 *cum* 3 *b*. g) roboris . sui 1. g*) dictione 2. h) omnemque malitiam consummatam regnat 3 *b*; comsumm. 1. i) *ita* 2. 3 *b*. 4 *b et m. al.* 1; captivas *pr. m.* 1 *cum* 2*. 4 *a*. k) *ita* 1 *cum* 2. 3 *b*; quoque *Av*. l) *ita* 1 *cum* 2. 3 *b*; linguas *Av*. m) *h. l. interpungunt* 1. 2. n) flagitia 4 *a*. *b*. o) bestifera 1.

Cap. 7. a) Casiophas 4 *a*. *b*. b) invia 3 *b*.

1) *Cf.* § 66. *ed. Wutke* (*p.* 46, 18): in strofosis enigmatibus. *I. e. subdolus, fraudulentus; cf. Forcellini h. v.* 2) *L. h. Fr. c.* 1: pervenerunt — — iuxta Meotidas paludes et coeperunt aedificare civitatem — — appellaveruntque eam Sicambriam. 3) *Nomen ex 'sig' (= victoria) et 'gambar' (= strenuus) compositum est; cf. K. Zeuss, 'Die Deutschen und die Nachbarstämme', Gottingae* 1904, *p.* 83. 4) *Liber h. Fr (B) c.* 37 (*p.* 307, 7): Tanta cedes illic fuit — —, ut ipse alveus de cadaveribus hominum repletus, aqua ipsa currere penitus non valeret, tanto cruore fuso. 5) *Cf. Isidori Etym. XIV*, 4, 17: Istriam Ister amnis vocavit, qui eius terram influit. Ipse est Danubius. 6) *Lib. h. Fr. c.* 37 (*p.* 307, 17): cum multa spolia reversus est; *cf. ib. c.* 22. 26. 38, *Cont. Fred. c.* 6. 43. 44, *Hist. Daretis* (*p.* 277, 31. 285, 4. 309, 10. 172, 10. 188, 6, 21. 199, 13). 7) *Valeria erat pars Pannoniae; cf. SS. rer. Merov. VI, p.* 571. 8) *Aethicus Isidori Etym. XV*, 1, 59, *expilavit, qui Servii Comm. in Aen. X*, 198, *nititur, cf. Verg. Aen. X*, 199. 9) *Lib. h. Fr. c.* 10 (*p.* 253, 28 *B*): tributarios — fecit; *c.* 35 (*p.* 301, 20 *A*): tributariam fecit (*cf. Vulgatam*).

repetaverunt[a], et usque in diem nativitatis meae culta quae dudum fuerunt, in solitudine[b] redacta[c]'.

(8). 'Post ambitum maris et per cunctum[a] orbem quae prima fuerunt postposui, quae alii ignoraverunt et per memet ipsum cum ingenti labore et fessa indagatione[b] — angor praetermissorum fecit[c], — reperta digessi[d]; quae vero illi scripserunt, opus dempsi: oriente et meridie illi[e] sagace indagatione[1], plana et optima elimati[f] sunt; nos quoque[g] aspera rigidaque[h] et aquosa et brumerica[2] percunctavimus'. Wuttke § 101.

II.

De maioribus Franci et Bassi plura enarravit auctor Originis Francorum Aethico multo posterior, qui immerito auctoritate quadam fruebatur apud viros doctos[3], antequam Historia Daretis de Origine Francorum Fredegarii chronicis inserta in lucem prodiit[4]. Inde Troiae eversionem deprompsit, adnotans, quot e Graecis quotve e Troianis cecidissent, numeris quidem cum fonte parum convenientibus, ubi per singulas pugnas caesi distinguuntur, indeque Frigium novit patrem illorum, sed ipse Ilium avum addidit, ex quo stemma per Ascanium, Cassandram, Trofimum ad Frigium maiorem rettulit, maritum cognatae cuiusdam Priami regis. Hunc Frigium auctor noster procul dubio ex verbis Iordanis, Getica c. 9, § 60, expiscatus est: ex Priami Frygum regi germana progenitus, *quae ad Eurypylum spectant, cui Trofimi nomen ille substituit non plane dissimile. De pugnis autem Franci et Bassi cum Romulo gestis, quem fratre Remo minime privavit, per Aethicum instructus erat, sed illo audacior Sicambriam a Sicambre filio Franci vocatam esse credi voluit. Pleraque auctori Libri hist. Francorum debuit, cuius utraque recensione usus est et A et B, copiosasque eius fabulas cum duobus aliis fontibus coniunxit. Detractis autem illis rebus, quas ex auctoribus vetustioribus deprompserat, haud multa restant ingenio eius adscribenda, atque et K. L. Roth[5] et G. Paris[6] hanc compilationem iusto pluris aestimasse mihi videntur.*

Servavit autem eam codex **Bonnensis** *bibliothecae universitatis S.* 402, *saec. XII, per Richterum praedicatorem Reesensem Berg professori († 1800) dono datus, p.* 145—146, *ubi Ansegisi Capitularium collectionem[7] (p. 47 sqq.) Pactumque Childeberti et Chlotharii (p.* 140—142*) et decreta Karoli M. a.* 779[8] *(p.* 142—145*) subsequitur, Legi Salicae una cum prologo (p.* 146—182*), textui scilicet* 98 *titulorum[9], praecedit. Initio insunt Vitae Karoli M. auctore Einhardo[10] (p. 1—27) et Luthowici auctore Thegano (p. 28—47).*

Codicem fusius descripsit Heffter[11] Bonnensis, qui etiam Originem nostram primus publici iuris fecit, scripturae veteris non adeo peritus.

B. Krusch.

I. Capp. 7. 8. 1. 2. (2*. 3*b*. 4*a*. *b*).

Cap. 7. a) *ita* 1. b) *ita rell. codd*; solitudinem 1. c) sunt *add.* (3*b*).

Cap. 8. a) *ita* 2. 2*; et per cunctam orbem 1; et percunctatum orbem (3*b*); *haec om.* 4*a*. *b*. b) quam *add. Wuttke.* c) feci 4*a*. *b*. d) digessit 3*b*. e) illo 1. f) climati. Sunt *interpungit* 1. g) quaequae *Av.* h) et rigida 4*a*. *b*.

1) *Cf. supra p.* 521, 3. 2) *I. q. brumalis; cf. c.* 36, *ed. Wuttke p.* 23, 4: O tu mare brumericum, catago multorum hominum; *c.* 58 *(p.* 36, 2*)*: lacorum brumerecorum. 3) *G. Waitz, 'VG.' II,* 1, *p.* 260[3]. 4) *SS. rerum Merov. II, p.* 194. 5) *Roth, 'Die Trojasage der Franken', 'Germania, Stuttgart'* 1856, *p.* 37. 6) *Paris, 'Romania' III, p.* 136, *credi voluit, auctori pleniorem Fredegarii textum praesto fuisse.* 7) *Codicem non adhibuit Boretius, MG. Capitularia I, p.* 394 *sqq.* 8) *Ed. Boretius l. c. p.* 47 *sqq.* 9) *Codicem attulit Hessels, Lex Salica, Londinii* 1880, *p. XIX, qui ultimum codicis titulum:* De terra condemnata *p.* 420. *exscripsit.* 10) *Codicem numero* 8*c distinxit G. H. Pertz, SS. II, p.* 435. 11) *'Bericht über einen für die teutsche Gesch. und teutsches Recht wichtigen, noch unbenutzten Codex Metus der hiesigen Universitäts-Bibliothek' in 'Rheinisches Museum für Jurisprudenz, Philologie, Gesch. und griechische Philosophie', Bonnae* 1827, *I, p.* 158 *sqq. Etiam codices* **Vaticani** *Reg.* 1036, *f.* 1, *Ottob.* 3031, *f.* 99, *uterque saec. XV, et Reg.* 1728, *f.* 153, *saec. XVI, Originem continent ('Arch.' XII, p.* 313. 373. 325*).*

INCIPIT ORIGO FRANCORUM.

[Hist. Daretis.] Destructa urbe Troia, cum omni populo Grecorum, scilicet octoginta milia fortium [L. h. Fr. c. 1.] bellatorum, Agamemnon rex contra Priamum regem Troianorum pugnavit decem annis [Hist. Daretis. Iordanes, Getica c. 9, § 60] et ceciderunt de Grecis DCV milia, de Troianis LXV milia. Frigius[1] itaque quidam cognatam Priami regis accepit, unde fuit Trofimus[2], qui genuit Cassandram, Cassandra [L. h. Fr. c. 1. Hist. Daretis.] Ascanium[3], Ascanius Ilium[4], Ilius Frigium, Frigius Francum et Bassum, unde et[a] Franci [Fredeg. II, 16.] appellati sunt. Et de Aenea Troiano principe Romulus et Remus, a quibus Romanorum [Aethicus.] surrexit imperium. Annos plurimos pugnaverunt contra Francum et Bassum parentes [Hist. Daretis. Aethicus.] suos in monte Aventino iuxta Romam, cecideruntque inter ipsos ducenti[b] virorum fortium [Hist. Daretis. Aethicus.] fugitque Francus et Bassus devictique venerunt Hystriam. Collectoque altero exercitu, [L. h. Fr. c. 1.] Romulus et Remus Francum et Bassum persequuntur. Illi autem, paratis navibus, [ib. c. 2. ib. c. 4.] Meotides paludes ingressi, inter Danubium et Tanaim partes in Germaniam[c] tendunt. Ibi [ib. c. 1.] diu morati civitatem construxerunt, quam Sicambriam a Sicambre, filio Franci, voca- [ib. c. 2.] verunt. Eo tempore, rebellantibus Alanis, imperator Valentinus collegit exercitum Roma- [ib. c. 4. 2.] norum cum Aristarcho principe. Tunc simul pugnantibus fugerunt Alani in Meotides paludes. Imperator itaque non valens eos superare, dixit: 'Si quis intraverit in paludes istas et inimicos meos inde eiecerit, concedam ei tributa annis decem'. Tunc ingressi Franci eiecerunt eos. Dixitque imperator: 'Recte apellati sunt Franci ad instar duriciae [ib. c. 3.] ferri vel a feritate[5] cordis'. Et concessit eis tributa annis decem. Post annos vero[d] X misit imperator, ut darent[6] tributa. Et haec videntes Franci, dixerunt: 'Imperator gentem hanc bello superare non potuit, quam nos vicimus, quare ei tributa solvimus? Surgamus et occidamus Primarium istum cum sociis suis'. Consurgentesque occiderunt [ib. c. 4] missum cum sociis suis. His auditis, imperator collegit exercitum, gentemque rebellem conatus est occidere. Illi autem videntes, quod superare non possent, de Sicambria egressi, usque ad Rheni fluminis fines pervenerunt[e].

II. c.

a) *om. codd. Vatic.; cf. p.* 527, *n.* 11. b) $\overset{ti}{\text{oc}}$. *c.* c) Germania *codd. Vat.* d) $\overset{o}{\text{V}}$ X. *c.* e) *Sequitur:* Incipit tractatus Salicae legis, *inc.* Gens Francorum inclita, *i. e. prologus maior c.*

1) *Iordanes, Getica c.* 9, *§* 60*:* Telepho vero defuncto, Euryphylus filius successit in regno, ex Priami Frygum regi germana progenitus. Qui ob Casandrae amorem bello interesse Troiano, ut parentibus soceroque ferret auxilium, cupiens, mox venisset, extinctus est. *Frigius igitur verbis* Frygum regi *originem debuit; v. supra p.* 527, *l.* 16. 2) *Trophimus erat episcopus Arelatensis (cf. Greg., H. Fr. I,* 30*), sed nomen ex* Euryphylus *deformatum videtur esse.* 3) *Ascanii meminit Fredeg. II,* 9. 4) *L. h. Fr. c.* 1*:* ubi est civitas, quae Illium dicitur. 5) *Ita recensio B Libri hist. Fr. c.* 2. 6) *Ita recensio A Libri h. Fr. c.* 3.

CONSPECTUS CODICUM HAGIOGRAPHICORUM.

SCRIPSIT WILHELMUS LEVISON.

Codicum qui ad Vitas Passionesque sanctorum recensendas in voluminibus II—VII. adhibiti sunt conspectum adiecturi, haud inutile duximus nonnulla de collectionibus earum quibusdam praecipuis proponere, quantum quidem res eiusmodi e Vitis Merovingicis cognoscere licet. Nam cum de Martyrologiis, quibus si non sola nomina sanctorum, at certe brevissima tantum gesta eorum continentur, aliquantum iam instructi simus, historia collectionum ipsas Vitas complectentium, exceptis paucis, adhuc desideratur[1]*, neque ad eam indagandam solae Vitae Merovingicae sufficiunt, sed aliorum quoque sanctorum Gestis indigemus, imprimis Passionibus martyrum vetustioribus, quae antiquitus ceteras Vitas numero admodum superabant (e. gr. in 'codice Velseri' saec. VII. exarato*[2]*, iam Monacensi Lat. n.* 3514*; deinde Carlsruh. Augiensi n. XXXII et Vindobon. n.* 332*, saec. X, et* 371*, saec. IX, et* 377*, saec. XI). Unde, quae descriptionibus codicum infra subiunctis atque itinerariis catalogisque bibliothecarum impressis nixi disserimus, ut ea non omnino inutilia fore confidimus, ita supplementis plurimis egere non ignoramus.*

Vitarum igitur ut codices ab ipsis auctoribus exarati iam nulli fere supersunt, ita ne singulae quidem Vitae seorsum traditae sunt nisi raro (e. gr. V. Wandregiseli in codice Parisiensi n. 18315*, saec. VIII; V. Haimhrammi in cod. Wirziburg. Mp. th. qu.* 23*; V. Eligii in Divion. n.* 656*), atque antiquissimus qui huc spectat codex Parisiensis n.* 9550 *(saec. VII. ex.) Passionem Acaunensium martyrum inter alia opuscula Eucherii exhibet neque inter hagiographica, ex quo fonte primigenio reliqua exemplaria omnia pendere videntur. Plerique vero codices textus hagiographicos plures minoresve collectos continent, sive Vitas integras librarii descripserunt sive epitomas tantum admiserunt aut textus primigenios etiam magis retractaverunt. Vitae autem saepissime sine dubio eo ordine describebantur, quo in manus librariorum pervenerant; deinde vero haud semel exemplaria earum conficiebantur certo ordine instituto, sive textus ad unum sanctum aut sanctos eiusdem regionis spectantes colligebantur sive librarii distincta genera curabant velut Vitas sanctarum feminarum (Vindobon. n.* 339*; cf. n.* 420*) aut visiones (Londin. Harley n.* 4719 *et Lambeth n.* 173*, Vindobon. n.* 579*) sive dierum memoriae sanctorum dicatorum ratione habita Vitas iuxta ordinem kalendarii disponebant. Quarum rationum ut de codicibus nostris exempla proferantur, iam antiquitus corpus quoddam ad Martinum Turonensem spectans compositum est, 'Martinellus' aut*

1) *A. Poncelet, 'Le légendier de Pierre Calo' (Analecta Bollandiana XXIX,* 1910*, p.* 5—116*), de collectionibus Vitarum abbreviatarum egregie disserens, legendaria Vitas integras complectentia p.* 7—13*. quasi prooemians non nisi obiter perlustravit.* 2) *Cf. Catalogum codicum Latinorum bibliothecae regiae Monacensis* [2] *I,* 2, 1894*, p.* 99*; MG. Auct. ant. IV,* 2*, p. XXVI; SS. R. Merov. I,* 878 *sq.*

'Martinulus' vocatum[1], quod sine dubio Turonis exortum atque olim seorsum traditum postea cum aliis textibus in collectiones ampliores coaluit, aliis sanctis Martino adiunctis (cf. e. gr. Admontensem n. 654, fol. 1—107', 115'—116'; Maihingensem I. 2, 4°. 4, fol. 1—64'; Monac. n. 9536, fol. 117—161', et n. 12642, fol. 11—43; Paris. n. 3788, fol. 213—228', et n. 3851 A, fol. 57—92, et n. 5287, fol. 62'—102), eidemque generi codices martyribus Acaunensibus (Leid. n. 114 A). Iohanni abbati Reomaensi (Semur. n. 1), Germano episcopo Parisiensi (Paris. n. 12599 et 12610), Remaclo (Rom. Vatican. Reg. n. 615), Amando (Gandav. n. 224, Valentian. n. 501 et 502), Bonifatio discipulisque (Erlang. n. 321) dedicatos attribuerim. Ne Vitas patrum Aegyptiorum tractem et Gregorii Turonensis 'Vitam patrum' Gallicorum a nostro proposito alienas, sancti singularum regionum, urbium, coenobiorum celebrantur in collectione Arelatensi (Paris. n. 5295), Arvernensi (Claromont. n. 150), S. Bavonis (Gandav. n. 308), Fontanellensi (Havrensi n. 332), Fuldensi (Wirziburg. Mp. th. qu. 13), Sithiensi (Bonon. n. 107), denique Sangallensi ad Gallum et Otmarum spectante (Berol. theol. Lat. Quart. 505, Guelferbyt. n. 3095, Londin. Add. n. 21170, Sangall. n. 560. 562. 564. 572), quibuscum compilationes posterioris aevi ampliores comparare licet velut acta sanctorum Hiberniae codicis Salmanticensis aut Sanctilogium Angliae Iohannis Tynemuthani aut Iohannis Gielemans Hagiologium Brabantinorum.

Potiorem autem locum magis magisque collectiones iuxta dies kalendarii dispositae obtinuerunt, quae ratio colligendi iam saec. IX. saepius adhibita est; passionaria talia auctori martyrologii Lugdunensis (ante a. 806) et Adoni (ante a. 860) praesto fuerunt[2] atque complura saec. IX. conscripta iniurias temporum superaverunt (e. gr. cod. Vindobon. n. 371 et 420), ita ut collectiones quasdam eius aevi ad saeculum VII. vel VI. iure nimis dubio referre conati sint[3]. Tamen eum modum ante aetatem Carolinam haud ubique usitatum fuisse, e. gr. fortasse e codice Velseri (Monac. n. 3514) saec. VII. exarato et Carlsruhensi Aug. n. XXXII Reginberto auctore († 846) scripto conicere licet, in quibus componendis ordinem dierum ut affectaverunt, ita non omnino asseculi sunt[4], itemque 'Passionario maiori' Sangallensi (Turic. C. 10. i, saec. X) ab initio mensis Aprilis ad Kalendas Decembres protento Vitae nonnullae (Carileffi, Germani Paris., Landiberti) insunt, quae potius alio loco collocandae erant. Additamentis sane accedentibus, non modo volumina colligebantur, quae textus novos absque ratione kalendarii reciperent atque collectionibus iam congruo ordine constitutis pro supplemento essent[5]; sed etiam Vitis iterum iterumque in calce adiectis aut in medio

1) Cf. H. Omont, 'Bibliothèque de l'École des chartes' XLII, 1881, p. 160; L. Delisle, 'Mémoire sur l'école calligraphique de Tours' ('Mémoires de l'Académie des inscr. et belles-lettres' XXXII. 1, 1886, p. 42 sq. 52 sqq.); E. Ch. Babut, 'Saint Martin de Tours', Parisiis (1912), p. 299 sqq.; de inscriptionibus adiunctis cf. de Rossi, Inscriptiones christianae urbis Romae II, 1, p. 186—188. 2) Cf. H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen âge', 1908, p. 139 sqq. et 643 sqq. 3) Cf. K. Künstle, 'Hagiographische Studien über die Passio Felicitatis', Patherbrunnae 1894, p. 45 sqq.; idem, 'Römische Quartalschrift' XXII, 1908, p. 17 sqq.; A. Dufourcq, 'Étude sur les Gesta martyrum romains' (I), Parisiis 1900, p. 77 sqq., et 'Le passionnaire occidental au VII[e] siècle' ('Mélanges d'archéologie et d'histoire' XXVI, 1906, p. 27—65), de cuius studiis praecocibus et iusto fundamento saepius carentibus cf. H. Quentin, 'Revue Bénédictine' XXIV, 1907, p. 537—546, et Poncelet l. l. p. 8. 4) De ordine codicis Augiensis cf. Krusch, supra VI, 543. 5) Supplementum eiusmodi exhibet codex Romanus bibliothecae Victoris Emanuelis n. 341 (Farfensis n. 29), saec. IX, cuius indici fol. 6. haec praescripta sunt: In hoc volumine continentur Passiones vel acta diversorum sanctorum, quae nos idcirco congruo sibi ordine non possuimus, quia, sicut ea diversis temporibus diversisque in locis invenire potuimus, ita et huic volumini indidimus; cf. W. Meyer, 'Die Legende des h. Albanus' ('Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Phil.-hist. Klasse, Neue Folge' VIII, 1), 1904, p. 65 sq.

volumine insertis, immo aliis ob dierum diversitatem discerptis[1], collectiones in describendo saepius denuo disponendae erant, ut ordo dierum rectus restitueretur atque servaretur. Pro aevo autem, quo 'passionalia' vel 'legendaria' plenissima ad modum kalendarii composita sunt, saecula XII. et XIII. habenda sunt, cum saeculo XII. cum alia tum legendarium Cistertiense et magnum 'Francogallicum' et 'Flandrense', deinde Arnsteinense et Baiuvaricum in coenobiis Windbergensi Altahensibusque descriptum et Austriacum, saeculo XIII. Trevericum S. Maximini debeantur. Ut autem lectiones ecclesiasticas commodius recitarent, particulas Vitarum in ecclesia proferendas excerpserunt, 'lectionaria' distincta constituentes[2] (e. gr. Monac. n. 701, Roman. Palat. n. 439 et 477, Rotomag. n. 1388). Neque solum ea de causa 'breviaria' compilabant, sed, numero et sanctorum et Vitarum aucto, volumina nimia haud semel taedium parere coeperant, ita ut pro collectionibus textuum genuinorum inde a saeculo XIII. epitomae saepius substituerentur piis lectoribus vel contionatoribus ordinis Praedicatorum aliisque 'exempla' quaerentibus commodius legendae, e quibus Legenda Aurea Iacobi a Varagine vulgatissima facta est, cum Speculum sanctorale Bernardi Guidonis aliaeque collectiones eiusmodi minus propagatae sint, de quibus iam A. Poncelet b. m. dissertationem eximiam exhibuit[3], atque etiam epitomae Vitarum multae, quas Vincentius Bellovacensis Speculo historiali vastissimo inseruit, haud raro hagiographis medii aevi vergentis materiam praebuerunt[4]. Iam vero de legendariis anterioribus nonnullis accuratius agendum est idque quantum fieri potest spectandum, ad cuius originis textus Vitae in collectionibus traditae maxime accedant, ut, si non cognosci, at aliquantum divinari possit, unde auctores collectionum textus suos sibi describendos curaverint.

In coenobio Sangallensi ut monui saec. X. 'Passionarium maius' (Turic. C. 10. i) collectum est, cum cuius textibus necessitudine quadam coniuncti sunt codex Corbeiensis saec. VIII. ex. (Paris n. 12598: V. Landiberti), Augustodunensis saec. VIII/IX (Montepessul. n. 55: Acta Afrae), Weissenburgensis[5] saec. X (Bruxell. n. 7984: V. Carileffi, Gaugerici, Sollemnis), Springirsbacensis saec. XII (Berolin. Ms. theol. Lat. fol. 267: V. Eligii), ita ut Vitae haud paucae a partibus occidentalibus allatae esse videantur, neque V. Germani Autissiod. obstat, in qua potissimum ad Salisburgensem saec. IX (Vindobon. n. 420) accedit, de quo infra p. 535. egi. Deinde artissime cum eo liber et Tegernseensis saec. X/XI (Monac. n. 18546, 2: V. Aniani, Aviti, Columbani II, 7—25) et Salisburgensis saec. XI (Vindobon. n. 430: Vitae eaedem, deinde Radegundis, Servatii, Medardi, Arnulfi) conveniunt, ita tamen ut horum auctores potius e collectione Sangallensi simillima hausisse credendi sint quam vice versa, praesertim cum uterque etiam in V. Theudarii (cf. Sangall. n. 566; v. infra), liber Salisburgensis etiam in Vitis Vedastis (Sangall. n. 551) et Kiliani (Sangall. n. 566) cum codicibus Sangallensibus faciant[6]. Quomodo textus e monasterio S. Galli quasi seminario litterarum propagati sint, eius rei exemplum eximium Vitae Geretrudis, Theudarii modo commemorata, Desiderii Vienn. praebent ab Adone archiepiscopo Viennensi Sangallensibus a. 870. praestitae (cf. indiculum Isonis, supra III, 628); cuius donatoris exemplar Sangallense

1) Ob Vitas iuxta dies disponendas Ionae Vita Columbani discipulorumque eius disiuncta est (cf. supra IV, 36; Krusch, Ionas p. 59), item Vita patrum Iurensium et sanctorum Sithiensium (cf. supra III, 129 sq. V, 739, 742 sqq.), atque opera Gregorii Turonensis ad sanctos spectantia passim eadem ratione discerpta sunt (cf. ib. I, 468 sqq.) aeque atque Dialogi Gregorii Magni, ut alia mittam. De Passione Irenaei, Andochii, Benigni sciuncta cf. W. Meyer l. l. p. 62 sqq.

2) Cf. Poncelet, 'Le légendier de Pierre Calo', l. l. p. 13, n. 2.

3) 'Le légendier de Pierre Calo', l. l. p. 14 sqq.

4) Cf. ib. p. 19 sqq.

5) De commercio Sangallensium et Weissenburgensium saec. IX. et X. cf. Wattenbach, 'Geschichtsquellen' I[7], p. 243. 446; Schwalm, 'N. Arch.' XXVII, 741.

6) Monuerim, saeculo X. medio Chunibertum monachum Sangallensem Salisburgi litteras docuisse; cf. Wattenbach l. l. p. 453.

primigenium etsi periit, ad idem sine dubio referendi sunt codex Sangallensis n. 566 *saec. IX. ex. (V. Desiderii, Theudarii, Geretrudis) et Einsidlenses n.* 257 *saec. X. et n.* 247 *saec. XII (V. Desiderii) et codices Baiuvarici Vitae Theudarii (*1 *b. c, Vindobon. n.* 336*) et Geretrudis (A* 3 *b. c, Monac. n.* 23846, *Turic. Rhenaug. n.* 81, *Vindob. n.* 339. 430*), atque siquidem re vera hi omnes ab exemplari Adonis Gallico originem repetunt, inde fortasse explicandum est, quod textus Vitae Virtutumque Geretrudis in legendario magno Francogallico traditus (cf. Montepessul. n.* 1, 5*) ad eandem classem (A* 3*) pertinet atque codices earundem Helvetici et Baiuvarici. Denique necessitudo commemoranda est, qua libri Sangallenses in Vitis Genovefae (n.* 561, *saec. X/XI), Vedastis (n.* 563, *saec. IX/X), Aridii (n.* 551, *saec. X) cum codice Farfensi n.* 29 *(Romano bibl. Vict. Eman. n.* 341, *saec. IX) coniuncti sunt, eaque fortasse iterum ad fontem communem Gallicum referenda est, siquidem, monente W. Meyer*[1], *monachos Farfenses etiam saec. IX. ut abbates ita libros e Gallia nacti esse videntur. Consuetudo Sangallensium atque Augiensium finitimorum e fragmento Vitae Bibiani nuper reperto (Carlsruh. Aug. fr.* 76, *saec. IX. in.)*[2] *confirmatur cum codice Sangallensi (n.* 577, *saec. X) omnino fere conveniente.*

Legendarium Engelbergense (n. 2*) saec. XII, cuius textus non examinati sunt nisi perpauci, potissimum e libris S. Galli pendet, conveniens et cum passionario illo 'maiore' (V. Germani Autissiodor., V. Columbani II,* 23—25, *Landiberti) et cum aliis codicibus Sangallensibus (n.* 553*: V. Columbani I; n.* 565*: V. Willibrordi; n.* 569*: Passio Ursi et Victoris; n.* 577*: V. Pirminii; bibliothecae Vadianae n.* 317*: V. Findani), atque auctor ex parte saltem ex eisdem ipsis hausisse videtur. Ex eadem regione sine dubio codex Londiniensis Addit. n.* 10933 *saec. XV. originem duxit, cuius partes congruae satis amplae ad eandem collectionem Vitarum referendae esse videntur atque Engelbergensis, quocum textus Vitarum Columbani lib. I. et Landiberti affinitate arta coniunctus est; in V. Willibrordi cum Zwifaltensi (Stuttgart. Bibl. fol.* 58 *saec. XII) convenit, qui alibi (V. Gangulfi) ad Einsidlensem n.* 247 *accedit, ita ut etiam similitudo illa Vitae Willibrordi, nisi fallor, ex origine communi Helvetica explicanda sit. Etiam collectio Rhenaugiensis saec. XII (Turic. cant. n.* 5*) haud semel cum Sangallensibus facit (n.* 548*: Passio Leudegarii; n.* 551*: V. Landiberti; n.* 556*: V. Haimhrammi), in aliis appropinquans Benedictoburano (Monac. n.* 4554*: Acta Afrae), Vindobonensi n.* 357 *(Passio Acaun. mart.), libris dioecesis Treverensis vel Wirziburgensi (V. Remigii).*

Codices Helvetici saepius ad Baiuvaricos, Baiuvarici saepissime ad Austriacos accedunt, dum in universum illi Baiuvaricos, hi Austriacos superant. Apud Baiuvaros iam saec. IX. collectio quaedam Vitarum abbreviatarum composita est, cuius exemplaria extant Ratisbonense S. Emmerammi saec. IX (Monac. n. 14418*) et Wirziburgense Mp. th. qu.* 15 *saec. X, cumque auctor huius collectionis etiam Passionem Acaunensium martyrum breviorem (E) exhibeat, Passio Floriani B*[3] *et Vita Amandi brevis (C) ab ipso compositae esse videntur, quae primo in iisdem codicibus leguntur atque deinceps saepius in libris Baiuvaricis Austriacisque descriptae sunt.*

E monasteriis Baiuvaricis imprimis Tegernseense, quod ipsum a monachis Sangallensibus, ut supra dixi, textus nonnullos accepisse videtur, Vitas ad vicina coenobia propagavit. Codex Wihenstevensis saec. XII (Monac. n. 21551*) cum duobus Tegernseensibus saec. XI. convenit, scilicet Monac. n.* 18546, 2 *modo laudato (V. Arnulfi, Columbani II,* 7—25*) et n.* 18956 *(V. Medardi, Goaris, Willibrordi), unde coniecerim, etiam Vitam Servatii, quae eidem libro inest similis Passionario illi maiori Sangallensi (Turic. C.* 10. *i), eadem via ad Wihenstevenses perlatam esse, monachis Tegernseensibus intercedentibus; at Vitam Bonifatii e coenobio S. Emmerammi (Monac. n.* 14704, *saec. X. in.) acceperunt.*

1) *W. Meyer l. l. p.* 73. 2) *Cf. A. Holder, 'Die Hss. der Hof- und Landesbibl. in Karlsruhe' VI,* 483 *sqq.* 3) *SS. rer. Merov. III, p.* 65.

Etiam Benedictoburani libris Tegernseensibus usi esse videntur[1], quippe quorum codex Monac. n. 4618 saec. XI/XII. similis sit libris illius coenobii Monac. n. 18854 saec. XI (V. Geretrudis) et n. 19162 saec. X (V. Haimhrammi, Waldburgis), cum textus Vitae Bonifatii ad codicem libro illi S. Emmerammi similem referendus sit, neque minus Benedictoburanus n. 4605 saec. XI. cum Tegernseensibus (n. 18956: V. Willibrordi; n. 19162: V. Gangulfi) coniunctus est. Alius codex Benedictoburanus Monac. n. 4628 saec. XI. ad Sangallenses n. 562 saec. X. et n. 572 saec. XI (V. Galli), Bambergensem E. III, 5 saec. XI (V. Remigii), Wirziburgensem Mp. th. fol. 139 saec. XII. in. (V. Columbani I. II, 1—6) accedit. Arta autem necessitudine cum Benedictoburanis codex aut ex ipso coenobio Benedictoburano aut fortasse e Tegernseensi oriundus coniunctus est, hodie Maihingensis I. 2, 4°. 6 saec. XII. in., cuius folia 115—153' (V. Eucharii, Vedastis, Lupi Senon., Columbae Senon.) cum Monac. n. 4618 (fol. 99'—131) conveniunt, pars praecedens (fol. 72—114': V. Columbani I. II, 1—6) Monacensi n. 4628 (fol. 73'—113') respondet. Cum Benedictoburano n. 4628 etiam Scheftlariensis saec. XII (Monac. n. 17137) ex parte congruit (V. Remigii, Galli, Columbani I. II, 1—6), cum V. Fursei in eodem tradita libro satis remoto similis sit, scil. Lemovicino saec. XI (Paris. n. 2768 A)[2].

Cum adhuc de collectionibus haud ita magnis agatur, saec. XII. legendarium amplum totius anni compositum est, cuius exemplaria tria comperta habentur, unum integrum in coenobio Windbergensi sub Gebehardo abbate (1141—91) exaratum[3] et exemplaria singula eiusdem aevi maxima ex parte deperdita, quae in monasteriis Altahensibus et Inferiore[4] et Superiore[5] descripta sunt. Quorum volumina ita sibi respondent:

<table>
<tr><th rowspan="2">menses</th><th colspan="3">legendarium</th></tr>
<tr><th>Windbergense</th><th>Altah. Infer.</th><th>Altah. Super.</th></tr>
<tr><td>Ian., Febr., Mart.</td><td>Monacensis n. 22240</td><td>—</td><td>—</td></tr>
<tr><td>April., Mai., Iun.</td><td>22241</td><td>—</td><td>—</td></tr>
<tr><td>Iul. et Augusti pars prior</td><td>22242</td><td>—</td><td>—</td></tr>
<tr><td>Augusti pars posterior et Sept.</td><td>22243</td><td>Lipsiensis n. 195</td><td>—</td></tr>
<tr><td>Oct. et Novembris pars prior</td><td>22244</td><td>—</td><td rowspan="2">Monacensis n. 9506</td></tr>
<tr><td>Novembris pars posterior et Dec.</td><td>22245</td><td>Lipsiensis n. 196</td></tr>
</table>

Iam A. Poncelet de exemplari Windbergensi cognovit[6], in hoc legendario componendo collectionem Vitarum quandam vetustiorem adhibitam esse eandem atque in

1) Monachi Tegernseenses a. 1031/32. in coenobium Benedictoburanum introducti sunt. 2) Etiam codex recentior, Blauburanus saec. XV (Fuld. Aa. 96), ex parte cum libris Tegernseensibus (Monac. n. 18546, 2: V. Theudarii, Columbani II, 11—22; Monac. n. 18897: V. Leobae) et aliis Baiuvaricis facit (V. Radegundis, Erhardi; Windberg., Monac. n. 22240: V. Gamalberti; Salisburg., Vindobon. n. 420: V. Audoini); sed ut coenobium Blauburanum in Alamannia situm erat, ita V. Lucii e Sangallensi n. 566 pendere videtur et textus Vitae Lupi Trec., quamvis retractatus, eiusdem classis est atque 'passionarium maius' Sangallense (Turic. C. 10. i). V. Sollemnis ad codicem Weissenburgensem (Bruxell. n. 7984) accedit. 3) De legendario Windbergensi diligentissime egit (A. Poncelet), Analecta Bolland. XVII, 97 sqq. Cf. M. Manitius, 'N. Arch.' XXXII. 248. 4) Cf. Naumann, Catalogus librorum mss. Lips., 1838, p. 59. 62. 5) Cf. Holder-Egger, 'N. Arch.' IX, 546. 6) L. l. p. 26. 99.

legendario Austriaco infra commemorato, quae collectio deperdita post a. 1065 *(cf. V. Lulli, Godehardi) in Baiuvaria composita erat. Praedecessor autem hic ignotus et fortasse et ipse auctor legendarii extantis imprimis bibliothecam Tegernseensem adiisse videntur; nam non solum plus* 50 *laudationes sanctorum e Martyrologio Wolfhardi Haserensis in codice Tegernseensi servato exscriptae sunt*[1], *sed etiam Vitae nonnullae similes sunt codicibus Tegernseensibus saec. X—XII, hodie Monacensibus n.* 18220 *(Passio Acaun. mart.),* 18546, 2 *(V. Aniani, Theudarii, Columbani II,* 7—10*),* 18625 *(V. Maximini Trev., Odiliae),* 18897 *(V. Leobae, Soli),* 19162 *(V. Waldburgis), quibus Salisburgensem saec. XI (Vindobon. n.* 430*: V. Servatii) adiungere licet alibi cum codice Tegernseensi convenientem*[2]. *Alii textus legendarii eiusdem accedunt ad libros Altahenses coenobii et Inferioris (Vindob. n.* 577*, saec. XI/XII: Acta Afrae, V. Vedastis, Leudegarii, Burchardi) et Superioris (Monac. n.* 9536*, saec. XII: Passio Floriani, V. Gangulfi, Bonifatii), Benedictoburanos (Monac. n.* 4618*: V. Radegundis, n.* 4628*: V. Remigii), S. Emmerammi (Monac. n.* 14031*: Passio Praeiecti; n.* 14473*: V. Leonardi; n.* 14704*: V. Bonifatii), Alderspacensem (Monac. n.* 2552*, saec. XII: Passio Leudegarii), Admontensem (Vindob. n.* 520*: V. Pirminii), Sangallensem (n.* 565*: V. Willibrordi, Gangulfi), Romanum Palatinum (n.* 846*: V. Galli, Goaris), Mettensem (Paris.* 5294*: V. Arnulfi), denique ad librum e Lamperti Hersfeldensis codice autographo descriptum (V. Lulli). Auctor igitur legendarii huius, ut consentaneum est, imprimis e fontibus finitimis hausit, etsi in libro I. Vitae Columbani lectionibus Baiuvaricis immixtis textus Italicus subest.*

Cui collectioni, ut post A. Poncelet monui, multae Vitae cum legendario magno ***Austriaco*** *communes sunt, quod paulo post a.* 1181 *(Mirac. Virgilii) in monasterio quodam Austriaco aut regionis finitimae*[3] *compositum est. Exemplaria quae adhuc extant*[4] *partim monachorum Cistertiensium sunt, scilicet S. Crucis et Lilienfeldense et Zwettlense, e quibus posteriora ex exemplari S. Crucis derivata esse coniecerunt*[5], *partim monachorum S. Benedicti Admontensium et Mellicensium; sunt autem haec:*

<table>
<tr><td>codex</td><td>S. Crucis</td><td>Lilienfeldensis</td><td>Zwettlensis</td><td>Admontensis</td><td colspan="2">Mellicensis</td><td>Vindobonensis</td></tr>
<tr><td>saeculi</td><td>XII. ex.</td><td>XIII.</td><td>XII/XIII.</td><td>XIII.</td><td>XIII. ex.</td><td>XV.</td><td>XIII.</td></tr>
<tr><td>Ianuarius et pars prior Februarii</td><td rowspan="2">11</td><td>58</td><td rowspan="2">13</td><td rowspan="2">25</td><td>310 (F. 8)</td><td>—</td><td>—</td></tr>
<tr><td>Februarii pars posterior et Martius</td><td>59</td><td>—</td><td rowspan="2">674 (M. 4)</td><td>—</td></tr>
<tr><td>Aprilis</td><td rowspan="2">12</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2">24</td><td rowspan="2">24</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2">336</td></tr>
<tr><td>Maius et Iunius</td><td>675 (M. 5)</td></tr>
<tr><td>Iulius et Augustus</td><td rowspan="2">13</td><td rowspan="2">60</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2">—</td><td>676 (M. 6)</td><td rowspan="2">—</td></tr>
<tr><td>September</td><td rowspan="2">677 (M. 7)</td></tr>
<tr><td>October</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2">14</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2">—</td></tr>
<tr><td>Novembris pars prior</td><td rowspan="2">678 (M. 8)</td></tr>
<tr><td>Novembris pars posterior</td><td rowspan="2">14</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2">15</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2">—</td><td rowspan="2">—</td></tr>
<tr><td>December</td><td>134 (C. 12)</td></tr>
</table>

1) *Cf. Poncelet, Anal. Boll. XVII, p.* 98. 2) *Cf. supra p.* 531. 3) *De origine Salisburgensi cogitavit Uhlirz apud Chroust, Monumenta palaeographica,* 2. *series, vol. II, fasc. XV, tab.* 9 (389). 4) *Cf. ea quae A. Poncelet l. l. p.* 24 *sqq. et antea Wattenbach, 'Archiv' X,* 644 *sqq. disseruerunt.* 5) *Cf. Poncelet l. l. p.* 30*; at cf. supra VI,* 547, *n.* 3.

Quibus exemplar canonicorum Claustroneoburgensium mutilum saeculo XIV. ineunte exaratum accedit, quod adhuc accuratius non examinatum est; supersunt autem, id quod v. r. B. Černik archivarius me docuit, quattuor volumina, scilicet n. 710 *(Ian.* 1—*Mart.* 27*),* 708 *(April* 4—*Iun.* 4*),* 709 *(Iun.* 5—30. *et Nov.* 11—27*),* 701 *(Nov.* 30—*Dec.* 31*).*

E cuius legendarii textibus haud ita multis, qui in usus nostros evoluti aut ab aliis accuratius excussi sunt, Vitae Severini Noric., Maximini Trev., Vita II. Germani Paris., Theudarii, Columbani I, Richarii, Praeiecti, Leudegarii, Erhardi, Landiberti auct. Stephano, Gamalberti, Bonifatii, Lulli arta necessitudine cum legendario Windbergensi Altahensique coniunctae sunt, haustae sine dubio e fonte illo deperdito, cum textus Passionis Floriani (similis codicibus Civitatis Foroiuliensis n. XXII saec. IX/X, Graeciensi n. 412 *saec. X, Vindobonensi n.* 650 *saec. XII) et Vitae Odiliae diversus in Austriaco legatur itemque textus Vitae Gangulfi alius apud Austriacos inveniatur (similis codici Civitatis Foroiuliensis n. XXIII saec. XI) atque in legendario Windbergensi. E Vitis quae in hoc non receptae sunt Gallicanus a Hrotsvitha compositus e codice S. Emmerammi saec. X/XI (Monac. n.* 14485*) pendet, item V. Albarti in libro eiusdem coenobii saec. XIII (Monac. n.* 14473*) legitur; alii textus cum codicibus Tegernseensibus saec. XI. conveniunt (Monac. n.* 18546, 2*: V. Aviti; n.* 18583*: V. Fursei). Ad librum Salisburgensem saec. IX (Vindobon.* 420*) V. Germani Autissiodor. accedit, atque V. Columbani II,* 7—25 *codici Salisburgensi saec. XI (Vindobon. n.* 430*) similis est, sed legendarium Austriacum etiam primam partem libri (II,* 1—6*) continet, quae ab hoc et libris affinibus abest. Vita II. Corbiniani maxime cum codicibus Austriacis saec. XII (Claustroneoburg. n.* 706*; Linc. Cc. VII,* 7*; Vindobon. n.* 416*) congruit. Denique V. Austrigisili similis in libro Parisiensi n.* 5304 *legitur.*

Inter fontes legendarii Austriaci modo libri Salisburgensis mentionem feci (Vindobon. n. 420*), qui saec. IX. exaratus inter collectiones eiusmodi potiorem locum obtinet, cuius auctor et ipse ordinem dierum sequi sibi proposuerat, viris et feminis seiunctis, atque prae ceteris Vitas partium Gallicarum regni Francorum nactus erat, ita ut vel solus una cum codice S. Michaelis in Periculo Maris (Abrincat. n.* 167*) Vitam I. Richarii servaverit et in V. Paterni cum codice S. Stephani Augustodunensis (Montepess. H.* 55*) conveniat. Tamen textus plures non ex ipsa Gallia Salisburgum pervenisse videntur, sed exemplari quodam Mosellano vel Rhenano intercedente; nam textus nonnulli cum legendariis dioecesis Treverensis posterioribus modo satis conspicuo conveniunt*[1] *et S. Maximini (V. Aniani, Bibiani, Medardi, Arnulfi, Lupi Senon.) et Arnsteinensi affinibusque (V. Germani Autissiodor., Audoini, Filiberti), alii ad Mettenses iam commemorandos accedunt (Paris. n.* 5278 *et* 5308*: V. Severini Burdegal.; n.* 5278*: V. Lupi Trec.). Denique codex in V. Venantii necessitudine quadam cum libro saec. X. coniunctus est, qui e codice S. Dionysii a.* 767. *conscripto pendet atque saec. XVI. Collegii Molsheimensis erat (Bruxell. n.* 7666—71*), cuius libri ex parte saltem e coenobio Weissenburgensi originem duxerant; unde nescio an in hoc quoque textu ad partes Germaniae occidentales reducamur e Gallia Iuvavensibus exemplaria suppeditantes.*

Ut iam ad ipsas partes Germaniae occidentales vertamus, codex Weissenburgensis saec. X (Bruxell. n. 7984*) partim, ut supra dixi, cum Passionario illo Sangallensi convenit (V. Carileffi, Gaugerici, Sollemnis); alii textus similes inveniuntur in codicibus Treverensibus posterioribus, scilicet in libro S. Martini saec. XII (Trever. urb. n.* 1141*: Acta Afrae) et legendario S. Maximini saec. XIII (Passio Iuliani, Acaun. mart., V. Columbani II,* 1—6*, Fursei).*

In dioecesi, si non in ipsa civitate Mettensi collectio codicis Paris. n. 5308 *saec. XII. et XIII. orta est, siquidem non solum Vitae Mettensium (Arnulfi, Goerici,*

1) *Cf. ea quae iam B. Krusch, 'N. Arch.' XXXIII,* 17 *contra G. Vielhaber monuit.*

Chlodulfi) insunt, sed etiam textus nonnulli necessitudine quadam cum libro S. Symphoriani Mettensis (Paris. n. 5294 *saec. XI/XII: V. Arnulfi, Amati, Romarici, Adelphii, Willibrordi), alii cum tertio libro item e regione Mosellana oriundo (Paris. n.* 5278 *saec. XIII: V. Severini Burdegal., Leudegarii, Columbae Hiensis, Columbani) coniuncti sunt, atque ex his tribus codicibus cum libro S. Arnulfi Mettensis (Mett. n.* 523 *saec. XI) faciunt modo hi (V. Columbae: n.* 5278, 5308*) modo illi (V. Maximini Trever.: n.* 5278, 5294*) modo unus (V. Goaris: n.* 5294*), denique tribus quartus S. Vincentii Mettensis (Berolin. n.* 121 *saec. XI) in V. Willibrordi accedit. Exemplar, a quo libri Mettenses originem duxerunt, etiam cum fontibus legendarii S. Maximini in Vitis nonnullis comparandum est (V. Aniani, Lupi Senòn., Amati etc., Haimhrammi, Willibrordi); codex Paris. n.* 5308 *in singulis Vitis ad libros S. Iacobi Leod. (Hag. musei Meerm.-Westr. n.* 5 *saec. IX: V. Trudonis), S. Vedastis (Atrebat. n.* 189 *saec. X/XI: V. Remigii), ad Bernensem A.* 7 *(saec. XI, V. Remacli), Cistertiensem (Divion. n.* 395 *saec. XII: V. Eligii), Patherbrunnensem (Trever. bibl. cath. n.* 93 *saec. XII: V. Landiberti auct. Stephano), Bruxellensem (n.* 7487—91 *saec. XIII: V. Eligii), Berolinensem (n.* 122 *saec. XIII: V. Vedastis) accedit. Codex ille Paris. n.* 5278 *etiam cum libris Belgicis convenit, S. Huberti Arduennensis (Namurc. n.* 53 *saec. XII: V. Lupi Trec.) et altero (Bruxell. bibl. Bolland. n.* 14 *saec. XIII: V. Germani Paris.); de ratione cum Salisburgensi intercedente supra p.* 535, *l.* 35, *dixi*[1].

Legendarium coenobii Springirsbacensis in dioecesi Treverensi siti saec. XII. exaratum (Berolin. n. 790*) cum libris S. Maximini Treverensis facit et Paris. n.* 10865 *saec. X/XI (V. Willibrordi) et legendario saec. XIII (V. Remigii, Vedastis, Galli, Remacli, Leudegarii); in V. Eligii necessitudo quaedam inter illud et Passionale maius Sangallense intercedit, in V. Landiberti cum Romano Palat. n.* 846 *saec. X. Vitae Amandi textum exhibet e duobus libris conflatum.*

Legendarium autem illud Treverense, si non in coenobio S. Maximini, at certe pro monachis eius c. a. 1235. *compòsitum*[2], *olim e novem voluminibus constabat, quorum ultimum latet, dum ceterae partes hoc modo distractae sunt*[3]*:*

Ianuarius	*Parisiensis n.* 9741
Febr., Mart., April. *Maius* *Iunius et Iulius*	*Treverenses bibl. urb. n.* 1151 *(Num. loc.* 453—455*)*
Augustus	*Parisiensis n.* 9742
September	*Treverensis semin. cler. n.* 35
October	*Treverensis bibl. urb. n.* 1151 *(Num. loc.* 456*)*
November	*Treverensis semin. cler. n.* 36.

Huius legendarii rationes cum fontibus codicis Salisburgensis vetusti et librorum Mettensium intercedentes supra commemoravi. Praeterea similes textus traditi sunt in codice ipsius coenobii S. Maximini saec. XI (Gandav. n. 307*: V. Trudonis, Eucherii), S. Martini Treverensis saec. XI (Trever. n.* 1384*: Passio Leudegarii), Springirsbacensi illo (v. supra), Cusano saec. XI. in. (Bruxell. n.* 7882*: V. Sulpicii), Himmerodensi saec. XIII. in. (Londin. Addit. n.* 36737*: V. Bonifatii), Leodiensi saec. XII (Bruxell. n.* 9289 *et* 9290*: V. Amantii, Bibiani), S. Remigii Remensis saec. XI (Vatic. Reg. n.* 561*:*

1) *Collectio S. Bartholomaei Francofurtensis a.* 1356 *(Francofurt. S. Barthol. n.* 2—5*)* gesta sanctorum registri Moguntini *continens, quae adhuc accuratius non examinata est, aliquatenus cum codice originis Mettensis Paris. n.* 5308 *coniuncta videtur esse, quantum e Passione Acaunensium martyrum et V. Odiliae concludere licet; V. Bonifatii e libro Carlsruhensi inter Augienses n. CXXXVI pendet, textu ad alios codices emendato.* 2) *Cf. A. Chroust, Monumenta palaeographica, Series II, vol. I, fasc.* 6, *ad tab.* 5 *(=* 295*), ubi annus* 1243. *errore pro* 1234. *substitutus est.* 3) *De legendario S. Maximini egit B. Krusch, 'N. Arch.' XVIII,* 618 *sqq.*

(V. Gangulfi), Remensi n. 1408 *saec. XIII. in. (Acta Afrae), Bernensi n.* 24 *saec. XI (Passio Sigismundi), Mettensi S. Arnulfi saec. XI (Mett. n.* 523*: V. Columbani I), Parisiensi n.* 5308 *ex eadem regione oriundo, de quo supra egi, atque pro vestigio commercii Mettensis etiam V. Sigolenae habeam, quae Mettis imprimis colebatur*[1]. *Accedit codex Weissenburgensis saec. X (Bruxell. n.* 7984*: Passio Iuliani, Acaun. mart., V. Gaugerici, Columbani II,* 1—6, *Fursei), cui Bruxellensis n.* 8518—20 *saec. X. adiungendus est fortasse ex eodem coenobio originem ducens (V. Columbani II,* 7—10*), tum Halisbrunnensis saec. XIII. in. (Erlang. n.* 321*: V. Lulli), Salisburgensis (Vindobon. n.* 430*: V. Medardi, Aviti), Passionarium maius Sangallense (Vitae eaedem et Germani Paris.), denique codex Werthinensis saec. X (Beuron. n.* 1229*: Vita III. Liudgeri). Potissimum igitur monachi S. Maximini regiones propinquas dioecesium Treverensis et Mettensis adierunt; alios textus a Weissenburgensibus nacti esse videntur, quibus etiam nisi fallor eas Vitas debuerunt, quae necessitudine quadam cum libro Sangallensi et Salisburgensi coniunctae sunt. Vestigia textuum conflatorum in V. Germani Paris. apparent. — Codex Londiniensis inter Harleianos n.* 3597 *e legendario S. Maximini a.* 1475. *descriptus est.*

In dioecesi Treverensi etiam alterum Legendarium amplum saeculo XIII. ineunte aderat, XII. ut videtur compositum, cuius duo exemplaria supersunt, quorum unum in parte dioecesis Transrhenana in coenobio Arnsteinensi ad Lahn fluvium a. 1139. *condito exaratum hodie Londinii (Harley n.* 2800—2802*) asservatur, alterum iam Bruxellense e loco ignoto originem duxit. In universum compilator ordinem kalendarii secutus est, quamquam Vitae nonnullae minus recte positae sunt, tria volumina ita distinguens:*

	Londin. Harley n.	*Bruxell. n.*
Ian. — Iun. 8	2800	207—208
Iun. — Sept.	2801	98—100
Oct. — Dec.	2802	206

Quidam textus in hoc illoque exemplari inserti aut omissi (in Londin. deest V. Aviti Aurel.; in Bruxell. V. Servatii, Columbani lib. I, Audoini, Willibrordi), atque in Bruxellensi Vitae aliquanto magis iuxta ordinem dierum dispositae sunt. Auctor in fontibus colligendis saeculum XI. non transgressus Vitas admisisse non videtur recentiores quam Agilolfi et Heriberti praesulum Agrippinensium, Adalheidis abbatissae Vilicensis, Lamberti auct. Sigeberto, cum Vitam Thomae archiepiscopi Cantuariensis in calce exemplaris Londiniensis neque vero Bruxellensis extantem a collectione primigenia abfuisse crediderim, atque potissimum Vitae illae Agilolfi, Heriberti, Adalheidis ostendere videntur, eam haud ita longe a finibus dioecesis Coloniensis compositam esse. Auctor in Vitis describendis singulis exemplaribus contentus non erat, sed duo plurave conferenda curavit, ita ut lectiones diversi generis saepius commiscens (V. Germani Paris., Galli, Leudegarii, Odiliae, Bonifatii) specimina diligentiae potius quam iudicii dederit, etsi textum libri I. Vitae Columbani conflatum minus ad ipsum retulerim quam ad praedecessores, cum textus eiusdem generis etiam in aliis codicibus dioecesis Treverensis exhibeatur velut S. Mathiae saec. XII (Trever. bibl. cath. n. 93[a]*) et Himmerodensi saec. XIII (Paris. 'Nouv. acq. lat.' n.* 1836*), atque fortasse idem iudicandum est de V. Willibrordi, cuius textus contaminatus etiam in codice Hamburgensi inveniatur saec. demum XVI. exarato, sed ex exemplari ut videtur Epternacensi descripto. Eiusdem regionis originem textus ostendunt affinitate quadam cum legendario illo S. Maximini coniuncti (V. Maximini Trever., Bibiani, Sollemnis, Aviti Aurel., lib. II. V. Columbani, Lupi Senon., Galli, Lamberti auct. Sigeberto, Gangulfi, Bonifatii, Liudgeri). Finitimis ecclesiis monasteriisque, codicibus deperditis usus, auctor etiam eas Vitas*

1) *Cf. ea quae 'N. Arch.' XXXV,* 219 *sq. exposui.*

debuisse videtur, quarum necessitudinibus iam ad partes remotiores ducimur. Legendarii Salisburgensis saec. IX (Vindobon. n. 420) similitudinem (V. Germani Autissiod., Audoini, Filiberti) ita explicandam esse supra p. 535. conieci, idque inde confirmatur, quod partim iidem textus aeque atque alii etiam ad codices partium Rheni inferiorum (Berolin. Ms. theol. Fol. 730, Bruxell. n. 380—382, Colon. n. 164^a*, Hag. L. 29, Ultraiect. S. Salvatoris deperd.) accedunt, de quorum rationibus infra agendum est, aut saltem lectiones eiusdem familiae aliis se immiscent (V. Servatii, Galli, Leudegarii, Audoini, Filiberti). Cum libris Leodiensibus conveniunt V. Germani Paris. (Colon. n. 163, olim S. Iacobi, saec. XI/XII) et Gaugerici (Bruxell. n. 9636, olim S. Laurentii, saec. XII), neque minus Passioni Leudegarii lectiones eiusdem regionis insunt (Bruxell. n. 14650—59). Codicibus Sangallensibus V. Lupi Trec. (Turic. C. 10. i) et Richarii (Sangall. n. 563), quibuscumque mediis, vinculo quodam conexae sunt. Denique Vita et Virtutes Fursei eodem modo compactae in codice Turonensi saec. X (Paris. n. 5604) leguntur, atque lectiones originis Francogallicae etiam Vitae Germani Paris. illatae sunt.*

Cum hoc legendario alterum minus amplum maxima necessitudine coniunctum est, quod Rhenanum dixerim, cum exemplaria eius saec. XIV. et XV. in regionibus Rheni mediis orta sint, quorum tria comperta sunt partes collectionis hoc modo exhibentia, nisi quod Duesseldorfense hodie initio mutilum a Kalendis Ianuariis neque a Nativitate Domini inchoabat:

Dec. 25 — Iul. 31	—	*Bonn. S. 369, saec. XIV, fol. 1—353*	*Duesseldorf. C. 10 b, saec. XV.*
Aug. 1 — Dec. 24	*Confluent. n. 5, saec. XIV, fol. 74—345*	—	—

Exemplar Confluentinum a Godefrido de Andernacho cappellano in ecclesia Münstermaifeldensi prope Mayen conscriptum est; nescio an origo libri Bonnensis fortasse regioni Coloniensi potius attribui liceat. Legendarium autem Rhenanum ita cum Arnsteinensi et Bruxellensi convenit, ut illud totum fere in his contineatur, cum multae Vitae ibi absint, quas hi habent, cum aliae tum Maximini Trever., Lupi Trec. et Senon., Bibiani, Sollemnis, Germani Paris., Aviti Aurel., Gaugerici, Columbani lib. II, Walarici, Richarii, Audoini, Filiberti, Liudgeri, Adalheidis Vilic. At textus plurimi et in hac et in illa collectione eodem fere modo conscripti et dispositi sunt, atque exemplar Rhenanum primigenium e fonte Arnsteinensis et Bruxellensis haustum esse quam vice versa fontem eorum fuisse statuere malim. Necessitudinis artissimae exempla praebent Passio Acaun. mart., Vitae Germani Autissiod., Columbani lib. I, Galli, Leudegarii, Lamberti auct. Sigeberto, Corbiniani, Willibrordi, Gangulfi, Bonifatii, neque textus adeo multos deprehendi in legendariis discrepantes, siquidem Rhenanum formam Vitae Fursei aliam exhibet, Vitam Genovefae A neque C, Vitam Goaris antiquam neque opus Wandalberti, quod in Londiniensi et Bruxellensi legitur, atque textus V. Fursei Rhenanus ad codicem S. Martini Maioris Coloniensis saec. XIII (Duesseldorf. C. 10 a) accedit, cuius lectiones etiam in Vita Odiliae apud compilatorem Rhenanum conspiciuntur, cui non solum exemplar collectionis amplioris, sed ex parte saltem etiam alios textus praesto fuisse inde manifestum est.

Legendariis dioecesis Treverensis rationibus quibusdam ampla collectio coniuncta est, quae paulo post saeculum XV. medium (c. a. 1459) in monasterio Canonicorum Regularium Bodecensi in dioecesi Patherbrunnensi sito Arnoldo de Holte priore (1449—64)[1]

1) *De quo cf. E. Schatten, 'Kloster Böddeken und seine Reformtätigkeit im 15. Jahrhundert' ('Geschichtliche Darstellungen und Quellen' ed. L. Schmitz-Kallenberg IV), Monasterii 1918, p. 24 sqq.*

iubente compilata est. Antiquitus duodecim volumina complectebatur ad singulos menses pertinentia, e quibus quinque supersunt:

1) *Ianuarius: Monasteriensis bibliothecae n.* 214, *vol. I* (20),
2) *Aprilis: eiusdem vol. II* (21), 3) *Maius: eiusdem vol. III* (22),
4) *September: eiusdem vol. IV* (23), 5) *October: Brenkensis n.* 7,

quae H. Moretus socius Bollandianus diligentissime descripsit, idemque ea quae e partibus deperditis exscripta inter collectanea Bollandiana servata sunt aliaque vestigia collectionis sollerter congessit[1]. *Canonici illi Bodecenses, ut inde ab a.* 1430. *congregationi Windesheimensi coniuncti erant studia litterarum non neglegenti, Vitas sanctorum multas congregaverunt neque vero textus quocumque modo traditos iterare satis habebant, sed eos passim retractabant atque expoliebant, sermone plus minus immutato*[2], *id quod et Vitae aliae ostendunt et nonnullae a nobis editae (cf. supra II,* 364. *III,* 552. *V,* 270, 582, *n.* 4. *VI,* 54, 341, 551. *VII,* 307, 349*), neque solo arbitrio proprio in ea re utebantur, sed etiam textus diversos conflabant, ita ut Vitam Haimhrammi B ex A interpolarent atque vel trium Vitarum Landiberti partes componerent. Textus autem, qui eis praesto erant, partim legendario S. Maximini necessitudine quadam coniuncti erant (V. Lupi Senon., Amati, Romarici, Adelphii, Remacli, Lulli), alii legendario Arnsteinensi et Bruxellensi (V. Germani Paris., Walarici, Fursei, Corbiniani et fortasse V. Columbani II,* 11—22*), atque iam H. Moretus monuit, in dioecesi Treverensi duo monasteria a Bodecensibus congregationi Windesheimensi subditis reformata esse*[3], *scilicet monasterium B. Mariae in Insula (Niederwerth) prope Confluentes in ea parte dioecesis situm, unde legendaria Arnsteinense et Rhenanum originem duxerant, et Clusam Eberhardinam (Eberards-Clausen) a Treveris minus remotam, cuius monasterii codices (Trever. n.* 788 *et* 1216*) in V. Willibrordi proxime ad legendarium S. Maximini accedunt, ita ut vel ea de causa absque difficultate exemplaria librorum ex his regionibus nancisci possent more apud Fratres vitae communis et Windesheimenses usitato*[4]. *Vitam Aldegundis habebant eandem, quae in collectione Francofurtensi a.* 1356. *legitur (cf. VI,* 82, *n.* 3*); vestigia legendarii magni Austriaci Vitis Richarii et Corbiniani impressa videntur. Codices hagiographicos minores, quos paulo ante ipsi comparaverant, ad magnum legendarium conficiendum ab eis adhibitos esse consentaneum est, ita ut V. Ursmari et Erminonis e codice proprio iam Monasteriensi n.* 217 *iterarent, qui in his cum Coloniensi n.* 164 *et Ultraiectensi S. Salvatoris facit sicque et ipse, nisi admodum fallor, cum studiis Windesheimensibus coniunctus est.*

Textus enim haud pauci eiusdem generis saec. XV. in coenobiis cum aliis Germaniae inferioris tum Ultraiectensibus atque imprimis Canonicorum Regularium occurrunt, quos ita propagatos esse e commercio illo litterarum explicaverim. Codices autem hi eos continent:

1) *Ultraiectensis S. Salvatoris deperditus, quo Bollandiani saepius usi sunt,*
2) *Ultraiectensis n.* 390, *a.* 1421 *(Carthusiensium Ultraiect.),*
3) *Ultraiectensis n.* 391, *vol. II. et III, a.* 1424. *et* 1426 *(Carthusiensium Ultraiect.),*
4) *Ultraiectensis n.* 394, *a.* 1463 *(Canonicorum Regularium Ultraiect.),*

1) *H. Moretus, De magno legendario Bodecensi (Analecta Bollandiana XXVII,* 1908, *p.* 257—358*).*
2) *Cf. ib. p.* 265. 3) *Ib. p.* 263. *Cf. Iohannem Busch, De reformatione monasteriorum c.* 32 *(ed. Grube, 'Geschichtsquellen der Provinz Sachsen' XIX,* 1886, *p.* 490*); J. G. R. Acquoy, 'Het klooster te Windesheim' III,* 1880, *p.* 123, 149 *sq.; E. Schatten l. l. p.* 37 *sqq.* 59 *sqq.* 4) *Cf. Acquoy l. l. I,* 140 *sq. II.* 193 *sqq.; K. O. Meinsma, 'Middeleeuwsche Bibliotheken', Amstelodami* 1902, *p.* 134 *sqq.; H. Vonschott, 'Geistiges Leben im Augustinerorden am Ende des Mittelalters' ('Historische Studien' ed. Ebering* 129*),* 1915, *p.* 86 *sqq.* 117 *sqq.; L. Schmitz-Kallenberg, 'Über Handschriftenkäufe des Klosters Böddeken' ('Zentralblatt für Bibliothekswesen' XXXI,* 1914, *p.* 163—168*); Moretus l. l. p.* 264.

5) *Bruxellensis n.* 8059, *saec. XV (S. Pauli Ultraiect.)*,
6) *Hagensis L.* 29, *a.* 1461 *(Tertiariarum in Weesp)*,
7) *Bruxellensis n.* 380—382, *saec. XV* (monasterii Canonicorum Regularium Vallis S. Martini in Lovanio, collatus eidem a fratribus Swollensibus in subsidium fundationis prime, *quae a.* 1447. *facta est)*,
8) *Coloniensis Wallraf. n.* 164, 164[a], 164[b], *a.* 1463 (monasterii Corporis Christi Canonicorum Regularium in Colonia),
9) *Berolinensis Ms. theol. Fol.* 730, *post a.* 1473,
10) *Bonnensis S.* 367, *saec. XV. in. (Werthinensis)*,
11) *Monasteriensis n.* 217, *saec. XV (Canonicorum Regularium Bodecensium)*,

ita ut domus capitulo Windesheimensi subditae haud exiguam partem horum librorum possederint, monasteria Canonicorum Regularium Ultraiectense[1], *Swollense*[2], *Lovaniense*[3], *Coloniense*[4], *Bodecense; accedit coenobium Carthusiensium Ultraiectense similibus studiis deditum*[5], *atque etiam commemoraverim, Vitas Lebuini sancti Daventriae culti et priorem et alteram ab Hucbaldo compositam non traditas esse nisi in codicibus aut eisdem*[6] *aut aliis eiusdem saeculi et regionis atque imprimis Canonicorum Regularium, id quod non mirum est consideranti Daventriae Gerardum Magnum laborasse, ad cuius studia 'devotionis modernae' initia et Fratrum communis vitae et congregationis Windesheimensis referenda sunt*[7]. *E codicibus igitur supra enumeratis modo duo modo plures textus simillimos Vitarum sine dubio et aliarum continent et harum:*

1. 2. 5. 6. 8 *Vita III. Bonifatii (cf. p.* 541, *l.* 16*)*,
1. 6. 7. 9 *V. Frederici Traiect.*,
2. 4. 6. 8 *V. Columbani lib. I*,
2. 5. 6. 8 *V. Remigii*,
2. 6. 7. 9 *V. Germani Autissiod.*,
2. 6. 8. 10 *V. Landiberti B*,
6. 7. 8. 10 *Vita II. Servatii*,
1. 6. 8 *V. Sollemnis, Leudegarii C*,
1. 6. 9 *V. Audoini*,
1. 7. 8 *Vita II. Bonifatii*,
1. 8. 11 *V. Ursmari, Erminonis*,
2. 6. 7 *V. Odulfi*,
2. 6. 8 *V. Galli (epitome eius in* 5 *legitur)*,
1. 3 *Vitae II. Condedi, III. Landelini, IV. Bertuini*,
1. 8 *Passio Floriani, V. Aviti*,
2. 6 *V. Himerii*,
2. 9 *V. Amandi*,
3. 6 *V. Severini Burdegal.*
5. 6 *V. Willibrordi*,
6. 7 *V. Arnulfi Mett.*,
6. 8 *V. Bavonis auct. Theoderico*,
7. 8 *V. Gangulfi*,
7. 9 *V. Filiberti*,

1) *Domus B. Mariae et XII Apostolorum; cf. Acquoy l. l. III*, 18; *Meinsma l. l. p.* 150 *sqq.*
2) *Bethlehem; Acquoy III*, 15.
3) *Cf. ib. p.* 151.
4) *Ib. p.* 134.
5) *Cf. Meinsma l. l. p.* 154 *sqq.; cf. p.* 134.
6) *Vita I. in codice* 6, *opus Hucbaldi in* 8 *legitur; codices hos et reliquos enumeravit A. Hofmeister, 'Über die älteste Vita Lebuini' ('Geschichtliche Studien Albert Hauck dargebracht', Lipsiae* 1916, *p.* 89, *n.* 1, *et p.* 92*)*.
7) *Cf. e. gr. post alios E. Barnikol, 'Studien zur Geschichte der Brüder vom gemeinsamen Leben' ('Ergänzungsheft zur Zeitschrift für Theologie und Kirche' XXVII), Tubingae* 1917, *p.* 14 *sqq.*

iisque codex a sororibus vici S. Gereonis Coloniensibus a. 1463. scriptus (iam F. Schultz professoris Stratoburgensis) adiungendus est, cui versiones Germanicae insunt Vitarum et aliarum et textus eiusdem V. Willibrordi et partis Vitae Severini. Vitas Bonifatii, Odulfi, Frederici, Bavonis in ipsis partibus inferioribus compositas e longinquo afferre non opus erat, V. Landiberti similis in Hagensi X. 118 legitur, V. Arnulfi in Leodiensi S. Laurentii (Bruxell. n. 9636); aliae Vitae e regionibus Germaniae superioribus pervenisse videntur, quibusvis exemplaribus intercedentibus, siquidem hic illic legendarium Arnsteinense (V. Servatii, Galli, Leudegarii, Audoini, Filiberti), S. Maximini (V. Galli; V. Bibiani in 8 recepta), codex S. Symphoriani Mettensis (Bern. n. 168: V. Amandi), passionarium 'maius' Sangallense (Turic. C. 10. i: Passio Floriani, V. Germani Autissiod., Aviti, deinde V. Carileffi in 8 tradita) et alter codex Sangallensis (n. 454: V. Severini) affinitate quadam cum libris illis coniuncti sunt. V. Columbani cum codice Berolinensi Ms. theol. Lat. Oct. 162 fortasse in regione Magdeburgensi a. 1204. scripto facit, Vita II. Bonifatii praeterea in Gothano I, 64 (saec. XIV) tradita est, denique textus Vitarum Ursmari et Erminonis ad librum coenobii Cistertiensium Iorevallensis in Anglia siti (Dublin. n. 171 saec. XIII/XIV) accedit, cum codex 5 Vitam III. Bonifatii talem exhibeat, qualis fere in Epternacensi (Paris. n. 10870) extat, Compendiensi deperdito accedente, at codicibus 2. 6. 8 exemplar paulo diversum iterantibus. Etiam scriptores horum librorum, exemplaria proposita conferentes, lectiones aliorum codicum aliis intulerunt, testibus Vitis Filiberti et Germani, in qua vestigia si non plurium, at quattuor librorum conflatorum deprehenduntur, atque sermo Vitarum Sollemnis et Willibrordi quam maxime retractatus et immutatus est.

Congregationi Windesheimensi etiam monasterium Rubeae Vallis in Zonia prope Bruxellas situm (Flandricis Rooklooster) adiunctum erat, e cuius Canonicis Regularibus Iohannes Gielemans fuit, a. 1487. defunctus, Vitarum sanctorum compilator indefessus. Opera eius a Bollandianis diligenter descripta[1] excutere in universum nostrum non erat, atque unum Hagiologium Brabantinorum inter a. 1476. et 1484. compositum (Vindobon. bibl. imperat. priv. n. 9363) hic illic adhibuimus, ita ut fontes eius investigandi occasio non data sit; eum quoque in textibus constituendis libertate satis magna usum esse et antea compertum erat et ipsi vidimus. Neque alterum legendarium adhuc accuratius examinatum est, quod Antonius Gentius canonicus eiusdem monasterii, qui a. 1543. obiit, conscripsit, quattuor volumina constituens, e quibus secundum desideratur, tria Bruxellis (n. 11986, 982, 11987) hodie asservantur[2]. Cum legendario Flandrensi, de quo infra egi, in V. Columbani et Filiberti convenit, in illa ad exemplar Valcellense (Bruxell. n. 7461), in hac ad Claromariscense (S. Audomari n. 716) propius accedens; inter Vitas Fontanellenses opuscula de Condedo et Eremberto perrara nactus erat, quae fortasse una cum reliquiis sanctorum saec. IX, Normannis ingruentibus, e regionibus Sequanae adiacentibus in partes Flandriae deportata erant[3]. In textibus describendis verba tradita magis servasse videtur quam Bodecenses illi et Gielemans collega.

Codices Leodienses S. Iacobi (Colon. Wallraf. n. 163) et S. Laurentii (Bruxell. n. 9636/37) saec. XI/XII. textus similes, etsi in Laurentiano nimis neglegenter redditos, continere (V. Servatii, Bavonis, Erminonis), in coenobiis vicinis non mirum est, textusque communis Vitae Erminonis cum codice S. Bertini (S. Audomari n. 791 saec. X)

1) Analecta Bollandiana XIV, 1895, p. 5—88; Anecdota ex codicibus hagiographicis Iohannis Gielemans, Bruxellis 1895. Cf. Poncelet, 'Le légendier de Pierre Calo', l. l. p. 10. et 39 sqq. 2) Voluminum indicem praestitit I. Van den Gheyn, 'Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque Royale de Belgique' V, 1905, p. 229—241 Cf. 'N. Arch.' II, 244 sqq. 257 sqq.; Analecta Bollandiana VI, 1887, p. 31—34; Poncelet l. l. p. 13. 3) Cf. 'N. Arch.' XXV, 607. XXVII, 494 sqq.

convenit; uterque etiam necessitudine quadam cum legendario Arnsteinensi coniunctus est, ille in V. Germani Autissiod. et Paris., hic in V. Gaugerici ad exemplar eius Londiniense aut Bruxellense aliquatenus accedens. Codex S. Iacobi praeterea cum libro S. Amandi (Paris. n. 5568 *saec. X/XI: V. Fursei) et Cameracensi (n.* 864 *saec. XI) atque Lobbiensi (Bruxell. n.* 18018 *saec. XII: V. Remacli) facit. Codex S. Laurentii Vitas Trudonis et Eucherii continet descriptas e libro S. Iacobi (iam Hagensi musei Meerm.-Westreen. n.* 5*) saec. IX, Vitas Vedastis, Amandi, Ansberti ratione quadam conexas cum Bruxellensi n.* 7487—91 *saec. XIII, V. Goaris cum codice S. Audomari saec. XII (S. Audomari n.* 715, *vol. IV), V. Lupi Senon. cum legendario S. Maximini et codice Mettensi (Paris. n.* 5308*), V. Arnulfi cum Parisiensi n.* 11749 *saec. XI; denique in V. Rigoberti cum Compendiensi saec. X/XI (Paris. n.* 17625*) convenit, qui alibi cum Cusano saec. X/XI (Bruxell. n.* 7882*: V. Genovefae) et Sangermanensi saec. XI (Paris. n.* 11749*: V. Fursei) quodammodo coniunctus est, ut est Compendiensis, inter Galliam et Germaniam medius. Monachi Carthusienses Ultraiectenses, dum c. a.* 1424. *legendarium totius anni conficiunt, cui imprimis epitomae insunt et cuius pars altera* de secundo volumine Passionalis dominorum ecclesie Traiectensis *sumpta esse dicitur (Ultraiect. n.* 391*), V. Erminonis et Rigoberti admiserunt tales, ut e codice illo S. Laurentii Leodiensis aut simillimo eas pendere statuendum sit; epitome V. Sollemnis cum legendario S. Maximini facit, V. Amati cum codice illo Mettensi (Paris. n.* 5308*), de V. Severini Burdegal. supra p.* 540, 38. 541, 11. *egi.*

Saeculo XII. magnum legendarium quod Flandrense nominaverim compositum est, quod integrum non servatum est, sed partes haud exiguae supersunt ad quattuor exemplaria pertinentes:

1*) Exemplar monasterii Thosani (Ter Doest) prope Lisseweghe in Flandria occidentali siti, saec. XIII, iam Brugense n.* 403 *et n.* 404; *insunt*[1]

- *a) Brugensi n.* 403 *Ianuar.* 28—*April.* 4 *(fol.* 1—172*), deinde textus* 4 *mensium aliorum,*
- *b) Brugensi n.* 404 *August.* 10—23 *(fol.* 1—48*), deinde Vitae complurium mensium (velut Winwaloei, Vulframni, Gerulfi), quae in exemplari* 2 *iam iuxta ordinem dierum suis locis positae sunt.*

2*) Exemplar monasterii S. Mariae de Claromarisco (hodie Clairmarais, dép. Pas-de-Calais, arr. et cant. Saint-Omer), saec. XIII, iam codex S. Audomari n.* 716, *antea octo volumina complectebatur, e quibus primum, tertium, quartum desunt; reliqua iam antiquitus perierunt. Insunt*

- *a) vol. II. Febr.* 2—*April.* 28 *(adsunt Vitae quae in* 1 *alio loco positae sunt aut iam desiderantur et aliae et Pharaildis, Dewi, Winwaloei, Patricii, Irenaei, Reguli),*
- *b) vol. VII. Iun.* 29—*Iul.* 30,
- *c) vol. VI. Iul.* 31—*August.* 25,
- *d) vol. V. Sept.* 21—*Octob.* 25 *(fol.* 1—155*), deinde* 4 *textus alii,*
- *e) vol. VIII. Octob.* 28—*Novemb.* 29, *deinde Vitae Vigoris et Maxelendis, quae in* 1 *(V. Vigoris etiam in* 4*) loco magis congruo insertae sunt. Pauci textus absunt, qui in* 3 *et* 4 *leguntur, e. gr. Vita II. Aniani; soli exemplari* 2 *praeter Vitam II. Winnoci etiam Vita I. et Miracula primigenia eiusdem inserta sunt.*

1) *Cf. Analecta Bollandiana X, p.* 458 *sqq. Exemplari Thosano tum integro aut simili fortasse usus est Aegidius de Damme monachus coenobii Dunensis (†* 1463*), unde Thosanum originem duxit, cuius 'Collectaneum martyrologii sanctorum' in Sanctilogio Iohannes Gielemans (cf. supra p.* 541*) exscripsit; cf. Poncelet, 'Le légendier de Pierre Calo' (l. l. p.* 38 *sqq.) et ea quae coniecit G. Brüning, 'Adamnans Vita Columbae' ('Zeitschrift für celtische Philologie' XI,* 2, 1916, *p.* 270 *sq.).*

3) *Exemplar monasterii S. Mariae de* Valcellis *prope Cameracum siti (hodie* Vaucelle*), saec. XIII, hodie Bruxellis asservatur. Insunt*

a) *Bruxellensi n.* 7460 *Octob.* 1 — *Novemb.* 3 *(loco, quem V. Vulframni in* 2, *vol. V, occupat, V. Basoli posita est; in calce quoque duo textus alio loco extant atque in* 2 *aut* 4*),*

b) *Bruxellis n.* 7461 *Novemb.* 6 — *Decemb.* 25. *Textus nonnulli desunt, quos* 2 *et* 4 *exhibent.*

4) *Exemplaris monasterii* Marcianensis *inter Duacum et oppidum S. Amandi siti (hodie* Marchiennes, *dép. Nord, arr. Douai) unum volumen superest, iam codex Duacensis n.* 838, *saec. XIII (Octob.* 28 — *Ianuar.* 1)[1]. *Denique*

5) *codex* Compendiensis *deperditus, quo Mabillonius usus est, exemplar eiusdem collectionis fuisse videtur; Vitae, de quarum condicione mihi constat, mensium Octobris et Novembris fuerunt.*

Itaque quae supersunt, ea hac tabula componi possunt, neglectis eis quae transposita sunt:

Brugenses	*Codex S. Audomari n.* 716	*Bruxellenses*	*Duacensis*
*n.*403*: Ian.*28—*Apr.*4 *Febr.* 3—*Apr.* 4*:* *fol.* 31—172	*vol. II:* *Febr.* 2—*Apr.* 28 = *fol.* 1—179′		
	vol. VII: *Iun.* 29—*Iul.* 30		
n. 404 *Aug.* 10—23*: fol.* 1 -48	*vol. VI:* *Iul.* 31—*Aug.* 25 = *fol.* 80—137′ *(n.* 23—42*)*		
Oct. 1—25*:*	*vol. V:* *Sept.* 21 — *Oct.* 25 *fol.* 38—155	*n.*7460*: Oct.*1—*Nov.*3 = *fol.* 1—112′	
Oct. 28—*Nov.* 3*:*	*vol. VIII:* *Oct.* 28 — *Nov.* 29 *pars prior*	= *fol.* 112′—163′	*n.*838*: Oct.*28—*Ian.*1
Nov. 6—29*:*	*pars posterior*	*n.*7461*: Nov.*6—*Dec.*25 = *p.* 1—197	

De exemplaribus eiusdem collectionis agi, et ordo partium congruarum demonstrat et genus textuum idem apparens, ubicumque accuratius examinatum est, scilicet in Vitis Vigoris (3, 4, 5; *cf. AA. SS. Nov. I,* 287), *Columbae Hiensis* (2, 3, 5; *cf. Brüning l. l.*), *Columbani* (2, 3, 4, 5), *Dagoberti I* (2, 3), *Richarii* (2, 3, 5), *Bavonis* (2, 3), *Faronis* (2, 3, 4), *Leudegarii* (2, 3), *Filiberti* (1, 2), *Trudonis* (2, 3), *Hugberti auct. Iona* (2, 3, 4; *cf. AA. SS. Nov. I,* 764), *Willibrordi* (2, 3, 4, 5), *Brunonis Coloniensis* (2, 3), *Canuti* (1, 2; *cf. M. C. Gertz, Vitae sanctorum Danorum,* 1908—12, *p.* 46), *Arnulfi Suessionensis* (1, 2; *cf. SS. XV,* 874). *Exemplaria Valcellense et Marcianense post Thosanum et*


1) *Cf. Analecta Bollandiana XX, p.* 389 *sqq.*

Claromariscense collocanda esse, et e Vitis transpositis cognoscitur et e lectione Vitae Columbani I, 1, quam B. Krusch (Ionas p. 82. de voce Deus *inserta) attulit. Legendarium in Flandria aut locis vicinis conditum esse, textus admissi complures non minus suadent quam patriae codicum 1—4; de monasterio quodam huius regionis Cistertiensium cogitaverim, fortasse Dunensi (Ter Duyn), cum Thosani, Claromariscenses, Valcellenses ordini eidem adscripti fuerint atque monasterium Claromarisci a. 1140, Thosanum a. 1174. de coenobio Dunensi deductum sit. Quod ad aevum attinet, Miracula Donatiani post a. 1096. composita, Miraculum Amandi a. 1107, Passio Canuti († 1086) auct. Aelnotho (c. a. 1120), Vita Arnulfi episcopi Suessionensis († 1087) auct. Hariulfo (1121), denique Passio Karoli comitis Flandriae († 1127) paulo post necem eius a Waltero archidiacono Tarvanensi conscripta legendario insunt, Miracula Agnetis et Burgundofarae Turonensia a. 1141. in exemplaribus saltem 2 et 4 (neque vero in 3) leguntur, at Vita Bernardi abbatis in ipsis libris Cistertiensium desideratur, ita ut collectionem saeculo XII. medio aut paulo ante compositam esse statuerim. Auctor, qui hic illic textus propositos conflavit (Acta Afrae, V. Columbani, Amandi, Filiberti), imprimis ecclesias coenobiaque finitima adiit; convenit cum codicibus S. Bertini in Gestis Dagoberti I (cod. S. Audomari n. 342 bis), Columbani (Hag. X, 73), Walarici (Bonon. n. 106), Amandi (S. Audomari n. 715, vol. I), Filiberti (Bonon. n. 106), Ansberti (S. Audomari n. 764 et 715, vol. I), Vulframni (S. Audomari n. 765), Vita I. et Miraculis Winnoci (Bonon. n. 107), cum libris S. Audomari in V. Haimhrammi (S. Audomari n. 715, vol. II) et Goaris (ib., vol. IV), in qua codex S. Laurentii Leodiensis (Bruxell. n. 9636) accedit. Liber S. Donatiani Brugensis adhibendus est in Passione Karoli comitis, S. Bavonis in V. Bavonis (Gandav. n. 308), S. Amandi in V. Amandi (Valentian. n. 607), Vaticanus Reg. n. 488 in V. Richarii, Bruxellensis n. 9120 in V. Trudonis. Praeterea comparari possunt codices S. Ebrulfi (Alention. n. 14: V. Willibrordi), Augustodunensis (Montepess. H. 55: Acta Afrae), Lingonensis (ib. n. 156) et Remensis (Rem. n. 1403: Passio Acaun. mart.), Mettenses (Paris. n. 5294 et 5308: V. Arnulfi), legendaria Springirsbacense et S. Maximini cum codice Sangallensi veteri (n. 563: V. Leudegarii), alter liber Sangallensis (n. 559: V. Vedastis), denique Berolinensis theol. Lat. oct. 162 fortasse e regione Magdeburgensi oriundus a. 1204 (Pass. Kiliani); sed ut inter libros enumeratos sunt nostro legendario posteriores, ita in universum vix monitu opus est, de codicibus agi similibus, sed quot libri inter fontes et ipsum legendarium medii exciderint, saepe ne divinari quidem posse.*

Legendarium S. T r u d o n i s *a. 1366. finitum, iam Leodiense n. 210 (antea n. 57 et 58), duo volumina complectitur, quorum prius a die 24. Iunii ad diem 9. Octobris, alterum inde ad diem 2. Februarii extenditur, cum tertium reliquam partem anni continens perierit. Ut terminus Purificationis Mariae (Febr. 2) cum legendario Claromariscensi convenit, ita magna pars contentorum, aliis sane omissis et additis, ad legendarium Flandrense referenda videtur esse, atque e Vitis perpaucis, de quibus instructi sumus, Filiberti cum codice illo Claromarisci arta necessitudine coniuncta est.*

Codices C a m e r a c e n s e s *saec. XI. n. 864 et n. 865 et inter se ex parte conveniunt (V. et Mirac. Remigii, V. Ettonis, Evurtii, Amandi, Ambrosii, Vita et Virtutes Fursei, V. Gregorii Lingon., Vita III. Gaugerici) et iisdem libris affinitate coniuncti sunt, scilicet S. Vedastis saec. X/XI (Atrebat. n. 189: V. Remigii), Londin. Egerton n. 2797 saec. XI (V. et Virt. Fursei), Londin. Cotton. Nero E. I et Oxon. Fell n. 4 et 1 saec. XI (uterque in V. Amandi, n. 864 in V. Bertini, n. 865 in V. Sulpicii); denique codex prior notae deterioris in V. Vedastis ad Bruxellensem n. 7487—91 saec. XIII. accedit, in V. Remacli ad librum S. Iacobi Leodiensis saec. XI/XII (Colon. n. 163) et Lobbiensem saec. XII (Bruxell. n. 18018), in V. Landelini ad codicem S. Gisleni saec. X. ex. (Bruxell. II, 975).*

Quod exemplum ostendit, qua via Vitae sanctorum ad Anglos pervenerint, scilicet per Flandriam et Galliam septemtrionalem. Legendarium autem totius anni in Anglia saeculo si non X, at XI. compositum est, e quo fonte hodie latente (A) tres rivi hoc modo fluxerunt:



Codicis Cottoniani Nero E. I pars primigenia (saec. XI), cui Cantabrigiensis Collegii Corporis Christi n. 9 (a pag. 61) inde a Kalendis Octobribus continuatur (item saec. XI), et Oxoniensis Fell n. 4, cui n. 1 adiungendus est (item saec. XI), artissima necessitudine inter se coniuncti, olim totum annum continebant, sed utraque collectio hodie parte extrema caret, utque Cantabrigiensi textus non desunt nisi pauci, ita exemplar Oxoniense duobus fere mensibus destitutum est; quae tamen Vitae in calce eius antiquitus extiterint, ex indice coaevo constat, qui in codice Fell n. 1, fol. 181, legitur, idemque necessitudinem cum Cantabrigiensi et cum libris iam commemorandis intercedentem ostendit. Vita Wandregiseli extra ordinem dierum in fine accesserat, quem locum in indice illo occupat aeque atque in codice Bodleiano n. 354, cum eum in Cantabrigiensi reliquerit, sine dubio in locum diei magis congruum transposita, quo in Cottoniano legitur.

Codex Bodleianus n. 354 (saec. XII), cui Vitae Octobris, Novembris, Decembris insunt, ex eodem legendario fluxit quo Cantabrigiensis et pars deperdita Fell n. 1; nam Vitae, quae in indice illo n. 118—161. recensentur et universae fere in Cantabrigiensi adhuc extant, omnes in Bodleiano leguntur, exceptis n. 125. 136. 141. 142 (V. Hugberti, Trudonis, Eligii, Sabini martyris), quae praeter V. Trudonem in fonte communi defuisse atque in exemplari quod a dixi accessisse videntur, eodem modo quo in Bodleiano (fol. 144—161') post n. 140. indicis textus ad Nicolaum Myrensem spectantes inserti sunt. Vita autem Trudonis potius in hoc omissa esse credenda est, cum in duobus codicibus iam laudandis apto loco inveniatur. Nam Herefordiensis P. VII. 6 (saec. XIII. in.) et Oxoniensis Fell n. 2 (saec. XII. ex.), qui Vitas Novembris et Decembris continent, ad idem legendarium referendi sunt, ita tamen, ut non ex ipso, sed ex exemplari eius (c) satis aucto hausti sint; ut enim Herefordiensi indicis illius (Fell 1) textus n. 129—150. omnes insunt, exceptis Passione Longini (n. 134) et Vita Eligii brevi (n. 141), quae etiam a Bodleiano n. 354 abest et cuius loco in Herefordiensi Vita amplior legitur, ita iis iam in exemplari c Vitae et aliae et Cuniberti, Edmundi, Columbani (lib. I), Walarici, Ebrulfi additae erant. Quibus rationibus intercedentibus, pars deperdita codicis Felliani ut e Cantabrigiensi, ita e tribus posterioribus suppletur.

Vitae nonnullae eiusdem affinitatis etiam in codice Cottoniano Tiberio D. IV (saec. XII) inveniuntur et aliae et Germani Paris. et Columbani, sed ordo earum ibi immutatus est. Vitae autem in legendariis illis traditae partim quidem e Gallia septemtrionali in Britanniam translatae sunt, cum textus accuratius excussi ad codices accedant Belgicos (Passio Leudegarii, V. Trudonis), Cameracenses saec. XI. n. 864 (V. Amandi, Fursei, Bertini) et n. 865 (V. Sulpicii, Amandi), S. Bertini saec. IX (V. Audomari B 1b in hoc coenobio tum composita) et X (S. Audomari n. 764: V. Winnoci) et in Vita Columbani ad codicem item S. Bertini saec. XI (Hagensem X, 73) et ad legendarium Flandrense (Bruxell. n. 7461 et S. Audomari n. 716), denique

alibi ad Gemeticensem saec. XI (Rotomag. n. 1384*: V. Fursei, Sulpicii), eaque ratio inde confirmatur, quod amplum spatium codicum illorum Anglicorum Vitis sanctorum regionis eiusdem Gallicae mari Britannico propinquae dicatum est (V. Vedastis, Gaugerici, Richarii, Amandi, Wandregiseli, Audoini, Iudoci, Audomari, Bertini, Winnoci, Trudonis, Landiberti).*

Etiam in alia legendaria Britannica exemplaria ex iisdem regionibus translata esse consentaneum est; e quibus codex Londiniensis Arundel n. 91 *saec. XII (Sept.* 21 *ad Nov.* 9*), qui in V. Winnoci cum collectione modo tractata maxime convenit, Vitam Willibrordi ita interpolatam exhibet, ut in legendario illo Flandriae legitur. Alia collectio magna saec. XII. totum annum complectens, e cuius quattuor voluminibus unum (Febr.* 9 *— Iun.) superest (Londiniensis Societatis de Gray's Inn n.* 3*), ne dicam de rebus insulae domesticis quae insunt, cum codicibus convenit et originis Britannicae (Cotton. Tib. D. III et Nero C. VII: V. Bonifatii) et Normannico (Havr.* 332*: V. Ansberti) et Andegavensibus (Escurial. &. III.* 26*: V. Albini; Andegav. n.* 308*: V. Germani Paris.), neque minus partes deperditae Vitas complectebantur et regionis Normannicae (V. Wandregiseli, Audoini) et Flandricae Belgicaeque (V. Vedasti, Amandi, Audomari, Bertini, Winnoci, Landiberti), immo collectionis auctor ultra progressus textus mutuatus est et tales, quales in partibus Rheni inferioribus postea inveniuntur (cf. supra p.* 539 *sqq.; Colon. Wallraf. n.* 164*: Passio Floriani, Bruxell. n.* 380—382*: V. Beati), et ex opusculis Acaunensibus non solum Passionem Sigismundi vulgatam nactus est, sed etiam Vitam abbatum primigeniam, quam ipse solus posteritati transmisit, atque spatium eiusmodi in commercio litterarum deprehensum cum condicione Angliae congruit inde ab aevo Normannico rebus continentis etiam magis implicatae.*

In Gallia, in quam iam redeundum est, imprimis legendarium magnum usu praevaluit, quod F r a n c o g a l l i c u m *vocaverim, saec. XII. completum, etsi praedecessores eius inde ab initio saeculi XI. occurrunt. Saeculo enim hoc ineunte, si non antea, legendarium iuxta ordinem dierum compositum est, cuius exemplar* F l o r i a c e n s e *eo tempore exaratum ex parte (a Nativitate Domini ad Idus Martias) adhuc servatur (Aurelian. n.* 331*). Quocum affinitate quadam coniuncti esse videntur codices saec. XIII. Gratianopolitanus n.* 1171 *(potissimum Ianuar.) et Parisiensis n.* 5311 *(Decemb.* 31 *— April.), etsi in iis Vitae aliae accesserunt, aliae desiderantur.*

Altero loco legendarium totius anni commemorandum est, quod Vitam Leudegarii auct. Frulando (c. a. 1041*) complectens non ante saec. XI. medium conscriptum est neque vero adeo post collocandum videtur esse, etsi unus codex* A r e m a r e n s i s *saec. XIII. exaratus (Trecensis n.* 7*) exemplar eius exhibet. Magis autem ad legendarium illud magnum Francogallicum iam codex S. Benigni* D i v i o n e n s i s *saec. XII/XIII. scriptus (Montepessul. H.* 30*) accedit, menses Augustum ad Decembrem continens atque quam maxime conveniens cum volumine quarto et initio quinti (ad fol.* 44*) legendarii Cisterciensis iam nominandi. Compilator autem Divionensis imprimis e legendario simili Aremarensi hausisse videtur, quippe cuius pars extrema (inde a n.* 63*) tota fere in Divionensi redeat, aliis sane Vitis accedentibus velut Columbani.*

Talis collectio Divionensis, cuius exemplar non nisi ex parte habemus, in magno legendario monasterii propinqui C i s t e r t i e n s i s *exscripta esse videtur*[1]*, novis Vitis in calce additis. Quod legendarium multo ante medium saeculum XII. compositum esse non potest, quippe quod non solum Vitam illam Leudegarii auct. Frulando et Vitas Theobaldi eremitae († 1066) et Roberti abbatis Casae Dei († 1067), sed etiam Hugonis I.*

1) *In codice S. Benigni Divion. saec. XI (Montepessul. n.* 238*) V. Eugendi similis legitur atque in collectione Cistertiensi.*

episcopi Gratianopolitani († 1132) contineat, quae Guigoni priori Carthusiensi († 1137) debetur. Tamen legendarium primigenium non iam superest; exemplar habemus hodie Divionense n. 638—642 e duabus partibus constans, cum volumina I—III. saec. XIII, quartum et quintum XII. exarata sint. Totum autem annum ita complectitur, ut Vitas sanctorum contineat volumen

I: a Nativitate Domini ad finem Ianuarii,
II: Februarii ad Aprilem,
III: Maii ad Iulium,
IV: Augusti ad diem 11. Novembris,
V: partem reliquam Novembris et Decembrem, denique (a fol. 44) supplementum, quod Vitas antea praetermissas a die 28. Iulii ad finem Octobris exhibet.

E quo legendario Cistertiensi — neque vero exemplari extante — legendarium Francogallicum saec. XII. vulgatum originem duxisse videtur, ita tamen, ut non solum Vitae illae ibi in calce suppletae (inter alias V. Samsonis, Lupi Trec., Memmii, Agili, Bertini, Audomari, Maurilii, Amati Habend., Goerici, Sadalbergae, Apollinaris) iam inter ceteras iuxta ordinem dierum suo loco insererentur, sed etiam, aliis codicibus evolutis, aliae Vitae (velut Melanii, antiqua Remedii, Honorati Arelat., Leobardi, Balthildis, Geretrudis, Ermenlandi, Deicoli, Magnobodi, Martini Vertav., Faronis, Leonardi) legendario priori accederent. In universum autem Vitae in legendario Francogallico eodem ordine sese subsequuntur quo in Cistertiensi, atque qui collati sunt textus utriusque (Passio Sigismundi, V. Eugendi, Columbani I. II, 1—10, Arnulfi, Filiberti, Vulframni, Aldegundis, Landiberti, Gangulfi, Vigoris[1], Samsonis) quam maxima affinitate coniuncti sunt[2], nisi quod textus Vitae Germani Paris. in exemplari quod quidem habemus Cistertiensi deterior est (5d[1]) Francogallico (4a.b), cum alibi Francogallicum textus exhibeat expolitos et interpolatos velut V. Boniti. Cuius rei etiam Vitam Genovefae afferre licet, cuius textus similis depravatus (4d.e.f) in codicibus modo laudatis Floriacensi, Parisiensi n. 5311, Aremarensi, Cistertiensi legitur, utque pro eodem textu in legendario Francogallico recensio Vitae eiusdem altera (B) substituta est, ita haec e codice eiusdem affinitatis fluxit[3] neque quantum video alibi tradita est nisi in legendario nostro aut codicibus cum eo coniunctis, ita ut nesciam an Vitam Genovefae in ipso legendario conficiendo in formam B redactam esse statuere liceat. Neque vero auctor collectionis novae solis copiis Cistertiensibus contentus erat, sed alias ut monui Vitas addidit, fontibus Gallicis usus, dumque in legendario Floriacensi Vita Praeiecti altera, in Cistertiensi Vita eiusdem prior legitur, auctor noster ita mediam viam tenuit, ut prologum prioris auctoris Vitae secundae praemitteret.

Etsi autem legendarium de quo agimus saec. demum XII. in formam vulgatam redactum est, tamen iam saec. XI. collectio extitit satis similis, nisi quod ei plures Vitae deerant cum aliae tum Eugendi, Gregorii Lingon., Boniti, Leobardi, Iohannis Reom., Aldegundis, Balthildis, cum ibi V. Genovefae B primum compareat et volumen unicum quod extat ad Ianuarium spectans Rotomagense n. 1381 (saec. XI), lacunis illis exceptis, omnino fere ad legendarium Francogallicum neque ad praedecessorem huius Cistertien-

1) C. de Smedt teste (AA. SS. Nov. I, 287), textus Vitae Vigoris idem in codicibus Aremarensi (Trec. n. 7), S. Benigni Divionensis (Montepess. n. 30), Cistertiensi, Claraevallensi aliisque exemplaribus legendarii Francogallici (Paris. n. 5353, 16733, 17006) legitur. Rationes codicum Vitae Samsonis ex editione R. Fawtier cognoscuntur. 2) Quod codices alias similes in Hincmari Vita Remigii diversi familiis attributi sunt (4b, 5d, 6a), nescio an minus iuste factum sit, id quod in textu eiusmodi facile fieri potuit. 3) Cf. Krusch, supra III, 214. Vitam B posteriorem esse Vita A, etiam G. Kurth, potissimum Kruschii rationibus iteratis, concessit, 'Revue d'histoire ecclésiastique' XIV, 1913, p. 32 sqq.; B. Krusch, 'N. Arch.' XL, 1915, p. 145 sqq.

sem pertineat. Ceteris autem partibus collectionis deficientibus, quae rationes inter hanc et illud intercesserint, haud ita manifestum est.

Formam sane vulgatam legendarium Francogallicum sive Cistertii sive in coenobio inde deducto saec. demum XII. induit, cum Vita illa Hugonis († 1132) auct. Guigone ut a praedecessore Cistertiensi ita a successore recepta sit et huius quoque magna collectio Vitarum aeque atque Flandrensis illa imprimis a monachis Cistertiensibus propagata esse videatur, quippe cuius exemplaria saec. XII. et XIII. exarata, de quorum possessoribus instructi sumus, omnia e coenobiis Galliae Cistertiensibus inter septemtriones et orientem sitis originem duxerint, scilicet e Claravalle (1115), Pontiniaco (1114, Pontigny, dioec. Autissiodor.), Ripatorio (1140, Larivour, dioec. Trecensis), Karoliloco (1137, Chaalis, dioec. Silvanect.), Regalimonte (1228, Royaumont, dioec. Bellovac.), Fulcardimonte (1130, Foucarmont, dioec. Rotomag.), quibus monasterium S. Bernardi Parisiense accedit congregationi eiusdem ordinis Fuliensium adscriptum. Primum locum exemplar Claraevallense obtinet, in quo Vitae nonnullae Octobris in calce demum huius mensis suppletae sunt (velut V. Martini Vertav.), cum in reliquis exemplaribus suo quaeque die iam inserta sit. Itaque legendarii Francogallici exemplaria mihi comperta in tabula adiecta enumerentur, Rotomagensi et Claraevallensi in his quae monui a ceteris discrepantibus.

codex olim	—	Claraevallis	—	S. Mariae de Ripatorio	—	Fuliensium
saeculi	XI.	XIII. in.	XIII.	XII/XIII.	XII/XIII	XIII. in.
Ianuarius	Rotomag. n. 1381	—	Paris.	Montepessul. n. 22	—	Paris. n. 17003
Febr., Mart.	—	Montepessul. n. 1, 5	n. 5318	—	Paris. n. 5279	ib. n. 17004
April., Mai., Iun.	—	Trecensis n. 1	—	—	—	—
Iulius, Augustus	—	Montepessul. n. 1, 4	—	—	—	ib. n. 17005
Sept., Oct.	—	ib. n. 1, 2	—	—	—	ib. n. 17006
Nov., Dec.	—	ib. n. 1, 1 et 1, 3	—	—	—	ib. n. 17007

591. Parisiensis bibliothecae S. Genovefae n. 124 (olim BB. 19, postea BB. l. in-fol. 33), saec. XII/XIII, formae maioris, fol. 139, lectionarium ut videtur Silvanectense continet. Cf. C. Kohler, 'Catalogue des manuscrits de la bibliothèque Sainte-Geneviève' I, 1893, p. 77sq.
fol. 114sqq. V. Germani Paris. auct. Fortunato (6h; cf. VII, 356).

592. Parisiensis S. Genovefae n. 132 (BB. l. in-fol. 41), saec. XII. ex., olim ut videtur Silvanectensis, formae magnae, fol. 213. Cf. Kohler l. l. I, 86sq.
fol. 12'sqq. V. Germani Paris. auct. Fortunato (6g; cf. VII, 356).

593. Parisiensis S. Genovefae n. 554 (olim K. 5 et R. R. 1, postea H. l. in-fol. 8^2), saec. XII, olim liber S. Mariae Gastinensis, formae magnae, fol. 196, menses Maium ad Augustum complectitur, cum codex contiguus n. 553 Octobrem ad Aprilem contineat. Cf. Kohler l. l. I, 283 sqq.
fol. 27—28. V. Germani Paris. auct. Fortunato (1d*; cf. VII, 348) una cum Vitae II. c. 7 (5; cf. ib. p. 368).

594. Parisiensis S. Genovefae n. 555 (olim K. 6 et R. R. 1, postea H. l. in-fol. 8^3), saec. XII, formae magnae, fol. 293, una cum codice n. 556 ad idem legendarium pertinet. Cf. Kohler l. l. I, 286sqq.
fol. 32. V. Germani Paris. auct. Fortunato, initio mutila (1d**; cf. VII, 348) una cum Vitae II. c. 7 (5*; cf. ib. p. 368).

595. Parisiensis bibliothecae S. Genovefae n. 3013 (antea H. l. in 8° 2), saec. XI, formae minoris, fol. 96. Fol. 1. m. saec. XII. nota iam erasa legitur: *Hic liber est S. Eligii Novioduni*, ibidemque saec. XIX. in. adnotatum est: *Ex libris S. Genovefae Parisiensis*. Cf. Kohler l. l. II, 1896, p. 570sqq.
fol. 1—7'. V. Lupi Trec. (1a, cf. III, 119; iam $1c^1$, cf. VII, 290).
fol. 27—39. Vita II. Aniani (cf. III, 107).
fol. 52—91'. V. Genovefae E (cf. III, 214).
fol. 92—94. Hymnus de Genovefa (inc. *En dies splendet*; Chevalier, Rep. hymn. I, n. 5401).
fol. 94—94'. *Item versus* de eadem (inc. *Virginis angelicae*; ed. Krusch, 'N. Arch.' XVIII, p. 49, cf. ib. p. 600).
fol. 94'—95'. *Hymnus eiusdem* (inc. *In praeclara Genovefae*; Chevalier n. 8733).
fol. 95'—96. *Item alia* (inc. *En nobis species*; ib. n. 5435).
fol. 96'. Mirac. Genovefae (inc. *Anno regni septimo domni nostri magnifici regis Francorum Karoli*; BHL. n. 3341).

Petropolis *(Petersburg)*.[1]

596. Petropolitanus Lat. Oct. I, 5, saec. IX/X, olim (fol. 2, m. saec. XVI) *S. Remigii Remensis*, deinde S. Germani a Pratis n. 1606 (fol. 1), denique *ex Musaeo Petri Dubrowsky* (fol. 1, 2, 21, 22) in bibliothecam imperialem translatus, picturis ornatus quattuor (fol. 1', 10'sq., 11', 12') ad Visionem Baronti spectantibus (cf. V, tab. 1), formae minoris, fol. 23, e quibus folia 17. et 9. errore glutinatoris in calce posita sunt. Insunt (cf. Gillert, 'N. Arch.' VI, 500; Staerk I, p. 43sq. II, tab. 42. 43)
fol. 2—21. Visio Baronti (1a; cf. V, 372) et
fol. 22—23'. Visio Rotcharii (ed. Wattenbach, 'Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit, Neue Folge' XXII, 1875, col. 73—74).

597. Petropolitanus Fol. I, 11, formae mediae, fol. 250, olim (fol. 1, m. saec. XIII) *liber Sancti Petri Corbeiensis* (n. 292 et n. 177), deinde S. Germani a Pratis n. 460, tum Petri Dubrowsky, litteris minusculis exaratus est, quae saeculi VIII. esse videntur sed fol. 1'. saec. XII. haec adnotata sunt: *Hic codex iubente Adalardo Hero fuit scriptus*, et saec. XIII: *Hic codex Hero insula scriptus fuit, iubente sancto patre Adalhardo, dum exularet ibi* (a. 814—821). Codici, cui Historia Tripartita inest, folium 250. affixum est, pertinens ad alium codicem formae maioris saec. VIII. exaratum, cui initium Vitae Lupi Trecensis inest (1a; cf. VII, 289sq.). Cf. Gillert l. l. V, 248; Staerk I, p. 44sq. II, tab. 44. 45; E. Heinr. Zimmermann, 'Vorkarolingische Miniaturen' ('Denkmäler Deutscher Kunst, 3. Sektion I'), Berolini 1916, p. 74. et 193sq. et tab. 102a.

[1]) Cf. Anton. Staerk, 'Les Manuscrits Latins du Ve au XIIIe siècle conservés à la Bibliothèque impériale de Saint-Pétersbourg' I. II, Petroburgi 1910.

598. Petropolitanus Fol. I, 12, olim Corbeiensis (n. 308 et n. 249), deinde (a 1638) S. Germani a Pratis n. 666, postea n. 1038, tum *Ex Musaeo Petri Dubrowsky*, formae mediae, fol. 106, e compluribus partibus diversae aetatis compactus est. Insunt cum alia (cf. Gillert l. l. V, 248sq.; Staerk I, p. 35sqq. II, tab. 32—35) tum

fol. 63—68′ (saec. IX). Passio I. Dionysii (Auct. ant. IV, 2, p. 101—105; signatus P ib. p. XXXI). Cf. Staerk II, tab. 35.

fol. 69′—98 (saec. IX). V. Germani Paris. auct. Fortunato (P, cf. Auct. ant. IV, 2, p. IX; 3a, cf. SS. R. Merov. VII, 350). Cf. Staerk II, tab. 34.

fol. 99—106 (saec. IX). V. Audomari (2; cf. V, 742). Cf. Staerk II, tab. 32.

Pons Ragentrudis *(Porrentruy, Pruntrut).*

599. Codex archivi episcopatus veteris Basileensis, quod in oppidum Pontis Ragentrudis transportatum hodie rei publicae Bernensis est, signatus 'Salle n. 1. casa LV, R. Grandisvallense monasterium' (antea Cist. XIII, num. I), saec. XVII, formae minoris, pag. 16, continet (p. 3—16) exemplar Vitae Germani Grandivall. e codice Grandivallensi descriptum (2; cf. V, 31).

Praga *(Prag).*

600. Pragensis bibliothecae universitatis n. 483 (III. E. 8), saec. XII, formae octavae, fol. 144. Cf. Ioseph. Truhlářč, Catalogus codicum mss. Latinorum qui in C. R. bibliotheca publica atque universitatis Pragensis asservantur I, Pragae 1905, p. 192.

fol. 115—123. V. Leonardi et Mirac. eius I, 1—3 (III, 396—399; AA. SS. Nov. III, 150—157).

fol. 123—127′. V. Landiberti auct. Sigeberto (2; cf. VI, 339).

fol. 130—144′ (saec. XIV). V. Mauri auct. Pseudo-Fausto (BHL. n. 5773).

Pruntrut v. Pons Ragentrudis.

Remi *(Reims).*[1])

601. Remensis n. 1395 (784. 794), saec. XI, olim *Maioris ecclesiae Remensis*, formae quadratae, fol. 183.

fol. 32—38. Mirac. Dionysii (cf. Krusch, 'N. Arch.' XVIII, 600—602; cf. supra VI, 304, 26sqq.).

fol. 38. Gregorii Turon. lib. in Gloria confess. c. 78. de Remigio (I, 794sqq.).

fol. 40′—45. Vita I. Remedii (Auct. ant. IV, 2, p. 64—67).

fol. 67′. 67. Notitia paulo post exarata de donis ecclesiae Remensi saec. XI. oblatis (ed. Krusch l. l. p. 602sq.).

fol. 84—113′. V. Alcvini (2; cf. SS. XV, 183).

[1]) Cf. H. Loriquet, 'Cat. gén.' XXXVIII. et XXXIX, 1904—1909.

602. Remensis n. 1402, antea 1146 (793. 773), saec. XI (fol. 152—155. saec. XV), olim *Ex bibliotheca venerabilis capituli Remensis*, formae maximae, fol. 414. Fol. 1. m. saec. XII. adnotatum est: *Manasses prepositus atque thesaurarius dedit Sanctae Mariae Remensi* (praepositus a. 1076—96, archiepiscopus Remensis a. 1096—1106).

fol. 47—55′. V. Genovefae (1b; cf. III, 209).

fol. 55′—63. V. Rigoberti (1b; cf. VII, 56).

fol. 75′—143′. V. Remigii auct. Hincmaro (3b; cf. III, 246).

fol. 143′—145′. Vita I. Remigii (Auct. ant. IV, 2, p. 64—67).

fol. 145′. 169—176′. 146—150′. Translatio et Mirac. Remigii auct. Rotgario (cf. III, 246; AA. SS. Oct. I, 170sqq.).

fol. 150′—151′. Epistula monachorum S. Remigii ad fratres Casinenses (3b; cf. III, 347).

fol. 152—155′ (saec. XV). Testamentum Remigii prolixius, fortasse e Flodoardo descriptum (cf. III, 336sqq. 341sqq.).

603. Remensis n. 1403, antea 1143 (781. 767), saec. XIII, olim *Ex bibliotheca capituli Remensis*, formae maioris, fol. 367.

fol. 179′—185. V. Sixti et Sinicii (BHL. n. 7815).

fol. 185—193′. V. Nivardi (1a; cf. V, 159).

fol. 217—224. Passio Acaunensium martyrum (X 6b; cf. III, 29).

fol. 237—242′. Passio Leudegarii auct. Ursino (B 3a?c; cf. V, 263).

fol. 326—329′. V. Germani Autissiod. auct. Constantio (cf. VII, 239).

fol. 330—341′. V. Maurilii auct. Archanaldo (Auct. ant. IV, 2, p. 82—101).

604. Remensis n. 1404, antea 1144 (782. 768), saec. XIII. in., olim capituli Remensis, formae maioris, fol. 141. Fol. 141′. m. saec. XV. ex parte in rasura adnotatum est: *Ista legenda sanctorum pertinet Iohanni des Friches in curia parlamenti Paris. avocato, ecclesie Gerbored. canonico.* Cf. supra p. 549.

fol. 25′—30. V. Richarii auct. Alcvino (5a; cf. IV, 386. VII, 444, n. 3).

fol. 52—55. V. Columbani auct. Iona II, 1—6 [V. Athalae] (A 2c[2]; cf. IV, 42; Krusch, Ionas p. 93).

fol. 79′—81′. V. Fidoli (B; cf. III, 428).

fol. 81′—88′. Vita et Mirac. Austrigisili (3c; cf. IV, 190).

fol. 88′—98′. V. Germani Paris. auct. Fortunato (4c; cf. VII, 351).

fol. 98′—102′. V. Maximini auct. Lupo (5c; cf. III, 73).

fol. 102′—110. Vita IV. Medardi (inc. *Sancti Medardi episcopi et confessoris vitam ea procul dubio*, BHL. n. 5867).

fol. 110—111′. Vita I. Maxentii presb. (ib. n. 5804).

605. Remensis n. 1405 (785. 795), saec. XI, olim S. Theoderici Remensis (fol. 1, m. saec. XII: *Liber Sancti Theoderici; auferenti sit anathema*), formae maioris, fol. 209, continet, tribus libris distinctis,

fol. 161′—169. I. V. Vedasti auct. Alcvino (C 2a; cf. III, 405),

fol. 169—171′. II. Mirac. eiusdem auct. Haimino (SS. XV, 397—398), quae homilia (AA. SS. Febr. I, 800) et versus Alcvini ad Radonem (MG. Poetae I, 312) subsequuntur (fol. 171′—172′),

fol. 173—180′. III. Mirac. Vedasti auct. Ulmaro, cuius nomen in subscriptione commemoratur, additis sermone de relatione corporis a Bellovaco et miraculis Bellovacensibus (SS. XV, 399—404 et AA. SS. Febr. I, 810—812).

fol. 180′—182′. Apparitio Vedasti auct. Huberto (SS. XV, 404—405).

606. Remensis n. 1408, antea 1142 (780. 766), saec. XIII. in., olim S. Theoderici Remensis, formae magnae, fol. 281.

fol. 92—95. Conversio et Passio Afrae (A 1a²; cf. III, 44).

fol. 95—99. V. Germani Autissiod. (interpolata?).

fol. 108—119. V. Radegundis auct. Fortunato et Baudonivia (II, 364—395).

fol. 119—119′. Gregorii Turon. Hist. VI, 29.

fol. 157—162′. V. Agili (BHL. n. 148).

fol. 163′—167′. V. Nivardi (1b; cf. V, 159).

fol. 183—190. V. Maurilii auct. Archanaldo (Auct. ant. IV, 2, p. 84—101).

fol. 195—208′. V. Landiberti Traiect. auct. Nicolao (1; cf. VI, 346).

fol. 214′—218′. Passio Acaunensium martyrum (X 7a; cf. III, 29).

fol. 234—240′. Passio Leudegarii auct. Ursino (B 3a⁵; cf. V, 263).

607. Remensis n. 1410 (786. 769), saec. XIII, olim S. Theoderici, formae maioris, fol. 296. Cf. Krusch, 'N. Arch.' XVIII, 604sq.

fol. 1—27. V. Remigii auct. Hincmaro (3b**; cf. III, 246).

fol. 27—34. Translatio eiusdem a. 882. et Mirac. auct. Rotgario (AA. SS. Oct. I, 170sqq.; cf. supra III, 246).

fol. 34—34′. Epistula monachorum S. Remigii ad fratres Casinenses (III, 347—349).

fol. 34′—44. Dedicatio basilicae S. Remigii a Leone IX. a. 1049. facta (Mabillon, Acta VI, 1, p. 713—727).

fol. 61—63′. Passio II. Praeiecti (cf. V, 219. 222sqq.).

fol. 80′—95′. V. Vedasti auct. Alcvino et Mirac. eiusdem in tres libros distributa (cf. cod. Remensem n. 1405).

fol. 95′—100′. V. Amandi (V, 428—449).

fol. 100′—101′. Suppletionis eiusdem auct. Milone c. l. 2 (ib. p. 450—456).

fol. 174′—176. V. Theodulfi (Mabillon, Acta I, 346—349).

fol. 176—179′. Vita II. eiusdem (AA. SS. Maii I, 96—99).

fol. 179′—183. V. Marculfi (BHL. n. 5266).

fol. 183—207′. Gesta Servatii (inc. *Illustrissimi viri vitam*; cf. III, 86; Fr. Wilhelm, 'Sanct Servatius', 1910, p. LXXXI).

fol. 207′—211′. Vita et Translatio Severini Colon. AA. SS. Oct. X, 56—63; cf. supra VII, 214sqq.).

fol. 221—234. Vita III. Fursei (cf. IV, 434; BHL. n. 3215).

fol. 234—240′. V. Medardi (BHL. n. 5864. 5867).

fol. 243—244′. V. Sulpicii Bitur. D (cf. IV, 370).

fol. 295—296. V. Gangulfi, foliis 2 amissis initio mutila (inc. *sue proprietatis devenit habitacula*, supra VII, 160, 17).

608. Remensis n. 1412 (789. 797), saec. XI/XII, olim S. Theoderici (fol. 1, m. saec. XII: *Liber Sancti Theoderici; auferenti sit anathema*), formae minoris, fol. 120.

fol. 80—90′. Bedae Hist. eccl. V, 12—14 (inc. *Temporibus domni Pipini regis miraculum memorabile et antiquorum simile*).

fol. 91—95′. Ib. III, 19 (de Furseo).

fol. 96—110′. Visio Baronti (1a*; cf. V, 372).

609. Remensis n. 1417 (790. 771), saec. XII, olim (fol. A, m. saec. XV) *de libris Sancti Nicasii Remensis*, formae quadratae, fol. V + 81.

fol. 1—48. V. Remigii auct. Hincmaro (3b*; cf. III, 246).

fol. 48—61. Translatio et Mirac. Remigii auct. Rotgario (AA. SS. Oct. I, 170 sqq.).

fol. 61—62′. Epistula monachorum S. Remigii ad fratres Casinenses (3b*; cf. III, 347).

Roma.

I. Archivum S. Iohannis in Laterano.

610. Romanus S. Iohannis in Laterano A. 79 (olim B), saec. XI/XII, formae maximae, fol. 9—290, Vitas sanctorum a die 31. Decembris ad diem 11. Iulii continet. Cf. A. Poncelet, Catalogus codicum hagiographicorum Latinorum bibliothecarum Romanarum praeterquam Vaticanae, Bruxellis 1909, p. 55sqq.

fol. 29′—40. V. Severini auct. Eugippio (L; cf. ed. Mommsen p. XI).

fol. 199—200. Passio Sigismundi (A 2f; cf. II, 330).

II. Bibliotheca Alexandrina (Sapientiae).

611. Romanus bibliothecae Alexandrinae n. 92 (I. g. 7 et 8, antea ✠ I. 4), duo volumina foliorum 869 complectens, menses Martium et Aprilem Actorum sanctorum a Constantino Caietani († 1650) collectorum continet. Cf. H. Narducci, Catalogus codicum mss. praeter orientales qui in bibliotheca Alexandrina Romae adservan-

tur, Romae 1877, p. 29sqq.; A. Poncelet l. l. p. 143sqq.

(vol. I), fol. 413—414'. V. Hrodberti Salisburg. (2b; cf. VI, 153).

(vol. II), fol. 704—707'. V. Thrudperti (IV, 357, 16sqq).

fol. 708—708'. 'De canonisatione' eiusdem (inc. *Quia in loco beati Trudperti miracula plura*; cf. Poncelet l. l. p. 149).

612. **Romanus** bibliothecae Alexandrinae n. 102 (I. i. 7—10, antea ✠. i. 14), saec. XIV—XVII, fol. 855, tomum I. Miscellaneorum profanorum Constantini Caietani continet. Cf. Narducci p. 74sqq.; Poncelet p. 193sqq.

fol. 828'—829', 824 bis—824 bis' (saec. XVII). V. Lupi Trec. (B 1c; cf. VII, 293).

III. Bibliotheca Angelica.

613. **Romanus** bibliothecae Angelicae n. 1269 (T. 1. 4), saec. XIII, formae maximae, pag. 382, initio mutilus. Pag. 382. addita sunt: *Istud volumen scripsit Walterus. cuius animam suscipiat Christus. Amen. m. u. p. q.* et infra: *Tercia pars passionarii a festo aposstholorum* (sic) *Petri et Pauli* (Iun. 29) *usque ad festum sancti Ieronimi presbyteri et confessoris* (Sept. 30), atque in parte posteriore folii codici praefixi haec saec. XVIII. adnotata: '*Ce Passionaire MS. m'a été donné par M. de Supersax Evêque de Sion, en 1722. au mois de Juin quand je faisois la visite de l'Abbaye de S. Màurice en Vallais. D. Archeveque d'Ephese*' (i. e. Dominicus Passionei, postea cardinalis, † 1761). Cf. Poncelet l. l. p. 206sqq.; H. Narducci, Catalogus codicum mss. . . . in bibliotheca Angelica I, 1893, p. 534sqq.

p. 1—20. [XXVIII]. V. Germani Autissiod. interpolata, initio mutila (cf. VII, 244 sqq.).

p. 43—46. XXXIII. Vita et Inventio Memmii (2; cf. V, 364).

p. 83—90. XLVI. V. Arnulfi Mett. (II, 432—446; classis B 1).

p. 104—110. L. Vita Elaphii Catalaun. (cf. Poncelet p. 209).

p. 216—240. LVI. V. Caesarii Arelat. (III, 457—501).

p. 273—282. LXIII. V. Alpini Catalaun. (cf. Poncelet p. 209 sq.).

p. 295—298. LXVII. Vitae Audomari D 1 partes excerptae (cf. V, 746, n. 6).

p. 331—334. LXXV. V. Arnulfi Vapinc. (cf. Poncelet p. 211).

p. 350—356. LXXVIII. Passio Acaunensium martyrum (generis X).

IV. Bibliotheca Casanatensis (Minervae).

614. **Romanus** bibliothecae Casanatensis n. 641 (B. IV, 18), saec. IX, formae mediae, fol. 189, inter Alcviniana continet (cf. Poncelet l. l. p. 227sq.)

fol. 97—104. V. Fursei (A 2; cf. IV, 429).

615. **Romanus** bibliothecae Casanatensis n. 719 (B. I. 4), saec. XI, formae maximae, fol. 220, quae ex parte numeris carent. Cf. Poncelet l. l. p. 236sqq.

fol. 58'—67'. V. Germani Autissiod. interpolata (cf. VII, 245, n.).

fol. 150—153'. V. Remigii auct. Hincmaro (inc. III, 259, 8 *Post vindictam*).

fol. 205—213'. V. Columbani auct. Iona liber I (classis B).

fol. 217—218. V. Dalmatii Ruten. (III, 545—549).

616. **Romanus** bibliothecae Casanatensis n. 1408 (A. I. 16), saec. XII. litteris Beneventanis exaratus, formae maioris, fol. 279. Cf. Poncelet l. l. p. 255sqq.

fol. 180—184'. V. Lupi Trec. (B 1a; cf. VII, 293).

V. Bibliotheca Vallicellana.

617. **Romanus** bibliothecae Vallicellanae C. 73a, saec. X, armariis *Ioh. Georgii a Werdenstein* in parte interiore tegumenti anterioris a. 1592. ornatus, formae minoris, fol. 82. Cf. Poncelet l. l. p. 388.

fol. 1—49'. V. Bonifatii auct. Willibaldo (1*; cf. Levison, Vitae Bonifatii p. XVIII).

fol. 49'—75'. V. Wynnebaldi, fine mutila, et

fol. 76—82'. V. Willibaldi, initio mutila (1a; cf. SS. XV, 83).

618. **Romanus** bibliothecae Vallicellanae G. 98, formae mediae, fol. 25, fragmenta codicum continet ab Antonio Gallonio Congregat. oratorii Romani presbytero saec. XVII. collecta, e quibus folia 10—24. saec. XII/XIII. litteris perparvis scripta sunt. Cf. Poncelet l. l. p. 398sq.

fol. 13'—15'. V. Samsonis (inc. *Igitur inter alia sancti Samsonis mirifica gesta*, BHL. n. 7481).

fol. 16—17. V. Germani Autissiod. auct. Constantio (A 3b; cf. VII, 236).

619. **Romanus** bibliothecae Vallicellanae tomus XXII, saec. XI. litteris Beneventanis exaratus, formae mediae, fol. 181, e quibus folia 164—181. ad codicem primigenium non pertinent; fol. 163'. m. saec. XIV. haec adnotata sunt: *Liber sancti Barthol(ome)i de Trisuldo* (Trisulti, dioec. Alatri) *est iste; caveat qui furabitur, ne per collum inde suspendatur*. Cf. Poncelet l. l. p. 361sqq.

fol. 129'—135'. V. Germani Autissiod. auct. Constantio (A 4b; cf. VII, 237).

VI. Bibliotheca Victoris Emanuelis.

620. **Romanus** bibliothecae Victoris Emanuelis n. 341, inter Farfenses n. 29, saec. IX (iuxta W. Meyer c. a. 900) ab uno librario (exceptis foliis 1—6) exaratus, formae maioris, fol. 290; fol. 6—6'. index Vitarum scriptura diversa exaratus extat. Folia bis numerata sunt idque

bis falso. Cf. W. Meyer, 'Die Legende des h. Albanus' (v. supra p. 530, n. 5), 1904, p. 62. 65. 72sq.; Poncelet l. l. p. 118sqq.

fol. 1—6 (saec. XI). V. Severi Ravenn. (AA. SS. Febr. I, 82—87).

fol. 21—32. Passio Leudegarii auct. Ursino (B 5; cf. V, 266).

fol. 32—52. V. Aridii (2; cf. III, 580) cum titulis eius (cf. ib. p. 609).

fol. 52—64. V. Martini auct. Sulpicio Severo cum epistula eiusdem tertia et Gregorii Turon. Hist. I, 48.

fol. 64—86' (iam 83'). V. Sulpicii Bitur. D (cf. IV, 370).

fol. 100—104' (91—103'). Passio Dionysii (BHL. n. 2178).

fol. 110—125' (104—122'). V. Germani Paris. auct. Fortunato (3b; cf. VII, 350).

fol. 125'—128' (122'—125'). Translatio eiusdem (3b; cf. VII, 371).

fol. 138'—143 (135'—140'). Vita I. et Mirac. Martialis (BHL. n. 5551. 5561).

fol. 162'—173' (158'—169'). V. Genovefae (2b; cf. III, 209).

fol. 173'—177 (169'—173). V. Marcelli auct. Fortunato absque prologo (Auct. ant. IV, 2, p. 51—54; 12, cf. AA. SS. Nov. I, 263).

fol. 177—186' (173—182'). V. Romani presb. (BHL. n. 7307).

fol. 254—259' (250—255'). Acta Afrae (inc. *In illis diebus apud Cretam*, cf. III, 49, 19).

fol. 283—290 (279—286). V. Vedasti auct. Alcvino (A 3; cf. III, 404).

fol. 290' (286'). Homilia de eodem (AA. SS. Febr. I, 800), fine mutila.

621. Romanus bibliothecae Victoris Emanuelis n. 1258, inter Sessorianos (S. Crucis) n. 40, saec. IX. litteris Italiae septemtrionalis (scripturae Nonantulanae neque Beneventanae) exaratus (cf. E. A. Loew, 'The Beneventan script', Oxonii 1914, p. 114, n. 2, et p. 304, n. 5), formae mediae, fol. 210, post Gregorii M. Dialogos continet (cf. Poncelet l. l. p. 105sq.)

fol. 185—199. Vitam et

fol. 199—205. Virtutes Fursei (C 2a; cf. IV, 430).

VII. Bibliotheca Vaticana.[1])

1. Codices Vaticani Latini.

622. Romanus Vaticanus Lat. n. 1340 (antea 1883), saec. XIII/XIV, formae maioris, fol. VI (a—f) + 390, collectionem Pseudo-Isidori auctam continet (classis C iuxta Hinschium p. LXVIIsqq.; cf. Ballerinios, Leonis M. Opera III, p. CCXXXVIIsqq.), cui insunt

fol. 345—346. Epistula Martini I. ad Amandum (E 2; cf. V, 420).

fol. 346—357'. Epistulae Bonifatianae (cf. MG. Epist. III, 221; Tangl, 'N. Arch.' XL, 688sqq.; idem, 'Die Briefe des hl. Bonifatius', 1916, p. XXVI).

fol. 373—373'. *Incipiunt nomina regionum contenentium infra se provincias CXIII.*

fol. 373'—374. *Nomina Romanorum principum* ad Fridericum I.

fol. 374—375. *Nomina Romanorum pontificum* ad Clementem III (1187—91).

fol. 375—384'. Epitome Libri Pontificalis ad Nicolaum I. (cf. ed. Duchesne I, p. CCV; ed. Mommsen p. CIIsq.).

fol. 384'—385. Continuatio eiusdem, scil. catalogus paparum ad Anastasium IV, cui m. al. nomen Hadriani IV. additum est. Eadem epitome (initio mutila) idemque catalogus (ad Hadrianum IV.) etiam fol. a—c', 387—390', d—e leguntur.

623. Romanus Vaticanus Lat. n. 4358, saec. XV, formae minoris, fol. 106.

fol. 89—92. Vita II. Erhardi (cf. VI, 8).

624. Romanus Vaticanus Lat. n. 5411, saec. XII. in Italia exaratus, formae maioris, fol. 286, Vitas Patrum continet, quibus nonnullae aliae accesserunt. Folia 273—285. manibus aliis exarata postea inserta esse videntur; folium 286. post 271, folia 280—285. post 273. collocanda sunt, cum folia 274—279. cum aliis deperditis ante folium 273. extitisse videantur (fol. 271, 286, 272, 274—279, x, 273, 280—285).

fol. 169—184'. V. Mauri auct. Pseudo-Fausto (BHL. n. 5773).

fol. 224—230. V. Odiliae (1f[2]; cf. VI, 30).

fol. 277—279'. Visio Baronti (3c[1]; cf. V, 374).

625. Romanus Vaticanus Lat. n. 5771, saec. IX/X. olim (fol. I, m. saec. XV) *Liber sancti* [122] *Columbani de Bobio*, formae mediae, fol. III + 366; fol. (III.) saec. XV. adnotata sunt: *Istud passionarium est monachorum Congregationis sancte Iustine de observantia ordinis sancti Benedicti residentium in monasterio sancti Columbani de Bobio, scriptum sub numero 122.*

fol. 53'—55. XV. Passio Floriani ('N. Arch.' XXVIII, 386—392; classis A 1a).

fol. 107—109. Passio VII Dormientium auct. Gregorio Turon. (I, 848—853; Analecta Bolland. XII, 377—387).

fol. 131'—134. XXXVIII. Passio Acaunensium martyrum (classis B aut C).

fol. 264—266. LXV. V. Medardi Fortunato attributa (Auct. ant. IV, 2, p. 67sqq.).

fol. 339 bis'—343. [LXXXII]. Passio Acaunensium martyrum (generis X).

fol. 350—357. LXXXIIII. Passio Leudegari auct. Ursino (B 4b; cf. V, 266).

626. Romanus Vaticanus Lat. n. 6444, saec. XII, formae octavae, fol. 243; fol. 243'. m. saec. XV. adnotata sunt: *Iste liber pertinet monasterio*

---

[1]) Cf. A. Poncelet, Catalogus codicum hagiographicorum Latinorum bibliothecae Vaticanae, Bruxellis 1910.

beate Marie Magdalene in maiore Franchentall inter Spiram et Wormac(iam) circa Renum situato, ordinis Canonicorum regularium sancti Augustini episcopi et doctoris eximii.

fol. 94—100. V. Gangulfi (1c[3]; cf. VII, 148).

fol. 100—105. V. Maximini Trever. auct. Lupo (III, 74, 20sqq.).

fol. 108'—124'. V. Bonifatii (2d[1]; cf. Levison, Vitae Bonifatii p. XXII).

fol. 149'—153'. V. Udalrici auct. Bernone (BHL. n. 8362), prologo carens et fine mutila.

fol. 154—167. Eadem Vita cum prologo (SS. IV, 381/2).

fol. 187—192'. Vita Leonardi (III, 396—399; AA. SS. Nov. III, 150—155, cf. p. 148) et Mirac. eius I, 1. 4. 5. 7 (ib. p. 155—158).

fol. 192'—210. V. Remigii auct. Hincmaro (inc. III, 259, 8 *Post vindictam*).

fol. 210—225'. V. Mauri auct. Pseudo-Fausto (BHL. n. 5773).

fol. 225'—229'. Translatio Benedicti (inc. *Dum diu gens*, SS. XV, 480/2 in notis).

627. Romanus Vaticanus Lat. n. 6450, saec. XII/XIII. in Italia scriptus, formae maximae, fol. 193, lectionarium continet.

fol. 169—172'. V. Odiliae (1f[2]; cf. VI, 30).

628. Romanus Vaticanus Lat. n. 8565, saec. XI, olim (p. 2, m. saec. XVI) *Liber monasterii sancti Petri Malmundariensis*, formae maioris, pag. I + 579, e quibus pag. 556—579. ad codicem primigenium non pertinent.

p. I. 1—16. V. Landiberti Traiect. auct. Stephano (2; cf. VI, 332).

p. 16—20. Mirac. eiusdem (ed. J. Demarteau, 'Bulletin de l'institut archéologique liégeois' XIII, 1877, p. 515—519).

p. 20—26. *Omelia* (inc. *Dominus ac redemptor noster*).

p. 26—36. Carmen de Landiberto (MG. Poetae IV, 142—157; cf. p. 141).

p. 36—37. *Versus in laude beati Lantberti* (ib. p. 157—159).

p. 212—219. V. Hilarii auct. Fortunato, prologo et Virtutibus omissis (Auct. ant. IV, 2, p. 2—7).

p. 228—241. V. Genovefae C (AA. SS. Ian. I, 143—147; ed. Künstle, 1910).

p. 241—269. Mirac. Andreae auct. Gregorio Turon. (I, 827sqq.), addita Passione (BHL. n. 429).

p. 320—323. Passio Albani (falso Albini) e Bedae Hist. eccl. I, 7, descripta.

p. 337—357. V. Sulpicii Bitur. D, prologo omisso (Mabillon, Acta II, 168—180; cf. supra IV, 370).

p. 357—366. Vita I. Goaris (IV, 411sqq.).

p. 366—375. Passio II. Kiliani (cf. V, 720, n. 7).

p. 375—380. Vita I. Burchardi (SS. XV, 47—50), falso quasi V. Kiliani inscripta.

p. 380—391. V. Arnulfi Mett. (II, 432sqq.).

p. 414—419. V. Gaugerici (III, 652—658).

p. 478—480. Passio duorum Ewaldorum (= Bedae Hist. eccl. V, 10).

p. 502—506. Vita II. Cuniberti (BHL. n. 2017).

p. 548. Epistula Annonis archiepisc. Colon. a. 1065. monachis Malmundariensibus inscripta ('N. Arch.' XIV, 623sq.; Halkin et Roland, 'Recueil des chartes de l'abbaye de Stavelot-Malmedy' I, 1909, p. 529).

p. 551—555. Diplomata coenobiis Stabulensi et Malmundariensi concessa, scilicet (cf. Halkin et Roland l. l. p. XLVI—XLVIII)

p. 551. Sigiberti III (MG. Dipl. Merov. p. 22, n. 22),

p. 551—553. Childerici II (ib. p. 28, n. 29),

p. 553. Sigiberti III (ib. p. 21, n. 21),

p. 553—554. Chlodovei III (ib. p. 55, n. 62),

p. 554—555. Theuderici III (ib. p. 47, n. 53),

p. 555. Hludowici Pii (Mühlbacher, Reg. I[2], n. 545), fine mutilum.

629. Romanus Vaticanus Lat. n. 8693, saec. XVIII, chartaceus, formae maximae, fol. 355, inter collectanea diversi generis continet

fol. 104—107. V. Lupi Trec. (B 1b; cf. VII, 293).

630. Romanus Vaticanus Lat. n. 9668, saec. XII, olim S. Salvatoris Rotonensis (cf. A. Poncelet p. 240), deinde ut videtur Iacobi Sirmondi (cum exemplari Vitae Eparchii, quod in codice Parisiensi collectionis Chesnianae n. 84, saec. XVII, fol. 217—219', legitur, praescriptum sit: *Ex antiquo cod. qui est penes Iac. Sirmondum*, eademque fere nota exemplari Vitae Pardulfi in codice n. 85, fol. 170—174', indita sit), postea in *Bibliotheca cardinalis Angeli Maii* signatus *B b. V. 27*, formae mediae, pag. 337.

p. 142—147. Passio Desiderii Lingon. auct. Warnachario (BHL. n. 2145).

p. 147—152. V. Constantiani (ib. n. 1931).

p. 153—159. V. Medardi Fortunato attributa (Auct. ant. IV, 2, p. 67sqq.).

p. 173—181. V. Eparchii, initio mutila (inc. III, 553, 14 *innocens infancia*).

p. 181—182, 169—172, 183—188. Passio Acaunensium martyrum (classis X 4).

p. 230—257. V. Iuniani auct. Boetio Vulfino et Translatio eiusdem (BHL. n. 4562. 4564).

p. 257—272. V. Pardulfi (2b; cf. VII, 20).

2. Codices Barberiniani.

631. Romanus Vaticanus inter Barberinianos n. 2720 (XXXIV, 37), saec. XVI/XVII, chartaceus, formae mediae, fol. 181, e compluribus fasciculis compactus est, quorum primo (fol. 1—31') insunt:

fol. 1—3. V. Columbani II, 1—6 (V. Athalae),

fol. 3—6'. ib. II, 23—25 (V. Bertulfi),

fol. 6'—10. ib. II, 7—10 (V. Eustasii),

fol. 10—11. Versus de Bobuleno (IV, 153—156) (classis B 1b).

fol. 11—16'. V. Galli auct. Walahfrido (des. IV, 295, 7 *et inter amice*).

fol. 17—26. Mirac. Columbani (BHL. n. 1905).

fol. 27'—30. Hymni de Columbano, Athala, Bertulfo.

fol. 30—31'. Catalogus abbatum Bobiensium.

3. Codices Borghesiani Latini.

632. Romanus Vaticanus inter Borghesianos Lat. n. 297, saec. XIV, formae mediae, fol. 276.

fol. 139—142'. Virtutes Iuliani auct. Gregorio Turon. (I, 563sqq.), praemissa Passione (BHL. n. 4542).

fol. 155'—158'. Passio Acaunensium martyrum (generis X).

fol. 166—171. Passio Leudegarii auct. Ursino (B 4f; cf. V, 266).

fol. 175'—181. Passio Dionysii auct. Hildvino (BHL. n. 2175).

fol. 203'—211. Passio III. Austremonii (AA. SS. Nov. I, 61sqq.).

fol. 253'—255. Conversio et Passio Afrae (III, 55—64).

4. Codices Ottoboniani Latini.

633. Romanus Vaticanus inter Ottobonianos Lat. n. 120, saec. XI, olim (fol. 1) *Petavii* et signatus *X. 33*, deinde *Ex bibliotheca Serenissimae Reginae Num. 108*, formae maximae, fol. 205. Cf. 'Archiv' XII, 358.

fol. 48—55'. V. Genovefae E (ed. Kohler p. 49—72).

fol. 79'—81'. V. Hilarii auct. Fortunato, prologo omisso (Auct. ant. IV, 2, p. 2—7).

fol. 82'—83'. Vita I. Remedii (ib. p. 64—67).

fol. 93'—99'. V. Boniti (4a; cf. VI, 114).

fol. 110—113'. V. Fursei (IV, 434—440).

fol. 121—127'. V. Sulpicii Bitur. D, prologo et Miraculis omissis (cf. IV, 370).

fol. 154'—160. Vita I. Praeiecti (A 3; cf. V, 220).

fol. 190'—192'. V. Iohannis Reom. B, duobus foliis amissis fine mutila (cf. III, 504; Krusch, Ionas p. 324).

fol. 195—197'. Vita Balthildis B, initio mutila (inc. II, 492, 21 *perplures ad integrum*).

fol. 201'—205'. V. Amandi (A 1c[1]; cf. V, 412).

634. Romanus Vaticanus inter Ottobonianos Lat. n. 223, saec. XIV, olim alicubi signatus *V. g. 24* (fol. I) et *G. V. 6* (fol. I'), formae maioris, fol. IX + 356, e duabus partibus constat, e quibus alterius folia (fol. 262—355) antiquitus numeros proprios *I—*$\overset{\times\times}{III}$*[XV]* exhibebant, cum *Capitula sanctorum* (fol. II'—III') primo non nisi ad folia 1—256'. spectarent, saec. XV. continuata; indicem kalendarium (fol. IV—IX') sequitur. Fol. I'. adnotata sunt: *Ego Ludovicus Galnyere presbyter emi presentem Legendam Auream ante ianuam sacrosancte Cappelle Parisiensis* ('La Sainte-Chapelle' in palatio Iustitiae) *XV^a. Septembris 1543. 13 solidis Tur.* Pars prior (fol. 1—256') Legendam Auream continet, postea tribus additamentis auctam (fol. 257—261'); alteri cum alia insunt tum (fol. 262—310') Vitae sanctorum. Olim codex sine dubio Laudunensis fuit.

fol. 262—263'. V. Eligii II, 36—38 (IV, 720—723).

fol. 266—269. V. Walarici c. 1—14 (ib. p. 161—166, 19).

fol. 271—277. V. Genovefae (III, 215—238).

fol. 277—279'. V. Sulpicii Bitur. D, prologo et Miraculis omissis (cf. IV, 370).

fol. 279'—280'. V. Balthildis B c. 13—16 (II, 498, 30—503, 11).

fol. 281—283. V. Beati (BHL. n. 1066).

fol. 283—283'. V. Montani (= Hincmari V. Remigii c. 1, supra III, 259, 13—261, 9).

fol. 283'—284. *De sanctis Medardo et Gildardo* (= V. Medardi c. 1—3, Auct. ant. IV, 2, p. 67, 30—68, 32).

fol. 284—285. *De sancto Basone confessore*, pars Vitae Sadalbergae (c. 11) retractatae (cf. Poncelet, Catal. Vatic. p. 420).

fol. 285—286'. V. Theobaldi (Mabillon, Acta VI, 2, 159sqq.) epitome.

fol. 293—295'. V. Ludowici IX. regis (BHL. n. 5043).

fol. 297—298'. *De sancto Genebaldo episcopo* (= Hincmari V. Remigii c. 16, supra III, 300, 25—301, 26. 304, 41—306, 4).

fol. 298'. *De beata Cilinia electa* (ib. c. 1, p. 261, 8 sqq.).

fol. 298'—304. V. Anstrudis (1*; cf. VI, 66).

5. Codices Palatini Latini.[1])

635. Romanus Vaticanus Palatinus Lat. n. 216, saec. VIII. ex. compluribus manibus exaratus, formae octavae, fol. I + 133; fol. 1. signa priora C 116 / *1465* et *149* et *37* iam deleta conspiciuntur, etiam numerus *1583* bis legitur.

fol. 52'—75. V. Landiberti Traiect. (2; cf. VI, 311).

636. Romanus Vaticanus Palatinus Lat. n. 439, saec. XV, chartaceus, formae mediae, fol. 204, partem aestivalem lectionarii continet inde a fol. 135. e Vitis sanctorum excerptam, cum codex n. 435 partem hiemalem exhibeat.

fol. 140—141'. Epitome Vitae Gangulfi (cf. VII, 151).

fol. 145—145'. V. Bonifatii, i. e. pars Martyrologii Fuldensis (Levison, Vitae Bonifatii p. 59—60), nonnullis immutatis (inc. *De Anglorum gente beatus Bonifacius*).

fol. 182—183'. Epitome Passionis II. Kiliani (cf. V, 721, n. 3).

---

[1]) Cf. Stevenson, Bibliotheca apostolica Vaticana, Codices Palatini Latini I, 1886 (n. 1—921).

637. Romanus Vaticanus Palatinus Lat. n. 463, saec. XV, chartaceus, formae minoris, fol. 156, Vitas sanctorum non nisi in calce (fol. 149—156') continet.
fol. 152—152'. Epitome V. Odiliae (cf. VI, 34).
fol. 153—153'. V. Athalae virg. Stratoburg. (inc. *Beata virgo Athala, cuius natale hodie celebramus*, des. *eius est sepultum etc. Amen*; cf. BHL. n. 741).

638. Romanus Vaticanus Palatinus Lat. n. 477, saec. XV, formae maximae, fol. 281, continet lectionarium 'ad usum ecclesiae Wormatiensis', si Stevenson recte statuit.
fol. 12'—13. Lectio de Odilia (cf. VI, 35).
fol. 32'—33. Lectiones 3 e Vita III. Aldegundis haustae (cf. VI, 84, n. 9).
fol. 42'—43. Lectio de Vedasto et Amando, hausta e Legenda Aurea c. 40. 41.
fol. 73—73'. Lectiones 3 de Bonifatio, haustae e Martyrologio Fuldensi et Willibaldo.
fol. 106—107. Epitome Passionis II. Kiliani (cf. V, 721, n. 3).
fol. 118—118'. Lectiones 3 de Arbogasto episcopo (inc. *Tempore Dagaberti regis beatus*).
fol. 129—129'. Lectiones 3 de Germano Autissiod., haustae e Legenda Aurea c. 107.
fol. 135'—136'. Lectiones 6 e Conversione et Passione Afrae haustae.
fol. 177—177'. V. Landiberti Traiect. (F 2; cf. VI, 322).
fol. 180'—181'. Lectiones 6 e Passione Acaunensium martyrum (classis X) haustae.
fol. 182'—184. V. Hrodberti Salisburg. (2a; cf. VI, 153).
fol. 189'—190'. Lectiones 6 e Vita I. Remigii haustae.
fol. 190'—191. Lectiones 3 de Leudegario, haustae e Legenda Aurea c. 148.
fol. 197—198'. Lectiones 6 e Walahfridi V. Galli haustae.
fol. 205—205'. Lectiones 3 de Severino Colon. (cf. VII, 213, n. 4).
fol. 206—207. V. Amandi (C 7; cf. V, 419).
fol. 211'—212'. Lectiones 3 de Pirminio (inc. *Diebus Theoderici regis Francorum*).
fol. 212'—213. Lectiones 3 e V. Leonardi haustae.
fol. 213—213'. Lectiones 3 ex Alcvini V. Willibrordi haustae (cf. VII, 104).
fol. 225—225'. Lectiones 3 e Ionae V. Columbani I, 2—4 haustae.

639. Romanus Vaticanus Palatinus n. 582, saec. X, olim (fol. 1, m. saec. XV) S. Martini Moguntinensis, formae quadratae, fol. 155.
fol. 1—3'. Vita II. Gaugerici (cf. III, 651, n. 1).
fol. 3'—4. V. Ursmari auct. Ratherio (cf. VI, 451, n. 4).
fol. 5—125'. Capitularia regum Francorum (cf. MG. Capitularia II, p. XXIX).
fol. 155'. Formula traditionis filii ad altare (Zeumer, Formulae p. 570, n. 32; Br. Albers, Consuetudines monasticae III, 1907, p. 185).

640. Romanus Vaticanus Palatinus Lat. n. 617, partim chartaceus partim membranaceus, formae minoris, fol. 165, e tribus partibus diversae aetatis constat. Cf. 'Archiv' V, 462. XII, 340.
1. Folia 1—79, chartacea, a. 1474/5. scripta sunt.
fol. 1—16. Henrici Salteriensis Purgatorium Patricii.
fol. 16—18'. Visio Karoli III. (de qua cf. 'N. Arch.' XXVII, 399 sqq. 493 sqq.).
2. Folia 80—92, membranacea, saec. XII/XIII. scripta sunt. Fol. 80, quod initio vacabat, postea voces nonnullae linguae vernaculae illatae sunt, in quibus *sant Herhard* mentio fit; infra *S(igillum) Iohannis plebani ad S. Mauricium in Augusta a° MCCCCA* (= 1407) conspicitur.
fol. 81—88. V. Erhardi auct. Paulo (1 c; cf. VI, 7).
fol. 88—92'. Sermo *In translatione sancti Herhardi* (cf. ib.).
3. Folia 93—165, chartacea, saec. XV, Sallustii Coniurationem Catilinae et Bellum Iugurthinum continent.

641. Romanus Vaticanus Palatinus Lat. n. 846, saec. X, formae maioris, fol. 141. Cf. H. Ehrensberger, Libri liturgici bibliothecae apostolicae Vaticanae, 1897, p. 56 sqq.; A. Dufourcq, 'Le passionnaire occidental au VII[e] siècle' ('Mélanges d'archéologie et d'histoire' XXVI, 1906, p. 44 sqq.).
fol. 1. Passio Floriani (B 3; cf. III, 66).
fol. 2'—9'. V. Haimhrammi (B 2a; cf. IV, 461).
fol. 21—25. V. Landiberti Traiect. (2a[2]; cf. VI, 312).
fol. 25—47. V. Galli auct. Walahfrido (2a; cf. IV, 243).
fol. 59—61'. V. Goaris (A 3; cf. IV, 407).

642. Romanus Vaticanus Palatinus Lat. n. 863, saec. XIV/XV, formae perparvae, fol. 148, e duabus partibus constat, quarum prior (fol. 1—127), membranacea et litteris cursivis scripta, ex parte (fol. 1—61) compendia parva Vitarum continet, scilicet epitomas et alias et
fol. 15—15'. V. Gangulfi (cf. VII, 151),
fol. 17. V. Bonifatii auct. Willibaldo,
fol. 21. Passionis II. Kiliani (cf. V, 721, n. 3),
fol. 26—26'. Conversionis et Passionis Afrae,
fol. 32—32'. V. Landiberti Traiect. (F 3; cf. VI, 322),
fol. 56'—57. V. Odiliae (cf. VI, 35).

6. Codices Reginae (Christinae) Latini.

643. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 140, saec. IX/X, olim (fol. 150') *Liber sancti Benedicti Floriacensis [ce]nobi[i]*, formae mediae, fol. 150, Conlationes Cassiani aliaque continet (cf. A. Reifferscheid, Bibliotheca patrum Latinorum Italica I, 5, 1868, p. 400 sqq.), quibus praefixum est folium duplex, scilicet

fol. 1a—2', saec. IX. Fragmentum Vitae Germani Autissiod. (A 4a; cf. VII, 236).

644. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 318, saec. X. in., olim S. Benedicti Floriacensis, formae minoris, fol. I + 258.
fol. 159'—173'. Vita II. Carileffi (cf. III, 388, n. 3).
fol. 201—207. V. Fursei (IV, 434—440).
fol. 222—226'. V. Merovei (cf. III, 388, n. 3).

645. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 339, formae minoris, fol. 70, e compluribus partibus originis diversae compactus est. Cf. 'Archiv' XII, 275; Steinmeyer et Sievers, 'Die althochdeutschen Glossen' IV, 1898, p. 609 sq.
fol. 7 (saec. X). Stemma Karolinorum Sangallense (SS. XIII, 248, n. VII; cf. p. 244).
fol. 19'—38' (saec. IX/X). Einhardi V. Karoli (A 2; cf. ed. Waitz et Holder-Egger [6], 1911, p. XIX).
fol. 39—46' (saec. IX/X). V. Amandi (B 2; cf. V, 414).
fol. 47—49 (saec. IX). Notitia Galliarum et Laterculus provinciarum (folia 47—54. e coenobio Sangallensi originem duxerunt aeque atque folia 19—38; codex adhibitus non est Auct. ant. IX, 529 sqq. 561 sqq.).
fol. 49—49'. Carmina de alphabetis Hebraeo et Graeco (MG. Poetae III, 698—700).

646. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 466 (1308, 1456), saec. X/XI (nonnullis postea additis), olim S. Theoderici prope Remos, formae minoris, fol. 121. Cf. 'Archiv' XII, 282; H. M. Bannister, 'Ufficio dei SS. Gervasio e Protasio' ('Miscellanea Ceriani', Mediolani 1910, p. 142—148).
fol. 25—25'. Epistula Hucbaldi ad congregationem S. Theoderici (AA. SS. Iulii I, 81) et
fol. 26. hymni eiusdem de Theoderico (MG. Poetae IV, 273) postea in paginis vacuis exarati sunt.
fol. 26'—60. V. Theoderici (BHL. n. 8060).
fol. 60'—63. Miraculum eiusdem (ib. n. 8061).
fol. 63—63'. Miracula m. al. addita (ib. n. 8063/4), fine mutila.
fol. 64 (saec. XI). Visio Radvini (ed. Holder-Egger, 'N. Arch.' XI, 262).
fol. 64' (saec. XII). Miraculum Theoderici (BHL. n. 8067).
fol. 64'—65 (saec. XII). Capita duo ad eandem villam spectantia atque finis narrationis praecedentis (inc. *In autenticis et antiquis* et *Philippus Dei gratia Francorum rex clero et populo Remensi*, quam epistulam edidit M. Prou, 'Recueil des actes de Philippe Ier', 1908, p. 416 sq.).
fol. 66—78'. V. Theodulfi (BHL. n. 8097), initio mutila.
fol. 101—103'. Antiphonae et responsoria de Amando.
fol. 104—120'. V. Amandi et
fol. 120'—121'. Suppletio Milonis (B 3; cf. V, 414).

647. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 477, formae minoris, fol. 59, libellos complures diversae aetatis complectitur, e quibus fol. 39—51. saec. XII. scripta sunt.
fol. 39—48'. V. Germani Paris. auct. Fortunato (6 l; cf. VII, 357).

648. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 479 (1293, 1270), saec. IX. et X. a compluribus librariis exaratus, formae minoris, fol. 62, inter alia catalogum librorum coenobii Resbacensis (fol. 55—55', saec. XI) continet (ed. G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui, 1885, p. 273—275; cf. Th. Gottlieb, 'Ueber Mittelalterliche Bibliotheken', 1890, p. 260). Cf. 'Archiv' XII, 283.
fol. 25—32' (saec. IX/X). Visio Baronti (3d; cf. V, 374).
fol. 40'—46 (saec. X). Mirac. Martini auct. Radbodo (SS. XV, 1240—44).

649. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 481, saec. XI/XII. compluribus manibus scriptus, formae minoris, fol. 2 + 113. Fol. 1a haec erasa sunt: *Liber sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Patherborn̄* (eadem fol. 113. leguntur, sed *Paderburn̄*). *Si quis abstulerit, anathema sit. Amen.*
fol. 1a'—16'. V. Godehardi auct. Wolfherio posterior (SS. XI, 196—218).
fol. 16'—27. Expositio symboli auct. Meinhardo.
fol. 27 (postea script.). Pars Constituti Constantini M. falsi.
fol. 28—42'. V. Brandani (BHL. n. 1437).
fol. 45—55. Passio Leudegarii auct. Ursino (B 1c; cf. V, 261).
fol. 55. Initium Vitae II. Aldegundis, in spatio vacuo ut videtur postea additum (cf. VI, 83, n.).
fol. 55'. Epistula Anselmi Laudunensis, fine mutila (inc. *Venerabili abbati de Sancto Laurentio A. sanctae Laudunensis ecclesiae filius salutem. Videndum est, domine, ne illa questio*), Migne CLXII, 1587 sqq.
fol. 95a—103'. V. Symeonis auct. Eberwino (BHL. n. 7963; SS. VIII, 209 sqq.).
fol. 103'—108. Revelatio Corcodomi et conversio Mamertini (AA. SS. Iulii VII, 206—210).
fol. 109—109'. Carmen Smaragdi (inc. *Quisquis ad aeternum mavult conscendere regnum*), Poetae I, 616 sq.
fol. 109'—112'. Vaticinia Sibyllae Tiburtinae (inc. *Fuit igitur haec sibilla*, ed. E. Sackur, 'Sibyllinische Texte und Forschungen', 1898, p. 177—187; cf. p. 128).

650. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 488, saec. X/XI, formae mediae, fol. I + 134.
fol. 1'—13'. V. Richarii auct. Alcvino (4a; cf. IV, 386).
fol. 14—43. Mirac. eiusdem (1; cf. SS. XV, 915).
fol. 48—88. Vita et Mirac. eiusdem metrica (BHL. n. 7231).

651. **Romanus** Vaticanus Reginae Lat. n. 493, formae quadratae, fol. 175, e compluribus partibus compactus est, e quibus folia 80—135'. saec. X/XI. scripta sunt. Cf. 'Archiv' XII, 283; 'N. Arch.' XVIII, 615sqq.
fol. 105—112. V. Iohannis Reom. B, nonnullis e Vita C suppletis (cf. III, 504, n. 7; Krusch, Ionas p. 325, n. 1), praefixis versibus (ed. Krusch, 'N. Arch.' XVIII, 615sq.).
fol. 112—113. *Homelia in festivitate sancti Iohannis* (inc. *Sanctorum mortem semper*).
fol. 113—114. Homilia altera de eodem (inc. *Splendidissimam huius diei*).
fol. 114—121. Translationes et Mirac. eiusdem (AA. SS. Ian. II, 863—868).
fol. 121—124'. Hymni et responsoria de eodem.
fol. 124'—135'. Vita eiusdem C (cf. III, 504, n. 7; Krusch, Ionas p. 325, n. 1).

652. **Romanus** Vaticanus Reginae Lat. n. 497 (1277, 472), saec. XI/XII. et XI. compluribus manibus exaratus, formae mediae, fol. 163, sine dubio e regione Treverensi originem duxit. Cf. 'Archiv' XII, 284; Ehrensberger l. l. p. 100sq.
fol. 22—28. V. Aegidii (BHL. n. 93).
fol. 64'—71. Vitae et Mirac. Geretrudis libri II (BHL. n. 3494. 3496. 3500; cf. L. Van der Essen, 'Étude sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique', 1907, p. 12, n. 6; Poncelet, Catalogus p. 339sq.).
fol. 71. *Epitaphium Arimaspis consolis Treveris* (SS. VIII, 136).
fol. 71. *Versus super sepulchrum sancti Paulini episcopi.*
fol. 71' (rescriptum). Versus qui incipiunt *Treberis urbs multis bellorum.* In parte altera paginae textus Anglosaxonicus partim erasus conspicitur. Agitur de Alfredi regis versione Orosii, cuius fragmenta Vaticana rescripta commemoravit Fr. Pfeiffer, 'Beilage zur [Augsburger] Allgemeinen Zeitung' 1866, N. 60, p. 973; verba quae 'Archiv' XII, 284 afferuntur sunt libri IV, 11 (ed. Bosworth, 1859, p. 97, 33—40; ed. Sweet I, 1883, p. 206, 13—20).
fol. 72. *Nomina pontificum Trevericae urbis* (9; cf. SS. XIII, 297).
fol. 81—88. Acta Ianuarii et sociorum (BHL. n. 4127—30) et Translatio eorum in Augiam a. 871 (2; cf. SS. XV, 472).
fol. 88—95'. Passio Fortunatae (BHL. n. 3082) et Translatio eius in Augiam a. 874 (3; cf. SS. XV, 472).
fol. 96—105. V. Odiliae (2d²; cf. VI, 33).
fol. 122—133. Passio Christophori rhythmica (V; cf. MG. Poetae IV, 2, p. 808).
fol. 163. Epistula Adalberti I. archiepiscopi Moguntini de restitutione Heinrici II. episcopi Patherbrunnensis (Migne CLXXII, 1339; Böhmer-Will, Regesta archiepisc. Magunt. I, 1877, p. 261, n. XXV, 88).

653. **Romanus** Vaticanus Reginae Lat. n. 520, formae mediae, fol. 184, e compluribus partibus diversae aetatis compactus est.
fol. 49—56' (saec. XII). V. Filiberti (A 3c¹; cf. V, 575).

654. **Romanus** Vaticanus Reginae Lat. n. 524, saec. XII (fol. 3—148) et XV (fol. 1—2, 149—197), formae mediae, fol. 197.
fol. 87'—109. V. Columbani auct. Iona lib. I (B 1f*; cf. Krusch, Ionas p. 109).

655. **Romanus** Vaticanus Reginae Lat. n. 539 (13), saec. XIII, olim S. Victoris Massiliensis, formae maioris, fol. 191.
fol. 165—179. V. Germani Autissiod. interpolata (cf. VII, 245, n.).
fol. 179—183. Conversio Mamertini (AA. SS. Iulii VII, 206—210).

656. **Romanus** Vaticanus Reginae Lat. n. 541, saec. XII. in Gallia scriptus, formae maioris, fol. 179.
fol. 16'—18. V. Gregorii Lingon. (= Gregorii Turon. Vitae patrum c. 7, p. 686sqq.).
fol. 18—21. V. Hilarii auct. Fortunato (inc. *Beatissimi Hylarii confessoris vitam vel opera*, cf. Auct. ant. IV, 2, p. 1. de textu XY).
fol. 22—34'. V. Mauri auct. Pseudo-Fausto (BHL. n. 5773).
fol. 34'—36'. V. Sulpicii Bitur. D, prologo omisso (cf. IV, 370).
fol. 77—83. V. Amatoris auct. Stephano (BHL. n. 356).
fol. 87'—90'. V. Gangulfi (3a¹; cf. VII, 149).
fol. 95'—96'. Passio Desiderii Lingon. auct. Warnahario (BHL. n. 2145).
fol. 101—102'. V. Medardi Fortunato attributa (Auct. ant. IV, 2, p. 67sqq.).
fol. 123—128'. V. Germani Autissiod., fine mutila (B 1a; cf. VII, 237).
fol. 168'—173. Vita II. Aegidii (BHL. n. 95).
fol. 177—179'. V. Theobaldi (ib. n. 8032).

657. **Romanus** Vaticanus Reginae Lat. n. 542 (110), saec. XII, formae maioris, fol. 149, e quibus folia 1—8' (V. Silvestri) postea adiuncta sunt.
fol. 9—13. V. Sulpicii Bitur. D, prologo omisso (cf. IV, 370).
fol. 19'—22'. V. Landiberti Traiect. auct. Stephano (9; cf. VI, 333).
fol. 22'—24. V. Sequani (BHL. n. 7585).
fol. 36—49. V. Remigii auct. Hincmaro (inc. III, 259, 8 *Post vindictam*).
fol. 49—53. Passio Leudegarii auct. Ursino (B 1b; cf. V, 261).
fol. 53—57'. Passio Dionysii auct. Hildvino (BHL. n. 2175).
fol. 68'—70. Vita II. Aniani (cf. III, 107).
fol. 75'—81'. V. Frodoberti (2; cf. V, 71).

658. **Romanus** Vaticanus Reginae Lat. n. 561, saec. XI, olim liber S. Remigii (teste A. Pon-

celet p. 372), formae mediae, fol. 108, e quibus folia 101—108. ad codicem primigenium non pertinent.
fol. 1—79. V. Remigii auct. Hincmaro (cf. III, 336, n. 1).
fol. 79'—85'. Vita I. Basoli (cf. V, 544; Poncelet l. l. p. 373).
fol. 93—100. V. Gangulfi (3a; cf. VII, 149).

659. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 562, saec. XVI, formae mediae, chartaceus, fol. 117.
fol. 70—72'. V. Severini Acaun. B (III, 168—170).
fol. 73—84'. Vita II. Melanii (cf. III, 371).
fol. 85—90. V. Paterni auct. Fortunato (R; cf. Auct. ant. IV, 2, p. XV).
fol. 96—101'. Vita II. Sollemnis (cf. VII, 310, n. 1).

660. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 571 (1336), formae minoris, fol. 129, e compluribus libris diversae aetatis compactus est, quorum unus (fol. 16—31) saec. XII. exaratus est; fol. 31'. m. saec. XIII/XIV. adnotatum est: *Iste liber est de Longuaponte, ord(inis) Cluniacensis, Par(isiensis) dyoc(esis).* Cf. 'Archiv' XII, 293; E. Sackur, 'Sibyllinische Texte und Forschungen', 1898, p. 104. 126.
fol. 16—21. Vita et Mirac. Leutfredi (1 b; cf. VII, 5).
fol. 21—29. V. Theobaldi (inc. *Initium sapientie in timore*; cf. Poncelet p. 376).
fol. 29'—31'. Vita II. Aniani (cf. III, 107).

661. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 581 (1280), olim (fol. 116'. m. saec. XI/XII) *Liber sancti Dyonisii*, postea (fol. 1) *Ex bibliotheca Nicotiana 41*, formae mediae, fol. 116. tres partes complectitur, e quibus tertia (fol. 40—116) saec. IX. exarata est.
fol. 40—86'. V. Germani Paris. auct. Fortunato et
fol. 87—106'. Translatio eiusdem interpolata (5a; cf. VII, 351, 371).

662. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 589, saec. XI, olim S. Maximini Miciacensis, deinde Petavianus, formae mediae, fol. 191.
fol. 94—116'. V. Germani Autissiod. interpolata (cf. VII, 245, n.).
fol. 116'—120. Conversio Mamertini (AA. SS. Iulii VII, 206—210) ex eadem iterata.

663. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 593, saec. XII/XIII, olim S. Leodegarii Suessionensis, deinde S. Trinitatis de Marcoussiaco (cf. A. Poncelet, Catalogus p. 385. 356), formae mediae, fol. 1 + 153, lectionarium continet. Folium 1, in cuius parte posteriore saec. XV. index exaratus est, in fronte fragmentum chartae Francogallicae exhibet; fol. 59'. in margine charta *Officialis Sancti Germani in Laya* a. 1336. legitur. Folio 1a'—1a (saec. XIV), quod ordine inverso postea additum est, lectiones duae insunt, scilicet *De sancto Vodoalo lectio XII* (inc. *Quadam vero die cum coquina*) et *De sancto Drausio lectio X[III]* (inc. *Constituto itaque tempore*) e Vitis BHL. n. 8727 (c. 11. 12) et n. 2335 (c. 12) exscriptae. Ante fol. 2. quaterniones septem exciderunt.
fol. 2—3. V. Genovefae E, initio mutila (inc. c. 44, ed. Kohler p. 70, 28 *Nam pontifex qui oleum*).
fol. 6—9. V. Hilarii auct. Fortunato, prologo omisso (Auct. ant. IV, 2, p. 2sqq.).
fol. 35'—36'. V. Vedasti auct. Alcvino epitome (inc. *Beatus Dei sacerdos Vedastus*).
fol. 125—126. V. Landiberti Traiect. auct. Stephano epitome (12a; cf. VI, 334).
fol. 131'—139. Passio Leudegarii auct. Ursino (B 3a^{7b}; cf. V, 263).
fol. 139—143. Antiphonae, responsoria etc. de Leudegario.
fol. 148'—151. V. Romani Rotomag. (inc. BHL. n. 7317).

664. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 615 (1316), saec. XI, formae minoris, fol. 144. Cf. 'Archiv' XII, 299.
fol. 3—50. V. Remacli auct. Notkero (1; cf. V, 103).
fol. 51'—80. et 81—94'. Mirac. eiusdem (2; cf. SS. XV, 433).
fol. 98—144 (m. al.). Triumphus eiusdem (A; cf. SS. XI, 435).

665. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 647 (1313), saeculi potius IX. quam X, quem *Alexander Pauli filius Petavius senator Parisiensis anno 1647.* possedit (fol. 2), formae minoris, fol. 96, duodecim quaterniones litteris *d—p* signatos complectitur, cum tres priores perierint.
fol. 1—18'. V. Filiberti, initio mutila (A 3a^1; cf. V, 574).
fol. 18'—96'. Mirac. eiusdem, fine mutila (des. ed. Poupardin p. 64, 5 *superius dictae adfir* ||; cf. ib. p. XLVsq.).

666. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 667 (1009), saec. XVI. e codice a. 1127. a Petro Guillelmo bibliothecario S. Aegidii exarato descriptus, formae minoris, fol. 51 (1, 1^a, 1^b, 2—9, 12—51; numeri 10 et 11 desunt).
fol. 2—9. *Chronologia et series Gothicorum regum*, i. e. Epitomes Isidori Ovetensis a. 883. caput 16 (cf. Auct. ant. XI, 373sq.).
fol. 9'. 12—51'. Historia Wambae auct. Iuliano (2b^1; cf. V, 497).

667. Romanus Vaticanus Reginae Lat. n. 1025 (1284), saec. X. ex., olim (fol. 1, m. saec. XIII) *Sancte Trinitatis Vindocinensis*, formae mediae, fol. 211. Cf. 'N. Arch.' II, 34; Lawlor l. l. tab. VII.
fol. 157—174. V. Columbani liber I (B 2; cf. IV, 45; Krusch, Ionas p. 110).
fol. 176—179. V. Albini auct. Fortunato (Auct. ant. IV, 2, p. 27—33).

fol. 98—100'. Passio Acaunensium martyrum (X 2e; cf. III, 28).

fol. 100'—109. V. Haimhrammi (A 4a; cf. IV, 460).

fol. 124'—126'. V. Sollemnis (3a; cf. VII, 307).

fol. 145—153. V. Leobae auct. Rudolfo (SS. XV, 121—131).

fol. 153—154'. Apparitio Michaelis in Monte Gargano (SS. R. Langob. p. 541—543).

fol. 154'—158. Vita III. et Mirac. Liutwini (AA. SS. Sept. VIII, 172—176; SS. XV, 1261sqq.).

772. Treverensis seminarii clericalis n. 36 (R. I, 12), saec. XIII, legendarii S. Maximini volumen VIII, formae maioris, fol. 209, e quibus folia 17—24. desunt, mensem Novembrem continet. Cf. Krusch l. l. p. 627sq.; Marx l. l. p. 32sq.; supra p. 536sq.

fol. 25—26'. V. Hugberti auct. Iona c. 15, parte priore perdita (AA. SS. Nov. I, 815sq.).

fol. 26'—34'. V. Willibrordi auct. Alcvino (7a; cf. VII, 102).

fol. 45—49. Vita I. Pirminii (SS. XV, 21—31; A[4], cf. AA. SS. Nov. II, 1, p. 34).

fol. 49'—54'. V. Leonardi (4, cf. III, 395; AA. SS. Nov. III, 150—155) et Mirac. eius I, 1—3 (ib. p. 155—157).

fol. 77—82. V. Livini auct. Pseudo-Bonifatio (Mabillon, Acta II, 450—461).

fol. 99—106' (m. al.). V. Elisabethae landgraviae (inc. BHL. n. 2509, des. n. 2493 f et m).

fol. 107—110. V. Otmari (SS. II, 41—47).

fol. 116—132'. V. Columbani auct. Iona I (A 3*; cf. IV, 42; Krusch, Ionas p. 97).

fol. 154—162'. V. Trudonis auct. Donato, fine mutila (2b*; cf. VI, 268).

fol. 190'—193. Vita II. Bilihildis (Gropp, Collectio scriptorum Wirceburg. I, 788—791).

773. Treverensis seminarii clericalis n. 75 (R. IV, 11), saec. XII, olim S. Matthiae Treverensis, formae minoris, fol. 148. Cf. Marx l. l. p. 60sq.

fol. 2—29. Vitae Willibrordi auct. Alcvino libri II (5a; cf. VII, 101).

fol. 30—34'. V. Lupi Senon. (IV, 179sqq.).

Turicum (*Zürich*).

I. Archivum cantonale.

774. Codex archivi Turicensis, duo folia duplicia complectens, saec. XI, formae quadratae, fragmenta Vitae I. Galli continet (cf. IV, 240).

II. Bibliotheca cantonalis.

775. Turicensis bibliothecae cantonalis olim Rhenaugiensis n. 5, saec. XII (pag. 2—11. 91. 92. saec. XIII), formae maximae, pag. 283, antiquitus Vitas sanctorum *ab Augusto mense usque in Kal. Februarii* continebat, indice (saec. XII) teste, qui p. 1—2. extat; sed pars posterior codicis deperiit, cui cum aliae Vitae inerant tum Pirminii (65), Leonardi (66), Willibrordi (67), Columbani (74), Odiliae (81). Textus singuli numeris distincti sunt. Cf. supra p. 532.

p. 25—31. 5. Passio Oswaldi (= Bedae Hist. eccl. III, 1—3. 5—7. 9—13, initio immutato; inc. *Igitur rex Oswaldus suae nativitatis claram progeniem*), folio exciso fine mutila.

p. 33—37. 7. Conversio et Passio Afrae (similis cod. B 1).

p. 51—52. 14. Passio Symphoriani (AA. SS. Aug. IV, 496sq.).

p. 76—79. 20. V. Verenae (AA. SS. Sept. I, 164—167; SS. IV, 446*).

p. 80—86. 21. V. Aegidii, foliis excisis initio mutila (inc. c. 16. ‖ *affectu conditoris exerceret*, Analecta Bolland. VIII, p. 109, 3).

p. 90. 22. *Beda de septem miraculis mundi* (inc. *Primum miraculum est Rome salvatio tutior*); cf. H. Omont, 'Les sept merveilles du monde au moyen âge' ('Bibliothèque de l'École des chartes' XLIII, 1882, p. 47sqq.); Herm. Schott, De septem orbis spectaculis quaestiones (dissertatio Monacensis), 1891, app. p. IIIsq.

p. 90. 23. *Gregorius Turonorum episcopus de duobus amantibus* (In Gloria confess. c. 31. et 5; I, 767, 10—25. 751, 10—19).

p. 96—110. 24. V. Mansueti Tull. auct. Adsone (AA. SS. Sept. I, 637—651; SS. IV, 509—514).

p. 110—122. 25. V. Magni auct. Pseudo-Theodoro (BHL. n. 5162; cf. SS. IV, 425—427).

p. 150—156. 34. V. Landiberti Traiect. (B 4; cf. VI, 316).

p. 163—166. 36. Passio Acaunensium martyrum (similis cod. D 1).

p. 169—178. 38. V. Haimhrammi (similis cod. B 2b).

p. 185—189. 41. Passio Wenceslai (inc. *Crescente fide christiana*; BHL. n. 8823).

p. 189—191. 42. Apparitio Michaelis in Monte Gargano (SS. R. Langob. p. 541—543).

p. 197—221. 44. V. Remigii auct. Hincmaro (III, 259—328; classis 2 x).

p. 221—235. 45. V. Germani Autissiod. interpolata, foliis deperditis fine mutila (cf. VII, 245, n.).

p. 236—238. 46. Passio Leudegarii auct. Ursino, initio mutila (B 1****; cf. V, 261).

p. 249—259. 50. Passio Dionysii auct. Hildvino, epistulis omissis (BHL. n. 2175).

p. 273—278. 56. Passio Undecim milium virginum (AA. SS. Oct. IX, 157—163).

776. Turicensis bibliothecae cantonalis olim Rhenaugiensis n. 81, formae minoris, pag. 378, e compluribus partibus compactus est.

1. p. 4—89 (saec. IX/X). V. Brigidae (AA. SS. Febr. I, 118sqq.), fine mutila.

2. p. 90—153 (saec. XI). V. Martialis auct. Pseudo-Aureliano, fine mutila (BHL. n. 5552).

3. p. 155—168 (saec. X). Passio Theodori (BHL. n. 8077).

4. Paginae 192—328. ad unum codicem saec. X. scriptum pertinent, cui saec. XI. paginae 329—350. adiunctae sunt.

p. 192—196. Passio Meginrati, initio mutila (inc. SS. XV, 447, 9 *de paradysi gaudio eiecit*; similis cod. 1).

p. 196—205. Passio Fortunatae (BHL. n. 3082).

p. 205—207. Translatio eiusdem a. 874 (2; cf. SS. XV, 472).

p. 233—258. Vita et Virtutes Geretrudis (II, 453—474; classis A 3).

p. 258—271. Passio et Inventio prior Quintini (AA. SS. Oct. XIII, 781—787).

p. 271—274. Inventio eiusdem ab Eligio facta (= V. Eligii II, 6; cf. supra IV, 657. 697, n. 3).

p. 297—319. Passio Leudegarii auct. Ursino (B 1a; cf. V, 261).

5. Pars voluminis antiquissima (p. 352—378), saec. IX, V. Fursei continet, cui exeunti additamentum Nivialense insertum est (simile cod. A 1). Pagina 363. scripturam 'insularem' ostendit, cum reliqua librarii indigenae sint, qui in calce p. 378. adnotavit: *Ego Tetharius scripsi et subscripsi*, spatio maiore inter subscriptionem Vitae et subscriptionem librarii vacuo relicto. Ubi saec. XII. notitia de donationibus Burchardi de Munzenhem aliorumque congregationi Rhenaugiensi concessis scripta est (ed. Hohenbaum van der Meer apud G. G. Zapf, Monumenta anecdota historiam Germaniae illustrantia I, 1785, p. 472).

777. Turicensis bibliothecae cantonalis olim Rhenaugiensis n. 150, saec. XII, formae perparvae, pag. 48, continet

p. 1—31. V. Leonardi (III, 396—399; AA. SS. Nov. III, 150—155) et
p. 31—48. Mirac. eius I, 1—5 (ib. p. 155—158).

III. Bibliotheca urbana.

778. Turicensis bibliothecae urbanae C. 10i, saec. X. in. (ita Munding p. 43 sq.; saec. X. ex. secundum Krusch), olim Sangallensis atque in codice Sangallensi n. 566. vocatus *Passionarium maius*, antea signatus A. 3. 217, formae maximae, fol. 274 (269, additis 10ª, 59ª, 61ª, 192ª, 235ª), Vitas sanctorum a die 2. Aprilis ad Kalendas Decembres continet, nonnullis (V. Carileffi, Germani Paris., Landiberti) ordinem turbantibus. Vitae singulae numeris distinctae sunt, indice praefixo. Post fol. 1. et 27. nonnulla exciderunt. Cf. supra IV, 38 sq.; Krusch, Ionas p. 66 sqq. et potissimum Munding l. l. (v. supra p. 678) p. 42—68; supra p. 531.
fol. 2—7. 1. V. Carileffi (1 a; cf. IV, 769).
fol. 7—10ª'. 2. V. Columbani auct. Iona II, 7—10 [V. Eustasii] et
fol. 10ª'—21. 3. II, 11—25 [Mirac. Evoriac. et V. Bertulfi] (A 1 b²; cf. IV, 39; Krusch, Ionas p. 67).
fol. 38—39. 9. V. Beati presb. Vindocin. (BHL. n. 1065).
fol. 43—44'. 11. Passio Floriani (A 2 a; cf. 'N. Arch.' XXVIII, 366).
fol. 50'—53'. 14. Vita II. Servatii (1 a*; cf. IV, 766).
fol. 62—64'. 20. V. Medardi (Auct. ant. IV, 2, p. 67—73), quam fol. 64'—66'. Fortunati carmen II, 16 (ib. IV, 1, p. 44—48) subsequitur cum hymno Chilperici I. regis alteroque (ed. P. v. Winterfeld, 'Zeitschrift für Deutsches Altertum' XLVII, 1903, p. 73—81; K. Strecker, MG. Poetae IV, 2, p. 455—458, cf. p. 449).
fol. 67'—70'. 22. V. Aviti (A 1; cf. IV, 768).
fol. 73'—82. 25. V. Germani Paris. auct. Fortunato (1 a; cf. VII, 348).
fol. 107—112'. 37. V. Arnulfi (II, 432—446; similis cod. A 2 b).
fol. 127—128'. 42. V. Lupi Trecensis (1 b; cf. VII, 290).
fol. 131'—142'. 44. V. Germani Autissiod. auct. Constantio (A 1; cf. VII, 235).
fol. 154—154'. 50. V. Memmii (cf. V, 365, 9—22).
fol. 155—157'. 51. Conversio et Passio Afrae (A 1 a*; cf. IV, 764).
fol. 159'—161. 53. V. Gaugerici (2 a*; cf. IV, 774).
fol. 162'—166'. 55. V. Radegundis auct. Fortunato (II, 364—377; classis 3).
fol. 172'—173. 62. Passio Iuliani Arvern. (I, 879—881).
fol. 181'—184. 68. Passio Acaunensium martyrum (classis X 2).
fol. 187'—189. 70. V. Sollemnis (1 a; cf. VII, 307).
fol. 217—219'. 79. V. Aniani (4; cf. IV, 767).
fol. 242'—249. 88 (corr. e 89). V. Landiberti Traiect. (1 a; cf. VI, 311).
fol. 252'—268. 90 (corr. e 91). V. Eligii (1 a; cf. IV, 657).
fol. 268—268'. 91. Vita eiusdem brevis (cf. ib.), fine mutila.

Ultraiectum, Traiectum Rheni *(Utrecht)*.[1]

779. Ultraiectensis n. 122 (Eccl. 26 aut 'Kast 2, pl. A, n. 7', antea 248i et 285x), saec. XII/XIII (fol. 110—113. saec. XIII), formae mediae, fol. 113.
fol. 1'—68'. Opera Sulpicii Severi aliaque ad Martinum Turon. spectantia.
fol. 68'—70. V. Brictii (= Gregorii Turon. Hist. II, 1).
fol. 76'—91. V. Willibrordi auct. Alcvino (3 b; cf. VII, 100).
fol. 91—97'. Epitome eiusdem (cf. ib.).

780. Ultraiectensis n. 390 (Eccl. 23, antea 248o et 288m), saec. XV. in., formae maioris, fol. II + 257, a compluribus manibus exaratus est. Fol. I'. m. saec. XV. adnotatum est: *Istud volumen pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius*, quae verba conspectus codicum 'in hac domo' asservatorum subsequitur, quibus Vitae sanctorum inerant (cf. cod. 391); ubi de hoc volumine inter alia haec leguntur: *Istud volumen intytulatur apud nos Secundum volumen Patrum.* Fol. 173'. librarius quidam ita desiit: *Explicit liber beati Augustini episcopi de paciencia* (fol. 169—173'), *scriptus per fratrem Martinum de Scyedam*[2]) *ordinis Cartusiensis prope Traiectum inferius*, atque post folia 177—254'. ab uno fratre exarata fol. 254'. haec subscriptio addita est: *Istud volumen completum est per fratrem Swederum*[3]) *ordinis Carthusiensis anno Domini 1421, anno etatis sue ut putabatur LXXI. Oretur pro eo propter Deum.* Fol. II—II'. index Vitarum legitur; folia 255—257. vacant. Cf. supra p. 539 sqq.
fol. 1—2'. Vita III. Bonifatii (2 a; cf. Levison, Vitae Bonifatii p. LVIII).
fol. 3—4'. V. Odulfi, prologo omisso (SS. XV, 356—358).
fol. 13—16. V. Eligii I, 1—6. 19. 29. 30. II, 1. 2. 34. 36, nonnullis omissis (supra IV, 669—721).
fol. 16—21'. V. Symeonis auct. Eberwino (BHL. n. 7963; cf. SS. VIII, 209—211).
fol. 26—31'. V. Landiberti Traiect. (B 9 a; cf. VI, 318).

---

1) Cf. (P. A. Tiele), Catalogus codicum mss. bibliothecae universitatis Rheno-Traiectinae, 1887.
2) De quo cf. K. O. Meinsma, 'Middeleeuwsche Bibliotheken', Amstelodami 1902, p. 155.
3) Cf. infra p. 692 sq.

fol. 39—43'. V. Vedasti auct. Alcvino, epistula omissa (III, 416—427; classis C 2).
fol. 54—57'. V. Amandi (B 5c; cf. V, 414).
fol. 57'—62. V. Deodati Nivern. (BHL. n. 2132).
fol. 62—63. V. Himerii (Analecta Bolland. VI, 189—192).
fol. 63'—71. V. Germani Autissiod. auct. Constantio (A 1a; cf. VII, 235).
fol. 73—76. V. Amoris auct. Egeberto, prologo omisso (AA. SS. Oct. IV, 343—347).
fol. 77—87. V. Galli auct. Walahfrido liber I (similis codd. 2g. g*).
fol. 87—99'. V. Columbani auct. Iona I (A 5b*; cf. Krusch, Ionas p. 102).
fol. 103—115. V. Remigii auct. Hincmaro (similis cod. 5c).
fol. 123—124. Translatio Severini Colon., prologo omisso, scil. Vitae II. eius (cf. VII, 214) pars altera.
fol. 124—124'. V. Martini I. papae (Liber pontificalis c. 76, ed. Mommsen p. 181—184).
fol. 135—137. *De Udone episcopo* (Magdeburgensi) *dampnato* (ed. A. E. Schönbach, 'Studien zur Erzählungsliteratur des Mittelalters' III, 'Sitzungsberichte der philos.-hist. Classe der Wiener Akademie' CXLIV, n. II, 1902, p. 2—9).
fol. 138—149. Visio Tnugdali (ed. A. Wagner, 1882, p. 3—56).
fol. 149—163'. Gesta Silvestri (BHL. n. 7725/6. 7728/9. 7742. 7734).
fol. 163'—167'. V. Hugonis Lincoln. (BHL. n. 4022. 4024).
fol. 168—168'. V. Fursei (= Legenda aurea c. 144).
fol. 252—254. *De quodam Britone, qui de mortuis resurrexit* (= Bedae Hist. eccl. V, 12).
fol. 254—254'. *De duabus sororibus deceptis a dyabolo ne confiterentur et ideo dampnatis*, scil. V. Columbani auct. Iona II, 19 (supra IV, 139, 10—140, 25; Krusch, Ionas p. 272, 19—275, 7), parte omissa.

781—783. Ultraiectensis n. 391, saec. XV. in., olim Carthusiensium prope Ultraiectum, formae mediae, e tribus voluminibus constat. In primo et secundo saec. XV. fol. 1'. adnotatum est: *Istud volumen pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius*; post quam notam utroque loco sex codices 'in hac domo' asservati enumerantur, quibus Vitae sanctorum inerant, et alii tres et partes codicis n. 391. hoc modo in primo volumine similiterque in altero descriptae (cf. cod. 390):

Item volumen presens tytulatur **Passionale primum**. *Cuius prima pars continet historias diversas, que non habent ordinem dierum nec mensium, scilicet a numero primo usque ad numerum CXLIIII. Deinde sequitur Ianuarius, Februarius, Marcius, Aprilis. In quibus mensibus historie, que sub illis continentur, retinent ordinem dierum.*

Item volumen aliud, quod tytulatur **Passionale secundum**. *In quo continetur primo Maius, Iunius, Iulius et cetera.*

Item volumen 3m, quod intitulatur **Passionale tercium**. *In quo continetur primo November et December, deinde Vita beati Bernardi abbatis et Gesta Magni Karoli imperatoris ac quedam de terra sancta et regimine presidentium.*

Ista tria volumina sunt scripta per manus fratris nostri Zwederi pie memorie[1]) *satis festinanter, ut apparet, et etiam interdum ex consequenti minus correcte; quos tamen defectus excusat fervens ipsius desiderium quod habebat ad congregandum et scribendum Legendas et Gesta sanctorum, qui etiam libros sic ordinavit.*

Insunt autem imprimis epitomae Vitarum breves exigui momenti et aliae et 1. Genovefae, Ursmari, Floriani, Gangulfi, Afrae, Lupi Senon., Leudegarii, Sulpicii Bitur., Praeiecti, Aldegundis, Ansberti, Severini Acaun., Romani Iur., Vulframni, Ermenlandi, Eustasii, Walarici; 2. Sigismundi, Audoini, Austregisili, Carileffi, Wandregiseli, Gaugerici, Radegundis, Arnulfi, Filiberti, Agili, Remacli, Bertini, Chlodovaldi, Audomari, Salabergae, Emmerammi, Bavonis, Melanii, Martini Vertav., Faronis; 3. Amantii Ruten., Otmari Sangall., Aniani, Burgundofarae, Romarici. Cf. supra p. 539. et 542.

781. Volumen I (Eccl. 20, antea 2481 et 2881), fol. 265, praefixis indicibus iuxta ordinem codicis et kalendarii; priori indici fol. 3'. subscriptio addita est: *Finitur tabula secundum ordinem huius voluminis a principio usque ad finem. Et istud idem volumen debet intytulari Passionale primum.*
fol. 50'—51. Epitome Passionis I. Kiliani (cf. V, p. 718, n. 6).
fol. 56. V. Galli auct. Walahfrido I, 1. 2 (IV, 285, 10—286, 5).
fol. 142—143'. Epitome Vitae Willibrordi (cf. VII, 105).
fol. 157'—159. Epitome Vitae Rigoberti (2b*; cf. VII, 56).
fol. 191'—192'. Epitome Vitae Eucherii (cf. VII, 44).
fol. 264'—265'. Epitome Vitae Erminonis (2c*; cf. VI, 449).

782. Volumen II (Eccl. 21, antea 248m et 288k), fol. 238, vocatur fol. 1. *Passionale secundum, quod incipit a Maio, secundum ordinem dierum usque ad Novembrem exclusive.* Indices fol. 2—5'. extant; textui fol. 6'. praescriptum est: *Que sequuntur, sumpta sunt secundum ordinem mensium et dierum tocius anni de secundo volumine Passionalis dominorum ecclesie Traiectensis, scilicet de parte estivali.* Denique fol. 238. adnotatum est: *Istud volumen completum est per fratrem Swederum*

[1]) De quo cf. infra vol. III. et Meinsma l. l.

de Boecholt ordinis Carthusiensis anno Domini MCCCCXXIIII, anno etatis sue LXXIIII. Oretur pro eo propter Deum.

fol. 55—56′. Vita III. Landelini (cf. VI, p. 437, n. 7).

fol. 60—60′. Epitome Vitae Leutfredi (cf. VII, p. 4, n. 14).

fol. 143′—145. Epitome Vitae Bibiani (inc. *Beatus Bibianus parentibus incolis*; cf. III, 95, 7 sqq.).

fol. 173—176. V. Amati Habend. (IV, 215—221; similis cod. 3).

fol. 185′—187. Epitome Vitae Sollemnis (3a*; cf. VII, 307).

fol. 219′—220. Epitome Vitae Condedi (AA. SS. Oct. IX, 354—355; cf. supra V, p. 646, n. 1).

783. Volumen III (Eccl. 22), fol. 210, ab eodem fratre exaratum est, qui, opere absoluto, fol. 210. subscripsit: *Finitur per fratrem Swederum de Boecholt anno Domini MCCCCXXVI. XIII. Kl. Maii, anno etatis sue LXXVI vel circa. Idem Swederus anno Domini MCCCLXXX. ipso die beati Allexii* (Iul. 17) *vestitus fuit Colonie. Item anno Domini MCCCXCVI. fuit missus Traiectum.* Quibus m. al. haec addita sunt: *Item anno Domini MCCCCXXXIII. obiit idem dilectus pater dominus Zwederus, qui hunc librum et alios libros nobis scripsit, postquam LIII annis laudabiliter vixit in ordine et nobiscum, sepultus sexto loco octavo die Aprilis. Requiescat in pace ammodo et in sempiternum. Amen.* Cf. supra p. 539 sqq.

fol. 5—9′. Vita III. Hugberti Traiect. (AA. SS. Nov. I, 829—831; cf. supra VI, 479).

fol. 19′—21. V. Willibrordi auct. Alcvino c. 14—20. 24 (cf. VII, 105).

fol. 25—26′. Vita IV. Bertuini (cf. VII, p. 177, n. 6).

fol. 49′—53. Vitae Trudonis auct. Theoderico epitome (cf. VI, p. 272, n. 15).

fol. 87′—88′. V. Severini Burdegal. auct. Fortunato (3c; cf. VII, 211).

784. Ultraiectensis n. 392 (Eccl. 132, antea 255s et 295s), saec. XV, formae mediae, fol. 240, tertium volumen legendarii cuiusdam erat, teste subscriptione, quae iam erasa fol. 238. conspicitur: *Explicit tercium volumen legendarii de sanctis a primo die Maii usque ad XV. diem mensis Augusti exclusive, finitum per manus fratris* (?) *Ioannis de Alendorp* etc. Saeculo XV. iam Carthusiensium erat, qui fol. 7. adnotaverunt: *Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius ex testamento venerabilis sacerdotis domni Ghiisberti de Dorp, alias Uter lier, sepulti apud nos; cuius anima requiescat in pace. Amen.* Insunt epitomae Vitarum, quarum pars e Legenda Aurea et Vincentii Speculo Historiali hausta est, cum aliae tum Florentii et Floriani, Gangulfi, Austregisili, Carileffi, Wandregiseli, Lupi Trec., Germani Autissiod., Afrae, Gaugerici, Radegundis.

fol. 25—25′. Epitome Vitae II. Audoini (inc. *Sanctus Audoenus oppido Suessionico*).

fol. 41—43′. Epitome Vitae Servatii fabulosae (inc. *Erant in diebus illis Iudeorum*, ed. Fr. Wilhelm, 'Sanct Servatius', 1910, p. 273, 14 sqq.).

fol. 76—76′. Vitae III. Bonifatii epitome (cf. Levison, Vitae Bonifatii p. LVIII).

fol. 89—90. Vita III. Landelini (cf. VI, p. 437, n. 7).

fol. 95′—96. Epitome Vitae Leutfredi (cf. VII, p. 4, n. 14).

fol. 150—151. Vita III. Goaris [= Vincentii Spec. hist. XXIII, 13—16] (cf. IV, 410. 779).

fol. 151′—152′. Epitome Passionis II. Kiliani (inc. *Kilianus Scotorum genere nobilibus*).

785. Ultraiectensis n. 394 (Eccl. 98, antea 244c et 283h), saec. XV, formae minoris, fol. 160. In folio ultimo adnotatum est: *Explicit per manus Ghysberti Berchmaker anno sui noviciatus, anno Domini 1463,* deinde: *Iste liber pertinet Canonicis Regularibus in Traiecto.* Cf. supra p. 540 sq.

fol. 1—1′. *Ex tractatu magistri Henrici de Hassia doctoris famosi contra maculatores beati Bernardi abbatis.*

fol. 2′. *Epitaphium super sepulchrum beati Bernardi.*

fol. 3—136′. Vita et Mirac. Bernardi Clarevall. (BHL. n. 1211/12. 1219. 1214—16. 1222/23. 1225—27).

fol. 136′—157′. V. Columbani auct. Iona I (A 5b*, cf. IV, 43; A 5b**, cf. Krusch, Ionas p. 102).

fol. 157′—160. V. Cunerae (BHL. n. 2011).

Valentianae *(Valenciennes)*.[1]

786. Valentianensis n. 501 (460), iam n. 606, saec. XII, olim coenobii Elnonensis M. 202, formae mediae, fol. 123. Fol. 5′. 10. 30′. 31. 58′—60. picturae extant (supra V, tab. 19—22), folia 1—5. 9. 30. 57. vacant.

fol. 6—29. V. Amandi et

fol. 29′. Suppletio Milonis c. 3 (B 6e; cf. V, 416).

fol. 32—38′. Visio Aldegundis (AA. SS. Febr. I, 894—895).

fol. 38′—53′. Suppletio Milonis c. 1. 2. 4 (B 6e; cf. l. l.).

fol. 53′—56. Testamentum Amandi (cf. ib.).

fol. 56—56′ (saec. XIII). De villa et coenobio Barisiaco (cf. V, 416).

fol. 60′—113′. Suppletio Milonis c. 5—8 (cf. ib.).

787. Valentianensis n. 502 (461), iam n. 607, saec. XII. in., olim (fol. 143′, m. saec. XII)

[1]) Cf. J. Mangeart, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque de Valenciennes', 1860; 'Cat. gén.' (8°) XXV, 1894.

Liber sancti Amandi Elnonensis, formae mediae, fol. 143, pluribus picturis illustratus (supra V, tab. 2—18; MG. Poetae III, tab. 1, cf. p. 819 sq.).
fol. 1′—50′. V. Amandi et
fol. 51—73. Suppletio Milonis (B 6d; cf. V, 415).
fol. 74—118. Milonis carmen de Amando (V; cf. Poetae III, 559).
fol. 118′—123. Visio Aldegundis (AA. SS. Febr. I, 894 sq.).
fol. 124′—125′. Testamentum Amandi (V, 483—485).
fol. 126—143′ (saec. XII). Mirac. eiusdem (cf. V, 416; 1, cf. SS. XV, 848).

788. Valentianensis n. 510 (469), saec. IX, olim S. Amandi, formae minoris, fol. 88.
fol. 37—57. Vita I. Hugberti (1a; cf. VI, 475).
fol. 58—62. Vita I. Remedii (Auct. ant. IV, 2, p. 64—67).

789. Valentianensis n. 513 (471 A), saec. XII, olim S. Amandi, formae maioris, fol. 206.
fol. 35—39′. V. Vedasti auct. Alcvino, epistula omissa (III, 416 sqq.).
fol. 39′—47′. Vita III. Aldegundis (cf. VI, 84, n. 9).
fol. 59—69′. V. Rictrudis auct. Hucbaldo (cf. VI, 92, n. 6).
fol. 128—134′. V. Landiberti Traiect. (VI, 353 sqq.).
fol. 143′—149. V. Bavonis (3b; cf. IV, 532).

Venetia.[1])

790. Venetus bibliothecae Marcianae 'Fondo antico' n. 169 ('Collocazione' n. 1616; Valentinelli VIII, 9), saec. XV, olim Bessarionis cardinalis, chartaceus, formae maioris, fol. 282, una cum codice n. 168. collectionem Pseudo-Isidori auctam continet (classis C iuxta Hinschium) e Vaticano Lat. n. 1340 descriptam, cui inter alia insunt haec (cf. [A. M. Zanetti], Latina et Italica D. Marci bibliotheca codicum manu scriptorum, 1741, p. 91 sqq.; P. Hinschius, Decretales Pseudo-Isidorianae, 1863, p. LXVII sqq.).
fol. 219—220. Epistula Martini I. papae ad Amandum (E 2*; cf. V, 420).
fol. 220—237. Epistulae Bonifatianae (cf. MG. Epist. III, 221; Tangl, 'Die Briefe des h. Bonifatius', 1916, p. XXVI, et 'N. Arch.' XL, 688 sqq.).
fol. 259—260. *Incipiunt nomina regionum continentum* (sic) *infra se provincias CXIII.*
fol. 260—260′. *Nomina Romanorum principum* ad Fridericum I.
fol. 260′—261′. *Nomina Romanorum pontificum* ad Clementem III (1187—91).
fol. 261′—275′. Epitome Libri Pontificalis ad Nicolaum I (cf. ed. Duchesne p. CCV; Mommsen p. CIII).
fol. 275′—276. Continuatio eiusdem, scilicet catalogus pontificum ad Hadrianum IV.

791. Venetus bibliothecae Marcianae Lat. IX, 27 ('Collocazione' n. 2797; Valentinelli XXI, 118), saec. XIII (fol. 1—231′) et XIV/XV (fol. 232—247. et 248—330′), olim basilicae S. Marci, unde a. 1748. in Marcianam bibliothecam translatus est, formae maximae, fol. 332.
1. fol. 117′—118′. V. Germani Autissiod. auct. Constantio (B 4a; cf. VII, 238).
fol. 196—200′. V. Aegidii, prologo omisso (BHL. n. 93).
2. fol. 271—273. V. Columbani epitome (inc. *Columbanus abbas claruit*).
fol. 283—283′. V. Sigismundi epitome (inc. *Sigismundus rex et martir*).
fol. 285′—286. et iterum 301—301′. V. Aniani epitome (inc. *Amanus episcopus Aurelianum*).
fol. 304—305. V. Germani Autissiod., hausta e Legenda Aurea c. 107 (cf. VII, 238).
fol. 306′—307. V. Leonis IV. papae brevis (inc. *Leo papa huius nominis quartus*).
fol. 323—325. Passio Floriani ('N. Arch.' XXVIII, 386—392; classis A 1).

792. Venetus bibliothecae Marcianae Lat. IX, 28 ('Collocazione' n. 2798; Valentinelli XXI, 117), saec. XIII, e bibliotheca S. Marci a. 1748. in Marcianam translatus, formae maximae, fol. 284.
fol. 22′—25′. Passio Mauricii (classis D).
fol. 43′—45′. Vita I. Remedii (Auct. ant. IV, 2, p. 64—67).
fol. 45′—46′. Vita Germani Autissiod. e Beda hausta (cf. VII, 233, n. 10).
fol. 67—72. V. Galli auct. Walahfrido I, 1—11 (IV, 285—293, 32).
fol. 76′—79. V. Severini Noric. auct. Eugippio (cf. ed. Mommsen p. XVII).
fol. 85′—91′. V. Amandi (B 5b; cf. V, 414).
fol. 108′—114′. Vita et Mirac. Leonardi (III, 396 sqq.; AA. SS. Nov. III, 150 sqq.).

Vercellae *(Vercelli)*.

793. Vercellensis archivi capitularis n. 205, saec. X, formae quadratae, totus ad Remigium spectat.
fol. 1—90. V. Remigii auct. Hincmaro (3a; cf. III, 245).
fol. 91—94. Narratio de reliquiis eiusdem a Moderamno in Italiam translatis (ed. Krusch, 'N. Arch.' XX, 567—568).
fol. 95—134′. Translatio a. 882. et Mirac. eiusdem auct. Rotgario (cf. III, 245 sq.; AA. SS. Oct. I, 170 sqq.), quaternione amisso, mutila desinunt, itemque quae sequuntur Responsoria fine destituta sunt.

[1]) Cf. Ios. Valentinelli, Bibliotheca manuscripta ad S. Marci Venetiarum, Codices mss. Latini, vol. I—VI, 1868—73.

Vindobona *(Wien)*.

I. Bibliotheca imperatoris privata *('K. K. Familien-Fideicommiß-Bibliothek')*.

794. Vindobonensis bibliothecae imperatoris privatae n. 9363, saec. XV, formae magnae, volumina duo foliorum VII + 318 et VI + 335 complectens, Hagiologium Brabantinorum continet, quod Iohannes Gielemans canonicus Rubeae Vallis († 1487) inter annos 1476. et 1484. compilavit, in calce utriusque voluminis vocatus *Liber monasterii Rubee Vallis in Zonia iuxta Bruxellam, scriptus per manus fratris Iohannis Gielemans sacerdotis professi eiusdem monasterii*. Cf. Analecta Bolland. XIV (1895), 11sq. 42sqq.; supra p. 541.

vol. I, fol. 57—64'. Gesta Dagoberti I. (II, 401—425; cf. 'N. Arch.' XXVII, 333, n. 1).

fol. 65—72'. V. Trudonis auct. Donato (cf. VI, 269).

fol. 87'—92. V. Aldegundis B (cf. VI, 83, n. 3).

fol. 129—132'. V. Arnulfi Mett. (II, 432—446).

fol. 137'—144'. Vita II. Wandregiseli (cf. V, 12, l. 30).

fol. 174—174'. Conversio Otgarii II (V, 204—206).

fol. 177—179'. V. Gangulfi (cf. VII, 153, l. 10).

fol. 245'—247. V. Hrodberti D (cf. VI, 156).

vol. II, fol. 19—23. V. Willibrordi auct. Alcvino lib. I (cf. VII, 105).

fol. 36—39'. V. Amandi (cf. V, 424, l. 19).

fol. 47'—56'. V. Landiberti auct. Sigeberto (B 2; cf. VI, 340).

fol. 113'—115'. V. Eucherii Aurelian. (cf. VII, 44).

795. Vindobonensis bibliothecae imperatoris privatae n. 9389, saec. XV, olim ut videtur Rubeae Vallis monasterii, formae mediae, partim membranaceus partim chartaceus, fol. 222. Cf. Analecta Bolland. XIV, 256sq.

fol. 66'—75'. Vita II. Wandregiseli (cf. V, 7sqq.).

fol. 76—81. V. Anstrudis (2b; cf. VI, 66).

II. Bibliotheca publica *(antea 'Hofbibliothek')*.[1]

796. Vindobonensis bibliothecae palatinae n. 330 (Hist. eccl. 2), saec. XIV. in Italia exaratus atque antea (fol. 1, m. saec. XVII) *N° 4* signatus, formae maximae, fol. 233, olim Vitas sanctorum a Kalendis Novembribus ad diem 17. Ianuarii complectebatur; sed, foliis compluribus post fol. 176. deperditis, iam dies Ianuarii 1—8. desiderantur.

fol. 12—18. V. Leonardi (III, 396—399, generis 1a; AA. SS. Nov. III, 150—155) et Mirac. eius I, 1. 2 (ib. p. 155sq.).

fol. 24'—30. Passio IV Coronatorum (BHL. n. 1837).

fol. 33'—39. V. Martini auct. Sulpicio Severo, epistula et prologo aliisque omissis.

fol. 39—40'. Eiusdem epistula tertia, initio omisso.

fol. 40'—41'. Gregorii Turon. Hist. I, 48 (supra I, 55, 18—56, 15).

fol. 45—46. Ib. II, 1 [V. Brictii] (ib. p. 59, 5—60, 29).

fol. 200—220. V. Mauri auct. Pseudo-Fausto, epistula Odonis omissa (BHL. n. 5773).

797. Vindobonensis n. 332 (Rec. 126), saec. X (non XII) binis columnis exaratus, formae maximae, fol. 200, fine mutilus, duas partes complectitur, quarum prior quaterniones *I* (fol. 1—8)—*XXIIII* (fol. 171—178) et folia 179/80, posterior binionem *I* (fol. 181—184) et quaterniones *II* et *III* (fol. 185—200) continet, post fol. 24. 178. 180. 200. foliis singulis pluribusve deperditis. Insunt autem Passiones martyrum iuxta ordinem fere dierum dispositae parti priori a Kalendis Maiis ad diem 8. Novembris, posteriori a die 16. Ianuarii ad diem 15. Februarii. Fol. 28'. in margine inferiore m. saec. XVI/XVII. adnotata sunt: *Franzo da Castel da Menaxa*, fol. 67'. m. saec. XV: *Burckardus Ůcz de Salem fuit hic anno Domini MCCCCLI*.

fol. 8'—9. Passio Floriani (supra III, 68—71; 'N. Arch.' XXVIII, 386—392; generis A 1a, aliis lectionibus intermixtis).

fol. 25. Passio Iuliae martyris Corsicanae (BHL. n. 4516; AA. SS. Maii V, 169), initio mutila incipit c. 4 ex.: ‖ *trix ultima. Cumque laxasset* atque desinit, addito enuntiato (quod immutatum in Breviarium Brixiense, ib. p. 170, transiit): — — *in monumento cum gaudio magno. Gesta autem sunt haec XI. Kl. Iuniarum in loco, ubi florent orationes sanctorum ad laudem domini nostri Iesu Christi. Postea autem* (m. al. corr. *vero*) *de ipsa insula Anza regina, uxor Desiderii regis gentis Langobardorum, precępit corpus eius adferri et in monasterio, quod est factum (sterio quod est factum* m. al. in ras. minore; *est factum* pr. m. om.*) ad honorem ipsius beatae Iuliae Brixiae, mirificęntissimę collocavit, prestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

fol. 65'—69. Conversio et Passio Afrae (III, 55—64; similis A 2).

fol. 74'—76'. Passio VII Dormientium auct. Gregorio Turon. (supra I, 848—853; Analecta Bolland. XII, 377—387; similis 2b, i. e. textui Mombritii).

fol. 124—126'. Passio Acaunensium martyrum (III, 32—41; similis D 2, i. e. textui Mombritii).

[1] Cf. inprimis: Tabulae codicum mss. in bibliotheca Palatina Vindobonensi asservatorum I—XI, 1864—1912.

fol. 135—136'. Apparitio Michaelis in Monte Gargano (SS. R. Langob. p. 541—543).

fol. 149'—153. Sermo de Dionysio Areopagita (inc. *Sanctam atquę gloriosam*; (BHL. n. 2187, cf. AA. SS. Oct. IV, 703—705, n. 33—40).

fol. 172—174. Passio Quintini (BHL. n. 6999).

fol. 174—175. Inventio eiusdem prior (ib. n. 7000).

fol. 175—176. Inventio eiusdem ab Eligio facta (= V. Eligii II, 6, supra IV, 697, 18—699, 32; similis 8).

fol. 178'—180'. Passio Quattuor Coronatorum, fine mutila (AA. SS. Nov. III, 765—777, col. 1, l. 14).

798. Vindobonensis n. 336 (Hist. eccl. 5), saec. XIII. in., formae maximae, fol. IV + 412 + I vel potius 409, cum folium post 285. extans numero careat et numerus 96. duobus foliis attributus sit et numeri 191—199. et 288. praetermissi sint. Codex ad exemplar quoddam legendarii magni Austriaci pertinebat et menses Aprilem, Maium, Iunium complectitur. Fol. III—IV. index extat ad modum kalendarii dispositus. Cf. Analecta Bolland. XVII, 36. 54 sqq.; supra p. 534 sq.

fol. 10—16. V. Columbani auct. Iona II, 11—25 [Mirac. Evoriac. et V. Bertulfi] (A 1b[4b]; cf. Krusch, Ionas p. 70).

fol. 26—27'. V. Theudarii auct. Adone (III, 526—530; similis cod. 1b).

fol. 73—85. Vita III. Liudgeri (ed. W. Diekamp, 'Geschichtsquellen des Bisthums Münster' IV, 1881, p. 85—134; V, cf. p. LXVI).

fol. 88'—91. V. Gregorii abb. Porcet. (3; cf. SS. XV, 2, p. 1185; AA. SS. Nov. II, 1, p. 459).

fol. 96a'—96b. Versus de Leone IX (Analecta Bolland. XVII, 167 sq.).

fol. 96b—107'. V. Leonis IX. auct. Wiberto (Watterich, Pontificum Romanorum Vitae I, 127—170).

fol. 107'—109. Mirac. eiusdem (cf. Anal. Boll. XVII, 57).

fol. 110'—113'. V. Nicetii Lugdun. (= Gregorii Turon. Vitae patrum c. 8; I, 690—702).

fol. 120'—126'. V. Adalberti Prag. auct. Iohanne Canapario (2c; cf. SS. IV, 576).

fol. 127'—129'. Wolfhardi Vita, Translatio, Miracula Richarii (cf. IV, 388, 28 sqq.; VII, 438, n. 2).

fol. 132'—133'. V. Gregorii Lingon. (= Gregorii Vitae patrum c. 7; I, 686—690).

fol. 134—134'. V. Hospitii (= Pauli Hist. Langobard. III, 1. 2).

fol. 134'—146'. Mirac. Waldburgis auct. Wolfhardo (SS. XV, 539—555), prologo omisso et ordine immutato.

fol. 149—150. Passio Sigismundi (II, 333—340; classis A 2).

fol. 156—157. Passio Floriani (A 1c; cf. 'N. Arch.'. XXVIII, 366).

fol. 157—168. V. Godehardi auct. Wolfherio posterior (A 3; cf. SS. XI, 164).

fol. 186'—188'. V. Servatii (= Herigeri Gesta episc. Leod. c. 21—28; SS. VII, 172, 51—176, 37).

fol. 188'—200. V. Gangulfi (2c[2]; cf. VII, 148).

fol. 215—216'. V. Wilfridi (= Bedae Hist. eccl. V, 19; cf. supra VI, 192, n. 4).

fol. 221—222. V. Austrigisili (IV, 191—200; similis cod. 1a).

fol. 227'—228. V. Albarti (2; cf. VI, 21).

fol. 228—235. V. Augustini Cantuar. (= Bedae Hist. eccl. I, 23—33. II, 1—3).

fol. 235—235'. Epistula Cuthbercti de obitu Bedae (ed. Plummer, Baedae Opera historica I, p. CLX—CLXIV).

fol. 240'—241'. V. Germani Autissiod. auct. Constantio (A 2*; cf. VII, 235).

fol. 242—242'. Vita II. Germani Paris. (2a; cf. VII, 367).

fol. 243'—246'. V. Maximini auct. Lupo (III, 74—82; similis codd. 3a. b).

fol. 248—269. V. Gregorii VII. auct. Paulo (Watterich l. l. I, 474—546; cf. p. CV).

fol. 281—289. V. Bonifatii auct. Willibaldo (4c; cf. Levison, Vitae Bonifatii p. XXV).

fol. 293—294. V. Medardi (Auct. ant. IV, 2, p. 67—73; similis cod. P).

fol. 294'—310'. V. Columbae Hiensis auct. Adamnano (recensio abbreviata; cf. G. Brüning, 'Zeitschrift für celtische Philologie' XI, 1916, p. 221).

fol. 314'—328. Vita II. Bardonis (2; cf. SS. XI, 322).

fol. 328—329. V. Venantii (= Gregorii Vitae patrum c. 16; I, 724—727).

fol. 336—338'. Passio Quirini (III, 11—20; similis cod. 2).

fol. 338'—340'. V. Aviti (III, 383—385; similis A 1a).

fol. 346'—352'. Passio Albani auct. Gozwino (2; cf. SS. XV, 2, p. 985).

fol. 354—355'. V. Etheldrudis (= Bedae Hist. eccl. IV, 17. 18 [19. 20]).

fol. 362'—366. Gallicanus auct. Hrotsvitha (Opera ed. P. de Winterfeld, 1902, p. 109—126, ed. Strecker, 1906, p. 117—137; similis cod. Monac. n. 2552).

fol. 368—372'. Passio VII Dormientium (BHL. n. 2315).

fol. 373—380'. V. Haimeradi auct. Eckeberto (2; cf. SS. X, 597).

fol. 393—399'. V. Martialis auct. Pseudo-Aureliano (BHL. n. 5552).

fol. 399'—410'. V. Ottonis Babenberg. auct. Pruveningensi (2; cf. SS. XII, 731).

799. Vindobonensis n. 339 (Salisb. 11), formae maioris, pag. 342, e tribus partibus constat. Cf. 'Archiv' X, 542 sqq.

I) p. 1—6, saec. XIII. Miracula Vitalis a. 1181 (inc. *Sanctus Rŭdbertus primus Iuvavensium doctor*; cf. 'Archiv' X, 542; BHL. n. 8706 b).

II) Paginae 7—290, saec. XIII, primo indicem contentorum (p. 7), deinde Vitas 37 sanctarum virginum (p. 8—266), tum textus alios continent. Pag. 247—286. manus altera, p. 286—290. manus tertia exaravit. Post p. 246, quaternione XV. exeunte, folia quaedam excidisse videntur. Vitae sanctarum partim in textu, omnes in indice numeris distinctae sunt.

p. 8—16. I. Vita Genovefae C (AA. SS. Ian. I, 143—147; ed. Künstle, 1910).

p. 23—24. III. Passio Afrae (a*; cf. 'N. Arch.' XXXIII, 47; SS. R. Merov. VII, 194).

p. 55—64. VIII. Vita Radegundis auct. Fortunato (II, 364—377; similis cod. 3b).

p. 66—75. X. *Revelatio nominum et corporum quorundam de XI milibus virginum* auct. Elisabetha Schonaug. (inc. *Vobis qui pios affectus*; BHL. n. 8431).

p. 105—116. XVI. Vita et Virtutes Geretrudis (II, 453—474; classis A 3).

p. 134—143. XVIII. V. Columbani auct. Iona II, 11—22 [Mirac. Evoriac.] (A 1 b4*; cf. Krusch, Ionas p. 69).

p. 143—162. XVIIII. Mirac. Waldburgis auct. Wolfhardo (1 a; cf. SS. XV, 536).

p. 162—174. XX. Vita Brigidae § 1—57 (AA. SS. Febr. I, 118—126).

p. 174—183. XXI. Vita Odiliae (3b*; cf. VI, 33).

p. 198—211. XXV. Vita Leobae auct. Rudolfo (5; cf. SS. XV, 120).

p. 266—273. *Conflictus Odonis Pictaviensis cum quodam Iudeo* (inc. *Cum Pictavis irem ad concilium*).

p. 280—285. *De ortu et genere Pylati* (inc. *Regibus olim liberalibus eruditis*; cf. Fr. I. Mone, 'Anzeiger für Kunde der teutschen Vorzeit' VII, 1838, col. 526 sqq.).

p. 285—286. *De Iuda traditore* (inc. *Fuit in diebus Herodis*).

p. 286—290. Pseudo-Methodii liber de fine saeculi (ed. E. Sackur, 'Sibyllinische Texte und Forschungen', 1898, p. 60—96, plurimis locis discrepantibus).

III) Pag. 291—342. compluribus manibus saec. XII. ex. et XIII. scriptae sunt.

p. 291—336. Vitae et Miracula Virgilii, Hartwici, Eberhardi sanctorum Iuvavensium (1; cf. SS. XI, 85); quibus inter Miracula Virgilii (des. p. 313) et Vitam Hartwici (inc. p. 318) manu alia saec. XIII.

p. 313—317. Vita Virgilii altera ab ipso ut videtur auctore inserta est (inc. *Gloriosus Deus in sanctis suis*, des. *participes nos efficiat Iesus Christus* etc.).

p. 337—339. Miracula Virgilii a. 1225 (inc. *Anno ab incarnatione Domini*, des. *passim salutifere operatur*; cf. 'Archiv' X, 543; BHL. n. 8686 b).

p. 339—340 (saec. XIII/XIV). Epistula regis Tartarorum (inc. *Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est avo nostro Chingischan per Temptemgri nomine*).

p. 341—342. Elevatio reliquiarum Viti et Modesti et Miracula eorum a. 1223. in Lavent facta (inc. *Anno ab incarnatione Domini*, des. *pleno sensui est restituta*; cf. 'Archiv' X, 543 sq.; BHL. n. 8721 b).

800. Vindobonensis n. 357 (Hist. eccl. 14), saec. X, formae maximae, fol. 271, e tribus libris compactus est. De altero (fol. 108—206) cf. A. Dufourcq, 'Étude sur les Gesta martyrum romains' [I] ('Bibliothèque des Écoles françaises d'Athènes et de Rome' 83), 1900, p. 81 sqq.; 'Le passionnaire occidental au VIIe siècle' ('Mélanges d'archéologie et d'histoire' XXVI, 1906, p. 59 sqq.).

fol. 172—175'. Passio Acaunensium martyrum (D 1; cf. III, 23).

fol. 185'—187'. Mirac. Clementis papae (inc. *In divinis voluminibus*; BHL. n. 1855. 1857), hausta e Gregorii Turon. Glor. mart. c. 35. 36.

fol. 244'—271. V. Galli auct. Walahfrido (3c; cf. IV, 245).

801. Vindobonensis n. 371 (Salisb. 28), saec. IX, formae maioris, fol. (I) + 227, olim signatus *296* (saec. XV) et *3416*, Passiones martyrum totius anni 64 secundum ordinem dierum dispositas continet, enumeratas in indice coaevo (fol. I—1'), cuius pars prior periit, sed saeculo XV. suppleta est.

fol. 138—140'. XXXVIII. Passio Symphoriani (AA. SS. Aug. IV, 496/7; BHL. n. 7967).

fol. 149—150. XLIIII. Passio Iuliani Arvern. (supra I, 879—881).

fol. 155—156'. XLVIIII. Passio Acaunensium martyrum retractata, quae, Eucherii capite 1. praemisso, incipit: *Sanctorum passionem martyrum — — causam loquamur. Tempore illo Dioclitianus quondam Romanae rei publice princeps* (classis X 8), et quaternione 22. deperdito, fine mutila desinit *satellis* (m. al. corr. *satelles*) *regius deputavit* (AA. SS. Sept. VI, 346, § 8, l. 5).

fol. 165—180'. LII. Passio Leudegarii C (C 1 a; cf. V, 267).

fol. 189'—192. LV. Passio Dionysii Fortunato attributa (Auct. ant. IV, 2, p. 101—105; 3a, cf. 'N. Arch.' XL, 322).

802. Vindobonensis n. 377 (Hist. eccl. 15), saec. XI. ab uno librario exaratus, formae mediae, fol. 282, fine mutilus, 77 (olim 78) Passiones martyrum continet ad menses anni sex priores pertinentium, iuxta ordinem fere dierum dispo-

sitas. Liber olim signatus erat (fol. 1, m. saec. XVII) *Nº 5* et (fol. 282', m. saec. XVI) *M. 3966* idque nisi fallor ab Hugone Blotio bibliothecario imperatoris (1575 — 1608); antea fuit ecclesiae S. Germani Spirensis, teste nota saec. XIII, quae, iam erasa, fol. 2'. inter indicem passionum et primam passionem conspicitur: *Iste liber est ecclesie Beati Germani in Spira.* Fol. 1—2'. index pr. m. exaratus extat, Passionibus aeque atque in textu numeris I—LXXVIII. distinctis, atque ad n. 22 (Passionem Dorotheae) manu saec. XII. haec adnotata sunt: *Huic passioni ego Iohannes in margine adiunxi passionem sancti Dimitrii martyris apud Grecos celeberrimi, quam et ego inde huc attuli. Festum autem eius est XXVI. die Octobris.* Re vera autem eadem manus saec. XII, cuius scribendi genus simile est scripturae in chartis usitatae, ad Passionem Dorotheae et Theophili (fol. 108'—113) fol. 108'—110'. haec in margine addidit (de quibus egerunt socii Bollandiani, Analecta Bollandiana XVI, 1897, p. 66—68, de aetate ipsius codicis p. 66, n. 2, minus recte indicantes): *Passio sancti Dimitrii XXVI. die mensis Octobris, quam ego Iohannes huius ecclesie scolasticus, offitio legationis fungens in Gretiam, a Thessalonica civitate, in qua et ipsam quidam prespiter Latinus, utriusque tamen lingue gnarus, causa mei et pro petitione mea de Greco in Lat(inum) transtulit, anno dominic(ae) incar(nationis) millesimo centesimo LX^mo^ huc apportavi et hic apposui* (postea eadem m. add.: *afferens quoque de oleo et vestibus eius in argentea pixide*).

Igitur cum Maximianus Herculeus subiugasset — — sub Maximiano Herculeo imperatore XXVI. die mensis Octobris, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor in secula seculorum. Amen.

Hanc passionem sancti Dimitrii quidam Thessalonicensis sacerdos nomine Bernhardus de Greco in Latinum transtulit causa mei, quam et ego ob memoriam et celebrationem tanti martyris hic adiunxi.

Qui legis haec, memorare mei. Dic: 'Sancte (*o* superscr.) *Dimitri,*
Munere pro tali tu propiciare Iohanni' (BHL. n. 2125).

Agitur de Iohanne scholastico, postea praeposito S. Germani Spirensis, cancellario Friderici I. imperatoris (1186—89; cf. Bresslau, 'Urkundenlehre' I², 509), denique archiepiscopo Treverensi (1189 — 1212). Fortasse legatis adiunctus erat, quos imperator a. 1160. Constantinopolim misit (Rahewini Gesta Friderici IV, 84, ed. Waitz-Simson, 1912, p. 341; cf. H. v. Kap-Herr, 'Die abendländische Politik Kaiser Manuels', 1881, p. 70). Paulo postquam Iohannes illa codici intulit, index novus marginibus fol. 3—4. adscriptus est, inserto Dimitrio (praescr. *Hic invenies capitula passion(um) secundum ordinem libri descripta*).

fol. 49—53. XI. Passio I. Speusippi, Elasippi, Melasippi (BHL. n. 7828).
fol. 129'—136. XXVII. V. Gregorii M. auct. Paulo Diacono (ib. n. 3639).
fol. 183'—185'. XLIII. Passio Floriani (III, 68—71; 'N. Arch.' XXVIII, 386—392; similis cod. A 2 a).
fol. 280—281'. [LXXVI]. Passio VII Dormientium, foliis amissis initio mutila (Bibliotheca Casinensis III, Florilegium p. 256, col. 1, 40 — p. 259, multis lectionibus variantibus).

803. Vindobonensis n. 416 (Univ. 818), saec. XII, a Iohanne Fabri episcopo Vindobonensi emptus atque a. 1540 (Sept. 1) collegio apud S. Nicolaum (Vindobonensi) dono datus (cf. E. Tomek, 'Geschichte der Stadt Wien herausgeg. vom Alterthumsvereine zu Wien' V, 1914, p. 180), id quod schedula tegumento anteriori adiuncta testatur, formae minoris, fol. 105.
fol. 1—17. V. Severini auct. Eugippio (R^v^; cf. ed. Mommsen p. XVIII).
fol. 17—26. Vita II. Corbiniani (8; cf. VI, 547).
fol. 27—45'. V. Silvestri.
fol. 52'—79. Vita, Miracula, Translatio Nicolai Myrensis.

804. Vindobonensis n. 420 (Salisb. 39), saec. IX. a compluribus librariis ordine quaternionum scriptus, olim capituli Salisburgensis ibique a. 1433. n. 292. signatus, formae mediae, fol. 173, fol. 2—130'. Vitas sanctorum 27, fol. 131—172'. Vitas sanctarum feminarum 8 continet, et has et illas in universum ordine dierum dispositas; in calce 2 folia desiderantur. Cf. G. Vielhaber, Analecta Bolland. XXVI, 33sqq.; B. Krusch, 'N. Arch.' XXXIII, 15sqq.; supra p. 535.
fol. 9—14. (2). V. Hilarii auct. Fortunato absque prologo (Auct. ant. IV, 2, p. 2—7).
fol. 20—22. 4. V. Simplicii Augustodun. (inc. *Simplicius vir prudens*, BHL. n. 7787).
fol. 22—26. 5. V. Albini auct. Fortunato absque epistula (Auct. ant. IV, 2, p. 29—33).
fol. 26—28. 6. Vita II. Germani Paris. (1; cf. VII, 367).
fol. 28—31'. 7. V. Medardi (Auct. ant. IV, 2, p. 67—73; cf. Krusch l. l. p. 20).
fol. 40—42. 10. V. Lupi Trec. (2a; cf. VII, 290).
fol. 46—52. 12. V. Arnulfi Mett. (II, 432—446; classis B, cf. Krusch p. 21).
fol. 52—60'. 13. V. Filiberti (A 2; cf. V, 574).
fol. 61—66'. 14. V. Audoini (2; cf. V, 544).
fol. 67—71. 15. V. Bibiani (III, 94—100; classis 3a, cf. Krusch p. 21sq.).
fol. 79—85. 17. V. Lupi Senon. (IV, 179—187; classis 3a, cf. Krusch p. 22).
fol. 85—87'. 18. V. Remedii (Auct. ant. IV, 2, p. 64—67; cf. Krusch p. 23).

fol. 87'—98'. 19. V. Germani Autissiod. (A 2; cf. VII, 235).

fol. 99—103. 20. Vita I. Richarii (1; cf. VII, 444).

fol. 103—105. 21. V. Severini Burdegal. auct. Fortunato (2; cf. VII, 211).

fol. 105—107. 22. V. Venantii, i. e. Gregorii Turon. Vitae patrum c. 16 (I, 724—727; cf. Krusch p. 24).

fol. 107—110. 23. V. Amantii Ruten. c. 1—8 (Auct. ant. IV, 2, p. 55, 9—60, 29; AA. SS. Nov. II, 1, p. 276—281; cf. Krusch p. 24).

fol. 110—115. 24. V. Aniani (III, 108—117; classis 2, cf. Krusch p. 24sq.).

fol. 115—119. 25. V. Paterni auct. Fortunato (Auct. ant. IV, 2, p. 33—37; cf. Krusch p. 25).

fol. 119—121'. 26. V. Romani Blaviensis (ed. Vielhaber l. l. p. 52—56).

fol. 131—140. 28. V. Genovefae C (ed. C. Künstle, Vita sanctae Genovefae, 1910; cf. p. XXXV).

fol. 165'—166'. 33. Passio Afrae (α; cf. 'N. Arch.' XXXIII, 26sqq.; SS. R. Merov. VII, 193).

805. Vindobonensis n. 421 (Salisb. 36), saec. XIII, olim bibliothecae cuiusdam, in qua tegumento saec. XV. numerus *299* inscriptus est, formae mediae, fol. 101, continet post Passiones, Vitas, Miracula sanctarum virginum (fol. 1—20'), scilicet Katharinae, Margaretae, Mariae Magdalenae, Caeciliae,

fol. 21—80'. V. Barlaam et Iosaphat (BHL. n. 979).

fol. 81—86'. V. Macharii Romani (ib. n. 5104).

fol. 86'—89'. V. Iohannis Calybitae, prologo Anastasii omisso (Analecta Bolland. XV, 260—267).

fol. 90—96. V. Fursei, quam absque intervallo sequitur

fol. 96—97. additamentum Nivialense (IV, 434—440. 449—451; classis D 2).

fol. 97—98'. Vita Salvii Albigensis, i. e. Gregorii Turon. Hist. VII, 1 (supra I, 289, 10—292, 15, inc. *Hic enim, ut ipse referre solitus erat*), additis verbis: *et evenit depositio illius aliorumque nongenti* (sic) *cum sociis eorum quarto Idus Septembris* (cf. supra V, 747, 12).

fol. 98'—99'. V. Chlodovaldi (inc. *Igitur beatissimi Clodowaldi vitam*, des. *migravit ad Christum VII. Idus Septembris, regnante* etc., cf. supra II, 349).

fol. 99'—101. Miracula imaginis Mariae virginis Sardaniacensis (inc. *Tempore quo Greci terram promissionis inhabitabant*; initium ed. Molinier et Kohler, Itinera Hierosolymitana II, 1, 1885, p. 260—261; cf. Poncelet, Catalogus codicum hagiograph. Latin. Vatic. p. 1).

806. Vindobonensis n. 430 (Salisb. 404), saec. XI, formae magnae, fol. 180. G. Swarzenski, 'Die Salzburger Malerei', Lipsiae 1913, p. 41, codicem saeculo X. attribuit. Cf. supra p. 531.

fol. 1 (saec. XII). Chartae Calixti II. et Heinrici V. a. 1122 [concordatum Wormatiense] (MG. Constitutiones I, 159—161; cf. A. Hofmeister, 'Forschungen und Versuche zur Geschichte des Mittelalters und der Neuzeit, Festschrift Dietrich Schäfer dargebracht', 1915, p. 125. 139).

fol. 43—47'. V. Hilarii auct. Fortunato (Auct. ant. IV, 2, p. 1—7; similis cod. Y).

fol. 47'—50. Vita I. Remedii (ib. p. 64—67; similis codd. CW).

fol. 50—50'. Gregorii Turon. lib. in Gloria confess. c. 78 (I, 794—796).

fol. 50'—58. V. Vedasti auct. Alcvino (A 5b; cf. III, 404).

fol. 58—62'. V. Aniani (4b; cf. III, 106).

fol. 62'—66'. V. Theudarii auct. Adone (1c; cf. III, 526).

fol. 76'—83. V. Columbani auct. Iona II, 7—10 [V. Eustasii] et

fol. 83—98'. II, 11—25 [Mirac. Evoriac. et V. Bertulfi] (A 1b[4]; cf. IV, 39; Krusch, Ionas p. 59).

fol. 108—111. Passio I. Kiliani (2c; cf. V, 718).

fol. 121'—133. Vita et Virtutes Geretrudis (II, 453—474; classis A 3).

fol. 133—141. V. Radegundis auct. Fortunato (II, 364—377; classis 3).

fol. 141—144'. Vita II. Servatii (1a; cf. III, 84).

fol. 144'—147'. V. Medardi (Auct. ant. IV, 2, p. 67—73).

fol. 147'—152. V. Aviti (A 1b; cf. III, 381).

fol. 156—162. V. Arnulfi (A 2b; cf. II, 429).

807. Vindobonensis n. 444 (Lunaelac. fol. 128), saec. XII, formae mediae, fol. 1 + 362, fine mutilus, a Liutoldo monacho Lunaelacensi (de quo cf. Wattenbach, 'Geschichtsquellen' II[6], 376sq.; 'Archiv' X, 498) exaratus est, cuius versus fol. 2. leguntur (inc. *Scrutator rerum veniens*; ed. B. Pezius, Thesaurus anecdotorum novissimus I, 1, p. IV; Swarzenski l. l. p. 162sq.), nisi quod folia 15. et 350. saec. XV. suppleta sunt. Fol. 1'—1a' index Vitarum, Passionum, sermonum occupat; fol. 2', 155, 180, 213. picturae extant (cf. Swarzenski p. 97sq. et tab. LXXVII). Fol. 155'. haud ita multo post haec adnotata sunt: *Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod Mahthildis (dextrix* superscr.*) tradidit se super aram s. Michahelis archangeli libere et voluntarie cum propriis pueris suis, Chunig(undis) cum pueris eius, Mathild(is) cum pueris eius, annuatim ad censum V den(ariorum).*

fol. 3—10. V. Eucharii, Valerii, Materni (BHL. n. 2655).

fol. 10—14. V. Hilarii auct. Fortunato (Auct. ant. IV, 2, p. 1—7; inc. *Beatissimi Hilarii*, similis X).

fol. 14'—34'. V. Mauri auct. Pseudo-Fausto.

fol. 35—42'. Mir. Waldburgis auct. Wolfhardo prologus et lib. I, 1—16. 18 (SS. XV, 538—544, 8).

fol. 60—61'. V. Medardi Fortunato attributa, omissis § 17—24. et 32—38 (Auct. ant. IV, 2, p. 67—69, 22. 71, 5—72, 2; similis P).

fol. 122—124. Passio Floriani ('N. Arch.' XXVIII, 386—392; classis A 1).

fol. 193—202'. Passio Oswaldi e Beda hausta (inc. *Igitur rex Oswaldus sue nativitatis*; cf. Analecta Bolland. XVII, 113).

fol. 305—326'. V. Severini auct. Eugippio (cf. ed. Mommsen p. XX).

808. Vindobonensis n. 474 (Hist. eccl. 99), saec. XI, formae mediae, fol. 268. Fol. 1. m. saec. XVI. adnotatum est: *Hist. Lat. Ms. N. 15*, et m. al.: *Hunc librum legavit domina Barbara Staynhauserin vidua zu Lam* (alios codices eiusdem commemoraverunt W. Wattenbach, 'Ueber Briefsteller des Mittelalters', 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen' XIV, 1855, p. 39; H. Finke, 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins, Neue Folge' XXXI, 1916, p. 269; idem, 'Festgabe der Badischen Historischen Kommission zum 9. Juli 1917', Karlsruhe 1917, p. 42). Fol. 145. in spatio vacuo relicto m. al. saec. XI/XII. ea adnotata sunt, quae *danda sunt ad servitium episcopi de baptismali ecclesia in quarto anno, quando iturus est per parrochiam suam* (inc. *De baptismali ecclesia. Modios V tritici*).

fol. 145'—146'. Vita I. Remedii (Auct. ant. IV, 2, p. 64—67).

fol. 179—210. V. Bonifatii auct. Willibaldo (2b; cf. Levison, Vitae Bonifatii p. XX).

fol. 210'—211. Sententiae ex eadem excerptae (ib. p. 57sq.).

fol. 224' (saec. XII). De regibus Franciae occidentalis: *Karolus Simplex genuit Luhdowicum. Ludowicus rursum genuit Hlotharium, de quo natus est Hludowicus, qui fuit huius prosapiae regalis rex ultimus. Ludowico quoque defuncto, proceres regem super se statuunt Hugonem ducem, qui fuit filius Hugonis magni ducis. Hugo vero rex genuit domnum ac piissimum regem Rotbertum* (996—1031). *Rotbertus denique piissimus rex genuit tres filios: Hugonem dulcissimum ac amantissimum regem* († 1025), *Henricum regem* († 1060) *Rotbertumque Burgundiae ducem* (1032—76).

fol. 224'—225' (saec. XII). Pars epistulae Carisiacensis a. 858: *Karolus princeps — — referre audierunt* (MG. Capitularia II, 432, 31—433, 26; similis cod. 7).

809. Vindobonensis n. 484 (Hist. eccl. 95), saec. XI, formae mediae, fol. 77.

fol. 26—40'. V. Filiberti (A 3a²; cf. V, 574).

fol. 40'—77. Mirac. eiusdem auct. Ermentario (SS. XV, 298—303; ed. Poupardin l. l. p. 19—70).

810. Vindobonensis n. 498 (Hist. eccl. 107), saec. XIII, fol. 130.

fol. 51'—83'. V. Filiberti (A 7; cf. V, 575).

811. Vindobonensis n. 519 (Hist. eccl. 108), formae minoris, fol. 127, olim signatus (fol. 1) *N° 38*, e compluribus partibus constat.

1) Folia 1—53, saec. XIII, epitomas Vitarum et Passionum (fol. 1—51', praescr. *Hic incipit passionale de sanctis*) et *Commune sanctorum* (fol. 51'—53') complectuntur.

fol. 1—1'. Epitome V. Hilarii Pictav. (inc. *Igitur beatus Hilarius Pictavorum urbis episcopus*).

fol. 13. Epitome V. Servatii (inc. *Eo tempore quo rumor erat Hunos*).

fol. 19—19'. Epitome Passionis II. Kiliani (cf. V, 721, n. 3).

fol. 24—24'. Epitome Conversionis et Passionis Afrae (inc. *Apud provinciam Reciam*).

fol. 31—31'. Epitome Vitae Landiberti Traiect. (F 1; cf. VI, 322).

fol. 32'—33. Epitome Passionis Acaunensium martyrum (classis X, inc. *Dioclecianus cum ad inperium*).

fol. 34'—35. Epitome Vitae I. Remigii (inc. *Beatus Remigius nobili prosapia*).

fol. 35—35'. Epitome Passionis Dionysii (inc. *Sanctus igitur Dionisius a beato Clemente*).

fol. 36—36'. Epitome Vitae Galli (inc. *Columbanus vir clarissimus causa peregrinandi*).

2) Foliis 54—115, saec. XIV, inest *libellus de laudibus et floribus sanctorum per anni circulum.*

3) Fol. 116—122', saec. XII. V. Leonardi (III, 396—399, classis 1; AA. SS. Nov. III, 150—155), cui postea

4) fol. 123—125, saec. XIV. Miracula eiusdem I, 1—3 (ib. p. 155—157) addita sunt.

812. Vindobonensis n. 520 (Hist. eccl. 109, olim 32), olim S. Blasii Admuntensis, fol. 124, a pluribus librariis variis temporibus scriptus est.

fol. 1'—77 (saec. XI). V. Galli auct. Walahfrido (6; cf. IV, 246).

fol. 103—113' (saec. XI/XII). V. Pirminii (2, cf. SS. XV, 18; B⁴, cf. AA. SS. Nov. II, 1, p. 2. et 34).

813. Vindobonensis n. 550 (Hist. Lat. 29, deinde Hist. eccl. 123), saec. IX. vel X, formae mediae, fol. 135. Cf. Kollar, Analecta monumentorum omnis aevi Vindobonensia I, 1761, col. 631 sqq.

fol. 1—32. V. Hugberti auct. Iona (AA. SS. Nov. I, 806—818; cf. MG. Epist. V, 347—349; 2, cf. SS. XV, 234).

fol. 94—112. V. Vedasti auct. Alcvino (B 1; cf. III, 404), addita Homilia de eodem sancto (AA. SS. Febr. I, 800) et disticho ad Radonem (MG. Poetae I, 312).

fol. 112—112'. Alcvini hymnus de Vedasto (Poetae I, 313; cf. p. 167).

fol. 113—113'. Inscriptiones ecclesiae Vedastinae (ib. p. 308—309).

814. **Vindobonensis** n. 552 (Hist. eccl. 143, olim 22), saec. IX[1]), formae mediae, fol. 112, passiones martyrum continet. Fol. 1. versus leguntur (MG. Poetae II, 647):

Accipe, flos iuvenum, sancto certamine plenum
Gratanter librum, semper ubique valens,

qui versus a tertio et quarto erasis excipiuntur. Fol. 107. saec. X. benedictio canum Teutonica scripta est (ed. E. v. Steinmeyer, 'Die kleineren althochdeutschen Sprachdenkmäler', 1916, p. 394), cuius folii imaginem exhibuerunt Th. G. v. Karajan, 'Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der Wiener Akademie' XXV, 1858, ad p. 324, et M. Enneccerus, 'Die ältesten Deutschen Sprach-Denkmäler', 1897, tab. 7.

fol. 107'—112. Passio Kiliani (1b; cf. V, 717).

815. **Vindobonensis** n. 553 (Hist. eccl. 133), formae minoris, fol. 151, e tribus partibus constat, quarum prima (fol. 1—107') saec. XI, altera (fol. 108—127) et tertia (fol. 128—151') saec. XII. scriptae sunt. Fol. 151'. signum *M. 3915* legitur, a Blotio nisi fallor bibliothecario Caesareo (1575—1608) additum. Codex olim fuit Spirensis, siquidem librarius quidam saec. XIII. in margine fol. 128'. epistulam H(ermanni) marchionis de Baden *venerabilibus dominis et discretis iudicibus in Spira constitutis* inscriptam exaravit, qua consuetudinem annuam a clericis ipsi subditis debitam sibi vindicavit (inc. *Ex antiquo in nostra iurisdicione*), idemque fol. 136. hanc inscriptionem litterarum descripsit: *Venerabilibus et discretis dominis decano totique capitulo Sancti Victoris in Moguntia E. decanus, B. canonic[us Sancti] Germani et magister G. Sancte Trin[it]atis Spiren(sis).* Insunt praeter Vitas et Passiones apostolorum:

fol. 78—92. Passio Leudegarii auct. Ursino B 1***; cf. V, 261).

fol. 92'—93'. Gregorii Turon. lib. in Gloria martyrum c. 94. de VII Dormientibus (I, 550—552).

fol. 128—151'. Vita Remigii, composita ex Hincmari c. 1—4 (III, 259, 8—264, 19; sed desunt p. 261, 17—262, 29) et Flodoardi Hist. Rem. I, 11—18. 20. 22. 24 (SS. XIII, 422, 16 *Reverendus aspectu* — 423, 31. 423, 59—428, 22. 434, 19—27. 438, 59—439, 8. 439, 26—31. et 48—57. 440, 33—35. 441, 4—28. 442, 46—443, 16), foliis amissis fine mutila (des. p. 443, 16 *lacrimis gemitu con* ‖).

816. **Vindobonensis** n. 576 (Hist. eccl. 145), formae octavae, fol. 119, diversis temporibus scripta continet. Saec. XI. exarata sunt haec:

fol. 13—24. V. Maximini auct. Lupo (1a; cf. III, 73).

fol. 24—32. V. Nicetii Trever. auct. Gregorio Turon. (= Vitae patrum c. 17. et Gloriae confess. c. 92; I, 727—733. 807).

fol. 32—32'. Eiusdem lib. in Gloria confess. c. 91. de Maximino (I, 806 sq.).

fol. 40'—54. Vita et Translatio Severi auct. Liutolfo (cf. SS. XV, 289).

817. **Vindobonensis** n. 577 (Hist. eccl. 138), saec. XI/XII, formae quadratae, fol. 186, in monasterio Altahensi inferiore scriptus, a. 1263. monachis Fürstenfeldensibus dono datus est, teste inscriptione (saec. XIII) fol. 93: *Istum librum et praediolum in Smidheim aput Snaitse dedit Hermannus abbas de Altah inferiori et conventus suus domino Ænshelmo primo abbati in Vürstenveld::* (ras. *en*) *et fratribus eiusdem ecclesie ordinis Cystercіensis anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, ut legentes in ipso fundant orationes ad Dominum pro eisdem*; super quae m. saec. XV. scripsit: *Liber Sancte Marie in Furstenvelte (sive in Campo-principum* m. saec. XVI. add.*)*. Cf. catalogum Fürstenfeldensem a. 1312, ed. M. Mayr, 'Oberbayerisches Archiv' XXXVI (1877), 148, n. 71.

fol. 34—54'. Passio Leudegarii C (C 2a; cf. V, 268).

fol. 69—71'. Vita I. Remedii (Auct. ant. IV, 2, p. 64—67).

fol. 72—83. V. Vedasti auct. Alcvino (A 6b; cf. III, 404).

fol. 83—86. Sermo de Vedasto auct. eodem (AA. SS. Febr. I, 800).

fol. 86—89. Vita II. Germani Paris. (inc. *Cunctorum veneranda atque sanctissima vita*, VII, 419 sqq.).

fol. 89'—93. V. Germani Autissiod. auct. Constantio (interpolata ?) c. 1—10 (pagina non consumpta, des. VII, 257, 14. *horrentes ruinas quasi*).

fol. 94'—109. Passio II. Kiliani (cf. V, 720, n. 9).

fol. 109—115'. Vita I. Burchardi (4; cf. SS. XV, 44).

fol. 127'—137. Conversio et Passio Afrae (A 3c³; cf. III, 44).

fol. 141—148'. V. Landiberti Traiect. (C 3; cf. VI, 321).

818. **Vindobonensis** n. 579 (Hist. eccl. 142), saec. XIII, formae minoris, fol. 70.

fol. 1—19'. Visio Tnugdali (cf. ed. A. Wagner, 1882, p. X).

fol. 19'—26. Visio Wettini.

fol. 26—28. Visio Esdrae.

fol. 28—34'. Visio Baronti (3b³; cf. V, 373).

fol. 34'—39. Epistula Iohannis presbyteri Emanueli imperatori inscripta (ed. Fr. Zarncke, 'Der Priester Johannes' I, 1879, p. 83 sqq., cf. p. 59 = 'Abhandlungen der phil.-hist. Classe der Sächsischen Gesellschaft der Wissensch.' VII, 8, p. 909 sqq., cf. p. 885).

---

[1]) Codicem Salisburgi scriptum esse recte statuisse videtur K. Foltz, 'Geschichte der Salzburger Bibliotheken', 1877, p. 11.

fol. 39—39'. Narratio de sancta cruce (inc. *Temporibus regis David reperit Iudeus quidam*).
fol. 40—70'. Vita Hermanni Iosephi Steinfeldensis.

819. Vindobonensis n. 650 (Rec. 3256), saec. XII, formae maioris, fol. 192, olim Sytich (Sittich) monasterii Carniolensis erat, cum fol. 192—192'. chartae Heinrici (a. 1305) et Meynhardi (a. 1277) comitum Goritiensium et Tirolensium ei concessae m. saec. XV. descriptae sint. Fol. 1. benedictio *Contra fulgura* (inc. *Inicium sancti euangelii*), fol. 191. versus de piscibus (ed. Krusch, 'N. Arch.' XXVIII, 365) extant. Cf. M. Denis, Codices mss. theologici bibliothecae palatinae Vindobonensis Latini II, 1799, col. 735 sqq.; Steinmeyer et Sievers l. l. IV, 635.
fol. 1'—191. Libri Augustini de Civitate Dei.
fol. 191'—192. Passio Floriani (A 1 b; cf. 'N. Arch.' l. l.).

820. Vindobonensis n. 1026 (Univ. 262), saec. XIV. compluribus manibus exaratus, formae octavae, fol. 181. Fol. 86. saec. XV. haec adnotata sunt: *Hunc libellum donavit pro collegio ducali in Wienna venerabilis doctor M. Ni(colaus) de Dinkelspuhl* (professor Vindobonensis clarissimus, † 1433), *cui retributor omnium bonorum retribuat in vita eterna.* Insunt post libros diversi generis (cf. Denis l. l. II, 876 sqq.; Tabulae codicum I, 177 sq.) in calce
fol. 146'—167'. Vita II. Corbiniani (9d; cf. VI, 549).
fol. 167'—180'. Officium eiusdem cum notis quae dicuntur musicis.
fol. 180'—181 (m. al.). *Sequencia de sancta Agnete* (inc. *Laus sit regi glorie*; Chevalier, Repertorium hymnologicum II, n. 10 540).

821. Vindobonensis n. 1556 (Theol. 362), saec. VIII/IX, olim signatus *N° 630*, formae minoris, fol. 176, sermones, Passiones, Vitas continet, quorum index fol. 1'—2'. legitur. Quaternio XIIII. post fol. 84, XVI. ante fol. 85. perierunt, et folia 132—139 (= quaternio *XV*) ante fol. 85. collocanda sunt. Cf. Denis l. l. I, 1793, col. 1144 sqq.
fol. 134'—139', 85—100. V. Silvestri.
fol. 141—146. Conversio Afrae (III, 55—61; similis A 3b).
fol. 146—147'. Passio eiusdem ('N. Arch.' XXXIII, 47—52, et supra VII, 200—204; similis a*).
fol. 147'—154'. Inventio S. Crucis (BHL. n. 4169).
fol. 170—176'. Passio Acaunensium martyrum, fine mutila (classis X 4; des. III, 39, 2 *quem adhuc gentilem esse*).

822. Vindobonensis n. 1675 (Nov. 208), saec. XIV, formae minoris, fol. II + 86. Fol. II'. saec. XV. adnotata sunt: *Hoc passionale est domus Porte beate Marie in Axpach, ordinis Carthusiensis, et habemus a d(omi)no Petro sacerdote et donato* (sic) *nostro felicis recordacionis* (m. al. add. *Hic fuit quondam rector capelle sancti Ieronimi in Wyenna*); idem coenobium eodem fere modo fol. I'. et 31'. et 69'. commemoratur. Fol. II'. verba contra febrim dicenda illata sunt. Insunt epitomae Vitarum brevissimae (praescr. fol. 1: *Incipit passionale dn̄i*, sequitur vox erasa), quae partim e Legenda Aurea pendent. Est fortasse *passionale curtatum*, quod altera parte saeculi XV. in catalogo librorum Aggsbach coenobii commemoratur; cf. Th. Gottlieb, 'Mittelalterliche Bibliothekskataloge Österreichs' I, 1915, p. 582.
fol. 12'—13. *De s. Amando* (inc. *Amandus dicitur quasi amabilis*, cf. Leg. Aur. c. 41).
fol. 29'—30. *Angolfi* [i. e. Gangulfi] (inc. *Angolfus ex nobili*, cf. ib. append. c. 204; cf. VII, 151).
fol. 39. *De s. Kyliano* (inc. *Kylianus nobili Scotorum*).
fol. 45—45'. *De s. Germano* [Autissiod.] (inc. *Germanus dicitur a germine*, cf. Leg. Aur. c. 107).
fol. 49—49'. *De s. Affra* (inc. *Afra pagana meretrix*).
fol. 60. *De s. Lamperto* (inc. *Lampertus de Traiecto oriundus*).
fol. 63'. *De s. Leodegario* (inc. *Leodegarius nobilissimo Francorum*).
fol. 72'—73. *De s. Leonardo* (inc. *Leonardus de Francia oriundus*).

823. Vindobonensis n. 3662 (Lunaelacensis fol. 186), saec. XV. finitus *per manus Alberti Lärnpawtl, qui illo tempore fuit scriptor domini de Runting, canonici ecclesie kathedralis in Ratispona*, chartaceus, fol. 239. Cf. 'Archiv' X, 495 (ubi errore n. 3663).
fol. 84—90'. V. Stephani regis Ungarorum auct. Hartvico (B 3; cf. SS. XI, 225), aliis Vitis Ungaricis sequentibus.
fol. 112—113'. V. Hrodberti C (cf. VI, 155 sq.).
fol. 121'—124'. V. Gangulfi (VII, 157 sqq.).
fol. 124'—133'. V. Corbiniani B (9g; cf. VI, 551).
fol. 152—154'. Conversio Bagoariorum c. 1. 2 (B 2; cf. SS. XI, 3) et Computatio de tempore Hrodberti a. 1186 (B 2; cf. ib. p. 15).
fol. 154'—172'. Vitae et Mirac. Virgilii, Eberhardi, Hartwici sanctorum Iuvavensium (B 4; cf. SS. XI, 86).
fol. 172'—173'. V. Gebehardi Salisburg. (4; cf. ib. p. 34).
fol. 174—235. V. Ottonis Babenberg. ('Anonymus Canisii', BHL. n. 6402; B 3*, cf. SS. XII, 729).

824. Vindobonensis n. 4394 (Hist. eccl. n. 59), saec. XIV, fol. 368, Speculi Sanctoralis Bernardi Guidonis partem quartam inde a fol. 121. continens (cf. L. Delisle, 'Notices et extraits des mss. de la Bibliothèque nationale' XXVII, 2,

1879, p. 239. 243. 284), Vitas sanctorum in brevo coactas complectitur cum alias tum
fol. 132'—135. V. Boniti (cf. VI, 117),
fol. 154—155. V. Amandi (cf. V, 426),
postea V. Pardulfi (cf. VII, 24).

Virodunum *(Verdun)*.

825. Virodunensis n. 74 (antea n. 109 vel Bibl., Patr. 33), saec. XII, olim S. Vitoni Virodunensis n. 100, formae minoris. Cf. 'Archiv' VIII, 447; 'Cat. gén.' (4°) V, 1879, p. 474sq.
fol. 67—82'. V. Willibrordi auct. Alcvino (9a; cf. VII, 103).

Vratislavia *(Breslau)*.

I. Bibliotheca urbana.

826. Vratislaviensis bibliothecae urbanae inter Rehdigeranos n. 370, a compluribus librariis saec. XV. scriptus atque a. 1471. finitus, formae octavae, fol. 379, inter alia (cf. A. Hilka apud K. Ziegler, Catalogus codicum Latinorum classicorum qui in bibliotheca urbica Wratislaviensi adservantur, 1915, p. 179sqq.) continet
fol. 10'—11'. epitomen Vitae Odiliae (cf. VI, 35).

II. Bibliotheca universitatis.

827. Vratislaviensis bibliothecae universitatis I. Q. 437, saec. XV, olim (fol. 1) *Seminarii Nissensis*, chartaceus, formae mediae, fol. 418. Cf. 'Archiv' XI, 702.
fol. 336'—340'. Epitome V. Odiliae (cf. VI, 35).

828. Vratislaviensis bibliothecae universitatis IV. F. 178, saec. XIV, olim (fol. 1) *Ecclesiae collegiatae B(eatae) V(irginis) Glogoviae Maioris*, formae maioris, fol. 259. Fol. 259'. adnotatum est: *Istut passionale dedit scribere dominus Iohannes de Predmost, huius ecclesie sancti Nicolai plebanus et ecclesie beate Virginis canonicus. Finitus quarta feria ante festum beati Ambrosii* (Mart. 30) *sub anno Domini MCCCLXXXIIII.*
fol. 83—84. Passio Floriani (A 6a; cf. 'N. Arch.' XXVIII, 366).
fol. 128—129. V. Germani Autissiod. (= Legenda Aurea c. 107).

829. Vratislaviensis bibliothecae universitatis IV. F. 183, saec. XV, olim bibliothecae cathedralis Nissensis, e duobus voluminibus constat. In tegumento posteriore vol. I. haec nota legitur: *Istud passionale cum alia parte ego Nicolaus Creller plebanus in Patzskaw* (hodie Patschkau, Kr. Neisse) *emi pro octo florenis Ungar(icis) et solvi Conrado Molitoris de Othm(achaw)* (hodie Ottmachau, ib.) *pro tunc locato Nisse anno Domini 1475. circa festa Pasce.* Insunt praeter alias epitomas partim e Legenda Aurea haustas:
Vol. I, fol. 23'—30. V. Odiliae (3d; cf. VI, 34).
fol. 182—183. Passio Floriani (A 6b; cf. 'N. Arch.' XXVIII, 366).
fol. 194'—196. Epitome Vitae Gangulfi (cf. VII, 151).
fol. 263—265. Vitae Bonifatii auct. Willibaldo epitome (cf. Levison, Vitae Bonifatii p. XXIX).
fol. 297—297'. Epitome Passionis II. Kiliani (inc. *Kilianus genere Scotorum totus nobilis*).
fol. 315'—316'. Passio II. eiusdem, parte posteriore omissa (= Legenda Aurea app. c. 200).
Vol. II, fol. 387'—388. Vita III. Hrodberti Salisb. (inc. *Hodierna festivitas*, ed. Sepp p. 53—58, e Legenda Aurea app. c. 197).

Bibliotheca comitis de **Westerholt v. Arenfels** (supra p. 554).

Bibliotheca Alphonsi **Wins v. Mons Hannoniae** (supra p. 626).

Wirziburg *(Würzburg)*.

830. Wirziburgensis Mp. th. fol. 34, olim (fol. 1) *Liber monasterii sancti Petri in Wissenburg*, deinde collegii Societatis Iesu Molsheimensis, tum collegii Societatis eiusdem Wirziburgensis, formae octavae, fol. 154. Cf. J. Hefner, 'Historisches Jahrbuch' XXXI, 1910, p. 65; A. Poncelet, Analecta Bolland. XXXII (1913), 409sqq.
fol. 25—36 (saec. X). V. Goaris (A 4; cf. IV, 407).
fol. 36'—40' (saec. X). Vita I. Remedii (W; cf. Auct. ant. IV, 2, p. XXIV).
fol. 85 (saec. XI/XII). Epistula Urbani II. ad Ottonem episc. Stratoburg. (ed. S. Loewenfeld, Epistolae pontificum Romanorum ineditae, 1885, p. 65).
fol. 85'—89' (saec. XI). V. Arbogasti Stratoburg. (BHL. n. 656b).
fol. 89'—102' (saec. XI). Epistulae Trotmari monachi Lauresham. (Jaffé, Bibliotheca III, 353—358) et opusculum eius de Nazario.
fol. 104—130' (saec. X/XI). V. Willibrordi auct. Alcvino libri duo (4a; cf. VII, 100).
fol. 131—139 (saec. XI). Vita I. Pirminii (B, cf. SS. XV, 19; A[4], cf. AA. SS. Nov. II, 1, p. 34).
fol. 147—153 (saec. XI/XII). Epitaphium Adalheidae auct. Odilone (5; cf. SS. IV, 635).

831. Wirziburgensis Mp. th. fol. 116b, saec. XII/XIII, olim (fol. 1. et 201', m. saec. XII/XIII) *Liber Sanctae Mariae Ebera(censis)* ibique signatus MS. III. 25, formae mediae, fol. 201, compluribus manibus exaratus est. Cf. Poncelet l. l. p. 414.
fol. 1'—137. V. Gregorii M. auct. Iohanne diacono (BHL. n. 3641).
fol. 138—200'. V. Bonifatii auct. Otlobo (2b; cf. Levison, Vitae Bonifatii p. LXXI).

832. Wirziburgensis Mp. th. fol. 125, saec. XII, olim S. Stephani Wirziburgensis (fol. 126', m. saec. XV), formae mediae, fol. III + 126. Cf. Poncelet l. l. p. 417sq.
fol. 68'—107. Gesta Servatii (ed. Fr. Wilhelm, 'Sanct Servatius', 1910, p. 3—146).
fol. 107—116. V. Landiberti Traiect. auct. Stephano (8; cf. VI, 333).

833. Wirziburgensis Mp. th. fol. 139, saec. XII. in., formae magnae, fol. 190, e duobus codicibus (fol. 1—127. et 128—190) constat a Lamberto quodam exaratis (cf. versus fol. 127', supra IV, 40; Krusch, Ionas p. 73), qui utrique parti fol. 1'. et 128. indicem metricum praemisit (ib. p. 40 [Ionas p. 73]. 243). Fol. 2'. saec. XV. adnotatum est: *Iste liber pertinet ad Sanctum Stephanum Herb(ipole)n(sem).* Cf. Poncelet l. l. p. 418sq.
fol. 33—65'. V. Remigii auct. Hincmaro (2x²; cf. III, 245).
fol. 66—74. V. Eucharii, Valerii, Materni (BHL. n. 2655).
fol. 74—102. V. Columbani auct. Iona lib. I. et
fol. 102'—127'. lib. II, 1—22 (A 1c; cf. IV, 40; Krusch, Ionas p. 73).
fol. 128'—172'. V. Galli auct. Walahfrido (2c; cf. IV, 243).
fol. 172'—179'. V. Otmari auct. eodem (SS. II, 41—47).
fol. 179'—190. Mirac. Otmari auct. Isone (ib. p. 47—54).

834. Wirziburgensis Mp. th. qu. 13, olim ecclesiae cathedralis Wirziburgensis, formae minoris, fol. 167, e duabus partibus seorsum numeratis compactus est, e quibus prior a. 1417. exarata folia 116 (folio 11. bis numerato) complectitur, altera saec. XIV. scripta, praefixo folio 117, e foliis 49 constat atque (fol. 1—48) epitomen Veteris Testamenti continet. In calce partis prioris fol. 116'. adnotatum est: *Anno Domini milesimo quadringentesimo XVII. finitus est liber iste feria secunda ante Symonis et Iude* (Octobr. 25). Cf. Poncelet l. l. p. 421.
fol. 1'. Imago rudis Gregorii II. Bonifatio officium praedicationis attribuentis.
fol. 2—79. V. Bonifatii auct. Otloho (2d; cf. Levison, Vitae Bonifatii p. LXXII), cui
fol. 6'. imago rudis Gregorii papae Bonifatium episcopum consecrantis interposita est.
fol. 79—99. V. Sturmi auct. Eigilo (1; cf. SS. II, 365; cf. E. Stengel, 'Archiv für Urkundenforschung' V, 141sqq.).
fol. 99—116'. V. Leobae auct. Rudolfo (6; cf. ib. XV, 120).

835. Wirziburgensis Mp. th. qu. 15, saec. X (fol. 204—211. saec. XIV), formae octavae, fol. 211, a muribus arrosus, fol. 82'—203'. eandem collectionem continet atque codex Monacensis Lat. n. 14418, indice praefixo; erat olim ecclesiae S. Kiliani (cathedralis). Cf. Poncelet l. l. p. 421sqq.; supra p. 532.
fol. 130—131. 9. Passio Floriani (B 2; cf. III, 66).
fol. 157'—159'. 31. Passio martyrum Acaunensium (E 2; cf. III, 23).
fol. 159'—161'. 32. *In nat(a)l(i) sancti Hrodp(er)hti episcopi VIII. K(al). Oct[b].* (ita in indice, sed in textu sermo Maximi Taurinensis legitur ad Corbinianum relatus, qui alibi ad Hrodbertum spectat, cf. VI, 147, n. 12; inc. *Sancti ac beatissimi patris nostri Corbiniani*).
fol. 170—172'. 36. Vita Amandi (C 2; cf. V, 418).

836. Wirziburgensis Mp. th. qu. 23, saec. IX. in., olim bibliothecae cathedralis, formae octavae, fol. 38. Cf. Poncelet l. l. p. 424.
fol. 2—36'. V. Haimhrammi continet (B 1; cf. IV, 461), cui saec. XI. fol. 1. et 38. hymni accesserunt.

Wolfenbüttel v. Guelferbytum.

Zwettl monasterium in Austria inferiore.[1])

837. Zwettlensis n. 14, saec. XIII, formae magnae, fol. 201, pars exemplaris legendarii magni Austriaci, Octobrem mensem et partem priorem Novembris complectitur. Cf. Analecta Bolland. XVII, 29sq. 83sqq.; supra p. 534sq.
fol. 4—12'. V. Remigii auct. Hincmaro ad c. 29 (III, 250—326).
fol. 14—15. V. Germani Autissiodor. auct. Constantio pars (cf. VII, 235, n. 7).
fol. 15—17. V. Vedasti auct. Alcvino (III, 416sqq.).
fol. 17—21. Passio Leudegarii C (C 2f; cf. V, 268).
fol. 21'—23. V. Sulpicii B (IV, 372sqq.).
fol. 38'—39'. V. Burchardi Wirziburg. (SS. XV, 47—50; cf. p. 44, n. 9).
fol. 40—46. V. Brunonis auct. Ruotgero (SS. IV, 254—272, 26).
fol. 46—47. V. Colomanni (SS. IV, 675—677; cf. p. 674, n. 9).
fol. 48—49. Passio Fortunatae (cf. Anal. Bolland. l. l. p. 85) et Translatio eius in Augiam (SS. XV, 473).
fol. 50—53. V. Lulli auct. Lamperto (1c; cf. Lamperti Opera ed. Holder-Egger p. XXII).
fol. 53—63. V. Galli auct. Walahfrido (IV, 280—337).
fol. 87—89'. V. Amandi (V, 428—449).
fol. 93'—100. V. Wolfkangi auct. Otloho (SS. IV, 525—542, cf. p. 525, 7; B 4, cf. AA. SS. Nov. II, 1, p. 531).
fol. 119'—121'. V. Pirminii (SS. XV, 21—31, cf. p. 18, n. 7; B⁵, cf. AA. SS. Nov. II, 1, p. 3. et 34).
fol. 126'—128. V. Leonardi (III, 396—399; AA. SS. Nov. III, 150—155).

---

1) Cf. Xenia Bernardina II, 1, Vindobonae 1891, p. 293—479 (auct. St. Rössler).

fol. 128—132'. V. Willibrordi auct. Alcvino lib. I (cf. VII, 100, n. 3).
fol. 133'—135. Passio Quattuor Coronatorum (B 8; cf. AA. SS. Nov. III, 750).
fol. 200—201'. V. Otmari auct. Walahfrido, mutila desinens c. 13. in. (SS. II, 41—46).

838. **Zwettlensis** n. 15, saec. XIII, formae magnae, fol. 172, ultima pars eiusdem legendarii, alteram partem Novembris et Decembrem complectitur. Specimen scripturae exhibet Uhlirz apud A. Chroust, Monumenta palaeographica, series II, vol. II, fasc. XV, tab. 9 (389). Cf. Anal. Bolland. l. l. p. 30. 90sqq.; supra p. 534 sq.
V. Columbani auct. Iona lib. I (classis A 1 b⁴; cf. Krusch, Ionas p. 69, n. 1).
V. Chounradi Constant. auct. Oudalscalcho (SS. IV, 430—436).
fol. 23'—33. Vitae et Mirac. Virgilii, Eberhardi, Hartwici sanctorum Iuvavensium (B 2; cf. SS. XI, 85).
fol. 33'. Catalogus archiepisc. Salisburg. (III a; cf. SS. XIII, 350).
V. Soli auct. Ermanrico (SS. XV, 156—163; cf. p. 152, n. 11).
fol. 98'sqq. V. Odiliae (3c²*; cf. VI, 34).
V. Modestae (= Virtutes Geretrudis, II, 464—474; cf. p. 451).
Vitae Mathildis epitome auct. Ekkehardo (cf. SS. IV, 283, 18sqq.; 'Archiv' VII, 486sqq.).

839. **Zwettlensis** n. 24, saec. XIII, formae magnae, fol. 310, pars legendarii eiusdem, Aprilem, Maium, Iunium continet. Fol. 309'. catalogus librorum Zwettlensium saec. XIII. exaratus legitur (ed. Th. Gottlieb, 'Mittelalterliche Bibliothekskataloge Österreichs' I, 1915, p. 511—514). Specimen scripturae extat SS. XII, tab. V (ad p. 724). Cf. Anal. Boll. l. l. p. 30. 54sqq.; supra p. 534 sq.
V. Columbani auct. Iona II, 11—25 (cf. Krusch, Ionas p. 69, n. 1).
V. Theudarii (III, 526—530).
Vita III. Liudgeri (ed. Diekamp l. l. p. 85—134; Z, cf. p. LXVII).
fol. 75—76'. V. Gregorii Porcet. (SS. XV, 1187—90; 4, cf. AA. SS. Nov. II, 1, p. 459).
V. Adalberti auct. Iohanne Canapario (2d; cf. SS. IV, 576).
Wolfhardi Vita et Translatio Richarii (cf. IV, 388, l. 23—38).
Mirac. Waldburgis auct. Wolfhardo (cf. SS. XV, 536, n. 8).
Passio Sigismundi (II, 333—340).
Passio Floriani (cf. Krusch, 'N. Arch.' XXVIII, 366).
V. Godehardi auct. Wolfherio posterior (SS. XI, 196—218; A 11, cf. p. 165).
V. Gangulfi (VII, 157 sqq.).
V. Wilfridi (= Bedae Hist. eccl. V, 19; cf. supra VI, 192, n. 4).
V. Austrigisili (IV, 191 sqq.).
V. Albarti (cf. VI, 21, l. 31).
V. Germani Autissiod. auct. Constantio pars (cf. VII, 235, n. 7).
Vita II. Germani Paris. (cf. VII, 368, n. 1).
V. Maximini Trever. auct. Lupo (III, 74—82).
fol. 206 sqq. V. Bonifatii auct. Willibaldo (4c¹*; cf. Levison, Vitae Bonifatii p. XXV).
Vita Bardonis maior (4; cf. SS. XI, 322).
Passio Quirini (III, 11—20).
V. Aviti (III, 383—385).
Gallicanus auct. Hrotsvitha (Opera ed. P. de Winterfeld p. 109—126; ed. Strecker p. 117—137).
V. Haimeradi auct. Ekkeberto (SS. X, 598—607).
V. Ottonis Babenberg. auct. monacho Pruveningensi (SS. XII, 883—903; 3, cf. p. 731).

840. **Zwettlensis** n. 72, saec. XIII, fol. 148, inter Vitas sanctorum alias (cf. 'Archiv' X, 608; Xenia Bernardina II, 1, p. 328) continet
V. Landiberti Traiect. (C 5; cf. VI, 321),
Mirac. Waldburgis auct. Wolfhardo (cf. SS. XV, 536, n. 8).

841. **Zwettlensis** n. 77, saec. XIII. in., fol. 147.
fol. 124—147'. V. Bonifatii auct. Otloho (1; cf. Levison, Vitae Bonifatii p. LXIX).
fol. 147'. Catalogus episc. Mogunt. (SS. XIII, 311 sq.; cf. p. 309).

Vitae lingua Teutonica conscriptae.

842. Codex Francisci **Schultz** olim Bonnensis, deinde (a. 1910—1918) professoris **Stratoburgensis**, antea A. Haass, saec. XV, formae mediae, fol. III + 330, Vitas sanctorum lingua vulgari compositas continet. De origine libri Coloniensi haec in folio in calce affixo adnotata sunt: '*Dit boich hoirt den susteren zo up sent Gereoins straissen yn Her Schelen Convent b nnen Collen*' (Latine 'conventus beginarum Hermanni quondam Lusci in vico S. Gereonis' vel similiter; cf. H. Keussen, 'Topographie der Stadt Köln im Mittelalter', 1910, I, 152*. II, 253; I. Greving, 'Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein' LXXIII, 1902, p. 45), atque fol. 330: '*Dit boich is geschreven in den jairen ons heren Iesu Christi, doe man schreiff dusent CCCC en LXIII, ende wart geendet des saterdages vur sente Michaels dach des heiligen ertzengels* (1463, Sept. 24). *Biddet dorch die lieffde godes eyn Ave Maria vur eyn arme sunderynne, die dit boich geschreven hait*' etc. Fol. I—III'. kalendarium praecedit, atque textui fol. 1. praescripta sunt: '*Hie begynnent etzliche legende of historien van den heiligen*'. Cf. supra p. 541.

fol. 2—8. V. Odiliae (cf. VI, 36, n. 2).
fol. 50—53. V. Hugberti (cf. VI, 481, n. 5).
fol. 56. De Severo (potius Severino) episc. Trever. (cf. VII, 212, n. 3).
fol. 174′—177. V. Aldegundis (cf. VI, 84, n. 10).
fol. 177—182′. '*Van sente Kilianus ende synen gesellen*' (inc. '*Also dicke als der strijt der hilger merteler*'), versio Passionis II. Kiliani, parte extrema aucta e Passione eiusdem I. c. 15 (supra V, 728) et Vita I. Burchardi c. 6 (SS. XV, 49).
fol. 240—248. V. Willibrordi (cf. VII, 104, n. 2).
fol. 276′—286. Vita V. Severini Colon. (cf. VII, 218, n. 1), addita Vita Annonis II, 13. III, 9 (SS. XI, 488/9. 501).

APPENDIX.

SCRIPSIT BRUNO KRUSCH.

TOMUS I.

GEORGII FLORENTII GREGORII EPISCOPI TURONENSIS LIBRI VIII MIRACULORUM.

Historia Francorum ab Arndtio edita cum mihi a. 1884. *inter Scriptores rerum Germanicarum denuo recensenda ab iis commissa esset, qui societatem nostram tunc moderabantur, cumque exemplaria huius voluminis, scilicet prioris partis tomi primi, iam divendita sint, ne mandatum meum fallam, quamvis aliis curis distractus, absoluta hac serie ad principium reversurus sum, quare aut apparatum ad codices corrigere aut textum emendare iam desistere possum. Alteram autem tomi primi partem, Miraculorum scilicet libros VIII operaque minora, ipse anno* 1882. *edenda susceperam, ne in tanta patris Historiae Francorum auctoritate haec eius scripta praetermitterentur, quibus non solum ecclesia Gallicana fataque scriptoris celeberrimi illustrarentur, verum etiam res moresque Francorum luculentius cognosci possent, cumque tempora urgerent, anno* 1885. *hoc munus exsecutus Opera Gregorii absolvi. Quinquennio demum post editionem nostram, scilicet anno* 1890, *Maximilianus Bonnet, qui ipse Miracula Andreae auctore eodem Gregorio ad tomum primum contulerat, opus profundae eruditionis de sermone auctoris publici iuris fecit*[1], *quo editione nostra nisus accurate et sagaciter propositum suum exsecutus est, singulisque et verbis et litteris inter se comparatis et cum usu classico nos docuit, quomodo rusticitas illa ab hoc discreparet quibusque legibus eadem regeretur. Quibus rebus constitutis, textum nostrum haud paucis locis ingenio suo emendare vel hic illic aptius distinguere poterat, interpunctione immutata, quin immo fundamentum pretiosissimum iecit, quo etiam in sequentibus huius seriei tomis haud parvo fructu usi sumus quoque in primo nos caruisse non satis dolemus. Attamen his quoque ipsius studiis viam quodammodo stravimus, nam textu absoluto Orthographica et Lexica Grammaticaque tractans parvo intervallo indices composui copiosiores, quam qui alias eiusmodi auctoribus adici soleant, quod patientiae specimen etiam M. Bonnet non adeo displicuisse videtur. Parvo quoque intervallo omnia reliqua mihi praeparanda erant Berolini tunc constituto, neque enim sodales societatis nostrae peregrinas bibliothecas adeuntes his scriptis antea multum vacaverant a proposito Monumentorum Germaniae tunc alienis neque mihi ipsi bibliothecas peragrandi facultas data erat.*

1) *M. Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours', Parisiis* 1890, *quem librum recensui 'N. Arch.' XVI, p.* 432 *sqq.; cf. ib. XVII, p.* 199 *sqq.*

Certum tantum codicum numerum Berolinum transmissorum adhibere potui eosque qui tunc mihi praesto erant fere omnes ex eodem exemplari (B) pendere perspexi melioris quidem notae, sed locis nonnullis manifesto depravato, omnesque saeculum IX. non superantes longius abesse patebat ab auctoritate et fide codicum Historiae Francorum. Unum vero diversae stirpis (C) codicem 4 *nactus eram, posteriorem tantum Miraculorum partem continentem, scilicet libros Vitae Patrum et in Gloria Confessorum, eiusque ope haud pauca verba primus emendavi aut supplevi*[1]. *Prioris partis talem codicem non nactus duos versus in libris in Gloria Iuliani c.* 46, *et de Virt. Mart. III,* 17, *ex editione principe Clichtovei*[2] *admittere coactus eram, cuius exemplar indagare non licuit, sed textum illum, qualis editus erat, praeterea haud raro interpolatum esse manifestum erat*[3]. *Neque ea quae litteris datis de codicibus francogallicis ab aliis comperire poteram ad haec studia amplius extendenda allicere videbantur, qua de re ceterum decernendi potestas penes alios tunc erat.*

Exemplaris alterius originis defectum nemo aegrius tulit M. Bonnet[4], *damnumque graviter vituperans mirum fore existimavit, si inter plurimos Virtutum Martini codices talis qualis opus esset non reperiretur, Ruinartium addens lectiones fide dignissimas e codicibus Sangermanensibus deprompsisse, se ipsum lectiones editionis principis in codice Parisiaco n.* 5326 *(nobis* 14*b) deprehendisse unico quem novisset. Waitzius ipse respondere coactus*[5], *cui largis Monumentorum subsidiis pepercisse crimini daretur, parum necessarium fuisse censuit plures codices interpolatos recentioris aevi adhibere, quibus labor tantum et apparatus aucti essent, unde ei iam defuncto obiciebatur, quasi vim quaestionis illius non intellexisset*[6]. *Cum vero mihi ipsi melioris quod dicebatur fundamenti propius aspiciendi facultas data esset ad Vitas sanctorum conferendas Parisios misso, stupefactus perspexi*[7] *libros pessime interpolatos pro fide dignissimis venditos esse, ita ut Waitzii iudicium haud male confirmaretur. Censor enim severus et ipse nullum exemplar compertum habebat, quo menda codicum B tolli poterant, quique editori tale investigandum fuisse bene noverat, auctor tam subtilis operis nonne oblitus erat pari munere se ipsum teneri, ut lectores suos placaret? Vir autem doctissimus eodem quo ego tempore haec studia aggressus codices* 1*a.* 2 *contulerat, eosdem scilicet, quos ipse contuleram, qua de re textu fere impresso certiorem me fecit, plagulisque editionis nostrae, quae ubi primum singulae impressae sunt, petenti ei transmittebantur, non Sangermanensium illorum fructum dubium intulerat, sed codicis nostri* 1*b; lectiones autem codicis* 14*b nullius momenti esse iam ex ipsius adnotatis intellegi poterat, quae libro suo subiecit*[8]. *Damnum vituperare sane facilius fuisse videtur quam reparare.*

Etiam vetusti qui absoluta editione nostra detecti sunt Miraculorum codices ad familiam B pertinentes optatum subsidium non ferebant, textusque examinantes qui eos protulerunt mox cognoverunt ad quaestionem difficilem solvendam editoribus futuris haud multum ex eis exspectandum esse et L. Delisle[9] *(codex* 3*a) et V. Ussani*[10] *(codex* 1*c), ad quorum dissertationes infra redeamus*[11]. *Neque vero ipse thesaurum absconditum inquirere destiti studiaque mea tandem prosperius cesserunt, nam adiuvante fortuna incidi*

1) *Exempla aliquot attuli SS. rer. Merov. I, p.* 476, 30. 2) *Exarata opera Ioannis Marchant et impensis Ioannis Parvi 'apud Parrhisios' anno* 1511. 3) *SS. rer. Merov. I, p.* 481. 4) *'Revue critique'* 1886, *p.* 147 *sqq.* 5) *'N. Arch.' XI, p.* 632. 6) *Bonnet, 'Latin' p.* 18, *n.* 3. 7) *'Über die handschriftliche Grundlage von Gregors Miracula', 'N. Arch.' XIX, p.* 25 *sqq.* 8) *Cf. Bonnet, 'Latin' p.* 602, *n.* 1, 614, *n.* 1. *Ad hanc classem exeunte hac dissertatione revertar infra p.* 728 *sqq.* 9) *L. Delisle, 'Un nouveau manuscrit des livres des miracles de Grégoire de Tours' ('Mélanges Julien Havet', Parisiis* 1895, *p.* 1—5*).* 10) *V. Ussani, 'Il cod. Torinese Lat. A.* 216. *Contributo alla critica di Gregorio da Tours e di Venanzio Fortunato' (E. Monaci, 'Studj romanzi', Romae* 1909, *VI, p.* 177 *sqq.).* 11) *P.* 717.

in talem qualis desiderabatur codicem non Sangermanensem, non Virtutum Martini, sed Augiensem (5 a) et totius prioris Miraculorum partis, quo reperto anno 1912. *adhuc vetustior emersit Haagensis non integer: hunc vero W. Levison sodalis meus partem exoptatam Turonensis illius S. Martini codicis (nobis* 5*) esse perspexit, quem cum editione principe necessitudine quadam coniunctum esse iam olim divinaveram; pauca eiusdem libri folia in bibliotheca Turonica adhuc restant. Quibus subsidiis instructi nunc demum eodem modo in priore Miraculorum parte corruptelas aliquot sanare hiatusque explere possumus, quo in posteriore olim progressi eramus ope codicis* 4. *Codices autem W. Levison magno studio et labore contulit, qui etiam de ratione quae inter singulas codicis* 5 *partes intercedat perite disseruit*[1].

5*) Codex olim S. Martini Turonicus, saec. IX, ex quo Ruinartius fere nihil publici iuris fecit nisi pauca menda, ita ut tanti quanti par erat aestimari nequiret, divulsus iam in tres codices discessit, et primus, cuius p.* 466 *sq. memini,*

a) Parisiacus n. 9733 *(Suppl. lat.* 478*), fol.* 1—49′, *librum in Gloria martyrum absque laterculo capitum, fol.* 50—57′, *Virtutes Martini II,* 31—60 *(p.* 620, 15. Religiosa vi *ad p.* 629, 15. vel in puplicis|*) exhibet,*

alter per fecundissima A. Poncelet[2] *studia demum in lucem vocatus, qui primus ad bibliothecam illam omnino neglectam animum virorum doctorum convertit*[3],

b) Musei Meermanno-Westreeniani Haagensis n. 10 *(qu.* 3*), fol.* 1—19. *librum in Gloria Iuliani, fol.* 19—43′. *Virtutes Martini ad II,* 31. Apra q; dam *continet, ita ut posterior codicis praecedentis (a) pars a verbis* Religiosa vi *hunc textum proxime excipiat, sed extremi* 5½ *versus fol.* 43′. *iam erasi sunt post verba* populo stabat *(p.* 620, 10*),*

tertius denique, quem ad exemplar Turonicum pertinere L. Delisle[4] *iam coniecerat, inter schedas A. Salmon repertus,*

c) Turonicus n. 1521 *('Nouveau fonds' n.* 4*), fol.* 30—35′, *Virtutes Martini a laterculo libri III:* XIII. De Theodanis — Ille vero quamquam *(p.* 631, 1 — 638, 21*) servat*[5], *i. e. textum codicis a) continuat, nisi quod extremis quaternionis foliis deperditis sexque tantum servatis lacuna quaedam exorta est. Adsunt enim adnotante W. Levison quaterniones signati*

I—VI (fol. 1—48*) cum folio singulari (fol.* 49*) in codice a),*

VII—XII (fol. 1—43*) in b),*

XIII (fol. 50—57*) iterum in a), quibus codicis c) quaternio non amplius integer (fol.* 30—35′*) adiungendus est, procul dubio XIIII.*

Codex formae mediae initio putredine infectus est, ita ut partis a) fol. 1—4. *in dextero latere eoque inferiore laesa scriptura aut ipsa membrana hic illic legi nequeant, itemque finis eiusdem libri inde a fol.* 55. *eodem modo corruptus est in dextero latere eoque superiore, ita ut, scriptura partim diruta, frustula membranae effracta sint. Etiam ea quae adiungenda sunt folia partis c) eandem iacturam superioris partis passa sunt,*

1) *W. Levison, 'Handschriften des Museum Meermanno-Westreenianum im Haag', 'N. Arch.' XXXVIII, p.* 518 *sqq.* 2) *A. Poncelet, Catalogus codicum hagiographicorum latinorum Musei Meermanno-Westreeniani, Anal. Bolland. (*1912*) XXXI, p.* 47, *praescriptionem libri in Gl. Iuliani exscripsit, ex qua intellexi codicem ad hanc familiam pertinere.* 3) *W. Levison, SS. rer. Merov. VI, p.* 637 *sqq., additamenta V. Trudonis ex alio eiusdem bibliothecae codice deprompsit; cf. supra p.* 594. 4) *'Notice sur les manuscrits disparus de la bibliothèque de Tours pendant la première moitié du XIXe siècle' ('Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque nationale' XXXI, I,* 1884, *p.* 250 *sqq.).* 5) *Collon, 'Catalogue général des mss. des bibliothèques publiques de France, Départements', Parisiis* 1905, *XXXVII,* 2, *p.* 996 *(cf. p.* 1066*), folia saec. X. attribuit.*

ita ut cum praemittendis a) foliis omnino concordent, sed quod adnotante Ruinartio textus iam p. 634, 12. post Turonus scabie et putredine exesus esse dicitur, etiam tres qui subsequuntur extremi fol. 32. versus monente sodali meo hodie optime discerni possunt atque insequentia folia vix magis hiant quam praecedentia. Codex praeter duos priorum Miraculorum libros etiam quattuor Virtutum Martini integros continebat[1], sed hodie praeter locos singulos deperditos desiderantur caput II, 60, Virtutum Martini fere totum usque ad laterculi titulum III, 12 (p. 629, 15—630, 36) finisque libri III. a c. 23. cum toto libro IV (p. 638, 21—661, 20). At finem libri secundi tertiique initium Bréquigny medio saeculo XVIII. codicem examinans suo loco etiam tunc reppererat, nam teste L. Delisle illum desinere scripsit: quem fideliter sum confessus in saeculo huncque incipere: Incipiunt capitula libri tertii; quaternio igitur XIIII. tunc nondum spoliatus erat. Quarti vero libri idem nullo verbo meminit tertiumque putredine adeo laesum esse monuit, ut fere nihil integrum mansisset.

Codex a compluribus librariis parum accuratis et rudibus exaratus est, qui nimia neglegentia ducti persaepe erraverunt, verba aut male audierunt[2] aut iteraverunt[3], syllabas praetermiserunt[4], et inprimis verba scriptura continua conserta stultissime distinguentes, omnino inepta posteris tradiderunt[5]. Etiam orthographica, licet nonnulla insint admittenda, velut antestis, Toronicus[6], alia tamen barbariem redolent[7] Gregorii aevo inauditam nulloque modo toleranda est litterarum l et r permutatio[8] frequens neque iteratio litterae r talis, qualis est intregra, pratre, tronitrua, confirmatur, dum frebris etiam in aliis Gregorii codicibus occurrit[9], neque metathesis posterioris aevi[10] pras (p. 565, 25) neque storiam. Denique prae pro per haud raro in hoc codice legitur[11]. Haec aliaque Gregorii sermoni imponi non fas est neque communia codicis 5 cum ratione scribendi insignis codicis nostri 1a[12] omnia approbanda sunt, sed antea examinanda, utrum cum auctoris usu conveniant annon.

Permulta igitur in hoc libro aut rustice scripta aut penitus depravata emendanda erant atque grave officium iam saeculo IX. librarii nonnulli tam strenue exsecuti sunt, ut cum inutilibus etiam haud pauca utilia eraderent et immutarent, cumque textum cum exemplari 1a simili contulissent[13], quod alias etiam cum 1b conveniebat, peculiares pretiosae stirpis C lectiones magna ex parte ita extinctae sunt, ut a sodali nostro vix cum magno studio aut omnino non discerni possent. Immo nonnulla manu alia demum in

1) Montfaucon, Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova, Parisiis 1739, II, p. 1339, inter codices monasterii S. Martini Turonensis librum ita descripsit: '154. S. Gregorii Turonensis libri duo de Miraculis Martyrum, libri 4 de Miraculis S. Martini, annorum 700.' 2) P. 579, 17. cupellam] puellam 5 (pr. m.); cubellam 5a. 3) P. 622, 2. post conlidentes ac beatum antestitem declamantes add. 5: libentes ac beati, verba scilicet praecedentibus similia. 4) Cf. p. 532, 10. poterat] porat 5; p. 594, 9. lorica] loca 5; p. 601, 20. 33. basilicam] balicam 5; p. 560, 18. occulta iacebat] occultabat 5. 5) Cf. p. 588, 9. erasum a marmore] Et cetera summa m. 5; p. 594, 1. Hi in scena montis] hyuncenam m. 5; p. 594, 2. antemna resedet] autem. naressedet 5. 6) Cf. Bonnet p. 133 sq. 7) Saepe scripta sunt ae pro e et i pro e aut vice versa (e. gr. p. 579, 17. repperit] reppiret 5, p. 614, 20. vini] vine 5), etiam o pro e (p. 572, 20. velociter), y pro e (p. 603, 2. lypra); item ci et ti permutata, b pro p (ambullam p. 495, 36; butabant p. 582, 7) et d pro t (e. gr. essed) aut vice versa, etiam g pro s (p. 598, 7. sparga) usurpata sunt; saepe h deest, et geminatio male omissa est; e contrario aspiratio gravis deprehenditur michi et geminatio male admissa: legittime. 8) Cf. l pro r: contralius (p. 587, 28), diligebamur (p. 605, 25), leplae, oratulium (= oratorium); r pro l: arium (p. 597, 28), cellariorum (p. 579, 8), crericis, sore (p. 520, 13); sanctimoniaribus (p. 491, 1). 9) Cf. Bonnet p. 176, n. 3. 10) Cf. 'N. Arch.' VII, p. 513. 11) Cf. p. 579, 15. 620, 29. 12) V. infra p. 716, n. 5. 13) Cf. p. 520, 10. vestigiis] vestigiis m. al. corr. ut stigiis 5; ut stigiis 1a (pr. m.); p. 574, 1. ullam] illam e corr. 5 cum 1a; p. 611, 5. humiliatis] humilitatis m. al. 5 cum 1a.

hoc codice suppleta sunt, quae spatio vacuo relicto a librariis praetermissa erant, itaque et posterior c. 58. *libri in Gl. Mart. pars (p.* 528, 20. vitreas — *l.* 30. revocare*) et extremus c.* 53. *versus libri II. Virt. Martini (p.* 627, 26. iterum — obiit*) desiderabatur; scriptura enim exemplaris iniuria temporum evanida fuisse videtur.*

5*a) Codex Caroliruhensis inter Augienses n. LXVII, saec. XI*[1], *adnotante m. s. XV.* 'liber monasterii Augie' *(fol.* 2*), formae mediae, fol.* 155, *litteris grandioribus exaratus paginisque bipartitis, omnia quae praecedens exhibet sed integra, scilicet praeter libros in Gloria Martyrum (fol.* 1—63'*) et in Gloria Iuliani (fol.* 64—85'*) totos libros quattuor de Virtutibus Martini (fol.* 85'—155*), neque plura in exemplari suo librarius reppererat, nam media in altera extremi folii parte calamum sistebat, ita ut alterius Miraculorum partis codex noster* 4, *libros Vitae Patrum et in Gloria Confessorum continens, proxime se applicet, eadem stirpe prognatus. Laterculus capitum libri primi post praefationem transpositus est. Litterae grandes rubro colore pictae initia librorum aut capitum distinguunt, sed inferior prioris lateris pars primae paginae manu barbara excisa est, quare praefatio a vocabulo [*ist*]*a *(p.* 488, 8*) ad finem et initium laterculi capitum perierunt, etiam praescriptio praefationis non integra superest:* IN NOMINE DN̄I INCIP̄ PROLOGUS SC̄I GREGORII TVRONICI EP̄I COGNO |. *Capitibus singulis praescriptiones minio pictae praecedunt, e quibus qui laterculo ineunte perierunt tituli quodam modo supplendi sunt. Nonnumquam primi capitum versus desiderantur, e. gr. Gl. Mart. c.* 76. 77. 92, *procul dubio quia in exemplari erasi erant, ut praescriptionibus locum darent. Medio in folio textus hiat a verbis* quidam vir *ad* permixtum *(p.* 587, 28 — 588, 9*). Finis capitis* 32. *libri II. Virt. Martini (*postea — restituit *p.* 621, 21. 22*) post* est *(l.* 7*) transpositus est lacunamque librarius iteratis aliis auctoris verbis supplevit idemque c.* 4. *libri IIII. Virtutum Martini ante c.* 3. *collocavit. Capita* 27. *et* 28. *libri quarti Virtutum Martini desunt.*

Sermonem librarius plerumque ad grammaticae leges correxit nec falsos casus servavit nisi raro nec coniugationem barbaram[2], *etiam de reliquo exemplar suum satis licenter descripsit, modo verba inserens, modo superflua tollens*[3] *aut inaequalia adaequans*[4], *locisque haud paucis textum omnino retractavit, vocabulaque alia substituit idque plerumque usitatiora*[5] *aut similiter resonantia*[6], *immo omnino aliena scripturam exemplaris minus attente inspiciens*[7]. *Vocabula in exemplari aut omissa aut quae omissa esse credidit nonnulla haudquaquam inepte supplevit*[8]. *Quin immo ipsum Gregorii textum emendavit atque interpolationibus auxit non imperitis:*

p. 487, 33. Iovis stupra] coniugia Vulcani *add.* 5*a (non* 5*); cf. Verg. Aen. VIII,* 372*;*
p. 488, 5. Laguonthe] Laguonte 5 *(cf. Verg. Aen. II,* 41*);* Laomedontis 5*a (cf. Ov. Met. XI,* 200*);*

1) *A. Holder, 'Die Reichenauer Handschriften', Lipsiae* 1906, *tom. I, p.* 208, *codicem saec. X. attribuit.* 2) *Scripsit p.* 495, 4. pereamus fame *pro* pereamur a fame, *p.* 503, 22. tonderi *pro* tundi, *p.* 532, 9. confracta fuissent *pro* confregissent. 3) *P.* 487, 32. *non iterabat* non. 4) *Gregorius p.* 634, 10 *sqq. in oratione directa tertiam personam usurpavit, sed* 5*a scripsit:* meus, ego nascor, valerem *cet.* 5) *P.* 495, 13. somnum dedissent] sopori d. 5*a;* 495, 21. affluenter] affatim 5*a;* 495, 26. foliis] paleis 5*a;* 495, 37. eclesia] basilica 5*a;* 514, 7. exta] intestina 5*a;* 514, 28. palmis] manibus 5*a;* 516, 1. roborem] arborem 5*a;* 536, 11. exanimis est inventus] vitam finivit 5*a;* 579, 31. acenorum *(= acinorum)*] geniminum 5*a.* 6) *P.* 502, 34. togis] locis 5*a;* 519, 25. paupere] tempore 5*a (audiverat 'popere');* 585, 33. medificante] efficiente 5*a.* 7) *P.* 493, 2. XL *pro* CL 5*a;* 493, 15. coaptasset] quo apta sint 5*a;* 528, 21. metallum] in Italiam 5*a;* 531, 19. Apollinaris episcopi (= ep̄i)] Apollinaris sepe 5*a;* 606, 27. comite] civiliter 5*a (legerat 'comiter').* 8) *P.* 567, 20. deteneri] pateretur *add.* 5*a (*sineret *paulo supra in exemplari deerat);* 580, 16. reliquiis] reliquissent reliquiis 5*a.*

p. 488, 5. Iani] Turni 5*a et ego e coni.;* I*(ani m. al. in litura)* 5; Caci *coniecit Bonnet, 'Latin' p.* 81, *n.* 4;

p. 496, 3. Chunis] 5; Wandalis 5*a;*

p. 514, 13. crucifixum] a Iudeis *add.* 5*a;*

p. 582, 13. Oziae] Ochoziae *recte* 5*a (cf.* 4. *Reg.* 1, 16*);*

Scripturae sacrae gnarus dictum quoddam amplius citare poterat [1].

Erat igitur vir haud indoctus, qui Gregorii textum purgare et ampliare poterat, atque quos auctor admiserat Prudentii versus ipse cum codice quodam contulit, quare haud pauca immutanda repperit [2], *cumque p.* 515, 6. incurvare, 515, 24. signo *scripserit, reliquis libris cum* 5 incerare *et* ligno *tradentibus, cumque Prudentii (Apotheosis v.* 457. 493*) codices inter utrasque lectiones varient, ipsi alium huius poetae codicem atque Gregorio praesto fuisse manifestum est. At Fortunati carminum exemplar nullum habuit, nam versum eius claudicantem sanare non poterat aliosque locos non tolerans tales quales traditi sunt eos tantum depravavit* [3]. *Titulos* 46. *et* 47. *laterculi libri IV. de Virtutibus Martini, quos Gregorius non amplius supplere potuerat, proprio Marte supplevit sicut alii librarii.*

Permultae quidem codicis recentioris 5*a lectiones nihil valent, quippe quae ingenio librarii medii aevi inventae neque antiquitus traditae sint, nonnullis vero locis vetustiorem fratrem superat solum degenerantem* [4] *atque ad exemplar eorum commune C progredi fas non est nisi utroque inter se collato. Discrepant enim ita inter se, ut maior quidem filius* 5 *patri similior sit, sed per librarios posteriores speciem induerit* 1*a propinquam, minor vero lectiones primigenias servaverit, quae in altero nunc erasae sunt, sane permagni aestimandus, per quem scriptura manus prioris etiamnunc discernenda sit, solusque nobis ibi adiutor succurrit, ubi liber* 5 *minus completus deficit. Neuter igitur solus editori multum proficere poterat, cum absque* 5 *inter bonas et malas lectiones* 5*a nullo modo distinguendum esset et ex* 5 *solo pretiosas gemmas iam obrutas eruere non liceret, sicut etiam Ruinartius ex hoc codice vix quicquam utile adnotaverat, qui ipsum nequaquam ante oculos habuerat, sed varias tantum lectiones, ab Edmundo Martenne acceptas* [5].

In his igitur codicibus 5 *et* 5*a solis locos diu desideratos repperi, quos ex Clichtoveo in editionem meam admiseram quosque nullus editorum posteriorum ad nostra usque tempora noverat nisi per eandem editionem principem* [6], *lacunasque rectius nunc per eosdem codices supplere possum quam per illam* [7], *immo textui iam addere locos, qui etiam in editione principe desiderantur, cuius exemplar codicibus nostris multo inferius fuisse iam evincitur. Versum totum, quem in priore classe p.* 583, 2. *excidisse diu constat, auctor*

P. 871, 5. in quibus] *ego,* in quibu *Haase, quod iterum unicum inauditae suppressionis exemplum a M. Bonnet, p.* 151, *in textu tractatum ne librarii quidem neglegentiae attribuendum videtur esse, sed omnino tollendum, nam* s *super* u *additam esse Fischerus voluit vetusti librarii et manu et atramento diversamque eam esse asseruit ab eis, quae a librariis posterioribus textui illata essent: mendum ergo nullum subesse videtur nec Gregorii nec exemplaris Bambergensis.*

Intercedente eodem bibliothecario doctissimo, cui gratias agere debitas non praetermitto, etiam specimen[2] *scripturae codicis egregii huic tomo addere potui, quod tomo*

1) *Specimen scripturae codicis quem tertio loco attuleram Vindobonensis, Series nova* 37, *Gregorius Turonensis, De VII mirabilibus mundi (fragmenta), nunc extat inter Tabulas codicum Vindobon. XI* (1912), 23. 2) *Ex eo intellegitur, librarium Bambergensem p.* 864, 16. matituno *male scripsisse pro* matutino, *quem errorem me non adnotasse nunc convincor, veniam culpae rogaturus. Codicem descripserunt Leitschuh et Fischer, 'Katalog der Hss. der Kgl. Bibliothek zu Bamberg',* 1895—1906, *I, p.* 426.

Gregorii De cursu stellarum ratio.

Codex Bambergensis Mscr. Pat. 61 (antea H. J. IV, 15).



mensis Ianuarius hora X. — mensis Aprilis hore XIII.
mensis Februarius hore XI. — mense Maius hore XIIII.
mense Martius hore XI. — mense Iunius hore XV.
mensis Iulius hore XIIII. — mense October hore XI.
mensis Augustus hore XIII. — mense November hore X.
mensis September hore XII. — mense December hore VIIII.

LUNE AUTEM RATIO HEC EST

Illud autem sciendum est quod luna in estate quando noctes breviores sunt illum cursum tenet quem sol in hieme tenet; hieme uero in prolixionibus noctibus illum ordinem tenet quem sol in estate ... cursus. Hoc modo ... quae ego ... colosum credidi pingendum in singulis locis.

Haec stella in septembre oritur ...

SS. R. Meroving. VII, tab. 5.

primo addendum fuisset, tabulaque 5. folium 79. reddens ante oculos proponit effigies Solis et Lunae, in quibus potius Iesum et Mariam depinxisse videtur pius episcopus paganorum cultum perhorrescens. Quodsi Gregorio nostro inter scriptores medii aevi facile principem locum concesseris, pictorem eundem tantidem fortasse non aestimaveris, licet artis illius non omnino expertem eum fuisse manifestum sit, et praeterea haec eius studia fortasse haud ita integra illibataque ad nos pervenerunt, sicut ipse desideraverat [1].

B. Krusch.

PASSIO SANCTI IULIANI MARTYRIS.

Passio Iuliani martyris Brivatensis, cuius textum edito puriorem in Appendice tomi I. e codice Monacensi lat. n. 3514, *saec. VII, publici iuris feceram, cum Gregorii libro in Gloria Iuliani necessitudine quadam coniuncta est eamque ei praesto fuisse olim statueram, et certe eadem fere enuntiata in utroque textu deprehenduntur* [2], *sed utrumque nunc iterum comparanti mihi haec opinio in dubium vocatur, nam quae Gregorius c.* 4. *de Hispano rettulit condonato, ea, si ipsius verbis credi fas est, antea litteris mandata non erant* [3], *eadem autem redeunt in Passione quam dixi. Atqui quam maxime admiraberis auctorem Passionis verbis iisdem asseruisse, peculiarem patronum suum Iulianum fuisse, quibus Gregorium idem in praescriptione libri secundi Miraculorum asseruisse e codice* 5 *nunc intellegitur* [4], *aliaeque sermonis similitudines* [5] *deprehenduntur neque solum cum Gregorio, sed etiam e Passione Symphoriani auctor locum quendam deprompsit* [6], *qui frustula sibi undique conquisisse videtur.*

Codex autem ille vetustissimus Monacensis (1*a*) *et hiat et corruptelis laborat, quae ex editione Labbei emendandae erant; interim vero non solum codicem quo editor ille usus erat S. Vincentii Mettensis nactus sum, sed utriusque ordinis codices haud pauci a nobis explorati sunt.*

1*b) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 5301, *saec. X, olim S. Martialis Lemovicensis, fol.* 163—164′.

1*c) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 1253, *saec. XI, olim S. Martialis Lemovicensis, fol.* 86—88.

1*d) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 5365 *(olim Lemov.* 204, *deinde Reg.* 3594[b] *I), saec. XII, fol.* 73—73′, *valde interpolatus (e. gr. p.* 879, 19*:* congaudet, qui non illam unde erat martirii metu fugiens advenit*).*

2*a) Codex* V i n d o b o n e n s i s *n.* 371 *(Salisb.* 28*), saec. IX, fol.* 149—150.

2*b) Codex* P a r i s i a c u s *n.* 17002, *saec. X, olim Moissiacensis, fol.* 64—64′.

2*c) Codex* T u r i c e n s i s *bibliothecae urbanae C* 10 *i, saec. X. ex., fol.* 172′—173, *n. LXII.*

2*d) Codex* B e r o l i n e n s i s *Lat. n.* 121, *antea inter Phillippsianos n.* 1874, *saec. XII, olim S. Vincentii Mettensis, fol.* 159′.

1) *Greg., H. Fr. X,* 31 *(p.* 449, 13*).* 2) *Cf. p.* 879, *n.* 2. 3. 3) *Greg., Gl. Iuliani c.* 4*:* sed quid facio, quod inpellit me amor patroni, ut nequeam haec silere? 4) Incipit liber propriae in gloria sancti martyris Iuliani peculiaris patroni nostri *cod.* 5 *(v. supra p.* 737*); Passio c.* 6*:* sancti peculiaris patroni nostri Iuliani martyris. 5) *Passio c.* 2*:* tribuniciae gerebat potestatem *(cf. Greg. p.* 434, 12*); c.* 4*:* carcere mancipatum *(cf. Greg. p.* 88, 11*).* 6) *Verba enim p.* 881, 4*:* quae celsum protulit aedificata fastigium, fulgit — referta virtutibus *sunt Passionis Symphoriani (ed. Ruinart, Acta martyrum,* 1859, *p.* 128*).*

2*e) Codex Bruxellensis n.* 7984, *saec. X, olim S. Petri Wissenburgensis, fol.* 170'—172.

2*f) Codex Rothomagensis n.* 1379, *saec. X/XI, fol.* 119—120, *qui cum alia tum p.* 880, *l.* 20, *post verba:* sensimus recepisse virtutem *haec interpolat:* Et tam :: *(ras.* m:*)* vegetatos nos esse cognoscimus, sicut in adolescentia fueramus. Ad huius sepulchrum fideliter imploramus *(*non *postea add.)* dubitamus, quod tue mesticie leticiam commodabat, qui nobis vires perditas sua virtute restituit.

2*g) Codex Parisiacus n.* 9742, *saec. XIII, olim S. Maximini*[1], *p.* 292 *sq.*

Codex 1*a cum* 1*b. c. d post verba p.* 881, 1 omni populo *praetermisit* concelebranda innotuit, nunc vero populo huic, *quae librarium archetypi eorum fugerant ab uno populo ad alterum transilientem, itemque p.* 879, 26. *corrupta sunt* persecutio christianis *in* persecuti orientalis 1*a,* persecutio orientalis 1*b. c. d. E contrario locus p.* 880, 26—29. Tempus — absolveret, *quem primus textui Passionis ex* 1*a restitueram, quique cum ipsis Gregorii verbis accurate convenit ad consuetudinem pertinens ei familiarem*[2], *non solum in* 2*d desideratur, sed etiam in* 2*a. b, ideoque sicut textus* 1 *ad* 2 *emendandus est, ita* 2 *ad* 1.

Utraque classis nonnumquam ita inter se distincta est, ut haud facile diiudicari possit, utra veram lectionem servaverit an textum interpolaverit[3]. *Declinationis* senecos *pro* '*senes*', *quam formam ad codicem* 1*a restitui (p.* 880, 18*; cf. l.* 8*), in vetustis Gregorii codicibus tenue tantum vestigium deprehenditur*[4], *quod in eius textum non admittendum erat.*

B. Krusch.

TOMUS II.

LIBER HISTORIAE FRANCORUM.

Libro historiae Francorum codices duo artissime inter se coniuncti, scilicet

A 3*a*[1]*) Petropolitanus λ. F. Old. IV,* 4, *saec. X, non IX, et*

A 3*a*[2]*) Parisiacus n.* 10911, *antea Suppl. lat. n.* 125, *saec. IX. in monasterio quodam Leodiensi exaratus, postea baronis de Crassier Leodiensis, ut capita LII.—LV. Fredegarii continuati c.* 10. *(a* Deinde*)* — 24. *adnectunt (nobis* 5 x^1 *et* 5 x^2, *cf. ib. p.* 14*) atque uterque Annales regni Francorum, i. e. Laurissenses maiores, ex a.* 741. *ad a.* 829. *exhibet, quos cum recenseret F. Kurze etiam in hos codices accuratius inquisivit*[5]. *Cum ad editionem nostram parandam solum codicem A* 3*a*[1] *ab Arndtio collatum olim adhibere potuissem, a.* 1892. *etiam codex A* 3*a*[2] *a I. Dieterich excussus est, qui in universum cum illo consentit, sed ei paululum praestat, sicut locis nonnullis (e. gr. p.* 285, 10. 309, 10*) quibus ille hiat ipse integer est. Auctor archetypi, ex quo uterque codex pendet, sermonem rusticum omnino retractaverat formasque eius correctas apparatui minime intuleram (cf. p.* 237, 8*) neque nunc inutilem hanc farraginem curavi. Discrepantia lectionum variantium codicis A* 3*a*[1], *quam adnotaveram, in universum etiam in*

1) *Cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 626. 2) *Vide ea quae adnotavi p.* 566, *n.* 4. 3) *P.* 879, 38. ubi mansisset] 1*a. c. d;* ubinam esset 2*a. b. c. d;* ubinam *(*esset — paulolum *om.)* 2*f.* 4) *Cf. M. Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours' p.* 344, *n.* 3. 5) *Cf. F. Kurze, 'Über die Karolingischen Reichsannalen von* 741—829*', 'N. Arch.' XIX, p.* 308 *sqq.; Annales regni Francorum, Hannoverae* 1895, *p. X.*

codice A 3a^{2} occurrit, ita ut, nisi aliud adnotatum est, illi codici gemellus semper addendus sit, eosque tantum locos singillatim exscripsi, quibus A 3a^{2} a A 3a^{1} discrepat. Praeterea vero codicem A 3a^{1} F. Kurze post Arndtium iterum contulit, unde lectiones eius nonnullae supplendae aut emendandae erant, idemque etiam codicem A 3a^{2} collatum locis dubiis per H. Lebègue recognoscendum curavit, ita ut mediocri horum codicum auctoritati satis superque satisfactum esse videatur.

P. 241, 5. regum] *A* 3a^{2}.
242, 17. Danubium] Danuvium *A* 3a^{2}.
21. donaria] *A* 3a^{2}.
243, 8. annos] annis *A* 3a^{2} *(pr. m.)*.
244, 16. eis dedit] d. eis *A* 3a$^{1.2}$.
et] *A* 3a^{2}.
17. elevaverunt] *A* 3a^{2}.
23. Bothagm, Salechagm, Widechagm] *A* 3a^{2}.
246, 6. Sumnam] *A* 3a^{2}.
14. perveniunt] pervenientes *A* 3a$^{1.2}$.
16. praeclarus] praeclaris *A* 3a^{1} *(pr. m.)*. 3a^{2}.
248, 20. et] *om.* *A* 3a^{2}.
249, 18. Toringa] *A* 3a^{2}.
250, 17. succendentes] *A* 3a^{1}; succedentes *A* 3a^{2}.
27. usque] ad *add.* *A* 3a$^{1.2}$.
29. in] *A* 3a^{2}.
251, 6. urbe] civitate *A* 3a$^{1.2}$.
ad l. 20. *m. posterior A* 3a^{2} *haec in marg. add.:* Omnesque Romanes(!) tunc, qui tunc in Gallia habitabant, exterminavit Clodoveus, ut unus vix potuisset inveniri. Et videntur Franci illis temporibus linguam Romanam, qua usque hodie utuntur, ab illis Romanis, qui ibi habitaverant, didicisse. Que autem eis prius naturalis lingua fuerit, ignoratur in partibus istis.
253, 5. Verum] *A* 3a$^{1.2}$.
6. exercitum] suum *add.* *A* 3a$^{1.2}$ *cum A* 3*b*. β^{2}.
9. habet] *A* 3a^{2}.
21. ac] et *A* 3a$^{1.2}$.
30. Gundeveus] Gondevehus *A* 3a^{2}.
256, 9. neptem] neptam *A* 3a$^{1.2}$.
27. fusus] effussus *A* 3a^{1}; effusus *A* 3a^{2}.
33. non] *A* 3a^{1}; *eras.* *A* 3a^{2}.
257, 10. hos] os *A* 3a$^{1.2}$, *item infra p.* 262, 2 os ostes.
258, 19. ut] *A* 3a^{2}; et *A* 3a^{1}.
259, 1. principum] *A* 3a^{2}; principem *pr. m.*, principis *m. al.* 3a^{1}.
7. advivit] *A* 3a^{2}.
16. gente] *A* 3a^{2}.
21. aurum] et *add.* *A* 3a$^{1.2}$.
22. et] *A* 3a^{2}; *om.* *A* 3a^{1}.
260, 8. Malidunensem] Malidunense *A* 3a^{2}; Melidunense *A* 3a^{1}.
261, 25. tantomodo] tantummodo *A* 3a$^{1.2}$.
262, 7. ab] *A* 3a^{1}; ob *A* 3a^{2}.

P. 262, 17. plus] *A* 3a^{1}; *om.* *A* 3a^{2} *(pr. m.) cum A* 3β^{2}. *β^{2}.
27. abscondite vocavit] *A* 3a^{2}.
28. Remegium] Remedium *A* 3a$^{1.2}$ *constanter.*
Remensem] Remensis *A* 3a$^{1.2}$.
263, 15. redolent cerea] *A* 3a^{2}.
18. petiit] se a *add.* *A* 3a$^{1.2}$.
21. Cui] *A* 3a^{2}.
22. fecundo] *A* 3a^{2}.
29. est] *om.* *A* 3a$^{1.2}$ *cum A* 2.
264, 3. eius] *A* 3a^{1}; eis *corr.* eius *A* 3a^{2}.
22. Avenione] Avennionem *A* 3a$^{1.2}$.
30. arcessitum] accersitum *A* 3a$^{1.2}$.
32. venerunt] *A* 3a^{2}.
265, 17. si me] *A* 3a^{2}; sine *A* 3a^{1}.
38. et tu] *recte A* 3a^{2}.
266, 7. solviturum] soluturum *A* 3a^{2}; solutariam *A* 3a^{1}.
11. ubi] ibi *A* 3a$^{1.2}$.
18. sanctum] sanctae *A* 3a^{1}; sancti *A* 3a^{2}.
23. succensus] succensu: *A* 3a^{1}; succensum *A* 3a^{2}.
268, 10. velocissimo] velocissimum *A* 3a$^{1.2}$.
32. eum] *A* 3a^{2}; *om.* *A* 3a^{1}.
vadare] *A* 3a^{2}; vadere *A* 3a^{1}.
269, 5. cervia] cerva *A* 3a$^{1.2}$.
8. populusque] populus quoque *A* 3a$^{1.2}$.
10. sancti] *A* 3a^{2}; *om.* *A* 3a^{1}.
20. Vogladinse] *A* 3a$^{1.2}$.
270, 18. Tolosa] Tholosa *A* 3a$^{1.2}$.
271, 10. solutus] *A* 3a^{2}; solitus *A* 3a^{1}.
25. Ragnacharium] Regnacharium *A* 3a$^{1.2}$, *item infra.*
272, 23. presentantur] presentatur *A* 3a$^{1.2}$.
32. cognoscent] cognoscentes *A* 3a$^{1.2}$.
273, 5. tantomodo] tantummodo *A* 3a$^{1.2}$.
7. solomodo] solummodo *A* 3a$^{1.2}$.
10. Ragnachario] *A* 3a^{2}; Regnachario *A* 3a^{1}.
11. Rignemiris] Regnemiris *A* 3a$^{1.2}$.
20. aedificaverant] aedificaverunt *A* 3a$^{1.2}$.
274, 8. Chlodomiris] *A* 3a^{1}; Clodomiris *A* 3a^{2}.
22. Attoarios] Attoarius *A* 3a$^{1.2}$.
275, 16. sex milia 600] sex milia DCLX *A* 3a$^{1.2}$.
276, 2. Agaunos] Augones *A* 3a^{2}.
4. adprehenditque] *A* 3a^{1}; que *om.* *A* 3a^{2}.
13. eius] *om.* *A* 3a^{2}.
278, 11. Arvernus] Arvennus *A* 3a$^{1.2}$.
279, 13. Tulletum] Toletum *A* 3a$^{1.2}$.
24. celatas] *A* 3a^{2}; celatus *A* 3a^{1}.

P. 279, 24. Ille vero] A $3a^{1.2}$.
281, 12. quantumcunque] quantumcumque A $3a^2$.
13. in ira] in ira sua A $3a^2$; in sua A $3a^1$.
282, 3. totundit] totondit A $3a^2$; tondit A $3a^1$.
23. abiit] adiit A $3a^{1.2}$.
283, 5. subvertit] subvertens A $3a^{1.2}$.
9. verberantes] verberati A $3a^{1.2}$.
21. annilitus] anhelitus A $3a^2$.
29. Cesaragustanam] Caesar augustanam A $3a^{1.2}$.
284, 4. cilitiis A $3a^1$; ciliis A $3a^2$.
14. interrogant] A $3a^2$; interrogat A $3a^1$.
ei] A $3a^1$; eum A $3a^2$.
31. Langobardos] Languobardos A $3a^1$ *(pr. m.)*. a^2, *et sic infra*.
285, 10. bonis — migravit] A $3a^2$; *om.* A $3a^1$.
11. Toronicam] Turonicum A $3a^2$.
286, 6. Chaeregundem] Charegundem A $3a^{1.2}$.
14. exercitu] A $3a^1$; exercito A $3a^2$.
22. calidus] A $3a^1$; callidus A $3a^2$.
287, 12. Brittaniis] Britanos A $3a^{1.2}$.
Conober] Conobre A $3a^{1.2}$, *ut infra*.
288, 12. extensus] extentus A $3a^{1.2}$.
20. civitate] A $3a^2$; civitatem A $3a^1$.
30. Wa Wa] wah, wah A $3a^{1.2}$.
289, 12. occupavit] occupat A $3a^{1.2}$.
290, 10. occupavit] occupat A $3a^{1.2}$.
21. Charebertus] Cherebertus A $3a^{1.2}$, *ut infra*.
34. Merovefam] Merofevam A $3a^{1.2}$.
291, 2. a iudicio] iudicio A $3a^2$; iuditia A $3a^1$.
4. Non] A $3a^2$; Nam A $3a^1$.
5. rex] A $3a^2$; *om.* A $3a^1$.
24. eius] A $3a^2$; *om.* A $3a^1$.
292, 3. baptizata] A $3a^2$; est *add.* A $3a^1$ *(delet.)*.
12. ille] illi A $3a^1$ *(pr. m.)*. a^2.
293, 10. tuae] tui A $3a^{1.2}$.
20. Childesinda] Childesintha A $3a^{1.2}$.
21. non queo] nequeo A $3a^{1.2}$.
24. ei] *om.* A $3a^{1.2}$.
25. simplicitatem] *recte* A $3a^2$; similitudinem A $3a^1$.
28. Dedit] deditque A $3a^{1.2}$.
294, 5. Burdigalem] Burdigalensem A $3a^1$ *(pr. m.)*. a^2.
20. fecit] *recte* A $3a^2$; interfecit A $3a^1$.
21. Lemoficinum] Lemovicinum A $3a^{1.2}$.
24. interficit] A $3a^1$; interfecit A $3a^2$.
34. convocans] convocatis A $3a^{1.2}$.
295, 9. exire non dubitavit] *recte* A $3a^2$; ire non dubitat A $3a^1$.
30. Tunc] Cui A $3a^{1.2}$.
296, 15. illic] *habent* A $3a^{1.2}$.
17. fero] A $3a^2$; fore A $3a^1$.
19. simularent] A $3a^2$; simulant A $3a^1$.
20. feriunt] A $3a^2$; ferierunt A $3a^1$.
297, 9. pre dolore] A $3a^2$; *om.* A $3a^1$.
10. Gundoaldus] autem *add.* A $3a^{1.2}$ *cum* A $3\beta^2$. $*\beta^2$.

P. 297, 17. adprehensamque Brunchildem] adprehensaque Brunchilde A $3a^2$.
21. suum] A $3a^2$; eius A $3a^1$.
23. tunc] dum A $3a^{1.2}$.
27. eamque sibi] A $3a^2$; eamque ibi A $3a^1$.
298, 19. hoste] hostes A $3a^{1.2}$.
27. ipso] ipsa A $3a^{1.2}$.
29. commendatisque] commendatumque A $3a^{1.2}$.
299, 17. terras] *om.* A $3a^{1.2}$.
23. arpennem] arpennam A $3a^{1.2}$.
300, 9. sepe] saepe A $3a^2$; *om.* A $3a^1$.
15. congregamus] congregemus A $3a^{1.2}$.
31. basilicam] basilicae A $3a^1$; basilica A $3a^2$.
301, 3. lugentes] A $3a^{1.2}$.
302, 9. autem] A $3a^2$; *om.* A $3a^1$.
10. Ricchunde] Richunde A $3a^{1.2}$.
28. Quae] Quare A $3a^{1.2}$.
303, 32. nostrum] regem *add.* A $3a^{1.2}$.
304, 3. propria] A $3a^2$; paterna A $3a^1$.
20. collegit] colligit A $3a^{1.2}$.
25. Campanias] per C. A $3a^{1.2}$.
305, 6. lucernis] lucernas A $3a^{1.2}$ *cum* B 1a. $2c^1$.
27. crastina] hesterna A $3a^{1.2}$.
28. quomodo] nunc *add.* A $3a^{1.2}$ *cum* B.
33. inrueruntque] que *om.* A $3a^{1.2}$.
306, 26. calidus] A $3a^1$; callidus A $3a^2$.
307, 9. valeret pre] *recte* A $3a^2$; valet per A $3a^1$.
19. Parisius] Parius A $3a^2$, *corr.*
308, 6. Tulbiecum] Tulbiacum A $3a^2$; Tulbiaut A $3a^1$.
16. absciso] abscisum A $3a^1$; abscissum A $3a^2$.
24. thesauris] thesauri A $3a^{1.2}$.
309, 10. reversus — fratris sui] A $3a^2$; *om.* A $3a^1$.
21. accipere potes] A $3a^2$; p. a. A $3a^1$.
310, 17. vel] *recte* A $3a^{1.2}$ *(ubi* vel *fl. alio atramento in marg. add.)*.
20. tanta genealogia] tantam genealogiam A $3a^2$; tam g. A $3a^1$.
311, 7. Gundolandus] A $3a^2$; Gondolandus A $3a^1$.
17. statuunt] A $3a^2$; statuerunt A $3a^1$.
18. quoque diebus] A $3a^2$; d. q. A $3a^1$.
312, 3. ipsum puerum] A $3a^2$; p. i. A $3a^1$.
6. cunctus] A $3a^2$; cunctis A $3a^1$.
15. in] A $3a^2$; *om.* A $3a^1$.
17. plauderentur] A $3a^2$; plaudentur A $3a^1$.
18. Wisra] Wisera A $3a^{1.2}$, *ut infra*.
313, 8. bale] A $3a^2$; blare A $3a^1$.
13. sequenter] *recte* A $3a^{1.2}$.
18. ne] forte *add.* A $3a^{1.2}$ *cum* B.
19. quia si] A $3a^2$; quasi A $3a^1$.
20. dicent] A $3a^2$; dicunt A $3a^1$.
22. te] A $3a^2$; *om.* A $3a^1$.
28. rege] regi A $3a^{1.2}$.
32. interficit] A $3a^1$; interfecit A $3a^2$, *ut infra*.

P. 315, 5. Dagobertus] Dogobertus *A* $3a^{1.2}$.
Erchonoldo] Erchanoldum *A* $3a^{2}$; Ercanoldum *A* $3a^{1}$.
11. *post* Pippino duce *m. al. saec. XII(?) alio atramento add.:* primo Brabantinorum *A* $3a^{2}$.
17. beati] *A* $3a^{2}$; sancti *A* $3a^{1}$.
18. Dionisii] Dionissi *A* $3a^{1}$; Diosii(?) *A* $3a^{2}$.
316, 4. *post* Sigiberto *man. posterior in marg. add.:* Iste Sigibertus fundavit monasterium Stabul ... *A* $3a^{2}$.
Grimoaldus] Grimoldus *A* $3a^{1.2}$ *(pr. m.)*.
19. id] idem *A* $3a^{1.2}$ *cum B.*
concidit] *A* $3a^{2}$; occidit *A* $3a^{1}$.
317, 5. regnavitque] *A* $3a^{2}$; que *eras.* *A* $3a^{1}$.
18. Vulfoaldo] *A* $3a^{1}$; Wolfoaldo *A* $3a^{2}$, *ut infra.*
22. deiciunt] *A* $3a^{2}$; eitiunt *A* $3a^{1}$.
24. totundunt] tundunt *A* $3a^{1}$; tondunt *A* $3a^{2}$.
318, 2. Childericum] legationem *add.* *A* $3a^{1.2}$ *cum B.*
6. peragebat] *A* $3a^{2}$; peragebant *A* $3a^{1}$.
10. cedere] cedi *A* $3a^{1}$; cędi *A* $3a^{2}$.
16. in] *om.* *A* $3a^{1.2}$.
30. consilio] consilium *A* $3a^{1}$ *cum B*; consilii *A* $3a^{2}$.
319, 6. Isra] *A* $3a^{2}$ *(pr. m.)*; Iseram *A* $3a^{1}$; *m. posterior corr.* Issera *A* $3a^{2}$.

P. 320, 2. Anseghiselo] Anseghisili *A* $3a^{1}$ *(ras.* li*).* a^{2}.
19. patrata] *A* $3a^{2}$; parata *A* $3a^{1}$.
321, 12. id] *A* $3a^{2}$; idem *A* $3a^{1}$.
memorato] *habent* *A* $3a^{1.2}$.
13. Warattone] Warattoni *A* $3a^{2}$; Watroni *A* $3a^{1}$.
16. eratque] *A* $3a^{2}$; que *om.* *A* $3a^{1}$.
17. Ghislemarus] Gislemar. *semper* *A* $3a^{1.2}$.
26. honore pristino] honorem pristinum *A* $3a^{2}$; honorem pristinam *A* $3a^{1}$.
322, 5. basilica] in b. *A* $3a^{1.2}$.
7. quippe] itaque *A* $3a^{1.2}$.
8. curricola] curriculo *A* $3a^{1.2}$.
10. Ansefiidis] Ansefledis *A* $3a^{1.2}$.
323. 4. principale] in pr. *A* $3a^{1.2}$.
22. iunior] *A* $3a^{2}$; iunioris *A* $3a^{1}$.
25. Radbodem] *A* $3a^{2}$; Ratbodem *A* $3a^{1}$.
324, 24. Calpiade] *A* $3a^{1}$; Chalpiade *A* $3a^{2}$, *ubi m. posterior superscr.* sororem Dodonis.
8. Carlo] Carlum *A* $3a^{2}$; Karlum *A* $3a^{1}$.
18. Radbodis] Ratbodis *A* $3a^{1.2}$, *et sic deinceps.*
325, 3. Leudico] Leudeco *A* $3a^{2}$, *corr.*
4. Theudoaldum] Theoaldum *A* $3a^{1.2}$, *infra* Theodoaldus.
326, 4. eum] *om.* *A* $3a^{1.2}$.
327, 3. hostem] *recte* *A* $3a^{1.2}$.
9. quadragensimo] quadragesima *A* $3a^{1.2}$.
17. regemque] *A* $3a^{2}$; que *om.* *A* $3a^{1}$.

PASSIO SANCTI SIGISMUNDI REGIS.

Plerique qui postea examinati sunt huius Passionis codices ad familiam A 2 *pertinent proximaque affinitate cum A* 2*b coniuncti sunt.*

A 2b^{1}) *Codex Sangallensis archivi coenobialis n.* 12 *(*26*), saec. XII, olim Fabariensis, fol.* 148—151, *praescr.:* Kl. Magi Passio sancti Sigismundi regis *(n.* 14. *a me signatus infra p.* 331*).*

A 2b^{2}) *Codex Einsidlensis n.* 247, *saec. XII, p.* 239—246, *praescr.:* Incipit passio sancti Sigismundi regis *(n.* 13. *signatus infra p.* 331*).*

A 2b^{3}) *Codex Monacensis lat. n.* 22241 *(Windbergensis n.* 41*), saec. XII, fol.* 49—50′ *(n.* 15. *signatus infra p.* 331*).*

A 2b^{4}) *Codex Londiniensis scholae iuris peritorum, quae Gray's Inn appellatur, n.* 3, *saec. XII. ex., fol.* 45—46.

A 2b^{5}) *Codex Trevericus bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. Loc.* 454 *(antea n.* 963*), saec. XIII, olim monasterii S. Maximini Treverici, fol.* 16—17′.

A 2b^{6a}) *Codex Monacensis lat. n.* 18625 *(Teg.* 625*), saec. XII, fol.* 98—100 *(n.* 11. *signatus infra p.* 331*).*

A 2b^{6b}) *Codex Vindobonensis n.* 336 *(Hist. eccl.* 5*), saec. XIII. in., fol.* 149—150, *praescr.:* Eodem die Sigismu[n *abscis.*]di regis.

Duo quoque classis C codices reperti sunt, qui inter se minime concordant.

C 1) *Codex Trecensis n.* 1, *saec. XIII. in., fol.* 40—41′, *praescr.:* Eodem die passio sancti Sigismundi regis.

C 2) Codex **Monacensis** *n.* 23846 *(ZZ.* 846*), saec. XV, fol.* 536—538, *praescr.:* Incipit se *(sic!)* vita et passio sancti Sigismundi gloriosi regis et martiris.

Primo codicum familiae A 2 lectiones communes aliquot speciminis causa exscripsi, sed cum etiam inter hos partes quaedam formentur, earum quoque necessitudinum rationem habui, immo peculiaria nonnulla singulorum librorum adnotare libuit, per quae ab exemplari suo aberraverunt:

p. 333, 3. Tempore] Temporibus *A* $2b^{1.2}$;
4. Ausoniam] ea soniā (que *postea add.*) *A* $2b^{4}$;
5. ex] *om. A* $2b^{6a}$;
Scanadavii] Scathoarii *recte A* $2b^{1.2.3.4.6a.b}$ *cum A 2a*; Scathorii *A* $2b^{5}$ *cum A 2b*;
6. alia] aliqua *A* $2b^{1.2.3.5.6a.b}$ *cum A 2b*;
prolis s.] prolibus s. *A* $2b^{1.2}$ *cum A 2b. c. d. f*; filiis *A* $2b^{6a.b}$;
15. dominationi contempti] d. se humiliare (humiliari *A* $2b^{1}$) contenti (contempserunt *A* $2b^{3.6b}$) *A* $2b^{1.2.3.6b}$ *cum A* 2;

p. 336, 8. sanctis tradere deberet et eorum agminibus potuisset sociari] s. deservire d. per quod se eorum (sanctorum *pro* se e. *A* $2b^{1.2}$) agmin. pot. s. (sociare *A* $2b^{6b}$) *A* $2b^{1.2.6b}$ *et similiter A 2b*;

p. 337, 1. exorabat] deprecabatur *A* $2b^{1.2.5}$ *cum A 2b. e*;
13. *post* Sigismundum *om.* principem — *l.* 15. Sigismundus *A* $2b^{1}$;

p. 338, 4. Trapsta Burgundio] *A* $2b^{4}$ *cum A 2a. b. e*; (T. *om.*) Burgundiones *A* $2b^{1}$ *cum C*;

p. 339, 11. abstracta] extracta *A* $2b^{3}$;
12. est] *om. A* $2b^{4.5}$ *cum A 2b. d. e*; constructa est *A* $2b^{6b}$; quae est in h. *om. A* $2b^{1.2}$;
13. euvangelistae] constructa est *add. A* $2b^{4}$ *(in litura scr.)*; dedicata *add. A* $2b^{5}$ *cum C*;

p. 340, 1. hominum] humanum *A* $2b^{1.6b}$ *cum A* 1;
solent] pacientes *add. A* $2b^{6b}$;
3. omnia] infinita *A* $2b^{1.2}$.

E duobus libris interpolatis C 1 *ad amussim cum codice nostro C convenit, dum textus C* 2 *praeterea codici cuidam familiae A* 2, *veluti A* $2b^{3.6b}$, *similis videtur esse:*

p. 333, 4. Ausoniam] *om. C* 1 *cum C*;
est] quedam *add. C* 1 *cum C*;
5. Scanadavii] Scathaurii *C* 2;
6. prolis suis] filiis suis (*s. om. C* 2) *C* 1. 2;
13. Galliarum] habitatores *add. C* 1 *cum C*; in Gallia positos *C* 2;
14. ipsique — contempti sunt] ipsi soli eorum dominatione potiti sunt *C* 1 *cum C*; ipsi eorum dominacioni se humiliari contempserunt *C* 2 *cum A* $2b^{3.6b}$;

p. 334, 10. contra Gundobadum arma arripuit. Quo fugato] contra eundem fratrem natu et potestate maiorem arma corripuit. Quo fraudulenta belli factione fugato *C* 1 *cum C*; contra Gundebandum arma arripuit. Quo fraudulenta belli faccione fugato *C* 2.

Passio Sigismundi non ante saec. VIII. conscripta est neque de saec. VII. cogitandum esse ex auctoris ignorantia rerum praeteritarum olim conclusi, sed in sermonis rusticitate potius priorem saeculi VIII. partem quam Karoli Magni aevum recognoscere mihi videbar. Porro ea quae de Burgundionum origine biographus enarravit W. Levison perspexit ex Chronico universali a. 741. *desinente expilata esse*[1] *neque e Fredegario, quocum ea comparaveram, cumque Chronicon illud c. a.* 801. *compositum esse videatur*[2] *atque Passionem ipsam auctor Martyrologii Lugdunensis iam legisset*[3], *quod ineunte saec. IX. exortum est, Passio Sigismundi haud multo post a.* 801. *collocanda videtur esse.*

1) *SS. XIII, p.* 4. 2) *Cf. G. Waitz, 'N. Arch.' V, p.* 485, *dum Th. Mommsen, ib. XXII,* 548 *sqq. (= 'Gesammelte Schriften' VI,* 643 *sqq.) auctorem vetustiorem esse credit. Fredegarium quidem habuit non continuatum (cf. Krusch, ib. VII,* 291*), sed codice Libri historiae Francorum generis A 3a usus est capitibus* 10—24. *Fredegarii continuati aucto (5x), ideoque W. Levison recte conclusit ante a.* 768. *Chronicon non scriptum esse, id quod Kurze, 'N. Arch.' XXV,* 293 *temere statuerat.* 3) *H. Quentin 'Les Martyrologes historiques du moyen âge', Parisiis* 1908, *p.* 187, 221, *cf. p.* 384.

VITA SANCTI CHLODOVALDI.

Codex Parisiacus bibliothecae nationalis, 'Collection Duchesne' n. 84, *saec. XVII, fol.* 173—174', *'ex cod. Atreb.' pendet, qui textum mutilum continebat parumque diligenter exscriptum, praescr.:* S. Clodoaudus, *inc. p.* 353, 5. Beatus igitur Clodoaudus traxit genus ab alto, *desinit: p.* 357, 6. petentis. *Lectio p.* 353, 23 moris *pro* morulis *etiam in AA. SS. adnotata est.*

DE VITA SANCTAE RADEGUNDIS LIBRI DUO.

Post codicem 3*d iussu Gebehardi (non Hebitardi p.* 361, 10*) abbatis Windbergensis scriptum et* 3*e, de quo 'N. Arch.' XVIII, p.* 625, *disserui, longam seriem eiusdem ordinis librorum addas, qui priorem Fortunati librum solum continent, scilicet*

3*f) Turicensem bibliothecae urbanae C.* 10. *i, formae maximae, saec. X. ex., olim monasterii Sangallensis, fol.* 162'—166', *n. LV,*

3*g) Parisiacum n.* 11748, *saec. X, olim S. Germani a Pratis, fol.* 119—124,

3*h) Sangallensem n.* 561, *saec. X/XI, p.* 177—184, *desinentem foliis nonnullis deperditis in c.* 26. trepidantibus *(p.* 373, 11*),*

3*i) Vindobonensem n.* 430 *(olim Salisb.* 404*), saec. XI, fol.* 133—141,

3*k) Monacensem n.* 332, *saec. XII, fol.* 132—142,

3*l) Vindobonensem n.* 339 *(Salisb.* 11*), saec. XIII, p.* 55—64,

3*m) Fuldensem Aa* 96, *saec. XV, partem II, fol.* 84—87.

Praescriptiones exscripsi has: Incipit vita beatae Radegundis *(*Radagundę 3*h)* virg. *(om.* 3*h)* composita *(*conp. 3*h)* a Fortunato episcopo 3*f. h similiter atque* 3*b*, Vita s. Radegundis virginis. VIII. 3*l;* Incipit vita sancte Radegundis virginis ordinis sancti Benedicti III. Ydus Aug. 3*m, locumque addi velim, qui quam maxime a reliquis libris discrepat p.* 365, 12 *ita expressum:* deputata. Puella nata *(*est *add.* 3*m)* laboribus, quae conveniunt sexui *(*tali *add.* 3*k)*, inter opera reliqua fit barbaris *(*barbareis 3*g;* barbariis 3*h. i. l;* barbarus 3*m)* litterata *(*laterata 3*g)*, frequenter 3*a. b. e. f. g. h. i. k. l. m.*

Codicem Taurinensem D. V, 3, *saec. VIII/IX, fol.* 208—220, *non vidimus, quippe qui petentibus nobis in Germaniam non mitteretur, sed duo adhuc examinati sunt codices inferioris notae, binos libros continentes.*

4*c) Codex Parisiacus 'Nouv. acq.'* 2261 *(antea Clun. n.* 11*), saec. XI/XII, fol.* 60'—67', *praescr.:* Incipit prologus de vita beate Radegundis composita a Fortunato episcopo, *p.* 364, 25. *post* efficiuntur *add.* fortes *cum m. al.* 1*a, et p.* 365, 35. *post* adulta *add.* puella*; desinit p.* 376, 4, *in* miraculi, *duobus foliis post f.* 64. *excisis, redit p.* 382, 21. *in* reginam, *subscr.:* Explicit vita beatae Radegundis reginae, *subsequente:* Item de beata Distiola, *i. e. Greg. Tur., H. Franc. VI,* 29.

5*) Codex Montepessulanus H n.* 1, *saec. XIII. in., legendarium magnum S. Mariae Claraevallensis, vol. IV, fol.* 124—132', *eadem continet integra, libro I. ita fere desinente sicut* 5*c, nisi quod* pre *p.* 377, 27. *desideratur, hisque verbis post obitum Disciolae subscriptis:* Explicit liber secundus de miraculis sanctae Radegundis.

Baudonivia librum alterum addens plura ex V. Caesarii expilavit, quam quae in marginibus adnotaveram, hosque locos ex eodem fonte pendere postea animadverti, quos item minoribus litteris expressos esse voluissem:

p. 383, 18—20. numquam — audivit] *V. Caes. I,* 45 *(editionis nostrae, SS. rer. Merov. III, p.* 474*);*

p. 384, 14. Nam — visa est et] *ib. I,* 46*;*

p. 384, 15—19. Caritatis — aequalis] *ib. I,* 53*;*

p. 387, 11—13. Frequenter — timere] *ib. II,* 3*;*

p. 389, 24. commendavit] *cf. V. Caes. II*, 47 *(p.* 500, 18*);*
p. 390, 14—17. Quicquid — excusaret] *ib. I*, 56. 57. 59 *(cf. 'N. Arch.' XXXV*, 226, *n.* 2—4*);*
p. 391, 6—8. pro infirmitate — aut certe] *ib. II*, 5*;*
ib. 9 *sq.* frequenter — praedicans] *ib.;*
p. 392, 27 *sq.* Admirabile — reliquit] *ib. II*, 49*;*
p. 393, 9 *sq.* in basilica — conduntur] *ib. II*, 50*;*
ib. 13 *sq.* psalmo — reddebant] *ib. II*, 47*;*
p. 395, 3—6. Nos — Amen] *ib. II*, 50.

GESTA DAGOBERTI I. REGIS FRANCORUM.

Memoriam Dagoberti I. regis monachus ille monasterii S. Dionysii Parisiaci, qui Gesta eius saec. IX. in. composuit, auratis radiis exornavit, visum effingens, quomodo trium martyrum corpora, Dionysii scilicet, Rustici, Eleutherii detexisset, atque ex eis, quae hac de re in priore parte operis sui scripserat, luculenta Inventio illorum formata est, quam codex noster 3, *S. Audomari n.* 342 *bis, olim S. Bertini, saec. IX, exhibet. Eiusdem condicionis tres adhuc codices reperti sunt, e quibus unus ad textum codicis* 3 *propior accedit aliis, immo alter auctor similem rationem instituit, alio fundamento usus, neque calamum antea deposuit, quam obitum regis descripsisset.*

3 *a) Codex S. Audomari n.* 715, *saec. XII, vol. II, post Passionem Dionysii auctore Hilduino (fol.* 105′—119*), cui subscripta sunt:* Explicit passio sanctorum martyrum Dyonisii, Rustici et Eleutherii. *fol.* 119—121. *Gesta Dagoberti absque laterculo capitum exhibet, praescr.:* Incipit inventio eorundem, *inc.* Quartus a Chlo*(*do *superscr.)*veo, *sed c.* 5. *et* 12—16. *desiderantur, textusque sicut in* 3 *in verbis c.* 19. unicuique restitueret *desinit, insequente Revelatione Stephano papae ostensa.*

3 *b*[1]*) Codex Bruxellensis n.* 7460, *saec. XIII, olim abbatiae Vallicellensis, deinde Musei Bollandiani (P* 159*), fol.* 34′—36′, *praescr.:* Incipit de gestis Dagoberti inclyti regis atque inventione sanctorum martyrum Dionisii, Rustici et Eleutherii, *et*

3 *b*[2]*) codex S. Audomari n.* 716, *saec. XIII, vol. V, fol.* 72—73′, *cui eadem praescripta sunt atque codici* 3 *(cf. p.* 398, 5*), eadem continent, sed a libris* 3 *et* 3 *a eo discrepant, quod*

p. 401, 3. *post* Remensium *non* episcopo *omittunt, sicut* 3. 3 *a, neque*
5. *cum* eisdem cum *pro* tum *exhibent, solique iidem*
22. flumina occurrere *transponunt.*

4*) Codex Parisiacus n.* 11756, *saec. XIII. ex., olim Sangermanensis n.* 465, *fol.* 195′—197, *praescr.:* Incipit inventio sanctorum martyrum Dyonisii, Rustici et Eleutherii, *praemisso prologo Miraculorum Dionysii (inc.* Plurima miraculorum Dei, *ed. Mabillon, AA. SS. ord. S. Benedicti III*, 2, *p.* 343*) ad textum Gestorum transit (inc.* Quartus a Clodoveo*), verba saepe immutans, alia interpolans, non pauca omittens, solaque c.* 1—4. 6—11. 17. 20 *ex.* 42 *in.* 43 *in.* 44. *admittens desinit in verbis* dilexisse meminerat *(p.* 422, 8*). Lectiones nonnullae cum codice nostro* 1 *b consentiunt neque cum* 3*:*

p. 401, 27. temporibus] tempore 4 *cum* 1 *b;*
p. 406, 24. memorias] memoriam 4 *cum* 1 *b.*

Quomodo librarius textum interpolaverit, exemplum hoc afferam:

c. 17 *(p.* 406, 19*).* Dagobertus denique, Deo annuente, regnum paternum retinens] Quo quadragesimo quarto regni sui anno vita excedente, Dagobertus rex, Deo annuente, creatus est. Qui 4, *ubi Chlotharii II. regis annos ex Libro h. Fr. c.* 42. *suppletos esse vides.*

Textum eodem modo interpolatum et decurtatum A. Luchaire[1] *in codice Vaticano reginae Christinae n.* 571, *saec. XII. aut XIII*[2], *olim Alexandri Petavii, fol.* 72 *sqq. deprehenderat (praescr.:* De virtutibus beati Dyonisii liber I. incipit*), nam quas p.* 24. *n.* 1, *et p.* 25. *attulit discrepantias lectionum omnes in* 4 *redeunt, ideoque* 4 *non solum prologum Miraculorum Dionysii descripsisse videtur sed etiam priorem eorum partem, scilicet narrationem de fundatione abbatiae S. Dionysii a Mabillonio omissam, atque auctor Miraculorum monente A. Luchaire 'usque ad praesentem Ludovicum imperatorem' propositum suum persecutus erat, sub quo degisse videtur. Idem codex Vaticanus fol.* 97—118'. *etiam ipsa Gesta Dagoberti exhibet, ad quae edenda illo in bibliotheca Petavii tunc asservato Chesnium olim usum esse monui (p.* 398, 31*), alterumque quoque eorum codicem bibliothecae Parisiacae Arsenal n.* 1030, *saec. XV, olim monasterii S. Victoris, commemoravit A. Luchaire, utrumque codici nostro* 1a *similem esse ratus. Nonnulli, qui in bibliotheca Mazarinaea asservantur codices frustula continentes Gestorum Dagoberti sive Miraculorum Dionysii postea ab eodem auctore suppleti sunt*[3], *etiam codicis textus pleni meminit ibidem nunc extantis (n.* 1733*), olim Corssendoncani, anno demum* 1498. *exarati, in quo prologum ineditum repperisse sibi visus erat (inc.:* Prestantissimi Francorum monarche*), sed monente W. Levison*[4] *Iohannis Gielemansii († 1487) Hagiologium Brabantinorum evolverat, cui etiam prologus ille debetur*[5], *frustraque questus est de fide et tempore thesauri sui adhuc non disputatum esse.*

Quot Gestorum capita in codicibus Inventionis vel Revelationis vel Translationis Dionysii occurrant et quomodo numeri eorum varient, diligenter exposuit A. Poncelet, Bibliotheca hagiographica latina, Bruxellis 1898/9, *I, p.* 331 *sq.*

Dagoberti mores, ingenium, fortitudinem, leonis fervidi exemplo usus, auctor Gestorum (c. 23*) partim verbis Vitae Audoini (c.* 2*)*[6] *descripsit, monente W. Levison*[7].

Testamentum Dagoberti disserente eodem forma duplici ad nos pervenit, scilicet in orationem regis redactum ab auctore Gestorum c. 39. *atque per frustula Aimoini Historiae Francorum interpolata, quae codex olim monasterii S. Germani, nunc bibliothecae nationalis n.* 12711. *servavit*[8], *cumque etiam Aimoinus ipse (IV,* 30*) orationem Gestorum excerpsisset, genuinus eius textus*[9] *ab interpolato distinguendus est, id quod antea non fecerant neque alii neque ipse; folium singulare codicis bibliothecae Vaticanae Reg. Christ. n.* 581, *saec. IX.*[10] *vel X, Vitae Germani episcopi Parisiaci*[11] *praefixum ad textum Gestorum pertinere monuit W. Levison, quod testamentum esse initio fineque destitutum antea male crediderant; chartularium autem Sangermanense saec. XII. ipse iam recte perspexeram ex Aimoino interpolato pendere. Quaestionem, utrum testamentum genuinum an falsum sit, olim diiudicare nolui*[12] *itemque nihil*

1) *A. Luchaire, 'Études sur quelques manuscrits, de Rome et de Paris' ('Bibliothèque de la faculté des lettres', Parisiis* 1899, *VIII, p.* 23 *sqq.). Codicem vetustiorum Miraculorum S. Dionysii, quem ille in bibliotheca Remensi repperisse sibi visus (l. c. p.* 28*) textum publici iuris fecit (l. c. p.* 93 *sqq.), multo ante repperteram ('N. Arch.'* 1893, *XVIII, p.* 600 *sqq.) virosque doctos ad hunc pretiosum fontem converteram; cf. SS. rer. Merov. VI,* 304. 2) *Cf. L. Bethmann, 'Archiv' XII, p.* 294*; A. Poncelet, Catalogus codicum hagiogr. Lat. Vatic.,* 1910, *p.* 377. 3) *A. Luchaire, 'Note additionelle aux Études sur quelques manuscrits de Rome et de Paris' ('Bibliothèque de la faculté des lettres', Parisiis* 1901, *XIII, p.* 3 *sqq.).* 4) *'N. Arch.' XXVII, p.* 333, *n.* 1. 5) *Cf. Anal. Bolland. XIV, p.* 44. 6) *SS. rer. Merov. V, p.* 555. 7) *'Kleine Beiträge zu Quellen der fränkischen Gesch.' (N. Arch.' XXVII, p.* 354*).* 8) *Cf. S. Luce, 'La continuation d'Aimoin et le manuscrit lat.* 12711 *de la Bibl. nat.' ('Notices et documents publiés pour la société de l'histoire de France', Parisiis* 1884, *p.* 64*).* 9) *Apud Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules' III, p.* 133. 10) *Cf. L. Bethmann, 'Archiv' XII, p.* 595. 11) *V. supra p.* 351 *(nobis* 5a*).* 12) *'Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXVI, p.* 177 *sqq.*

definivit, qui nuper subsidia rectius disponens primus intellexit totam arengam, scilicet prologum, cum Marculfi formula II, 2, ad verbum concordare[1], *sodalis meus; is vero omnia argumenta sollerter collegit, quibus fidem documenti illius defendi posse credebat, dum mihi rem iterum examinanti potius fraus eo magis se patefacere videtur. Prolixus ille Marculfi prologus sicut totus in Dagoberti testamentum transiit ita totus in chartam Eberhardi ducis a.* 735/7. *datam, utque eum in hac expilatum esse omnes concedunt, ita eandem rationem cum illo intercessisse necesse est, postquam multis exemplis demonstravi*[2], *quomodo Marculfus formulas suas modo additis modo demptis aut immutatis verbis laciniisque hinc illinc excerptis composuerit. Etiam hic Marculfi prologus ex diversis partibus coaluit talemque qualem in eius Formulis legimus antea non extitisse fere certum est, dum contrariam sententiam W. Levison (p.* 352 *sq.) statuit. Verba autem quibus Marculfus II,* 2 *(p.* 74, 13*) utitur:* et sine aliquo respectu discedat a seculo, *omnino non intellegi possunt, nam post* inparatum *eleemosynae requiruntur, quibus se quisque parare debet: profecto verba praetermissa ex arenga Formulae II,* 4 *(p.* 76, 21*) supplenda sunt:* ne sine aliquo b o n i o p e r i s respectu migret de seculo, *quae per Formulam Arvernensem* 3 *(p.* 30, 4*) confirmantur; eadem autem verba aeque ac in Marculfi II,* 2, *textu desiderantur non solum apud Eberhardum sed etiam apud Testamenti Dagoberti auctorem, quem utrumque ex illo pendere iam patet. Ut arenga Formulae II,* 4, *alteram prolixi prologi II,* 2, *partem efficit, ita Marculfus tertium fontem expilavit chartam Chilperici II. a.* 716. *monasterio S. Dionysii datam*[3], *quam etiam alibi ab eo adhibitam esse l. c. demonstraveram (p.* 252 *sqq.), aliaque aliunde depromens subdidit, ut formulam eo efficaciorem faceret ad donationem 'de grande causa'. Prologum illum Marculfus inter chartas pagenses libri alterius collocavit, qui chartas privatorum adornaret, neque inter regales libri prioris, unde iterum auctor noster fraudis convincitur, qui eum chartae regali praemisit, eandemque legem constanter transgressus est, nam omnes Testamenti Dagoberti elocutiones eadem privatorum consuetudine dictatae sunt. Nulla regum Francorum charta genuina ab invocatione Trinitatis incipit regnante stirpe Merowingica*[4], *primusque Carolus M. hunc usum usurpavit imperator creatus, scilicet a.* 801[5], *ante quem Testamentum Dagoberti confictum esse nequit, aliisque verbis invocatio tunc composita erat*[6] *atque iis, quibus falsarius usus est. Porro chartae regum Francorum praecepta sunt viris illustribus*[7]

1) *W. Levison, l. c. ('N. Arch.' XXVII, p.* 333 *sqq.; cf. ib. XXXIX, p.* 583*), editionem V. Desiderii Alsegaudiensis praeparaturus in chartam Eberhardi ducis (Pardessus II, p.* 355*) a.* 735/7. *datam inciderat, cui eadem arenga praefixa est.* 2) *'Ursprung u. Text von Marculfs Formelsammlung' ('Nachr. von d. Ges. d. Wissensch. zu Göttingen, Phil.-hist. Kl.'* 1916, *p.* 231 *sqq.).*

3)

Marculfus II, 2:	*Chilpericus II (Pertz, Dipl. I, p. 72):*
ex c a d u c i s substantiis i n a e t e r n a t a b e r n a c u l a vitam q u a e r a t m e r c a r e a e t e r n a m, ut — — r e t r i b u t o r e m sibi preparet D o m i n u m.	quatenus de c a d u c e s rebus presente secoli aeterna c o n q u i r e t u r — — nos oportit m e r c a r e e t e r n a celestia et — — r e t r e b u t o r e m D o m i n o ex hoc habyre meriamur i n e t e r n a t a b e r n a c o l a.

4) *Cf. Th. Sickel, Acta Karolin. I, p.* 211. 5) *MG. DD. Karol. I, p.* 265. 6) Omnipotentis *in charta Caroli imperatoris Fuldensi deprehenditur non omnibus numeris sincera, ubi vocabulum cancellis inclusum pro interpolatione editor accepit; cf. MG. DD. Karol. I, p.* 287. 7) *Compendia* v. inl. *vel* v. inlt., *alligatis partim litteris aliis, non* vir inluster *explicanda et ad regem referenda esse, sed locum dativi occupare atque ad inscriptionem pertinere, immo* viris inlustribus *in aliquot chartis regiis distincte legi, ita ut in his rex titulo* vir inluster *omnino careret, titulumque illum comitibus aliisque agentibus medii ordinis datum inferiorem esse, quam quem rex sibi ipse imposuisset, primus I. Havet ('Bibliothèque de l'école des chartes',* 1885, *XLVI, p.* 138 *sqq. = 'Oeuvres' I, p.* 1 *sqq.) perspiciens, ut*

inscripta, agentibus scilicet eorum praesentibus et futuris, nonnumquam etiam episcopis, si de rebus ecclesiasticis agitur; forma vero earum ab epistulis omnino distincta est, quam eis subesse hodie temere statuunt. Auctor Testamenti usum palatinum ignorans regis nomen ex primo loco in inscriptionem exeuntem removit, quasi ipse epistulam suo nomine dictasset, virisque illustribus omnino suppressis monachus ecclesiasticos ita enumeravit, ut a chartis genuinis haud leviter discrepet[1]. *Certe formulis sollemnibus usus regis nomine testamentum condere voluit heredesque instituit* 'basilicas sanctorum pene omnes regni nostri', *omnino oblitus filiorum, qui re vera heredes fuerant*[2], *omnino oblitus etiam iuris Romani, nam incerta persona heres institui non poterat. Verba autem, quibus Dagobertus eo auctore largitatem suam expressit:* Donamus — — donatumque in perpetuo esse decernimus, *in reges stirpis Merowingicae minime conveniunt, quorum notarii longe diverso scribendi genere utebantur*[3], *sed donatoris privati sunt, eorumque more:* absque ullius expectata traditione *(p. 418, 3) post discessum regis villas in possessionem ecclesiarum transituras esse voluit, id quod iterum in chartis privatorum cautum est, qui sibi vivis donationes iure beneficiali possidendas reservabant*[4]*: id vero regem non decuisse per se liquet. Villam Combis Dagobertus basilicae S. Vincentii,*

erat homo acutus, eximiam laudem sibi comparavit, cui ut olim assensum praebueram (v. Sybel, 'Historische Zeitschr.' 1886, *LV, p.* 284*), ita nunc eis quae tunc de dissertatione eius scripsi haud multum derogatum esse volo, mecumque convenit E. Mühlbacher ('Mittheilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung'* 1885, *VI, p.* 470*). Attamen argumentis suis neque H. Pirenne ('Compte rendu des séances de la commission royale d'histoire', Bruxellis* 1886, *IV. ser., tom. XIII, p.* 126 *sqq.) persuasit neque H. Bresslau ('N. Arch.'* 1887, *XII, p.* 356*), quorum obiectiones percurrens auctor ipse minime convictus est ('Bibl. de l'école des chartes'* 1887, *XLVIII, p.* 127 *sqq.* = *'Oeuvres' I, p.* 13 *sqq.), dum Erben (Erben, Schmitz-Kallenberg, O. Redlich, 'Urkundenlehre'* 1907, *I, p.* 309*) adversariis se adiungens inveteratum errorem renovat. Uterque cum aliis argumentis tum charta Chlotharii I. nomine monasterio Reomaensi concessa nitebatur (K. Pertz, Dipl. I, p.* 125*), quam auctoritate Th. Sickel ('Beiträge zur Diplomatik'* 1864, *III, p.* 195*) freti impugnari non posse credebant, nihilominus hanc arcem et impugnaveram et ceperam, nam falsarius annos regis computans inscitiae suae luculentum exemplum dedit, etiam sermone (*divae memoriae genitor noster Clodoveus*) se prodidit, immo monogramma 'incliti regis Chlotarii' inserens fraudem vel infantibus palam fecit ('Mitth. des Instituts f. österreich. Geschichtsforsch.' XIV, p.* 407*), ita ut Atali nomen ex hoc fonte ne dubitanter quidem referendariis inseri voluissem (cf. H. Bresslau, 'Urkundenlehre' I, p.* 364[2]*). Mecum omnino consentit K. Zeumer ('Göttingische Gelehrte Anzeigen'* 1887, *I, p.* 362 *sqq.), qui alterum quod invocaverant privilegium Dagoberti I. Resbacense (ed. K. Pertz, Dipl. I, p.* 16, 43*) recte ex Marculfi formula I,* 2, *restituit, pro* vir inluster *scribens* viris *ante* apostolicis, *isque fortiter partes Havetii tenens optime de hac quaestione meritus est. Nuper E. v. Ottenthal ('Mitth. d. Inst. f. österreich. Geschichtsforschung'* 1911, *XXXII, p.* 190 *sqq.) scripturae compendia in tabulis chartarum phototypicis recens editis (Lauer, Samaran, M. Prou, 'Les diplômes originaux des Mérovingiens', Parisiis* 1908*) accuratius examinans facere non poterat, quin Havetii argumentationem in universum approbaret, sed praeter lectionem* viris inlustribus *sexies vel septies confirmatam etiam singularem* viro inlustri *vel nominativum* vir inluster *inter litteras correptas et colligatas discernere sibi visus est, dubiumque si quid restat, usus illius meminisse velim ex Iona nostro (p.* 57*) approbati, scilicet* vir *iam saec. VII. medio inter indeclinabilia numeratum et vel pro* a viro *usurpatum esse.*

1) *Scripsit (Dipl. ed. K. Pertz I, p.* 156, 26*):* Apostolicis patribus, pontificibus videlicet ac abbatibus vel reliquis sacerdotibus, in regnum nostrum consistentibus Dagobertus rex Francorum, *pro genuina inscriptione:* Dagobertus rex Francorum viris apostolicis, patribus nostris, domnis episcopis et illustribus viris, ducibus itemque — — omnibus agentibus — — in regno nostro constitutis; *cf. Dipl. l. c. p.* 16, 43. 87, 29. 2) *Cf. Fred. IV,* 85. 3) *'Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXVI, p.* 173. 4) *Cf. 'Ursprung u. Text von Marculfs Formelsammlung' l. c. p.* 251.

postea S. Germani Parisiacae dono dedit, ubi sepulturam habere voluisset: ea vero eius voluntas Testamentum illud iam inde antiquitus admodum suspectum reddebat; nam regem in ecclesia S. Dionysii sepultum esse certum est[1], *quam magnifice exornari et fabricari iusserat, patrocinium martyris expetens, atque auctor Gestorum (c.* 42, *p.* 420, 11*) ipse hanc ei voluntatem attribuit: certe ad a.* 16. *regis id rettulit neque testimonium habemus, utrum iam a.* 14. *regni sui eiusdem voluntatis fuisset annon, sed e contrario locus ille ut basilicae S. Germani gratia conscriptus est, ita in solo Aimoini codice interpolato legitur, qui ex eodem S. Germani monasterio originem traxit. Epilogum ad filios Dagoberti factum Aimoinus auctore Gestorum disertius elimavit, sed haud magnam laudem arte sua sibi conciliavit*[2]*: sane Hegesippi opere de bello Iudaico usus verba Herodis ad Dagobertum nostrum transtulit, quibus ille filios suos Antipatrum, Alexandrum, Aristobulum inter se reconciliare studuerat*[3]. *Gestorum epilogus vetustior ab Aimoino discrepat, sed vix melioris notae est aliaque in textu illo leguntur non ferenda*[4]. *Auctor eorum Testamenti exemplar in archivo ecclesiae S. Dionysii reppererat, quod idem fuisse voluit, quod in thesauro suo Dagobertus rex reposuisset, dum alterum codicis Aimoini interpolati ecclesiae S. Germani favens ad hanc pertinuisse videtur. Similitudines nonnullas cum testamento Bertichramni episcopi Cenomanici intercedentes*[5] *indicare videntur chartam illam aeque ac Marculfi librum falsario praesto fuisse.*

VITA SANCTI ARNULFI.

Textus V. Arnulfi difficillimus inprimis codice pretiosissimo A 1, *nunc Parisiaco n.* 5327, *saec. IX. ex. vel X. in., nititur, qui a librario rudi exaratus ad exemplar redit Hieronymi, Karoli Martelli filii novennis*[6], *aliosque eiusdem classis codices saec. XI. adhibueram, etiam nonnullos classis aliquo modo retractatae B. Progredientibus studiis nostris haud pauci utriusque classis codices iique aliquot pervetusti reperti sunt atque fines bonarum malarumque lectionum A* 1 *accuratius nunc distingui licet, ratio vero editionis nostrae omnino confirmata est nullusque codex emersit melior nostro primario.*

A 2*) Codex Turicensis bibliothecae urbanae C.* 10. *i, formae maximae, saec. X. ex., olim monasterii Sangallensis, fol.* 107—112', *n. XXXVII (corr. e XXXVIII), cf. meam Ionae editionem p.* 67.

A 2*b***) Codex* **Bruxellensis** *n.* 98—100 *(Van den Gheyn n.* 3132, *vol. II), saec. XIII. in., fol.* 152—155, *necessitudine artissima cum A* 2*b coniunctus est, sicut p.* 577, *l.* 5, *conieci:*

c. 1. Helisano] *ita A 2d. d* cum aliis;* Heleino *A 2b. b*;* Helena *A 2. 2c;*
c. 2. Agilum — Agilus] Anglio — Anglius *A 2b. b*;*
c. 3. edulia] edendi *(om. A 2b. b*)* cibaria *A 2. 2b. b*. c (non A 2d*);* ed*(ulia m. al. in ras.) A 2a;*
c. 7. Sigona parte trina] *(*Sigona *om.)* Parte una trina *A 2b. b*;*
c. 8. linis] leniusque *A 2b. b*.*

A 2*d***) Codex* **Berolinensis** *Ms. theol. Lat. Fol.* 730, *saec. XV (post a.* 1473*), olim (ad a.* 1823*) Leandri van Ess, deinde (ad a.* 1911*) Phillippsianus n.* 568, *fol.* 145′ —149′, *aeque atque A* 2*d prologo caret neque minus aliis rationibus quam maxime cum hoc libro convenit.*

A 10*a) Codex* **Lincolniensis** *bibliothecae cathedralis B.* 1. 16, *saec. XII, fol.* 117′ —121, *aeque atque A* 10 *prologo atque descriptione monasterii (c.* 7. Hinc frondium coma — *c.* 9. ordinem redeamus, *p.* 588, 4—591, 5*) caret.*

A 10*b) Codex Cantuariensis bibliothecae capitularis E.* 42, *saec. XII, folia* 61 *complectitur, quae a coopertoriis Registrorum archidiaconorum Cantuariensium (a.* 1560 —1580*) a Dr. J. B. Sheppard a.* 1888. *abstracta sunt, inter quae fol.* 43. *pars extrema Vitae Filiberti inde a c.* 40 *(p.* 603, 5*)* advenientes Britones *legitur; c.* 41. *omissum est.*

Codices A 10. 10*a. b eundem textum classis A exhibent, sed ita retractatum, ut potissimum in parte posteriore haud paucae lectiones generis B* 2 *admissae sint, atque necessitudinis eorum exemplum afferatur hoc:*

c. 43 *(p.* 604, 12*).* palmam gloriae in triumphum] palmam cum *(m. al. add. A* 10*b)* victoriae triumpho *A* 10. 10*a. b;* palmam victorie in triumpho *B* 2.

W. L.

VITA ANSBERTI EPISCOPI ROTOMAGENSIS.

2*f) Codex Rotomagensis n.* 1411 *(U.* 64*), saec. XIII, olim S. Audoini Rotomagensis, fol.* 119—126′, *cuius p.* 617, *l.* 19. *mentionem feci, prologo caret atque, textum classis* 2 *exhibens, saepius cum* 2*b. d facit, sed hic illic propius ad* 2*a. c accedit.*

W. L.

VITAE AUDOMARI, BERTINI, WINNOCI.

De Winnoco eiusque Vitis iam egit Carolus de Smedt, Acta sanctorum Novembris III, Bruxellis 1910, *p.* 253*sqq. Et ipse p.* 263—266. *Vitam I. Winnoci edidit (c.* 22—28, *supra p.* 769—775*), iisdem fere subsidiis usus atque ego, scilicet codicibus nostris* 1. 5. 6. 7*a*. b et Bruxellensi n.* 8933—34, *de quo infra egi (*8**), p.* 266—267. *partem primam Miraculorum (c.* 1—4, *supra p.* 780—782*) e codice* 6 *subiunxit. Deinde p.* 267—274. *Vitam II. Winnoci (cf. supra p.* 751*sq.) integram publici iuris fecit, octo codicibus adhibitis, atque inter prologum et ipsam Vitam p.* 267*sq. e libris Bergensi et Atrebatensi Genealogiam quae dicitur Winnoci inseruit, de qua p.* 752. *egi; sequuntur p.* 275—284. *Miracula auctore Drogone. Denique p.* 285—289. *e codice illo Bruxellensi Vitam III. Winnoci ineditam eruit, quae textum exhibet e Vita II. et Genealogia et opere Drogonis excerptum, additis fabulis nonnullis, quae alibi non occurrunt atque erroribus haud parvis deformatae sunt.*

7*a*) Codex Cantabrigiensis Collegii Corporis Christi n.* 9, *saec. XI, p.* 258—261, *Vitam I. Winnoci exhibet, quam maxime cum* 7*a conveniens, etsi hic illic in melius digreditur. Ipse examinavi.*

8**) Codex Bruxellensis n.* 8933—34 *(Van den Gheyn n.* 3496*), saec. XVII, fol.* 199—200′, *cuius p.* 743, *n.* 6, *mentionem feci, arta necessitudine cum libro* 8 *coniunctus est, eodem modo interpolatus, id quod ex editione C. de Smedt cognoscitur.*

Codicibus Vitae Audomari C, quos p. 745, *n.* 7, *enumeravi, iam accedit Cantuariensis bibliothecae capitularis E.* 42, *saec. XII, qui inter fragmenta codicum collecta fol.* 47′. *initium huius Vitae continet, reliquis deperditis, desinens in verbis §* 3. Hibernensi viro beato Columbano [abbate].

Codicem 2 *Vitae I. Audomari olim a W. Arndt b. m. collatum, occasione data, denuo tractavi, ita ut nonnulla corrigenda sint, scilicet*

p. 753, *l.* 16*z)* factis *eras.* 2.
p. 755, *l.* 27*f)* ad *add. etiam* 2.
p. 757, *l.* 12*g)* nunct uam *m. al. corr.* nunc tuam 2.
l. 13*h)* pylago *m. al. corr.* pelagi 2.
p. 758, *l.* 5*f)* pylago *m. al. corr.* pelago 2.
l. 17*z)* es *etiam* 2.
p. 759, *l.* 2*d)* relinquentes *etiam* 2.

p. 760, *l.* 8*f)* voluerunt *etiam* 2.
p. 761, *l.* 7*l)* Sithiū, *lineola erasa,* 2.
p. 764, *l.* 1*a)* ullum *habet etiam* 2.
l. 21*b)* Terwamense *m. al. corr.* Terwanensi 2.
l. 23*e)* eorneacus *corr.* orneacus 2.

Passim librum manus posterior correxit, cuius lectiones saepissime cum codice 3 *conveniunt.* *W. L.*

TOMUS VI.

VITA ERHARDI EPISCOPI BAVARICI AUCTORE PAULO.

3*d) Codex Fuldensis Aa* 96, *saec. XV, olim Blauburanus, deinde Weingartensis, partis alterius fol.* 17′—19′. *post Vitam I. Hildulfi Vitam Erhardi continet (praescr.:* Sequitur vita fratris eius, sancti Erhardi episcopi*) neque vero integram, nam prologus libri prioris deest, atque c.* 6—11. *eiusdem et prologus et c.* 1. *et* 2. *libri secundi (p.* 13, *l.* 5—*p.* 17, *l.* 28*) omissa sunt, verbis insertis:* Reliqua, que secuntur de sancto Erhardo require in alia legenda eius, que habetur in passionali sancti Celestis Metensis episcopi *(cf. P. Lehmann, 'Historisches Jahrbuch' XXXIV,* 1913, *p.* 532*).* Cetera, que ibi omissa sunt, hic subsequuntur*; denique caput ultimum (p.* 21, *l.* 3—13*) desideratur.*
W. L.

VITA LANDIBERTI EPISCOPI TRAIECTENSIS AUCTORE SIGEBERTO.

Codex Bruxellensis n. 98—100 *(Van den Gheyn* 3132 *II), saec. XIII. in., fol.* 197—201′, *Vitae Landiberti auctore Sigeberto continet textum* 4*a similem, sicut recte conieceram p.* 340, 7*; nam adnotante W. Levison non solum finem c.* 11. *cum* 4. 4*a omisit, sed etiam has lectiones exhibet peculiares illius libri: p.* 394, 19. ductus invidie, *p.* 397, 14. Capanensium, *p.* 404, 4. esset in celis, patescere statim cepit in terris, *sed p.* 397, 2. *habet* addicti *neque* edicti *cum* 4*a.*

VITA HUGBERTI EPISCOPI TRAIECTENSIS.

Vitis Hugberti iam sexta accessit (incipit: Fuit quidam illustrissimus dux*) fabulis aliisque rebus eo magis exornata; quam e codice Fuldensi Aa* 96, *saec. XV, olim Blauburano, deinde Weingartensi, partis prioris fol.* 1—2, *publici iuris fecerunt (P. Lehmann et) N. Bühler, 'Das Passionale decimum des Bartholomaeus Krafft von Blaubeuren' ('Historisches Jahrbuch' XXXIV,* 1913, *p.* 504—508*).* *W. L.*

CATALOGI REGUM FRANCORUM PRAETERMISSI.

Postquam legem Salicam edendam suscepi, annales nostros denuo perlustrans in novum Catalogi I. codicem incidi p. 472, 27. *inserendum*

A 5*c) Bambergensem n.* 12 *(P I,* 1*) saec. IX/X, fol.* 2′*, qui textum in fine ita interpolatum exhibet, ut est in A* 5*b (v. supra p.* 480, 34*). Praecedunt Decretio Childeberti II (fol.* 1—2*) et Epilogus Legis Salicae*[1] *(fol.* 2—2′*); subsequitur Ansegisi Collectio (fol.* 2′—66*).*

Catalogum rogatu meo liberaliter contulit Fischer bibliothecae praefectus.

Praeterea inter ipsas quae mihi traditae erant schedas Legis Salicae apographa quinti Catalogi repperi codicibus Emendatae additi, qui cum reliquis Catalogis necessitate nulla coniunctus fabulis mendisque scatet, neque parca quae mihi praesto erant subsidia suffecerunt; cum vero interim ea aliquo modo supplendi occasionem nactus essem, ne quid deesset, etiam hos laterculos addere libuit, primoque fontem quendam eorum iterare visum erat satis antiquum, quem Pertzius quondam publici iuris fecerat.

I.

Genealogia regum Francorum, quam Pertzius e codice Sangallensi n. 732, *saec. IX/X, p.* 155, *eruit*[2] *et in Monumentis Germaniae, Scriptores II, p.* 307, *edidit, nuper G. Kurth, 'Histoire poétique des Mérovingiens', Parisiis* 1893, *p.* 517 *sq., iteravit, non ultra Dagobertum I. regem pergit, cumque auctor e Chlotharii I. filiis Sigiberti I. regis Austrasii prolem primo persecutus sit, eaque exstincta demum ad Chilperici I. filium Chlotharium II. transierit, qui a.* 613. *regno Austrasiae potitus est, eum Dagoberto I. vivo, i. e. inter annos* 623—639, *in Austrasia degisse verisimile est, neque ullum fabularum Libri h. Fr. vestigium in hac Genealogia deprehenditur, quae inde a Childerico I. fide Gregorii nostri penitus confirmatur. Auctor igitur ille inter binas computationes Austrasiacas a.* 604. *et* 643. *collocandus est, quas supra p.* 490. *et* 493. *edidi. Quod vero idem in anterioribus regibus a Gregorio discrepans inter Chlogionem et Merovechum Glodobodem vel Ghlodobedum inseruit et mox Merovecho non Childericum I. filium attribuit, sicut ille, H. Fr. II,* 9, *sed Hilbriccum vel Hildebricum et Genniodum interposuit, patris historiae Francorum auctoritatem concutere vix potest. Anni autem regum nulli ibi adsunt, propter quos Catalogos supra edideram.*

Codex p. 1—98. *Legem Alamannorum continet*[3]*, cuius in editionibus idem commemoratur Legum tom. III, p.* 8, *et Legum Sectio I, tom. V, Pars I, p.* 15. *Praeterea p.* 142—

1) *Cf. 'Archiv' VI, p.* 70 *sq.; Leitschuh et Fischer, 'Katalog der Hss. der Kgl. Bibliothek zu Bamberg' I,* 1, *p.* 873. 2) *Cf. Scherrer, 'Verzeichniß der Hss. der Stiftsbibliothek von St. Gallen' p.* 241. 3) *Cf. 'Archiv' V, p.* 220; *H. Hattemer, 'Denkmahle des Mittelalters', apud S. Gallum* 1844, *p.* 377.

154. *Abbreviatio chronicae Bedanae inest ad annum 43. Karoli M. perveniens*[1], *i. e.* 810. *p. Chr., eamque p.* 154. *'Generatio regum' subsequitur, scilicet laterculus gentium famosissimus, regibus Romanorum Gallicis ad Syagrium auctus, quem item primus* **Pertzius**, *SS. VIII, p.* 314, *edidit. Hic quoque laterculus in Legis Salicae codices transiit, unde eum primo loco exscripsi.*

INCIPIT GENERATIO REGUM.

Primus rex Romanorum Analeu:
Analeus genuit Papulo.
Papulus genuit Egegium[a].
Egegius genuit Egegium.
Egegius genuit Fadiru[b], et[c] ipsum Romani perdiderunt.
Tres fuerunt fratres[2], unde sunt gentes, Erminus, Inguo et Istio, frater eorum.
Erminus genuit Gothos, Walagotus, Wandalus, Gepedes et Saxones.
Haec sunt gentes V.
Inguo, frater eorum, genuit Burgundiones, Loringus[d], Langobardus, Baiarius.
Haec sunt gentes IIII.
Istio, frater eorum, genuit Romanos, Brictones, Francus, Alamannus.
Haec sunt gentes IIII.

DE REGUM FRANCORUM.

Primus rex Francorum Chloio.
Chloio genuit Glodobode.
Ghlodobedus genuit Mereveo.
Mereveus genuit Hilbricco.
Hildebricus genuit Genniodo.
Genniodus genuit Hilderico.
Childericus genuit Chlodoveo.
Chlodoveus genuit Theodorico, Chlomiro, Hildeberto, Hlodario.
Chlodharius genuit Chariberto, Ghundrammo, Chilberico, Sigiberto.
Sigibertus genuit Hildeberto.
Hildebertus genuit Theodoberto et Theoderico.
Et ante Hilbericus[3] genuit Hlodhario.
Hlodharius genuit Dagabertum.

II.

Cum laterculi quos modo dixi iuris peritis minime sufficerent iusto breviores annisque regum carentes, Catalogum novum Legi Salicae emendatae praeposuerunt ex Libro hist. Francorum expilatum, auctorque ipsius codicem adhibuit recensionis Austrasiae (B) similem B 1a, *quem cum monasterio Longolariensi (prope S. Hubert) necessitudine qua-*

a) *scr.* Egetium, *v. infra p.* 854, *l.* 5. b) *scr.* Siagriu. c) *scr.* per quem Romani regnum perdiderunt, *v. infra p.* 854, *l.* 7. d) *scr.* Toringus.

1) *Cf. Th.* **Mommsen**, *Auct. antiq. XIII, p.* 348. 2) *Tres fratres in primigenio laterculo filii sunt Alanei (ita codex Augiensis CCXXIX, c. a.* 800*; cf. A. Holder, 'Die Reichenauer Handschriften',* 1906, *I, p.* 525*) vel Alani (ita Historia Brittonum, ed. Mommsen, Auct. antiq. XIII, p.* 159*), interpolator vero Gallicus illum regem Romanorum fuisse voluit, scilicet Galliae, novamque stirpem fictam interposuit, scilicet post Papulum non ignotos Aetium, Aegidium, Syagrium (*Fadiru *c.) reges Galliae.* 3) *Sigiberti I. stirpe a.* 613. *extincta, ad Chilperici I. transiit; cf. p.* 850.

dam coniunctum esse monui[1]. *Ex hoc vel adnotationes deprompsit margini adscriptas atque* 34 *quos Dagoberto I. attribuit anni in sola recensione B traditi sunt, dum primigenia A* 44 *annos patris Chlotharii II. etiam in filio iterat. Catalogus a Faramundo Libri hist. Francorum rege fabuloso incipiens usque ad* 16. *Pippini regis annum pervenit auctorque ultimum stirpis Merowingicae regem Childericum III, quem Theuderici IV. filium fuisse voluit, in Sithiu monasterium relegatum esse non ignoravit.*

Porro Genealogiam quoque cuius memini idem auctor adiecit itemque hanc a Faramundo suo dilecto incepit, nova nomina interpolans, atque in fine fontem suum omnino non intellegens Chilpericum I. filiis Childeberti II. attribuit. Desinit in Chlothario II (Flodrio), *praetermisso Dagoberto I. Utrumque laterculum continet*

1) *codex* **Parisiacus** *n.* 9654 *(olim Suppl. lat. n.* 75*), saec. X, fol.* 121, *subsequente prologo Legis Salicae maiore, praescr.:* Incipit prologus legis Salicae.

Exscripsit M. Krammer v. c.

Alter librarius 2, *sermonem rusticum corrigens, quem praecedens in fontibus expilandis fere servaverat, ablativis ad grammaticae leges accusativos substituit, aspiratam* H *auctoris Austrasii immutavit in* Ch *vel* C, *cumque ille Chlodoveum II. neglegentia praetermisisset, ipse hiatu locum eo magis depravans Theuderici III. annos* 18 *(pro* 19*) Chlothario III. attribuit, cuius* 4 *anni in codice* 1 *adhuc leguntur. Codices vero* 2 *Generationem regum fontis I. inter utrumque laterculum interponunt in* 1 *omissam. Denique Genealogia in codicibus* 2 *ex Chlothario II. ad Childericum III. multo uberiore sermone perducta est, ut interpolatoris manum facile agnoscas, neque regum anni cum Catalogo superiore concordant*[2], *licet iterum Liber hist. Francorum isque ad recensionem B expilatus sit. Textum autem tam oscitanter interpolator exscripsit, ut Francorum nomina* Febroaldus *et* Memorum *ex verbis* febre valida *et* nimirum *formaverit. De Childerico III. eadem iisdem verbis rettulit quae auctor prioris Catalogi.*

2) *Codex* **Parisiacus** *n.* 4628 *A, olim abbatiae S. Dionysii, saec. X, fol.* 5—6′, *in capite Legis Salicae Emendatae laterculos tres exhibet, scilicet Catalogos regum Francorum et Romanorum et Genealogiam cum chronico, subsequente fol.* 6′. *utroque prologo, praescr.* Laus Francorum[3] *et* Incipit prologus legis Salicae.

Cum ex hoc codice nihil adnotatum esset, in angustiis positus P. J. Blok virum doctissimum Leidensem adii, qui officia sua liberalissime nobis obtulerat, ipsoque interveniente apographon me accepisse grato animo profiteor. Catalogum regum Romanorum rogatu meo officiose recognovit H. Omont vir humanissimus.

Eadem libris insequentibus insunt recentioris aevi et inferioris notae.

2*a) Codex* **Romanus** *bibliothecae* **Vaticanae** *inter Ottobonianos n.* 3081, *chartaceus, saec. XV, olim Petavii, post Originem Francorum (fol.* 99*) supra p.* 528. *editam fol.* 100. *tres laterculos exhibet*[4], *quos Lex Salica subsequitur iam in tertio titulo desinens:* De furtis animalium.

Priorem tantum Catalogum exscripsit Perels v. c.

2*b) Codex* **Parisiacus** *n.* 4631, *saec. XV, creditur esse apographon codicis* 2.

A. **Du Chesne**, *Historiae Francorum Scriptores coaetanei, Parisiis* 1636, *tom. I, p.* 793, *duos quos* 1 *continet laterculos sub titulo 'Genealogia' ita edidit, quasi unum 'ex vetusto Codice Ms. Conciliorum ac Capitulorum', alterum 'ex veteri Ms. Cod. Legis Salicae' deprompsisset, eiusque editionem et* **Bouquet**, *'Recueil des historiens des Gaules', Parisiis* 1739, *II, p.* 695 *sq. iteravit et non plenam* **Pertzius**, *Scriptores II, p.* 307, *Genealogiam fonti eius (I) opponens.*

At B. **Guérard** *in 'Notices et extraits des mss. de la bibliothèque du roi et autres bibliothèques', Parisiis* 1838, *tom. XIII, pars II, p.* 62 *sqq.,* codicem 2 *describens novum-*

1) *SS. rer. Merov. II, p.* 225. 2) *Chlothario II.* 43 *anni attribuuntur (supra* 45*).* 3) *Lex Salica ed. Hessels p.* 422. 4) *Cf. 'Arch.' XII, p.* 373.

que fontem se repperisse ratus, textus eius tres et edidit et commentario instruxit. Denique G. Kurth l. c. p. 518—523. item tres laterculos ad codices 1. 2. 2b edidit, sed librum 2 secutus neque 1 toto caelo erravit bonasque lectiones adnotationibus adscripsit, malas vero in textum admisit; nihilominus autem agnoscere fas est eum prudenter et non sine bono fructu in has res inquisisse.

Mitto alias regum Francorum Genealogias posterioris aevi, in quibus quotquot auctores nancisci poterant fontes congesserunt.

B. Krusch.

[INCIPIUNT NOMINA REGUM FRANCORUM, QUI SUPER FRANCOS REGNAVERUNT *add.* 2. 2*a*. *b*.]

Primus rex Francorum Faramundus[a]. L. h. Fr. c. 4 (*B* 1*a*).

Secundus Chludio[b], filius eius. ib. c. 5.

Tercius Merevius[c], filius Chlodoveti[d]. ib. c. 6. Geneal.

Quartus Childericus, filius Merevei[e], et regnavit annis[f] XXIIII. ib. c. 9.

Quintus Chlodovius[g], filius Childerici, et regnavit annis XXX et habuit filios IIII. Hi[h] sunt Theodericus, Clodemirus, Hildebertus et Hlotharius, qui regnum inter se diviserunt. ib. c. 19.

Sextus rex[i] Hlotharius[k], filius Clodovei[l], et regnavit annis[m] LI. ib. c. 29.

Septimus rex Hilpericus[n] regnum Hlotharii accepit. Mortuus est[o] Hilpericus, filius Hlotharii[p], et regnavit annis XXIII. ib. c. 35.

Mortuus est Hlotharius, filius Hilperici, et regnavit annis XLV[q]. ib. c. 42.

Dagobertus, filius Hlotharii, mortuus est et regnavit annis XXXIIII[r]. ib. c. 43 (*B*).

Hlotharius, filius Dagoberti[1], regnavit[s] annis IIII. ib. c. 45.

Theodericus[s], filius Clodovei, regnavit annis XVIII[t]. ib. c. 49.

Clodovius, filius Theoderici[u], regnavit annis II.

Childebertus, filius Theoderici[v], regnavit annis XVII. ib. c. 50.

Dagobertus, filius Childeberti, regnavit annis V[w]. ib. c. 52.

Theodericus genuit Hildericum[x, 2], qui in Sithio[3] monasterio constitutus est.

Pippinus[y] regnavit annis XVI[4].

Catalogi. 1. 2. 2*a*.

a) Pharamundus 2*a*. b) *ita* 1; Chlodovetus 2; Clodoveus 2*a*; Chlodionem *L. h. Fr.* (Clodius *B* 1*a in marg.*). c) *ita* 1; Meromus *et litteris minoribus superscr.* alias Meroveus 2; Merevius vel Meroveus 2*a*. d) *ita* 2; Clodovei 2*a*; Merevei 1; Ghlodobedus *Geneal*. e) *ita* 1; Merovei 2*a*; Meromi 2. f) *ita* 2. 2*a cum L. h. Fr.*; annos *constanter* 1. g) *ita* 1; Chlodoveus 2; Clodoveus 2*a*. h) *ita* 1 *cum L. h. Fr.* c. 19; id est Teodericum, Chlodomirum, Childebertum et Chlotarium 2; scilicet Theodericum, Chlodomerum, Childebertum et Clotarium 2*a*. i) *ita* 1; *om. rell.* k) Chlotharius 2, *ut infra;* Clotarius 2*a*, *et sic deinceps.* l) *ita* 1. 2*a*; Chlodovei 2, *ut infra.* m) annos quinquaginta unum 1. n) Chilpericus 2. 2*a*, *et sic deinceps.* o) Mortuo Chilperico, filio Clotarii, *pr. m.* 2*a*, *corr.*, *sed* est *om.* p) Clotharii *h. l.* 2. q) XLIIII *L. h. Fr.* c. 42 (LIIII *cod. B* 1*a*). r) *ita* 1. 2 *cum L. h. Fr. rec. B;* XXIIII 2*a*. s) regnavit — Theodericus *om. et sequuntur* Chlotharius (Clotarius 2*a*) filius Chlodoveii (Clodovei 2*a*, *ubi* et *add.*, *sed deletum*) r. 2. 2*a*. t) XVIIII. *L. h. Fr.* u) Teod. 2, *ut infra.* v) *om.* 2. 2*a*. w) *ita* 2. 2*a cum L. h. Fr.;* VI 1. x) Child. 2. 2*a*. y) Pipinus 2*a*.

1) *Auctor stupidus Chlodoveum II. praetermisit, unde Chlotharius III, filius eius, in filium Dagoberti I. promotus est; librarii* 2 *locum eo magis depravaverunt.* 2) *Theudericus IV. pater Childerici III. appellatur in Gestis abbatum Fontanellensium* c. 8 *(ed. S. Löwenfeld p.* 28*):* Aedita est haec largitio anno undecimo Teoderici regis, patris Hilderici, demum regis novissimi ex genere Meroingorum, *cum alii Chilpericum II. praeferant, quem auctor omnino praetermisit, neque facile disceptari potest, utri opinioni iure assentiendum sit; cf. H. Hahn, 'Jahrb. d. fränk. Reichs* 741—752*', Berolini* 1863, *p.* 165 *sq.; L. Levillain, 'Le Moyen Age' XII*, 1899, *p.* 476 *sqq.* 3) *Ita cod. S. Bertini Annalium regni Francorum (C* 3 *apud Kurze p.* 10*) et cod. Egmund. V. Karoli M.* c. 1 *(ed. sexta p.* 3*) et Gesta abb. Fontan.* c. 14 *(ed. S. Löwenfeld p.* 43*); cf. E. Mühlbacher, 'Karol. Reg.' p.* 33[2]. 4) *Rectius* 16 ½ *a.; cf. supra p.* 470.

[2. 2*a. b haec addunt:*

ITEM DE REGIBUS ROMANORUM.

Generatio regum.

Primus rex Romanorum Allanius[a] dictus est.
Allanius genuit Pabolum.
Pabolus Egetium.
Egetius genuit Egegium.
Egegius genuit Siagrium, per quem Romani regnum perdiderunt.
Tres fuerunt[1], qui dicti sunt primus Ermenius[b], secundus Ingo[c], tertius Escio. Inde adcreverunt gentes XIII[2].
Primus Ermenius genuit Gothos, Walagothos, Wandalos, Gippedios et Saxones.
Ingo[c] genuit Burgondiones, Thoringos, Langobardos[d], Baoweros.
Escio genuit Romanos, Brittones, Francos et Alamannos.

ITEM DE REGIBUS FRANCORUM, QUOMODO REGNAVERINT[e].]

Geneal.

Primus rex Francorum Faramundus dictus est.
Faramundus genuit Cleno[f] et Cludiono.
Chludius[g] genuit Chlodebaudo[h].
Chlodebaudus genuit Chloderico[i, 3].
Chlodericus genuit Chlodevio[k] et Hlodmaro[l].
Chlodevius[m] genuit Hildeberto[n], Theoderico et Hlothario.
cf. L. h. Fr. c. 27. Geneal. — Chlotharius genuit Gunthario[o], Heriberto, Gunthramno, Hilprico, Chramno et Sigeberto.
Sigebertus genuit Hildeberto[p].
Hildebertus genuit Theothberto[q], Theoderico et Chilperico[4].
Chilpericus genuit Hlothario[r].
Flodrio[s, 5]

[*in* 2 *textus ita continuatur:*

L. h. Fr. c. 42. ib. c. 35. ib. c. 40 (B). — regnavit annis XLIII[t], filius Childerici[u] et Fredegunde. Eo tempore Gondolandus maior domus in aula regis habebatur.

ib. c. 42. ib. c. 43. ib. c. 42. — Dagobertus, filius Chlotarii, regnavit annis XXXIIII[or][v] et monarchiam in totis tribus regnis accepit sagaciter. Eo tempore Erconaldus[w] maior domus erat.

ib. c. 43. ib. c. 44. ib. c. 43. — Chlodoveus, filius Dagoberti, regnavit annis XVI. Hunc Franci super se in regnum statuunt, accepitque uxorem de genere Saxonum nomine Bathildem[x]

Catalogi. 1 *(l.* 14—25*).* 2.

a) Allanus 2*b*. b) Hermenius 2*b*. c) Higo 2*b*. d) et *add. Pertzius, SS. VIII, p.* 314. e) *praescriptio in marg. legitur* 2; regnaverunt 2*b*. f) Chlenum et Chlodionem 2. g) Chlodius 2. h) Chlodebandum 2. i) Chlodericum 2. k) *ita scripsi;* Childevio 1; Chlodoveum 2. l) Chlodmarum 2. m) Childevius 1; Chlodoveus 2. n) Childebertum, Teodericum et Chlotharium 2. o) Guntharium, Cherebertum, Guntrannum, Chilpericum, Chramnum et Sigebertum 2. p) Childebertum, Childebertus 2. q) Tetbertum, Teodericum et Chilpericum 2. r) Chlotharium 2. s) *in* Flodrio *desinit* 1, *ubi sequitur:* Incipit prologus legis Salicae; Chlotharius 2. t) XLIIII *L. h. Fr. c.* 42. u) *scr.* Chilperici *cum L. h. Fr. c.* 35. v) *ita L. h. Fr. c.* 42 *(B);* XXIIII[or] *apographon meum;* XXXXIIII *Kurth.* w) Ercoualdus 2. x) *ita apographon meum;* Balthildem *Guérard et Kurth.*

1) fratres *desideratur; v. supra p.* 851, *l.* 12. 2) *Codex Augiensis n. CCXXIX:* Istas XIII generationes omnino non separantur; *codex Vaticanus n.* 5001, *c. a.* 1300. *scriptus, fol.* 140 *(SS. VIII, p.* 314*):* Tres fuerunt fratres, ex quibus gentes XIII. 3) Meroveo *Geneal., quod nomen cum insequentibus auctor praetermittens ad Childericum statim transiit.* 4) Et ante Hilbericus *Geneal., dum fabulator noster Chilpericum filiis Childeberti II. temere addit.* 5) Hlodharius genuit Dagobertum *desinit Genealogia.*

pulchram. Franci vero Chlotarium, filium eius seniorem, in totis tribus (L. h. Fr. c. 44.) regnis statuunt cum ipsa regina matre sua regnaturum. Eo tempore, defuncto (Ib. c. 45.) Erconaldo maiore domus, Franci in incertum vacillantes, praefinito consilio, Ebroinum huius honoris altitudine maiorem domus in aula regis statuunt.

In his diebus Chlotharius regnavit[a] annis III[b].

Teodericus, frater eius, rex elevatus est Francorum. Eo tempore Franci, adversus Ebroinum insidiis preparatis, super Teodericum consurgunt eumque regno deiciunt crinesque capitis amborum incidunt. Ebroinum totundunt[c] eumque Lùxovio monasterio in Burgondiam[d] dirigunt. In Austrum legationem[e] mittentes propter Childericum una cum Vulfaldo[f] duce ad se venire. Franci autem Leodetium, filium Erconaldi, nobilem[g] maiorem domus constituunt, et postea Ebroinus interficitur. Franci vero, consilio accepto[g], Warratonem virum in- (Ib. c. 47.) lustrem in locum eius concessione[h] regis maiorem domus in palatio constituunt. Erat hisdem temporibus memorato Warratoni filius Gislemarus, et Bertherium (Ib. c. 48.) in maiorem domatum restituunt. Post hec Pippinus Theodericum regem accepit. Eo tempore quidam[1] nomine Drogo ducatum accepit a Campania. Obiit rex, regnavit annis XVIIII. (Ib. c. 49.)

Flodoveus, filius eius, puer regalem sedem suscepit nec multo tempore regnavit annis II.

Childebertus, frater eius iunior, inclitum in regnum statuunt[2]. Tunc est Grimoaldus, Pippini filius iunior, in aula regis constitutus. Childebertus rex iustus migravit (Ib. c. 50.) ad Dominum, regnavit annis XVII[i]. Sepultus est in Cauciaco, regnavitque Dagobertus, filius eius. Eo tempore bonae memoriae Grimoaldus defunctus est. Teodoaldus vero iuvenis[k] filius eius in aula regis. Eo tempore Pippinus (Ib. c. 51.) et Febroaldus[3] mortuus est habuitque principatum annis XXVII. In illis diebus Franci in Cocia silva bella congesserunt. Teodoaldus vero[l] per fugam lapsus ereptus est. Teodoaldo effugato, Ragemfredum in principatum in maiorem domatum elevaverunt.

Sequente[m] tempore Dagobertus rex egrotans mortuus est, regnavit annis V. Franci (Ib. c. 52.) Memorum[4] quondam clericum, caesariae capitis recrescente, eum in regno stabiliunt atque Chilpericum nolebant[n]. Eo tempore denuo exercitum commoventes, ipse Chilpericus[5]. Succedente igitur tempore iterum ipse Chilpericus cum Ragenfredo hostem movente[5]. Ragenfredus et Chilpericus rex fuga elap- (Ib. c. 53.) sus. Karlus persecutor non repperit, et Odo cum multis muneribus Chilpericum regem Karlo reddit[g], regnavitque[g] annis quinque. Franci vero Teodericum Kala monasterio nutritum, filium Dagoberti iunioris[6].

Teodericus genuit[7] Childericum, qui in Sithio[o] monasterio constitutus est[q]].

Catalogi. 2.

a) regnau regnavit 2. b) IIII *L. h. Fr. c.* 45. c) *ita* 2. 2*b cum L. h. Fr.* d) *corr.* Burgundiam 2. e) *ita L. h. Fr. rec. B sola.* f) Vulfando *apographon meum;* Wulfaldo *Kurth.* g) *ita rec. B L. h. Fr.* h) cum iussione *L. h. Fr.* i) *ita Guérard et Kurth;* XIII *apographon meum.* k) iubente avo *L. h. Fr. c.* 50. l) *om. Kurth;* autem *L. h. Fr.* m) *corr.* Sequenti 2. n) nuncupant *L. h. Fr.* o) Siduo 2*b.* p) *sequitur* Laus Francorum, *scilicet maior Legis Salicae prologus* 2.

1) *Potius filius Pippini ex Plectrude.* 2) *A constructione passiva auctor inceperat.* 3) *Vir iste ex verbis* febre valida *ortus est.* 4) *Nomen ex vocabulo* nimirum *auctor depravavit,* Danielem *praetermittens.* 5) *Quid rex fecerit, auctor praetermisit.* 6) *Suppleas ex Lib. h. Fr. c.* 53: regem super se statuunt. 7) *Ita Catalogus prior, supra p.* 853, *n.* 2.

ADDENDA ET EMENDANDA.

SUPPEDITAVIT W. LEVISON.

P. 1, *n.* 1. *Non vidi J. B. Mesnel, 'S. Leufroy' ('Les saints du diocèse d'Évreux', fasc. VI), Évreux* 1918.

P. 2, *n.* 7, *et p.* 12, *n.* 4, *et p.* 18, *n.* 2. *Chartam Caroli regis a.* 918. *datam denuo edidit R. Poupardin, 'Recueil des chartes de l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés' I, Parisiis* 1909, *p.* 68—70, *n.* 41.

P. 5, *l.* 26. *Codicibus Vitae Leutfredi addendus est*

2*d) codex Rotomagensis n.* 1411 *(U.* 64*), saec. XIII, olim S. Audoini Rotomagensis, fol.* 247—252. *Liber, cuius p.* 6, *l.* 15, *mentionem feci, indice Vitae et Miraculis caret atque necessitudine artiore cum* 2*b. c coniunctus est, velut ex his locis intellegitur:*

c. 10. ad praedium quod vocatur Clippiacus] ad predium suum Clippiacum *(*Clipiacum 2*d)* 2*b. c. d;*
c. 11. in diocesi] sua *add.* 2*b. c. d et m. rec. in ras.* 1*a;*
ib. praesumpserit] presumpsisset 2*b. c. d;*
ib. annorum curricula] curr. ann. 2*b. c. d;*
c. 17. celeriter] celerrime 2*a. b;* celerime 2*d;* festinanter 2*c;*
ib. noctem illam cum eo fuit] n. i. cum eo fecit 2*b. c. d;*
ib. servus Dei Christique sacerdos] sacerdos Dei 2*a. b. c. d;*
c. 25. excursu] *ita* 1*a. b; om.* 2*d cum rell.*

Ut autem menda 2*b et* 2*c peculiaria pleraque absunt, ita ipse propriis vitiis satis multis inquinatus est, e quibus interpolationes paucae afferantur:*

prol. virum reverentissimum beatum Leutfredum] virtutibus decoratum atque rev. virum b. Leofridum 2*d;*
c. 1. perficeret] in Domino *add.* 2*d;*
c. 4. viaticum tribuebat] et in domum suam introducens ciborum satietate refitiebat et, prout poterat, consilium indigentibus et auxilium prestabat *add.* 2*d, ita ut verba praecedentia partim iterata sint.*

Nomen sancti vario modo Leufredus, Leufridus, Leofredus, Leofridus *scriptum est.*

P. 9, *n.* 4. *Cf. etiam J. B. Mesnel, 'Saint Taurin premier évêque d'Évreux' ('Les saints du diocèse d'Évreux' I), Évreux* 1914.

P. 65, *l.* 17. *Cf. Vergili Aen. XII,* 898*:* limes agro positus, litem ut discerneret arvis.

P. 68, *n.* 2. *De porta Basilicari cf. etiam H. Leclercq, 'Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie' III (*1913*),* 2060 *sqq.*

P. 70, *n.* 3. *Tilpinum a.* 794 *(Sept.* 2*) defunctum esse, post alios exposui in dissertatione 'Das Formularbuch von Saint-Denis' ('N. Arch.' XLI, p.* 301*).*

P. 71, *n.* 1. *E. Lesne, 'La lettre interpolée d'Hadrien I à Tilpin et l'église de Reims au IXe siècle' ('Le Moyen Age' XXVI,* 1913, *p.* 325—351. 389—413*), iam demonstravit, initium et finem epistulae genuina et ad mandatum Hadriani papae referenda esse, sed partem mediam eandemque maiorem saeculo nono medio confictam esse docuit cum reliquam tum ea, quae in Vitam Rigoberti recepta sunt (supra p.* 71, *l.* 1—13*), atque figmentum et interpolationem aut ab ipso Hincmaro aut eo instigante paulo ante a.* 852. *facta esse, etsi minus certum, tamen verisimile esse exposuit.*

P. 77, *n.* 4. *Sigloardi 'monachi' titulum ob miraculum a.* 901. *compositum et planctum eiusdem 'canonici' de nece Fulconis archiepiscopi (a.* 900*) rhythmicum denuo edidit P. de Winterfeld, MG. Poetae IV,* 174—176.

P. 82, *n.* 5. *Regesta chartarum Willibrordo concessarum exhibet G. Brom, 'Regesten van oorkonden betreffende het sticht Utrecht' ('Bijdragen voor een oorkondenboek van het sticht Utrecht' [IV]), Ultraiecti* 1908, *vol. I,* 1 *sqq.*

P. 82, l. 30. *Willibrordum regulae Benedicti addictum fuisse, sine dubio recte statuit Camillus Wampach, 'Geschichte der Grundherrschaft Echternach (Kapitel IV und V)', dissertat. Berolin.* 1915 *(prodiit a.* 1916*), p.* 1.

P. 85, n. 5, l. 49. *De ecclesiis Traiectensibus cf. etiam S. Muller, 'De Trechtsche kathedraalkwestie' ('Bijdragen voor vaderlandsche geschiedenis en oudheidkunde',* 5. *series II,* 1915, *p.* 1—26*) et N. B. Tenhaeff, 'Dom en Oudmunster te Utrecht' (ib. p.* 333—364*).*

P. 86, n. 1. *Cum L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' III,* 1915, *p.* 195, *n.* 2, *ea quae de Theutberto episcopo 'de Dorostat' conieci probaverit, I. H. Gosses, 'De oude kern van het bisdom Utrecht' (seorsum impressum ex 'Historische avonden, Derde bundel', [*1917*], p.* 30—43*) p.* 40 *sqq. ea impugnavit illumque potius eundem fuisse atque Thiadbraht presbyterum ab Altfrido commemoratum neque minus eundem atque Thiaterdum vel Theotardum episcopum Traiectensem et ipse denuo statuit.*

P. 86, n. 2. *De Adalberto sancto Egmondano cf. etiam C. Pijnacker Hordijk, 'Wat weten wij omtrent den heiligen Adalbert van Egmond?' ('Bijdragen voor vaderlandsche geschiedenis en oudheidkunde',* 4. *series I.* 1900, *p.* 145—174*); W. Levison, 'Wilhelm Procurator von Egmond und seine Miracula Adalberti' ('N. Arch.' XL,* 1916, *p.* 793—804*).*

P. 86, n. 6. *De versibus codicis Maihingensis cf. etiam W. Meyer, Gildae oratio rythmica ('Nachrichten der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Phil.-hist. Klasse'* 1912, *p.* 63 *sqq.) et D. de Bruyne, 'Une poésie inconnue d'Aileran le Sage' ('Revue Bénédictine' XXIX,* 1912, *p.* 339 *sq.). Librum euangeliorum Maihingensem post medium saeculum VIII, Parisiensem n.* 9389 *eodem saeculo medio exaratos esse statuit E. Heinr. Zimmermann, 'Vorkarolingische Miniaturen' ('Denkmäler Deutscher Kunst', sectio III,* 1*),* 1916, *p.* 122 *sqq.* 276 *sqq., imagines codicum tab.* 255—258. *et* 260—266. *exhibens.*

P. 88. *De Irmina abbatissa initiisque Epternacensibus disseruit C. Wampach l. l. p.* 7 *sqq., qui et ipse chartas illius, de quibus in n.* 2. *egi, genuinas esse recte docuit. Neque vero ei assentiar statuenti Irminam et Pippinum affinitate quadam coniunctos fuisse, quod partes villae Epternacensis et illius et huius fuissent aeque atque e. gr. partes Bollendorf villae Arnulfi ducis et Caroli maioris domus propinquorum (cf. supra p.* 89 *sq.). Ut enim pars villae Irminae 'ex successione paterna vel materna' obvenerat, ita altera pars Pippino et Plectrudi uxori e traditione Theodardi, filii Theotharii ducis, qui eandem antea tenuerat; unde fortasse A. Halbedel, 'Fränkische Studien' ('Historische Studien' ed. Ebering* 132*), Berolini* 1915, *p.* 17, *n.* 13, *recte coniecit, Irminam et Theotharium ducem cognatos aut affines fuisse, quamquam et hic et alibi coniecturis incertis falsisque nimis indulsit. At etiam Pippinum vel Plectrudem et Theotharium simili necessitudine conexos fuisse, minime concedendum est, cum de ratione traditionis illius nihil constet neque Pippinus verbis talibus usus sit, qualia de successione hereditaria adhiberi solebant (e. gr.* quantumcumque nobis legibus obvenit, obvenit de genitore meo, ex successione paterna vel materna, genitor meus iure hereditario in proprietatem concessit, ex alode in portionem accepimus, *etc.), sed verba potius spectant ad hominem alienum res proprias quacumque de causa alteri tradentem. Econtra Wampach p.* 14 *sq. aeque atque Halbedel p.* 16, *n.* 13, *recte iudicasse videtur, Irminam eandem fuisse atque Ymenam Deo sacratam, quae una cum filiabus c. a.* 704. *Willibrordo donationem concessit (cf. supra p.* 88, *n.* 9*). Theotcharius ille dux monasterio Wizenburgensi donationem praestitit (Traditiones possessionesque Wizenburgenses ed. C. Zeuss,* 1842, *p.* 204, *n.* 213*; Pardessus, Diplomata II, p.* 454*) anno* 10. *Theoderici regis (April.* 1*), scilicet regis eius nominis tertii neque quarti, id est anno p. Chr.* 682/83, *id quod A. Halbedel l. l. p.* 17, *n.* 13, *cognovit; chartae Theotcharius filius subscripsit, idem sine dubio qui in charta Pippini Epternacensi Theodardus vocatur, sive nomen hic corruptum est sive illic.*

P. 91, n. 11. *De kalendario Epternacensi cf. etiam J. Depoin, 'Revue Mabillon' VI,* 1910/11, *p.* 261—264.

P. 94, l. 23. *et* 46. *Annos Beornradi Epternacenses inde ab a.* 775. *computandos esse iudicavit C. Wampach l. l. p.* 40 *sqq.*

P. 97, l. 2. *Initium homiliae die natali Willibrordi dicendae (V. Willibrordi c.* 32, *p.* 138 *sq.) etiam a.* 1095. *in Passione prima Canuti IV. regis Daniae c.* 1. *exscriptum est (ed. M. Cl. Gertz, Vitae sanctorum Danorum,* 1912, *p.* 62*).*

P. 100, n. 3. *Vitae Willibrordi codicibus generis* 3c, *nisi fallor, etiam Claustroneoburgensis n.* 707, *saec. XII, fol.* 63, *adnumerandus est; cf. H. J. Zeibig, 'Notizenblatt. Beilage zum Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen' II,* 1852, *p.* 106. *Idem est sine dubio codex, in quo Vitae cum aliae tum* Willebrordi archiepiscopi *a.* 1330. *legebantur; cf. Th. Gottlieb, 'Mittelalterliche Bibliothekskataloge Österreichs' I,* 1915, *p.* 115.

P. 123, l. 20. *Cf. Passionem Victoris martyris Massiliensis c.* 5 *(Ruinart, Acta martyrum, Ratisbonae* 1859, *p.* 334*):* Tunc impiissimus Caesar, omni fera crudelior, omni dracone malignior, — — in rabiem vertitur.

P. 123, n. 3. *De Ongendo rege etiam egit Chr. Kier, 'Beowulf', Havniae* 1915, *p.* 179 *sqq.*

P. 125, l. 10. *Cf. Passionem Victoris l. l.:* diabolica face succensus, — — ut — — deorum suorum vindicaret iniurias.

P. 148, l. 26. *Libris Vitae Gangulfi addendus est*

$1d^1$) *codex Sigmaringensis musei principis de Hohenzollern n. 9, saec. XII/XIII, olim Albae Augiae monasterii (Weissenau), fol. 66'—71, cuius specimen G. Zilliken iuvenis bonae spei officiosissime exscripsit. Is textum Vitae Gangulfi continet fragmento 1d similem:*

c. 7. pendens, carnem cerneres nudatam cute] pendentem (carn. *om.*) cern. nud. cutem $1d.\ d^1$;

c. 8. simul pacienter vivere, simul delectabiliter] s. p. v. simulque del. $1d.\ d^1$; pac. viv., simul *om.* $1b.\ c^{1.\ 3.\ 4}$;

ib. Et siquidem] Tu *pro* Et $1d.\ d^1$; Et *om.* 1a;

c. 11. Willegossa atque Willedrudis, quae] (Willeg. atque *om.*) Willę (Wille $1d^1$) drudisque $1d.\ d^1$;

ib. dispescebat affectio, quoniam quidem illo] deposcebat aff., qu. quidem de illo $1d.\ d^1$;

ib. summa dilectione] dil. s. $1d.\ d^1$;

ib. in mundo] in terra $1d.\ d^1$,

atque videtur familiae eorum etiam fragmentum $1b^1$ *potius adnumerandum esse quam generi 1b, propinquo sane; cf.*

c. 1. facundus in ore] facundioso ore $1b^1.\ d^1$;

ib. praeclarus honestate] hon. pr. $1b^1.\ d^1$;

c. 3. cum eius consilio agebant] cum eorum cons. agebantur $1b^1.\ d^1$;

c. 4. dicta] dici $1b.\ b^1.\ d^1$;

ib. pretii summam, quam pro] pret(c)ium, quod pro (de *pro* pro $1b^1.\ d^1$) $1a.\ b.\ b^1.\ c^{1.\ 2.\ 4}.\ d^1$;

c. 5. in loco] incola $1b.\ b^1.\ c^4.\ d^1$; incole $1c^{1.\ 3}$.

Codices 2d. d^* *recentiores cum* $1d^1$ *hoc loco conveniunt:*

prol. proniores] promptiores $1d^1$ *cum 2d.* d^* *et m. al.* $3c^{2*}$.

P. 166, l. 10. *Verba Vitae Gangulfi* sicque infelix, negato sibi spatio poenitendi, in cloacam descendit inferni *in Vita Lupi episcopi Senonici c. 13 (SS. rer. Merov. IV, 183) leguntur, sive ex ea ipsa sive e fonte communi exscripta.*

P. 208, l. 10. *Vitam Severini a Fortunato compositam esse, concessit etiam R. Koebner, Venantius Fortunatus ('Beiträge zur Kulturgeschichte' ed. W. Goetz XXII), 1915, p. 111, n. 1.*

P. 218, l. 26—32. *Versio Vitae Severini Germanica extare videtur etiam in codice Treverensi bibliothecae urbanae n. 1191 (492), a. 1452. finito, olim sororum in Besselich coenobio prope Confluentes sito, postea Clusae Eberhardinae, fol. 176'—187; cf. Adolfum Becker, 'Die deutschen Handschriften der Stadtbibliothek zu Trier' ('Beschreibendes Verzeichnis der Handschriften der Stadtbibliothek zu Trier' VII), 1911, p. 75.*

P. 234, l. 11. *Auctoribus, qui Constantii Vitam Germani exscripserunt, auctor Vitae Apri episcopi Tullensis (Acta sanctorum Septembris V, 66—69) addendus est; qui ut Hieronymi Vitam Hilarionis (in prol. c. 1), Rufini Historiam monachorum (in prol. c. 2), Sulpicii Severi Vitam Martini (in c. 1. 4. 8) imitatus est aut expilavit, ita Vitam Germani c. 9. et 36 (supra p. 256. 277) in c. 6. et 7 (p. 67) adhibuit. Nescio autem an haec potius ad alteram recensionem (Bibliotheca hagiogr. Latina I, n. 617) pertineant eaque priore loco collocanda sit, siquidem verba eius quae afferuntur initialia propius ad Vitam Hilarionis accedunt.*

P. 234, l. 22. *Missas a Mone editas ad Venantium Fortunatum referendas esse coniecit H. Brewer, 'Der zeitliche Ursprung und der Verfasser der Moneschen Messen' ('Zeitschrift für katholische Theologie' XLIII, 1919, p. 693—703).*

P. 276, n. 1. *De Petro Chrysologo aliisque eiusdem nominis episcopis Ravennatibus ab Agnello confusis cf. etiam Al. Testi-Rasponi, 'Note marginali al Liber Pontificalis di Agnello Ravennate' ('Atti e memorie della R. Deputazione di storia patria per le provincie di Romagna', 3. series XXVII, 1909, p. 281 sqq.). De sermonibus eius nuperrime egerunt Franc. Ios. Peters, 'Petrus Chrysologus als Homilet', Coloniae (1919), et Godefr. Böhmer, 'Petrus Chrysologus, Erzbischof von Ravenna, als Prediger' ('Predigt-Studien' I), Patherbrunnae 1919.*

P. 298, l. 2. *Verba* recurrens ad nota praesidia *potius referenda sunt ad Sulpicium Severum, Dialog. III, 8, 7:* recurrens ad nota subsidia.

P. 607. *Decreto Nicolai papae codicis Londiniensis Addit. n. 15 725 (fol. 173'—174'), quantum e paucis verbis exscriptis intellegitur, etiam privilegium papae Corbeiense a. 863 (Jaffé, Reg. I², n. 2717; L. Levillain, 'Examen critique des chartes mérov. et carol. de l'abbaye de Corbie', 1902, p. 282 sqq.) comparandum videtur esse, monente v. d. E. Perels socio nostro.*

INDEX.

SCRIPSIT WILHELMUS LEVISON.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat [1]).

1) *Lectiones e codicibus postea erutas, quae supra in Appendice priorum voluminum publici iuris factae sunt, ita adnotavi, ut paginas lineasque ipsarum editionum uncinis inclusas apposuerim, e. gr.* Turnus (rex Rutul.) 726 (I, 488, 5).

LEXICA ET GRAMMATICA.

SCRIPSIT WILHELMUS LEVISON.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat.[1])

[1]) *Cf. supra p.* 859, *n.* 1.

NOMINA SANCTORUM

QUORUM ACTA SEPTEM TOMIS SCRIPTORUM RERUM MEROVINGICARUM CONTINENTUR. [1]

1) *Nomina litteris inclinatis distincta ad fontes spectant, qui, occasione data, commemorari neque vero digni visi sunt, qui inter Scriptores rerum Merovingicarum ederentur.*

CORRIGENDA.

P. 77, 47. 'Eudonis' corrigas 'Odonis'. — P. 82, 46. legas: studia. — P. 102, 16. legas: tractavit. — P. 136, 19. legas: infirmitate. — *P. 155, 52. legas:* militiam. — *P. 178, 26. legas:* vociferabat. — *P. 208, 47. et p. 209, 33.* pro 8 *legas* 7. — *P. 230, 44. pro* 41 *legas* 43. — *P. 235, 34. pro* mVIII *legas* XVIII. — *P. 290, 26. legas: (n. 469, mox 503). — P. 344, 32. legas: Saxones, Burgundiones. — P. 370, 39. legas: Parvae. — P. 379, 50. pro 2) legas 3). — P. 547, 45. legas: diversis. — P. 705, col. II, n. 842, l. 8. legas: bynnen.*

MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM RERVM MEROVINGICARVM

TOMI VII, PARS I.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
GERMANY
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

MCMXIX.

MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM RERVM MEROVINGICARVM

TOMI VII. PARS II.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
GERMANY
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MCMXX.